Digitized by Google

17
1

17 — 1

Digitized by Google

CATALOGVS
CODICVM LATINORVM
BIBLIOTHECAE MEDICEAE LAVRENTIANAE
SVB AVSPICIIS
PETRI LEOPOLDI
REG. PRINC. HVNG. ET BOIOH. ARCH. AVSTR. M. E. D.

ANG. MAR. BANDINIVS I. V. D.
REGIVS BIBLIOTHECAE PRAEFECTVS
PARISIEN. ACAD. FVRFVRAT. FLOR. ETRVSCAE CORTON. SOCIVS

RECENSVIT ILLVSTRAVIT EDIDIT

TOMVS IV.

CONTINENS EXACTISSIMAM RECENSIONEM MSS. CODICVM CIRCITER DCC.
QVI OLIM IN FLORENTINO S. CRVCIS COENOBIO MINOR.
CONVENTVALIVM ADSERVABANTVR.

FLORENTIAE ANNO CIƆ. IƆ. CC. LXXVII.
PRAESIDIBVS ADNVENTIBVS.

Digitized by Google

AEQVO AC BENEVOLO LECTORI

ANGELVS MAR. BANDINIVS.

§. I. NOn ſum oblitus, Benevole Lector, in Praefatione ſuperioris Voluminis promiſiſſe, daturum me tibi Virorum Illuſtrium Clariſſimae *Gaddorum* Familiae Hiſtoriam, a quibus per quatuor ferme ſaecula ſummo ſtudio, & magnificis ſumptibus collecta fuerat magna vis Codicum Mss. quorum pars, eaque potior, in hoc *Mediceae Laurentianae* Bibliothecae Sacrarium *Franciſci* Imperatoris, Magni Etruriae Ducis, reſponſo tranſlata fuit, quorum recenſionem iam ſupra dedimus; reliqui vero una cum impreſſis, rariſque editionibus, in publicam *Magliabechianam* Bibliothecam commigrarunt. En igitur tibi morem gero, eorumque praeclara nomina, quibus potiſſimum haec tam rara Litteraria ſupellex debetur, ſub oculis ſiſto.

§. II. Familiae *Gaddiae* origo, quidquid deliret *Iacobus Gaddius* (1), ducenda GADDVS PICTOR.
eſt a celebri illo *Gaddo* (2), *Cimabovis* alumno, qui ſub Picturae incunabulis, Graecos primum Profeſſores imitatus, mox paullatim artem expolivit, atque altius evexit; quin ſe etiam in Muſivis operibus felici ſucceſſu exercuit, quae adhuc in Templo Maiore, & in *S. Ioannis* Baptiſterio Florentiae viſuntur (3). Vixit *Gaddus* annos LXXIII. Obiit anno MCCCXII & in Templo S. Crucis Ordinis Minorum *S. Franciſci* ſepultus eſt, ac ſequenti Epigrammate cohoneſtatus (4):

Hic manibus talis fuerat, quod forſan Apelles
Ceſſiſſet; quamvis Graecia ſic ſumeat.

§ III. *Thaddaeum* filium, paternae virtutis heredem, *Gaddus* reliquit, qui quum THADDAEVS PICTOR.
Pictor, & Architectus non obſcuri nominis evaſiſſet, plura tam Florentiae, quam Piſis, & alibi per Etruriam reliquit ingenii ſui luculentiſſima monumenta, quae laudatus *Vaſarius* fuſe perſequitur (5). Prae reliquis autem egregiis eius Operibus, non eſt ſilentio praetereunda Turris Campanaria admirandae pulcritudinis Florentinae Maioris Eccleſiae, quae iuxta *Iotti* praeceptoris ſui modulum ab eo aedificata eſt (6). *Dantis* ſtudioſiſſimus fuit, unde Codices divini Poëmatis bene multos habuit ſummo in pretio, quos in poſtremo huius Catalogi Volumine inter Italicos recen-

a 2 ſe-

(1) In libello rariſſimo, cui titulus: *Trattato Iſtorico della Famiglia de' Gaddi dedicato all' Eminentiſſimo Sig. Cardinal Monti. In Padova per Paolo Frambotto MDCXLII 4.*

(2) *Vgolinus Verinus* de Illuſtratione Vrbis Florentiae Lib. II. editionis Pariſienſis apud *Mamertum Patiſſonium* MDLXXXIII. 4. pag. 17. ita cecinit:

Quid tibi Cecropiae Syllanos Palladis arte
Egregios memorem? Iottus revocavit ab Orco
Picturam. Gaddus *tribuit ſua nomina proli*
Clarus ut aeterna Fabius *cognomine pictor:*
Exſtant plura huius templa exornata figuris.

Videndus *Philippus Baldinuccius Notizie de' Profeſſori del Diſegno da* Cimabue *in qua. Firenze per* Santi Franchi *MDCLXXXI.* 4. pag. 40. *Antonius Marin Biſcionius* in Originibus Florentinarum Familiarum Mss. in Bibliotheca Publica *Magliabechiana* Claſſe XXVI. Cod. chartac. in fol. num. 112 haec habet: I Gaddi *vengono da* Taddeo Gaddi *Pittore famoſo. Succeſſori a lui furono* Gianni, Niccolò, e Taddeo *Il nome* Gaddo, *è ſcorciamento di nome di* Gherardo *propriamente, e così ſi chiamò* Gherardo dello Gherardeſca, Gaddo, *che fu quello che morì di fame con il Conte* Vgolino, *onde dice:*

Gaddo *mi ſi gettò diſteſo ai piedi &c.*

La loro Sepoltura non è in S. Croce alla Cappella de' Mellini, *come anno creduto molti; imperciocchè è del ſopraddetto* Gherardo *di* Taddeo Gherardeſco, *ma è in* S. Maria Novella *preſſo alla Porta del fianco verſo la Piazza Vecchia, con la loro arme, e con il ſeguente Epitaffio:* Sepulcrum Angeli Zenobii Taddei de Gaddis & ſuorum. *Crebbe queſta Famiglia per li due Cardinali* Angelo, e Niccolò. (legi debet *Niccolò e Taddeo*) *e per gli altri onori. Mancò in* Luigi Gaddi, *nella di cui eredità, a tenore del Teſtamento del Cavaliere* Niccolò Gaddi, *fu ſucceſſore* Iacopo Pitti, *Nipote di queſto Cavaliere, che preſa l'eredità, per obbligo di Teſtamento, ſi nominò* de' Gaddi &c.

(3) De eius operibus, tam Florentiae, quam alibi exſtantibus conſulendus *Georgius Vaſarius* cum novis additionibus Liburni MDCCLXVII. Tom. I. pag. 287. & ſeqq. & idem *Baldinuccius* loc. cit. Decennal. I. pag. 19.

(4) Apud *Vaſarium* primae editionis Florentiae apud *Laur. Torrentinum* A. MDL. 4. pag. 135.

(5) Loc. cit. pag. 415. ſeqq & pag. 417. notanda ſunt haec eiuſdem verba: *Nella medeſima S.* Maria Novella *ſopra il tramezzo della Chieſa fece ancora un* S. Geronimo *veſtito da Cardinale, avendo egli divozione in quel Santo, e per protettore di ſua Caſa eleggendolo; e ſotto eſſo poi* Agnolo *ſuo figliuolo. Morto* Taddeo, *fece fare a' diſcendenti una Sepoltura coperta con una lapide di marmo con l'arme de'* Gaddi. *A' quali diſcendenti* Geronimo *Cardinale, per la bontà di* Taddeo, *e per i meriti loro à impetrato da Dio gradi orrevoliſſimi nella Chieſa, Chericati di Camera, Veſcovati, Cardinalati, Propoſiture, e Cavalieri onoratiſſimi; i quali tutti diſceſi di* Taddeo *in qualunque grado anno ſempre ſtimato, e favorito i begl' ingegni, inclinati alle coſe della Scultura, e Pittura, e quelli con ogni sforzo loro aiutati &c.*

(6) *Philippus Villanius* in libro de famoſis Civibus Flo-

ſcebimus. Tandem anno L. aetatis ſuae, vehementiſſima febri percuſſus, maxima bonarum artium iactura interiit, & in Templo S. Crucis Ordinis Minorum elatus eſt. Eius Epitaphium adfert *Vaſarius* (1), quod ita ſe habet:

Hoc uno dici poterat Florentia felix
Vivente: at certa eſt non potuiſſe mori.

ANG ET IO. GADDIVS PICTORES.

§. IV. Filios reliquit moriens *Thaddaeus*, *Angelum* videlicet, & *Ioannem*, quorum primus ab ineunte aetate praeclara dedit ingenii ſui ſpecimina, adeo ut patrem brevi ſuperaſſet, niſi Mercaturae deditus Picturam poſtmodum neglexiſſet. Eius tamen Picturas & Muſiva quaedam opera adhuc variis in locis exſtantia recenſet diligentiſſimus *Vaſarius* (2), additque = Si veggiono per le Chieſe molte Tavole di ſua mano, e ſimilmente nel Dominio ſi riconoſcono molte delle ſue Opere, le quali furono lavorate da lui con molto ſuo utile, ſebbene lavorava più per fare come i ſuoi maggiori fatto aveano, che per voglia che ne aveſſe, avendo egli indiritto l' animo alla mercanzia, che gli era di miglior utile, come ſi vide quando i figliuoli non volendo più vivere da Dipintori, ſi diedero del tutto alla mercatura, tenendo perciò caſa aperta in Venezia, inſieme col padre, che da un certo tempo in là non lavorò, ſe non per ſuo piacere, ed in un certo modo per paſſar tempo. In queſta guiſa dunque, mediante i traffichi, e mediante l' arte ſua, avendo *Agnolo* acquiſtato grandiſſime facultà, morì l'anno ſeſſantatreeſimo di ſua vita, oppreſſo da una febbre maligna, che in pochi giorni lo finì. = Idem *Vaſarius* (3) enumerat claros eius diſcipulos, quos inter honoris cauſſa nominandi ſunt *Antonius* Ferrarienſis, *Stephanus* Veronenſis, *Michaël* Mediolanenſis, *Ioannes Gaddius* Frater, ac *Cenninus*, e Colle Vallis Elſae oriundus, cuius Opus de Pictura, manu exaratum, adſervatur adhuc in Bibliotheca *Laurentiana* (4), ſubiungitque: (5) „ I quali tutti diſcepoli d' *Agnolo* gli fecero onore grandiſſimo, ed egli fu da' figliuoli ſuoi, ai quali (ſi dice) laſciò il valore di cinquantamila fiorini, o più, ſeppellito in *S. Maria Novella* nella ſepoltura, che egli medeſimo aveva fatto per ſe, e per i diſcendenti, l'anno di noſtra ſalute MCCCLXXXVII. „ Inſcriptionem eius tumulo poſitam adfert *Vaſarius* in prima editione Florentiae apud *Laurentium Torrentinum* MDL. 4. pag. 196. (6) quae eſt huiuſmodi: ANGELO TADDEI F. GADDIO INGENII ET PICTVRAE GLORIA HONORIBVS PROBITATISQVE EXTIMATIONE VERE MAGNO FILII MOESTISS. POSVERE.

FRANC. GADD. IVRIS CONS.

§. V. *Franciſco Gaddio* pater fuit *Angelus* (7), *Nicolai* Cardinalis avus, ſupremo Priorum Magiſtratu tertium functus, mater *Eliſabetha Adimaria*, avus item *Zenobius* ille, qui apud Venetam Rempublicam Legati munus tanta cum laude ſuſtinuit, ut ab *Andrea Contareno* Venetorum Duce A. MCCCLXXXI. (8) laudibus publice fuerit exornatus, quemadmodum ex ipſius Venetorum Ducis Epiſtola ad Florentinos data, quam integram adſerimus, manifeſtum fit. Ea vero ſequens eſt: „ *Andreas Contarenus* Dei gratia Dux Venetiarum &c.

„ Magnificis, & potentibus Dominis, Dominis Prioribus Artium, Vexillifero Iuſtitiae Populi, & Communis Florentiae Amicis dilectis ſalutem, & ſincerae dilectionis affectum. Quam pleniſſima relatione nobilis & ſapientis viri *Andreae Gradonico* Ambaſciatoris noſtri a Veſtra Magnitudine redeuntis; quin immo uberius per effectum, clariſſime nobis innotuit perfectiſſima amicitia, ſinceriſ-

Florentinis Ms. in Biblioth. *Gaddiana Laur.* ubi loquitur de Pictura, Florentinorum opera ab interitu retracta, & de *ſuis* diſcipulis: Thaddaeus *inſuper*, inquit, Gaddus *aedificia ſancta arte depinxit, ut alter* Dinocrates, *vel* Vitruvius, *qui architecturae artem ſcripſerit videatur*.

(1) Loc. cit. pag. 428. & in prima editione, Florentiae apud *Laur. Torrentinum* MDL. 4. pag. 184.

(2) L. c. pag. 458.

(3) L. c. pag. ead.

(4) Plut. LXXVIII. Cod. XXIV. In Nota n. 2. cit. edit. Liburnenſis *Vaſaris*, ubi de *Cennini* Opere agitur, haec adnotantur: *La ſcriſſe l'anno MCCCCXXXVII. nelle prigioni delle Stinche dove ſi mettono i debitori di debito Civile. Il Vaſari ſcrive, che* Cennino *trattò del macinare i colori a olio, che da quella che poi racconta nella Vita di* Antonello da Meſſina, *ſembra coſa più modernamente ritrovata. Ma il* Baldinucci *Dec. VIII. del ſecolo II. a carte 92. dimoſtra, che al tempo, nel quale ſcriſſe il* Cennini, *queſto ſegreto poteva eſſer giunto in Firenze*.

(5) L. c. pag. 460.

(6) Neſcio cur poſtea omiſſa fuerit in edit. *ſunctorum*; reſtituitur autem in Liburnenſi per *Marcum Caſtellinium* MDCCLXVII. 4. pag. 461.

(7) In calce Codicis membr. Plut. LXXXXI. ſup. num. 3. qui *Pindari Thebani* Epitomen *Homeri* Iliados continet, legitur: *Liber mei* Angeli Zenobii de Gaddis *de Florentia XXXIV.* & ſic in aliis Codicibus eadem repetitur epigraphe, mutato tantum numero, quo Codices ſuos deſignabat. Ab eo inceptam fuiſſe *Gaddianam* Bibliothecam adfirmat Cl. *Hieron. Tiraboſchius Storia della Letteratura Italiana. Modena* MDCCLXXVI. 4. Parte I. pag. 108. & ante ipſum Cl. *Laur. Mehus* in Vita *Ambroſii* Generalis Camald. Florentiae pag. CXC. CCXXXVII. CCLIV. CCLXXVI. CCCXXVII. CCCCXXXI.

(8) *Iac. Gaddius* in Tractatu Hiſt. ſuae Familiae pag. 32. & in Elogiis hiſtoricis pag. 207.

ceriſſimà charitas, & cordialis affectus, quibus Magnificentia Veſtra ex propria virtute afficitur ad nos, noſtrumque Commune, quando in tanta alacritate animi, in tanta egregiorum conſiliorum veſtrorum ſolemnitate, & ſingulari benivolentia ſuſcepiſtis eumdem, quando in tam exceſſiva liberalitate, vota noſtra, nulla mora protracta, totaliter admiſiſtis, effectum eorum duobus prudentiſſimis, & honorabilibus civibus veſtris *Zenobio Thaddaei Gaddii*, & *Iuliano Bartholomaei* cum efficaciſſima diligentia committentes. Pro quibus omnibus propter gratiarum effectum, nos, Communitatemque noſtram indiſſolubili vinculo perpetuo obligaſtis; ut numquam a noſtris, & ſucceſſorum noſtrorum mentibus excident, ſed memorabiliter renitefcent ad tam floridae, tamque magnificae Civitatis veſtrae laudem. Cuius honores, beneplacita, & exaltationem intendimus ſemper propria reputare, & ea mente, & opere efficaciter peroptare. Praefati autem Syndaci veſtri intentiones veſtras, & noſtras cum ſolerti prudentia ac ſtudioſa diligentia ſunt valde laudabiliter exſequuti. Itaque apud Magnificentiam Veſtram, & nos ſunt digniſſime commemorandi. Datum in noſtro Ducali Palatio die X. Septembris quinta Indictione. (1) „

§. VI. Quantae virtutis vir eſſet *Franciſcus*, a primis aetatis ſuae annis indicavit, qui liberalibus artibus inſtitutus, adoleſcentiam ingreſſus, ſe viris ea tempeſtate doctiſſimis, ac praecipue ſummo Platonicorum Principi *Marſilio Ficino* inſtituendum tradidit, quem propterea idem *Ficinus* inter ſuos auditores adnumerat in Epiſtola ad *Martinum Vranium* Lib. XI. (2) ſuumque de eo iudicium ſequenti Epiſtola, quae non exſtat inter editas (3) pronunciavit.

„ *Marſilius Ficinus* Domino *Franciſco Gaddo* probo & docto viro S. P. D.

„ Deſideravi ſaepius, doctiſſime *Gadde*, aliquid litterarum ad te ſcribere, ſed quum nihil te dignum mihi ſuccurreret, tacere malui, quam ruſticum aliquid, atque illepidum ad urbanum, & lepidiſſimum virum ſcribere. Verum poſtquam huc, videndi gratia *Marſilium* noſtrum veniſti, tale nobis argumentum dediſti, ut non ſolum nunc ad te ſcribere potuerim, ſed de te, & in poſterum ſemper ſcripturus ſim. Te enim non modo Leges doctum (ut putabam) verum etiam Medicinae, Aſtronomiaeque peritum eſſe animadverti. Nam de his omnibus tam ſubtiliter diſputaſti, ut non mihi ſolum, ſed omnibus, qui interfuerunt admirationi fueris. Quare maximo apud eos haberis in precio, apud me vero tanto, ut immortale a ſuperis munus accepiſſe affirmaturus ſim, ſi tibi gratum aliquid efficere poſſim. Magis equidem, niſi adulationis vererer opinionem, tuis in laudibus abundarem. Verum opto aliquid contingere, ut id maledicis, detractoribuſque invitis audentius facere queam. Bene vale, meque te ardenter amantem ama. Sexto decimo Kal. Octob. MCCCCXCVII. ex Agro Caregio (4). „

§. VIII. Iuri potiſſimum Civili incubuit *Franciſcus*, treſque habuit uxores, unam ex *Adimaria*, alteram ex *Rodulphia*, ac tertiam denique ex *Guaſconia* familia (5). Verum quum multis litteris, multoque uſu tractandae Reipublicae, vir valde experiens, & graviſſimus evaſiſſet, non praetermiſit, quum rogaretur a patria, ſuas ingenii vires communis utilitatis cauſſa explicare (6). Vſus igitur civilium negotiorum, & nobilium artium ſcientia permultum in eo auctoritatis addiderunt; atque ex hiſce rebus duabus, in eo ſplendor eiuſmodi conflatus eſt, ut egregie domi foriſque operam Reipublicae impenderet, multorumque in ſe benevolentiam conciliaret. Doctiſſimis ſiquidem litte-

tera-

(1) Hanc Epiſtolam *Iacobo Gaddio* a *Scipione Admirato* iuniore communicatam edidit, ſed mendis obſitam, ut reliqua omnia, idem *Gaddius* in Elogiis Florentiae typis novis *Amatoris Maſſae* MDCXXXVII. 4. pag. 202. Scripta autem fuit poſt pacem inter Venetos ex una parte, & *Ludovicum*, Hungariae Regem, Aquileienſem Patriarcham, Ligures, & Carrarienſem Paduae Principem ex altera, pacificatore, & arbitro *Amaeo Sabaudienſe*. Vid. P. *Iuſtinian*. Hiſt. Lib. VI. *Sabellicum* in fine Lib. VII. Decadis II. Rerum Venetarum.

(2) Vid. *Io. Corſii* Commentarium de vita *Ficini*, noſtra cura editum Piſis apud *Auguſtinum Pizzorno* MDCCLXXI. 8. pag. 89.

(3) In editione Operum Baſileenſi *Henricpetrina* anni MDLXXVI. fol. Tomis II.

(4) Hanc quoque Epiſtolam mendoſe adfert *Iacobus Gaddius* in Elog. pag. 217.

(5) *Iac. Gaddius* in Tract. Hiſt. ſuae Familiae pag. 32. & 31.

(6) In Archivo Reipublicae, vulgo *Riformagioni*, quatuor exſtant Volumina; primum inſcriptum *Inſtrumenti dal MCCCCLXXX. al MCCCCXCV*; ſecundum *Lettere dal MCCCCLXXV. al MCCCCXC.*; tertium *Lettere dal MCCCCLXXVIII. al MCCCCLXXXIII.*; quartum denique *Lettere MD.* in quibus Exemplaria plurima litterarum ad ipſum *Franciſcum Gaddium* ſcriptarum nomine Florentinae Reip. occurrunt. Vide *Iulianum Riccium* in Prioriſta Mſs. *Orlandum Malavoltam* Hiſtor. Part. III. & *Paullum Minium* Cap. *De' Fiorentini Illuſtri per conſiglio*.

terarum occupationibus diſtrictus (1), cum viris clariſſimis *Marſilio*, ut iam diximus *Ficino* (2), *Chriſtophoro Landino* (3), *Barptolemaeo Scala* (4), *Angelo Politiano* (5), *Hermolao Barbaro* (6), *Alexandro Braccio* (7), *Barptolemaeo Fontio* (8) familiaritate coniunctus eſt.

§. VIII. Non deerat interea gravibus Reipublicae negotiis, quamobrem miſſus eſt Legatus publico conſilio, maximis de rebus, varias in regiones. Ac primo quidem ad *Ludovicum* Chriſtianiſſimum Gallorum Regem (9), a quo tan-

(1) *Iac. Gaddius* in Tract. hiſtor. pag. 33. ſubiungit: *Non tralaſcerò che* Franceſco *viveva ſplendidamente, avendo in caſa, oltre a molti e buoni Libri Mss. Toſcani, Latini, e Greci; non poche armi, tappezzerie, e altre maſſerizie onorevoli; molte argenterie, e molti nobiliſſimi abiti per ſe, e per la ſua moglie* Oretta Guaſconi.

(2) Id eruitur ex Epiſt. penultima Lib. VIII. quae ita habet: *Pauci negocia publica coniungunt cum ſtudio litterarum. Marſilius Ficinus* Franciſco Gaddio *Flor. Senatus Oratori. Scribo ad* Hermolaum Barbarum, *probans eum, quod in civilibus turbulentiſque negociis ſolitam capiat otium ad ſtudia litterarum = Tu igitur, dilectiſſime Franciſce noſter,* Hermolaum Barbarum *imitatus, interim in legatione philoſophari non deſinas. Salutabis, quoties per negocia tibi licebit, illum, Marſilii Picique nomine; ſignificabiſque quantum noſtri ſumus utrique, tantum eſſe ſuos utroſque; quando vero utrumque nomino,* Politianum *intelligi volo, indiſſolubile vinculum utriuſque. Vale. XI. Octobris MCCCCLXXXVIII.*

(3) *Iac.* Gaddius in Elog. pag. 202.

(4) Ibid.

(5) Extat hoc *Angeli Politiani* Diſtichon in *Gaddiorum* Operum edit. Baſileenſis apud *Nic. Epiſcopium* MDLIII. fol. pag. 595.

Delicias, tibi, Roma ſuas; Florentia, Gaddi,

Datque ſuas: ob quam deliciae homo es!

Idem *Politianus* Miſcell. Cap. XLVI. ubi verſum ſeptimae *Iuvenalis* Poetae Satyrae interpretatur, ſubiungit: *Quare cacoethes legendum ſuſpicamur = Quod item in vetuſto Codice Langobardis exarato litteris reperimus, cuius mihi poteſtatem legendi fecit* Franciſcus Gaddius, *Florentinus ſummi Magiſtratus a ſecretis, prudens, humanuſque vir, nec litteris incultus.*

(6) Vid. Epiſt. *Politiani* ad *Hermolaum Barbarum* & huius reſponſum ad *Politianum* Epiſt. Lib. I. Ep. XI. & XII.

(7) Inter Poëmata *Alexandri Braccii* Mss. in Biblioth. *Gaddiana Medicea* Codice XLI. Plutei XCI. ſuper. pag. 75. legitur ſequens Epiſtola: *Alexandri Braccii Epiſtola Franciſco Gaddio Iuriſconſulto, ac Secretario Florentino.*

Gaudeo quod ita ſcripſeris ad Laurentium Medicem, Cammillam Saracinam *oculorum viſum amiſiſſe, ut ſpe non careas futurum eſſe quin illa poſſit aliquando videndi recuperare vim priſtinam, quemadmodum etiam Soli defectum patienti evenit; qui ſublato eclipſis incommodo, idem qui ante eclipſim fuerat, appareat, atque ad nos conſuetum ſplendorem emittat. Non negaverim fuiſſe te optima ratione adductum, quum manifeſtum ſit, Solem ipſum in defectu nil pati, ſed noſtrum fraudare adſpectum, quum Luna Soli ſuccedens, obiectu ſuo lumen eius ab oculis noſtris repellat, & quamdiu Soli adverſa ſit, tamdiu ille patiatur eclipſim. Quum igitur* Saracinae *oculi eamdem vim cum Sole propter eorum claritatem, ſplendoremque habere viderentur, ut iure Sol alter cenſerentur ab omnibus, fateri neceſſe eſt, Lunam, qua caeleſtem illum Solem, cuius ſoror eſt, ob eam iniuriam, quam ab Sole hoc Senenſi patiebatur, defenderet, oppoſuiſſe luci eius ſeſe, atque adhuc eiuſ defectum huiuſmodi ſatagere, atque occupare* Cammillae *oculos, ne ſolitis radiis ſuis Urbem Senenſem illuſtrare poſſit. Quod vero ſecundo loco a me ſcire deſideras, an cenſeam fore ut* Thaddaeus *Medicus ille Mathematicus cura atque induſtria ſua eclipſim huiuſmodi ab* Saracinae *oculis expellere queat, hoc habeto, Deorum hoc eſſe opus, non hominum, ut iam Luna ſic in huius Medici flammas exarſerit, ut olim Endymionis amore periiſſe ſuiſſe perhibetur; & ita ob eius amorem ſollicita, anxiaque reddatur zelotypo ſimilis, ut moleſte ferens quod* Thaddaeus *ipſe corpus tam candidum, tam delicatum, tam denique pulcrum tangendi facultatem habeat, nolit fraternae iniuriae oblivisci, quam ſuos amores alteri eſſe communes. Vale, meque tibi commenda, & perge ad me aliquando ſcribere, ut coepiſti; rem enim quae mihi abſenti gratior futura ſit, facere nullam potes. Senis pridie Nonas Decembris MCCCCLXXXXI.*

(8) Inter Epiſtolas Mss. *B. Fontii* in Bibliotheca *Capponiana* nonnullae habentur ad *Franciſcum Gaddium* exaratae. Vid. *Iac. Gaddii* Elog. pag. 030. In Epiſtola data menſe Maii A. MCCCCLXXXVII. ipſum *Oratorem Florentinum apud Pontificem* compellat; in alia menſe Aprilis eiuſdem anni exarata, eumdem exorat, ut *Cornelio Ioanni* Nepoti ſuo Eccleſiam S. *Laurentii* ad *Dioecetam*, a *Coloniis Dioeceſis* unanimi conſenſu ei deſtinatam, & in altera, ut S. *Ioannis* in *Valle Acrotae* Abbatiam D. *Nuaro* Fratri, Monacho Camalduienſi obtineat.

(9) Id patet ex monumentis, quae heic proferimus.

Spectabili viro civi noſtro chariſſimo Domino Franciſco Gaddio *apud Chriſtianiſſimum Regem Francorum.*

Priores Libertatis &
Vexillifer Iuſtitiae } *Populi Flor.*

Spectabilis civis noſter chariſs. Diamo licenzia a M. Guidantonio Veſpucci, *& mentre è ſtato coſtì non vi abbiamo altrimenti affaticato. Nella ſua abſenzia ne terrete adviſato il più che potrete delle coſe di coſtà, come ſperiamo farete perfettamente per la prudentia voſtra e diligentia. Vale. Ex Pal. noſtro die 5. Aug. 1480.*

Barth. Scala.

Magnifico Oratori Flor. D. Franciſco *de* Gaddis *concivi noſtro chariſſimo apud Chriſtianiſſimum Regem Francorum.*

Magnifice Orator noſter dilectiſſime &c. Con queſta ſarà una Lettera alla Maeſtà del S. Re di credenzia in voi, perchè poſſiate comparire, come perſona pubblica, per voſtro honore. Et perchè meglio poſſiate fare, & procurare le coſe della Città ſecondo le noſtre commiſſioni, & ſecondo accaderà, & così vi abbiamo eletto pel Comune Imbaſciatore appreſſo a cotesto Criſtianiſſimo Re con ſalario il dì di duc. due larghi. Confortiamvi a ſtare più honorevolmente che potete con queſto ſalario. Et qui faremo pagare el ſalario voſtro di due meſi, acciò cominciate a potervi mettere ad ordine; El noſtro ufizio comincia queſto dì 5. di Dic. & durerà per meſi dua abſoluti, con auctorità della prorogazione ne' noſtri Signori. Et così ſi prorogherà, ſecondo che accaderà. Preſentata la lettera della credentia alla Maeſtà del Re, ringrazierete la Maeſtà ſua del ſuo continuo e perpetuo amore inverſo la noſtra Città, e della demoſtrazione ne fa in ogni coſa; & preſertim per quello ne ſcriveſti ha operato collo Illuſtriſſimo D. Federigo, *& in ogni modo per queſte reſtituzioni delle coſe noſtre. Nella quale diſpoſizione v' ingegnerete ſempre mantenere la Maeſtà Sua, & continuamente implorerete e' conſueti favori, tanto ſi habbi lo effecto di queſte reſtituzioni. Delle coſe ſeguite di qua, ſappiamo* Lorenzo de' Medici *v' informa a pieno; perciò per ora altrimenti non ci diſtenderemo: così delle coſe ſeguite a Roma, come di Genova, e di Milano, alle ſue Lettere ci riferiamo. Voi arete ad intendere delle coſe di coſtà, & continuamente tenere bene advisati, & in grazia ſempre della Maeſtà del Re, a chi raccomanderete la Città noſtra, & il noſtro popolo devotiſſimo & dediti ſſimo della ſua Criſtianiſſima Maeſtà. Vale. Ex Palatio Flo. die 6. Decemb. MCCCCLXXX.*

Litterae vero creditivae, de quibus in ſuperiori Epiſtola mentio fit, ita ſe habent:

Sereniſſime, & Chriſtianiſſime Rex Pater & benefactor noſter perpetue ſalutem. Reddet tibi has litteras noſtras creditivas Franciſcus Gaddus, *nobilis civis*

tanto in honore eſt habitus, ut ipſum Conſiliarium ſuum, & Magiſtrum, ut vocant Requeſtarum declaraverit (1), eiuſque opera *Franciſcus* etiam *Sphortia* Dux Mediolani ad res graviſſimas in illa Aula pertractandas uſus fuerit (2); quibus feliciter geſtis, anno MCCCCLXXXI. multa ingenii ſui monumenta relinquens (3 in patriam

civis noſter, quem nec iuſſimus noſtro nomine eſſe, quam opus eſt apud Maieſtatem tuam. Ex eo, ne longiores ſimus, quae ſint noſtra mandata intelliges. Precamur tuam Maieſtatem, ut eius dictis fidem adhibeat, ac ſi nos cum tua glorioſiſſima & Chriſtianiſſima Maieſtate loqueremur, cui nos, & Urbem, ac populum noſtrum commendamus. Ex Palatio noſtro die V. Dec. MCCCCLXXX.

(1) Id teſtantur ipſius Regis Litterae, quas heic libet integras adferre, nimirum: Ludovicus *Dei gratia Francorum Rex Univerſis praeſentes litteras inſpecturis ſalutem. Praecipua ſollicitudine intendimus eos in Conſiliis noſtris vocare perſonas, quos & fama referente, & meritis incitantibus, nominis praeſtantiam ſunt conſequutos, ut & prudentium conſiliis, & peritorum iudiciis noſtra in melius dirigantur. Notum igitur facimus, quod nos audito fideli teſtimonio nobis facto de induſtria, diſcretione, ſcientia, litteratura, probitate, virtutum ac morum honeſtate dilecti noſtri Magiſtri* Franciſci Gaddi, *eumdem, his de cauſis, & aliis, ad hoc animum noſtrum moventibus, in Conſiliarium noſtrum & Magiſtrum Requeſtarum Hoſpitii noſtri retinuimus, & promovemus de gratia ſpeciali per praeſentes ad honores, praerogativas, libertates, immunitates, & praeeminentias ad dictum officium ſpectantes, & pertinentes. Quocirca dilecto & fideli Cancellario noſtro, tenore praeſentium praecipimus & mandamus, quatenus recepto ab eodem Magiſtro* Franciſco Gaddi *iuramento in talibus praeſtari ſolito, ipſum ad Conſilia noſtra, & alia peragenda, cum aliis noſtris conſimilibus Conſiliariis de cetero evocet, & admittat dictum in officium Magiſtri Requeſtarum in Cancellaria noſtra, & alibi, ubicumque interierit, exercere permittat, praedictiſque honoribus, praerogativis, libertatibus, immunitatibus, & praeeminentiis uti & gaudere faciat pacifice, & quiete, in cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum praeſentibus litteris duximus apponendum. Dat. apud Thouarcum de menſe Ian. anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo I. & Regni noſtri vigeſimo primo.*

Diſcedens autem e Gallia hanc quoque a Rege Epiſtolam obtinuit, quam ex Gallico idiomate italice verſam exhibet *Iac. Gaddius* in Elogiis Italico ſermoni redditis ab Academicis *Svogliatis* Florentiae typis *Amadoris Maſſae* MDCXXXIX. 4. pag. 233. Indicaverat autem prius in editione Elogiorum Latina pag. 216

Ludovico *per la* Dio *Grazia Re di Francia. Cariſſimi, e grandi amici.* Franceſco Gaddi, *ch' avete mandato di quà voſtro Ambaſciatore per voſtre affari ci à detto, che gli avete ſcritto che ci addimandaſſe congedo per ritornarſene di là. Dal che ſiamo rimaſti molto maravigliati, e non ſappiamo che penſare che vi muova a ciò fare: eccetto che vi ſia ſtato riferito che noi l' abbiamo poco grato. Ma per mettervi fuor di dubbio, Noi vi avviſiamo, e facciamo ſapere ch' egli ci è gratiſſimo, e che non abbiamo veduto coſa che in lui non ſia oneſtiſſima, e per la quale non dovevamo eſſerne contenti. Si che per le lodevoli virtù, quali abbiamo conoſciuto eſſere nella di lui perſona, l' abbiamo noi ritenuto noſtro Conſigliere, e Maſtro delle Richieſte di Caſa noſtra, e gli abbiamo dato tutto il carico degli affari d' Italia; & per ciò reſtiamo molto diſpiacevoli della ſua partenza, e gli abbiamo detto che ſe egli ritorna di quà, noi lo tratteremo bene, e faremogli buona ciera, & ancora gli abbiamo impoſto di dirvi, che ſe c' è niente che potiamo fare per voi, lo faremo di buoniſſimo cuore. Da Tours li 16. Gennaio.*

Luigi

Berbiſeil

Extra: *Alli noſtri Cariſſimi, e grandi Amici, li Priori di Libertà, e Gonfaloniere di Giuſtizia del Popolo Fiorentino.*

(2) En ipſius Mediolanenſis Ducis Litterae ad *Franciſcum Gaddium*, dum in Aula Francorum Regis moram traheret, ſcriptae: I. *Spectabilis amice noſter honorande. Mandamo alla Maeſtà de quello Chriſtianiſſimo Sig. Re lo egregio* Zanino Ambroſio Venzago *noſtro familiare per la caſone, che da lui intenderete, che gli havemo commeſſo ſia con voi, prima che ſe preſenti alla Maeſtà del Sig. Re = & la commeſſione ſua toglia el voſtro parere, & ve richieda ad intervenire all' expoſitione ſua. Ve pregamo per l' amor che portate al Magnifico Lorenzo, & per la confidentia, che la Sua Maeſtà ne ha dato de voi, la quale ve havemo demonſtrata per l' altre noſtre, vogliate ben intendere queſto noſtro mandato, & conſigliarlo, & adrizzarlo, come ve parerà eſſere più expediente & al propoſito noſtro; che facendo, come ſperamo in voi, ce obligarete in eterno, & ne troverete ſempre ad ogni voſtra piacere prontiſſimi. Ex arce Portae Iovis Mediolani die XXIX. Nov. MCCCCLXXX.*

Aloyſius.

Lud. Maria Sphortia *Vicecomes de Aragonia, Dux Bari, ac Ducalis Dominii Locumtenens Generalis Spectabili amico noſtro honorando* Franciſco Gaddio *Civi Flor.*

II. *Spectabilis amice noſter honorande. Con tanta affectione, diligentia, prudentia, & fede, havete ben exeguito & conducto ad termino el deſiderio noſtro, che non ſapemo, con qual parole ſufficientemente ringraziarvi. Magior obligo non ce poreſſi haver impoſto; & potendovi declarare l' animo noſtro con qualche digna repenſione, ve demoſtraremo apertamente tanto più grato eſſerne ſtato queſta voſtra ben oprare, quanto quello Chriſtianiſſimo Sig. Re excede di auctorità, di ſtato, & de gloria tutti li altri Principi Chriſtiani, & la gratia ſua è da eſſere più avidamente ricercata & conſervata. Quanto apartiene alla devotione & ſervitù noſtra verſo la Maeſtà del prefato Sig. Re, non è che ſe gli poteſſe agiungere, perchè oltra che la ne ſia laſſato hereditaria da la felice, & ſanta memoria dello Illuſtriſs. quondam noſtro Patre, voi ne la voleſſe levare, ſaria neceſſario ne levaſſe l' anima propria, nè altramente mai la laſſeremo. Queſto gli ſerà manifeſto più per l' experientia, che per noſtre parole. Così gli replicarete in noſtro nome, & ve affaticarete farliene profunda impreſſione, ricomandandome ad eſſa reverentemente. Ex Arce portae Iovis Mediolani XXII. Ianuarii MCCCCLXXXI.*

Ludovicus Sphortia *Vicecomes de Arogonia Dux Bari, & Ducalis Dominii Locumtenens Generalis.*

Aloyſius.

(3) Teſtimonio eſſe poſſunt Litterae Cardinalis *Iuliani de Ruvere*, Savonenſis, *Sixti* IV. Romani Pontificis *Raphaelis fratris filii*, quarum initium eſt:

Iulianus *miſeratione divina Epiſcopus Sabinenſis S. R. E. Cardinalis S. Petri ad Vincula nuncupatus D. N. Papae Maior Poenitentiarius, in Franciae, ac nonnullis aliis Regni, Provinciis & Dominiis Apoſtolicae Sedis Legatus Dilecto nobis in Chriſto* Franciſco de Gaddis *Civi, & Oratori Florentino apud Chr. Francorum Regem, Sacri Palatii Lateranenſis Comiti Palatino ſalutem in Domino. Sinceras devotionis affectus, quem ad Apoſtolicam Sedem, & Romanam Eccleſiam, cuius Legationis munere fungimur, gerere comprobaſti, vitae, ac morum honeſtas, aliaque praeclara virtutum dona & merita, quae in te divina propagavit clementia, & quibus perſonam tuam fide dignorum teſtimoniis cognoſcimus inſignitam, nos inducunt ut perſonam tuam condignis dignitatum titulis, & gratioſis favoribus attollamus. Ut igitur in effectu percipias quod nobis ſuggerit noſtrae mentis affectus, te pro eiſdem meritis & virtutibus tuis extollentes &c.*

Datum Turonis anno MCCCCLXXXI.

triam rediit, & paullo poſt ad *Petrum Mariam Rubeum*, & ad Comitem *Amorattum* pro quibuſdam negotiis ad Rempublicam ſpectantibus pertractandis miſſus eſt (1).

§. IX. Paucis elapſis menſibus, anno videlicet MCCCCLXXXII. quum ad *Alphonſum* II. Ducem Calabriae, *Ferdinandi* Siciliae Regis Primogenitum, & Vicarium Generalem eſſet Orator profectus, Siciliae Rex hiſce illum litteris eſt proſequutus:

= *Ferdinandus* Dei gratia Rex Siciliae Ieruſ. &c. Quum magnificus vir *Franciſcus de Gaddis* Excelſae Dominationis Florentinae Orator in praeſentiarum proficiſcatur ad Illuſtriſs. Ducem Calabriae Primogenitum, ac Vicarium noſtrum generalem, ſuae legationis munus apud eumdem Illuſtriſs. Ducem obiturus, nomine dictae Excelſae Dominationis Florentinae, cupimus eidem Magnifico Oratori, eiuſque omni comitivae, tam equeſtri, quam pedeſtri, nedum iter patere liberum, & tutum, undequaque ipſum tranſire contigerit, verum etiam eum ubique honorifice ſuſcipi, & ſibi provideri de ſtantiis eo dignis, cum omnibus rebus in ipſis neceſſariis; nec non de ſtramine neceſſario, & de guidis ſeu ſcortis, ſibi forte neceſſariis, ſine aliqua ſolutione, ſeu ſalario; propterea tenore praeſentium, noſtra ex certa ſcientia, deliberate, & conſulto dicimus, committimus, & mandamus expreſſe omnibus, & quibuſcumque Officialibus & ſubditis noſtris maioribus & minoribus, pontium, platearum, ac paſſuum cuſtodibus, exactoribus cuiuſcumque dirictus, vectigalis, ſeu gabellae, in quavis huius Regni parte conſtitutis, & conſtituendis, ad quos, ſeu quem praeſentes devenerint, & fuerint quomodolibet praeſentatae, quatenus eumdem Magnificum Oratorem, eiuſque comitivam omnem, tam equeſtrem, quam pedeſtrem, una cum ſarcinis, ſeu carruaggiis, bulgiis, baligiis, & ſatdellis, ac omnibus aliis rebus, quas ſecum ducet, libere tranſire, ſtare, & permorari faciatis, nullum pro his exigendo dirictum, aut aliquam ſolutionem, ratione, ſeu cauſſa cuiuſcumque vectigalis, datii, ſeu gabellae. Quin immo dicto Magnifico Oratori, & eius praedictae comitivae provideatis, & providere faciatis de dictis ſtantiis, & ſtramine, ac de guidis, ſeu ſcortis ſibi neceſſariis, ſine aliqua ſolutione, ſeu ſalario, ipſumque Magnificum Oratorem, eiuſque comitivam, ut illum decet, honorifice ubique ſuſcipiendo, & liberaliter tractando, quoniam ſic noſtrae mentis & voluntatis eſt, & contrarium non faciatis, quanto gratiam noſtram caram habetis, iramque, & indignationem noſtram, ac poenam ducatorum

(1) Praeſtat hoc loco Litteras quaſdam afferre Legationem hanc ſpectantes, quae ſunt:

I. *Priores Libertatis, & Vexillifer Iuſtitiae Populi Flor. ſingulis, atque univerſis amicis, confoederatis, & benevolentibus nobis, in quos hae noſtrae litterae inciderint ſalutem. Quum in praeſentia mittamus Dominum* Franciſcum Gaddum, *nobiliſſimum Civem noſtrum, ad Dominum* Petrum Mariam Rubeum, *& ad Comitem* Amorattum *pro nonnullis negotiis ad noſtram Remp. ſpectantibus exſequendis, rogamus vos, ut eumdem D.* Franciſcum *cum omni ſua comitiva, tum equeſtri, quam pedeſtri uſque ad numerum decem, omnibuſque ſalmis, valiſiis, arneſibus, & rebus ſuis omnibus, dum per loca ditionis veſtrae tranſierit, in eundo, ſtando, indeque abeundo, ac ad ea redeundo, amice recipiatis, ac tractetis, ſine ulla ſolutione pedagii, oneris, vel gabellae. Ac etiam rogamus, ſi a vobis petet ſalvumconductum, ſocietatem, & ſcortam, ut ſe ſalvum conferat, quo ire voluerit, ut ei libere concedatis. Id erit nobis vehementer gratum, & ingentis beneficii loco accipiemus. Ex Palatio noſtro Die XXXI Maii MCCCCLXXXII.*

II. *Epiſtola Magnifici* Laurentii Medicei *ad* P. M. Rubeum.

Magnifice Domine. Venendo coſtà M. Franceſco Gaddi *mandata da queſta Signoria, amiciſſimo mio, gli è commeſſo riferiſca ancora in mio nome alcune coſe alla S. V. la quale io prego la vegga volentieri, & preſtigli fede, come ſe io medeſimamente parlaſſi, & a Lei mi raccomando. Flor. III. Iunii MCCCCLXXXII.*

V. O. Laurentius de Med.

III. *Priores Libertatis, & Vexillifer Iuſtitiae Populi Florent. Magnifico Oratori noſtro chariſſimo Domino* Franciſco de Gaddis.

Magnifice Orator noſter. Bandinello *apportatore conferirà con voi la cagione, perchè è mandato. In quello che accadeſſe lo conſigliate, & favorite, perchè la cagione, perchè viene habbi perfectione. Valete. Ex Palatio noſtro Die XIII. Iunii MCCCCLXXXII.*

IV. Reſponſum *Franciſco* noſtro datum a *Petro de Rubeis* ita habet:

Magnifico ac praeſtanti Viro, tamquam fratri hon. D. Franciſco de Gaddis *Oratori Floren.*

Magnifice ac praeſtantiſſime Vir, tamquam frater honorande. Viſta la richeſta fattame per V. M. gli reſpondo che licet ſemper gratiſſima mi fuſſe non ſolamente oldere l' ambaſate della voſtra Ill. & Exc. Republica, e Signoria de' Florentini, ſed anche potere eſeguire ſoi beneplaciti, nondimeno ſupplico quella, e prego V. M. mi habbia mò excuſato, ſe io non gli mando il ſalva condotto, che me chiede, perchè ritrovandoſe quà intorno lo exercito Ducale a darme il guaſto, me ritiene tanto occupato in molte coſe a mi importante, ch' io non hò el modo, nè il tempo congruo ad oldere tal coſe ad eſſo. Ultrachè etiam io comprendo queſta Ambaſata dovere eſſere de coſe, che ſono de tal natura, chè a mi non ſpecta de impazarmene, nè dargli altramente orecchie. Bene valeat M. V. Ex Sancto Secundo X. Iunii MCCCCLXXXII.

Petrus Maria de Rubeis, *Comes Berceti, Sereniſſ. Dominii Venetiar. Armor. Du.*

torum mille capitis non ſubire. Datum in Caſtello Novo Neapolis XXX. Octobris MCCCCLXXXII. =

Rex Ferdin.

Dominus Rex ma. mihi Antonello *de* Petratiis.

§. X. Litteras etiam, dum Neapoli moram traheret, a *Friderico* Regis filio propria manu exaratas accepit, quae ſunt huiuſmodi: = Sig. Embaſſadore. El mio Magerdomo datore di queſta en Napuli li haio commeſſo alcune coſe da referire de mia parte, ve prego li voliate dar fede como a me proprio, offerendone ſempre al piacer voſtro. Scritta de mia mano en campo appreſſo Mignano l'ultimo di Settembre. =

El voſtro Enfante

Don Federigo *de* Aragona.

Extra: *Al mio multo caro & amato*

El S. Embaſſador Florentino.

Ad ipſum quoque Litteras dedit *Laurentius Medices*, in quarum una ſatis prolixa, & arcanis identidem perſcripta litteris haec habet: „ con queſta harete oltre alla lettera al Re, una alla Ducheſſa, & un altra al Sig. Don Federico pure in credentia voſtra ſopra le coſe dette di ſopra. „

§. XI. Exſtant etiam Litterae ad eum, ut aiunt, Credentiales Decemvirûm Reipublicae Florentinae, quibus ei iniungitur, ut in Oratoris munere apud Regem permaneret, donec *Petrus Capponius*, qui adverſo morbo conflictabatur convaleſceret. Eae autem ſunt: „ Magnifico Oratori Florentino Neapoli Domino *Franciſco Gaddo* concivi noſtro chariſſimo. Magnifice Orator &c. Per riſpoſta delle voſtre non ci occorre altro, che commendare la voſtra diligentia. Vedrete per informazione delle coſe di quà la lettera che ſcriviamo a *Piero Capponi*; al quale diamo arbitrio & libertà reſtarſi di coſtà, ſe vuole, che è quella coſa che più deſideremo, ma non con detrimento della ſanità ſua, & tornarſi di quà, & ancora mutar aria in qualche luogo vicino, ſe così gli pareſſi il meglio. In ognuno di queſti dua ultimi caſi vogliamo che vi reſtiate coſtì appreſſo la Maeſtà del Re, e nella ſua abſentia ſuppliate il ſuo officio, & quando lui reſtaſſi di coſtà alla ſua legazione, voi vogliamo che ſeguiate nella voſtra Commiſſione, e ſiate ſempre dove ſarà la Excellentia del Duca di Calabria, o coſtì, o in Campo che habbia a eſſere, ſecondo quella commiſſione che vi fu data qui alla partita voſtra, & con diligentia adviſate di quello che ogni hora accaderà. Ex Palatio noſtro die VIII. Septemb. MCCCCLXXXII. „

Decem } Civitatis Florentiae.
Baliae }

Quum igitur *Petrus Capponius* convaluiſſet, proficiſcitur *Franciſcus* ad Calabriae Ducem in caſtra adverſus Pontificem reverſum (fuerat enim cum Duce in exercitu, quem fudit *Robertus Malateſta* Pontificius Imperator) ad quem reditum, & apparatum bellicum, Ducem, Regemque ipſum ſemper excitarat *Franciſcus*, neceſſarium fore diſerte pronuncians ad exiſtimationem vindicandam concordiae tractatus reſcindere, magnoque impetu bellum redintegrare. Quapropter diſertiſſimus *Iacobus Pontanus*, primus Ducis a Secretis, *Franciſcum* amplexus, ipſum ob conſilium ſincere praebitum eſt exoſculatus (1).

§. XII. Subſequenti anno MCCCCLXXXIII. Roma pertranſiens, primum a *Sixto* IV. inde vero etiam ab *Innocentio* VIII. Pontificibus Maximis Mediolanum ire iuſſus eſt, ut ſubſidium triginta millium ducatorum ſuper fructibus, & proventibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum in ditione Ducis Mediolani exſiſtentium pro publicis calamitatibus ſublevandis exigeret; ut ex ſequentibus Pontificiis Litteris apparet:

SIXTVS PAPA IV.

„ Vniverſis & ſingulis praeſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam Bened. Mittimus dilectum filium *Franciſcum de Gaddis* Clericum Flor. praeſentium latorem pro nonnullis noſtris & Apoſtolicae Sedis negociis ad diverſas

(1) Id adfirmat idem *Franciſcus* in Libro Epiſtolarum ad Magn. *Laurentium Medicem*, ad Decemviros, & Octoviros Praticae, & ad alios Proceres ſcriptarum.

verſas partes [1], cui cupientes expeditum & liberum iter ubique patere, devotionem veſtram hortamur in Domino, ſubditis vero noſtris expreſſe praecipiendo mandamus, quatenus eumdem *Franciſcum* cum comitiva, uſque ad numerum ſex, tam equeſtrium, quam pedeſtrium, nec non ſalmis, valiſiis, bulgiis, & aliis rebus eorum, dummodo mercimonii cauſſa non deferantur, per omnia loca, paſſus, portus, & pontes, tam veſtros, quam noſtros, abſque aliqua ſolutione gabellae, fundinanis, pedagii, thelonii, aut cuiuſvis alterius indicti, vel indicendi oneris, ire, redire, morari, & praticare libere & licite permittatis, & benigne pertractetis, deque ſecura ſcorta, & libero ſalvo conducto, ſi neceſſarium fuerit, & requirendum duxerit, providcatis, ita vos circa hoc gerendo, ut de promptitudine veſtra iuxta ipſius *Franciſci* relationem, apud nos commendari non immerito poſſitis, praeſentibus ad unum annum duraturis. Datum Romae apud Sanctum *Petrum* ſub annulo Piſcatoris die XXVIII. Maii MCCCCLXXXIII. Pont. noſtri anno XII. „

§. XIII. Quum vero ſequenti anno novis calamitatibus publicae res premerentur, idem Pontifex *Franciſcum* in Apoſtolici Collectoris munere confirmat hiſce ad ipſum Litteris datis:

SIXTUS PAPA IV.

„ Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Impoſuimus anno elapſo ſubſidium triginta millium ducatorum ſuper fructibus & proventibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum in Dominio Mediolanenſi exiſtentium pro ſublevandis, tam noſtris, quam Ducis Mediolani neceſſitatibus, quae quum nobis, & ipſi Duci non minores hoc anno, quam proxime elapſo incumbant, & de tua probitate fideque ſpecialem in Domino fiduciam geramus, committimus tibi & facultatem damus pro praeſente anno ſubſidium triginta millium ducatorum huiuſmodi in praefato Dominio imponendi & exigendi, iuxta, & ſecundum formam Bullae ſuper ipſo praeteriti anni ſubſidio emanatae, quam Bullam in priſtinum quoad huius quoque anni ſubſidium exigendum, vigorem, & robur reſtituimus, & reponimus, & proinde eam valere volumus, ac ſi pro impoſitione & exactione ſubſidii praeſentis anni illa emanaſſet. Datum Romae apud Sanctum *Petrum* ſub annulo Piſcatoris die prima Iunii MCCCCLXXXIV. Pontificatus noſtri anno tertiodecimo. „

§. XIV. Quum igitur maximam eſſet apud ipſum Mediolani Ducem exiſtimationem adeptus [2] pluries Legati perſonam poſtero tempore ſuſtinuit, ut ex documentis infra recitandis liquido patebit [3]. Ea vero ſunt:

I. Epi-

(1) Bulla, qua eum *Sixtus* IV. Nuncium declarat, eique facultates impertit pro Decimae exactione in ditione Ducis Mediolani, legitur in *Io. Gaddii* Elogiis Hiſt. Mss. in Bibl *Magl.* Cl XXV. Cod. chart. in fol. autogr. num. 291. & in Elogiis impreſs. Flor. typis *Amatoris Maſſae* MDCXXXVII. pag. 204 ſeqq. Data autem eſt *apud S.* Petrum *anno Incarnationis Dominicae* MCCCCLXXXIII. *quinto Kal. Iunii Pont. noſtri An. XII de Curia.*

(2) Teſtimonio ſunt Litterae ipſius Mediolani Ducis, quibus illum abeuntem eſt proſequutus, quae ſunt eiuſmodi:

I. Ioannes Galeaz Maria Sphortia Vicecomes, *Dux Mediolani &c. Papiae. Angleriaeque Comes. ac Genuae, & Cremonae Dominus. Reverendus Dominus* Franciſcus Gaddius *diu apud nos reſedit Apoſtolicus Collector. & Commiſſarius, in quo munere vir tum prudentiſſimus atque integerrimus, tum dignitatis amplitudiniſque noſtrae ſtudioſiſſimus atque obſervantiſſimus cognitus eſt; ita ut dignus eſſe videatur, quem diligamus. & , ubicumque fuerit, eiusrum habeamus. Itaque quum in praeſentiarum ex hac provincia decedens, ad Vrbem proficiſcatur, optamus iter &c. & ſubditis noſtris ſtricte iniungimus quatenus praefatum Dominum* Franciſcum, *cum ſociis ſex &c. denique ipſum comiter & honorifice excipiant. Sic eius virtuti & dignitati convenit &c.*

II. *Sanctiſſime Patrum & Clementiſſime Domine Domine mi ſingulariſſime, poſt pedum oſcula beatorum, & humillimas commendationes. Quum venerabilis Dominus* Franciſcus de Gaddis, *qui a Sanctiſſimo fel. mem. Papa* Sixto *Praedeceſſore Veſtro conſtitutus Collector generalis fuerit, & deinde per Beatitudinem Veſtram confirmatus, circa exactionem ſubſidiorum impoſitorum Clero univerſo Dominii huius mei, ad pedes ipſius Beatitudinis Veſtrae nunc revertatur, ob factam eius a munere eiuſmodi revocationem; viſum eſt mihi curam illi dare nonnulla S. V. nomine meo in rem eorumdem ſubſidiorum exponendi. Quare eam ſupplex & rogo & obſecro ut expoſitioni ipſius Domini* Franciſci *eam habere fidem dignetur, quam mihi ipſi, ſi coram alloquerer, haberet, ac deinde omnibus mature conſideratis, ut pro ſumma ipſius ſapientia ſemper ſolet, id efficere, quod iam de benignitate ſua mihi plane ſpopondi. Dat, Mediolani die X. Februarii* MCCCCLXXXV.

E. S. V.

Humilis, & Devotus S. ac filius Io. Gal. *M.* Sphortia Vicecomes *Dux Mediolani.*

B. Chalcus.

Extra: *Sanctiſſimo Patrum & clementiſſimo Domino meo Papae.*

(3) Vide *Ammiratum* Libro XXV. ubi ait: *Si facea inſtanza da' Fiorentini, che* Franceſco Gaddi, *loro Oratore, il quale era ſucceduto nell' Ambaſciaria di Milano al* Rucellai *perſuadeſſe* Lodovico Sforza *a mandare delle ſue genti d' armi di quà per poter gli* Orſini *con più lor riputazione & ſicurezza*

I. Epiſtola *Ioannis Galeazii* inſcripta: *Magnifico & praeſtanti amico noſtro honorando D* Franciſco Gaddio *Excelſae Reip. Florentinae Oratori*.

„ *Ioannes Galeaz Maria Sphortia* Vicecomes, Dux Mediolani &c. Papiae, Angleriaeque Comes, ac Genuae, & Cremonae Dominus. Oratorio munere apud nos pro Excelſa Rep. Florentina perfunctus vir Magnificus D. *Franciſcus* de *Gaddis* aliquandiu nobiſcum verſatus eſt, cuius praeſentia, eloquio, & ceteris, quibus affatim pollet virtutibus mirificam cepimus voluptatem. Nunc autem evocatus ab eadem inclyta Republica quum repetere lares patrios conſtituerit, profectionem ſuam, & iter ubique tutum liberumque fore cupientes, Illuſtriſſimos Dominos, Praeclaras Reſpublicas, fratres, amicos, & benevolos noſtros, tam Eccleſiaſticos, quam ſaeculares affectuoſe hortamur, & rogamus; Officialibus autem, gentibus armigeris, pedeſtribus, & equeſtribus, ac ſubditis quibuſcumque noſtris praecipimus expreſſe, atque mandamus, ut dictum Dominum *Franciſcum* cum univerſa eius familia, cum ſuis armis, arneſiis, valiſiis, libris, veſtibus, impedimentis, capſis, rebus & bonis omnibus, eundo, ſtando, morando, & redeundo tam eques, quam pedes die noctuque, tam per terram, quam per aquam, per omnes paſſus, portus, pontes, civitates, oppida, villas, terras, & loca, tam noſtra, quam aliena, tute, libere, & expeditiſſime, omnique impedimento reali, vel perſonali ceſſante, ſervatis tamen ordinibus noſtris in facto peſtilentiae editis, tranſire permittant, ſibique aſſiſtant quibuſvis honoribus & favoribus opportunis; praeſentibus menſes IV. proximos futuros valituris. Datum Mediolani ſub fide noſtri Sigilli die XXVII. Decembris MCCCCLXXXV. „

B. Chalcus.

(Locus Sigilli)

II. Litterae autem, ut aiunt Credititiae Reipublicae Florentinae ſunt huiuſmodi:

„ Illuſtriſſime Princeps, frater, & amice noſter chariſſime ſalutem. *Franciſcus Gaddus* Secretarius noſter reddet tibi has litteras credititias, & quae habet a nobis tibi coram explicabit. Ex Palatio noſtro die III. Septembr. MCCCCLXXXVIII. „

Priores Libertatis & Vexillifer Iuſtitiae } Populi Flor

Extra:

„ Illuſtr. Principi & Excellentiſs. D. *Io. Gal. Mar. Sphortiae* Vicecomiti, Duci Mediolani, & Papiae, Angleriaeque Comiti, atque Iannae, & Cremonae D. &c. Fratri & amico noſtro char. „

III. In Publico Tabulario adſervantur a *Barptolemaeo* Scala Reipublicae Florentinae a Secretis perſcripta „ Mandata Domini *Franciſci de Gaddis* Oratoris ad Illuſtriſſimum Ducem Mediolani „ inter quae haec habentur: „ Ordinano a *Fran-*

ca romper la guerra al Pontefice &c. Et Lib. XXVI. *Eſſendo da lui richieſti a mandar di nuovo alcuno lor Cittadino a Virginio. mandandovi egli da Capo Marino* Brancaccio, *dettero queſta commiſſione a* Franceſco Gaddi *Segretario della Repubblica, il quale & col* Brancaccio, *& col* Valori *uſaſſe ogni opera di diſporre* Virginio *all' accordo &c. Il Re* Ferdinando *dall' altro canto volendo dare al Papa ogni ſodisfazione che foſſe poſſibile; poichè ſi era accorto ne coll' Abate* Roggio, *nè col* Brancaccio *avere la durezza di* Virginio *potuto ammollire, deliberò mandarvi D.* Federigo *ſuo figliuolo.* Vide & *Iac. Gaddium* loc. cit. pag. 213.

In Bibliotheca publica *Magliabechiana* Cl. XXV. Cod. 189. chart. in 4. adſervatur Liber autographus expenſarum *Franciſci Gaddi*, cum hoc titulo:

In queſto libro ſi farà nota di tutte le ſpeſe occorreranno nell' andata mia ad Milano allo Illuſtriſſimo Sig. Duca, mandato dall' Excelſa S. di Firenze, & ſarà compartito in queſta forma:

Da carte 1. *inſino a c.* 50. *ſi faranno debiti, e crediti.*

Da carte 50. *a c.* 70. *ſi faranno diverſi ricordi.*

Da carte 70. *inſino a c.* 96. *ſi farà nota delle lettere ſi ſcriveranno.*

Pag. 50. Inter alias ſupellectiles, quas ſecum advexerat, hoſce libros enumerat:

Il Temiſtio.
Il Burleo.
Il Comento di S. Tommaſo *ſopra la Fiſica.*
L' Euclide.
L' Etica coll' Argiropilo.

Pag. 51. *b.* legitur:

1488. *a dì III. di Settembre mi partì da Firenze con V. famigli, & ſei cavalli, e con un mulo per il carriaggio.*

A dì XI. detto giunſi a Milano.

Pag. 70. *Appreſſo ſi farà ricordo & noteranno tutte le lettere ſi ſcriveranno dì per dì, dove, ad chi, & donde.*

A dì VI. di Settembre da Bologna per il Graſſo *Corriere.*

A Firenze a' Signori Otto di Pratica.

Al Magnifico Lorenzo.

A dì XI. di detto da Milano per Franceſco *del* Magno *Cavallaro.*

A Firenze a' Signori Otto di Pratica.

Al Magnifico Lorenzo.

A Loretta *mia donna.*

Al Sig. Iacopo Ruffino.

A dì XIV. di detto per mano di Accerito *Portinari.*

A Firenze a' Signori Otto di Pratica.

Al Magnifico Lorenzo *&c.*

Digitized by Google

a *Franceſco* i Signori, che ſi condolga col Duca della morte della Ducheſſa di Calabria *Ippolita Sforza &c.* „ Idem teſtantur: „ Adiunctiones factae commiſſionibus D. *Franciſci de Gaddis* Oratoris ad Illuſtriſs. Ducem Mediolani „ nec non hae Litterae Publicae Ducis Mediolani. „ *Io. Galeaz &c.* Revertitur in patriam Magnificus Dominus *Franciſcus Gaddi*, Civis, & Patritius Florentinus, qui his menſibus pro Excelſa Republica Flor. apud nos Oratorem egit. Cupimus &c. ut praefatum Oratorem cum omni eius familia ad numerum hominum XII. equitum, vel peditum, ac ſuis armis &c. Datum XXIV. Nov. MCCCCLXXXVIII. „ Itemque *Commiſſione di M.* Franceſco Gaddi *Oratore a Milano, deliberata a dì III. di Sept. MCCCCLXXXVIII.*

§. XV. Praeterea *Franciſcum Gaddium* Florentina Reſpublica, & Magnificus *Laurentius Medices* elegerunt ad componenda diſſidia, quae inter *Boccolinum* (1) & Romanam Eccleſiam, a qua ille defecerat, interceſſerant, qua quidem in re naviter peragenda tantum laboris inſumpſit, ut die VII. Auguſti relicto Piſauro, afflicta valetudine Florentiam reverti coactus fuerit, ubi ineunte menſe Novembris unus ex Octoviris belli, paciſque arbitris (2), & paullo poſt, videlicet menſe Ianuario ſummi Magiſtratus a Secretis adlectus eſt. Nec praetereundum, ipſum pridem, anno videlicet MCCCCLXXXVII. ad *Innocentium* VIII. Summum Pontificem Legati perſonam cum dignitate ſuſtinuiſſe (3).

§. XVI. Ad Rempublicam quoque Venetam anno MCCCCXCII. Orator eligitur ad procurandum, ut quae Florentinis mercatoribus fuerant ablata reſtituerentur. Litteras publicas habuit pro Ferrarienſium Duce, ab ipſo Florentinae Reip. nomine conveniendo. Onus etiam illi impoſitum eſt ab Octoviris Practicae ſub die XXVI. Decembris, Bononienſium Magiſtratum, & Civitatis arbitrum *Ioannem Bentivolum* II. adeundi(4), nec non de negociis quibuſdam cum *Boccolino*, Auximi arbitro, *Virginio Urſino*, aliiſque Regulis, inter ſe odio, & capitali bello diſſidentibus, agendi, quae quidem omnia ad exitum feliciter perduxit. Adeſt ſummi Magiſtratus Diploma, in quo haec leguntur verba: „ cum octo equis & ornamentis legationis ſuae *Franciſcus Gaddus* Secretarius noſter, quem modo mittimus Venetias &c. „ Decretum autem electionis eſt ſub die XXVI. Auguſti MD. „ Magnifici Domini &c. Elegerunt

(1) *Iac. Gaddius* l. c. Epiſtolam *Boccolini* citat inſcriptam *Celeberrimo Iur. V. Doct. & tamquam patri hon. Domino* Franciſco de Gaddis *de Florentia digniſs. Oratori*. Ubi ſe ſubſcribit: *Filius* Boccholinus Gonzonus *P. Auxi. Eques ac Armorum Doctor M. Pp.*

(2) Quae eſſet huiuſmodi Magiſtratus auctoritas eruitur ex inſequenti Epiſtola, quae exſtat in Armario Publici Archivi ſignato L. 1480. Petrophilo Pandolfino die 2. Maii 1480. *Saremo &c. Habiamo creato un nuovo Magiſtrato di LXX & di queſti facto deputazione di Octo ſopra le coſe externe & dello Stato, e quali haranno nelle mani le coſe più ſecrete, chiamanſi* Octoviri Practice R. F. *Quando ti accaderà qualche coſa più ſecreta potrai ſcrivere a queſti Deputati, & il loro ſopraſcritto ſarà* Magnificis Octoviris P. R. F. *nell' altre coſe tutte ſcriverai a noi, eſſendo mancato l' uficio de' X. per beneficio della pace.*

(3) In Bibliotheca *Magliabechiana* Cod. Chart. in fol. min. Claſſe XXV num. 188. exſtat Liber autographus eiuſdem *Franciſci Gaddi* inſcriptus: *Queſto Libretto ſervirà in queſta andata di Roma mandata da' noſtri Magnifici Signori a Papa* Innocentio *VIII. & partì di Firenze adì IX. d' Aprile 1487. & ſarà compartito deſto Libretto, come appreſſo:*

Da carte 1. per inſino a carte 40. ſi faranno debitori, & creditori.

Da carte 40. per inſino ad carte 55. ſi faranno diverſi ricordi.

Da carte 55. per inſino ad carte 64 ſi farà nota di lettere ſi ſcriveranno.

In deſto Libro a 43. è una ricordo che importa lo ſtato mio, & per queſto è fatta la preſente nota.

A carte 40 Ricordo, come queſto dì IX. d' Aprile partimo di Firenze in lunedì mattina ad buona ora con VII. Cavalli, di che fu rogato Ser Franceſco Cennini *alla Porta a S.* Piero Gattolini.

A dì XIII. di detto in Venerdì ſera giugnemo in Roma.

Pag. 42. *b.* legitur 1487. *Appreſſo ſi faranno ricordi appartenenti al viaggio della Marca, cominciando queſto dì XV. di Giugno.*

Pag. 43. *b* 1488. *Ricordo di una ſtima così indigroſſa della valuta di quanto mi trovo di valſente queſto dì prima di Settembre 1488. in Firenze &c.* Ibi pag. ead. *Et più mi trovo in volume 153. di libri di diverſa ſorte legati, i quali mi ſtanno in più che ſior. 350.*

(4) In eadem Biblioth. *Magliab.* Claſs. XXV. Cod. chart. in 4 num. 190. exſtat Libellus item autographus inſcriptus: *In queſto Quadernuccio ſi farà nota di tutte ſpeſe, & altre coſe apartenenti nell' andata a Vinegia mandata da mia Excelſi Signori ad quella Illuſtriſſimo Dominio, & ſarà diviſo nell' infraſcritto modo:*

Da carte 1. ſino a carte 20. ſaranno debitori & creditori.

Da carte 20. inſino a carte 28. ſaranno diverſi ricordi.

Da carte 28. inſino al fine ſi farà nota di lettere ſi ſcriveranno.

Pag. 20. 1492. *Appreſſo ſi farà nota di diverſi ricordi & prima.*

A dì XXVIII. di Dicembre in Venerdì mattina uſci di Firenze con VI. cavalli, & con un mulo per il carriaggio, & con due garzoni a piè.

A dì XXX. di deſto giunſi in Bologna, & preſentai le lettere al Reggimento, & a Meſſer Gio. Bentivoglio.

A dì prima di Gennaio giunſi in Ferrara, & viſitai la Excellentia di Madonna, & preſentai le lettere s' addirizavano al Duca per eſſer lui abſente.

A dì II. di deſto partì da Ferrara.

A dì IV. di deſto in Venerdì mattina giunſi in Vinegia, & alloggiai con 5. famigli in caſa Matteo Cini.

A dì V. di deſto Sabato mattina mi preſentai al Principe, & alla Signoria, & preſentate le lettere credentiali, expoſi la mia commiſſione &c.

Pag 28. 492 *Nota di lettere ſi ſcriveranno.*

A dì XX. di Dicemb. da Bologna.

A' Signori Otto di Pratica

Al Magnifico Piero de Medicis *&c.*

gerunt extraordinarie Oratorem ad Bononienſes, & D. *Ioannem Bentivolum*, ſpectabilem Iuriſconſultum Dominum *Franciſcum Gaddum*, dederuntque illi in ſua hac Legatione infraſcripta mandata „ Eadem die „ Commiſſion data a M. *Franceſco Gaddi*. Andrete a Bologna ſubito, & con ogni preſtezza, dove preſentatuvi alla Magnificentia di M. *Giovanni* (1) con le lettere di credentia che havete da nui &c. „ Litterae autem ſunt quae ſequuntur: „ Magnifici Domini, Fratres, & Amici Chariſſimi, Mittimus ad Magnificentias Veſtras ſpectabilem Iuriſconſultum, & nobiliſſimum Civem noſtrum D. *Franciſcum Gaddum*, qui Oratoris munere apud eas fungatur, exponatque illis noſtro nomine nonnulla, quae illi mandavimus, cui precamur fidem haberi certiſſimam, non ſecus, quam nobis. Ex Palatio noſtro die XXXI. Aug. MD. „

Priores Libertatis, & Vexillifer Iuſtitiae } Populi Flor.

Extra;

„ Magnificis, & Potentibus D. Antianis, Conſulibus, & Vexillifero Iuſtitiae, necnon ſexdecim Reformatoribus Status libertatis Civitatis Bononiae, fratribus, & amicis noſtris chariſſimis. „

§. XVII. Poſt annum MD. nullam aliam invenio de *Franciſco* noſtro fieri mentionem, qui maxima dum vixit pietate in patriam, amore in ſuos, benivolentia in alios, charitate in omnes excelluit, cunctis ideo hominibus, ſummis, mediocribus, infimis gratioſus, a ſuis Civibus, & a multis Italiae Civitatibus, Europaeque Principibus magnis honoribus inſignitus. Numquam ei in difficillimis rebus conſilium defuit, & in dubiis, atque aſperis animus; fuit prudentiſſimus in conſulendo, ſtrenuiſſimus in agendo. Verum ei quum tam honeſta, tam iuſta, tam conſtans, tam laudabilis vita fuerit, communem tamen mortalium ſortem effugere non potuit, qui moriens maximum ſui deſiderium reliquit (2).

§. XVIII. Nec praetereundus eſt *Ioannes Gaddius*, ut videtur *Franciſci* frater, qui ſupremum Reipublicae Magiſtratum obtinuit Anno MCCCCLXXVII. Haec de eo memoriae prodidit *Iac. Gaddius* (3). „ *Giovanni* fu de' Signori nel MCCCCLXXVII. e dovette eſſer Capitano d'un armata in mare, poichè una perſona degna di fede atteſta di aver letto già in Caſa una Lettera di uno de' *Pitti* ch' era allora d'uno ufizio, il quale da parte della Signoria ordinava a *Giovanni*, che conduceſſe alcune Galere ad un certo luogo, e che queſto Capitanatu di mare ſia confermato dalle buſſole, e carte da navigare di caſa, oltre ad una medaglia molto bella, nella quale era *Giovanni* armato (4). Queſta la vidi ancor io molti anni ſono, e aggiungo, che *Giovanni* ſolo tra tutti gli uomini ſegnalati della Famiglia, è dipinto armato in un quadro, e così nell' albero.

IOAN. GADD. CLASS. MARIT. PRAEF.

§ XIX. *Nicolaus Gaddius*, *Thaddaei* (5) filius, natus eſt Florentiae die XXV. Maii anno

NICOL. GADD. CARD.

(1) Extat Epiſtola Florentinae Reip. Procerum ſub die VI. Sept. qua *Franciſco Gaddio* iniungitur, ut gratias agat D. *Ioanni Bentivolo* ob operam praeſtitam ad pacanda Piſtorienſium diſſidia. Vid. *Iac. Gadd.* in Elog. pag. 237.

(2) *Franciſcus Pona* in Elogiis Veronae impreſſis A. MDCXXIX 4 *Franciſcum Gaddium* brevi, ſed honorifico elogio honeſtavit pag XII., ut etiam *Franciſcus Maria Gualterottus* Canonicus Florentinus, quod adfert *Iac Gaddius* in Elog. pag. 118 ſeqq. *Iulius Nigrius* in Hiſtor. Florent Scriptor pag. 197. ſubiungit: *Vi ſono di lui: Un Libro di Ricordi Ms. delle coſe accadute a' giorni ſuoi nella ſua Repubblica. Molte ſue lettere Mss ſi ſerbano nella Regale Biblioteca di Francia*. Videndae quoque ſunt Epiſtolae plures ad ipſum exaratae, quae adſervantur Florentiae in publico Tabulario, vulgo dict. *Le Riformagioni*, ab Anno MCCCCLXXV. ad MD. in tribus Voluminibus, necnon in altero, cui titulus: *Inſtrumenti dal* MCCCCLXXX *al* MCCCCXCV. Praeterea *Iac. Gaddius* in Elog. Mss. in Bibl. *Magliab.* Cl. XXV. autogr. in fol. num. 292 ubi de eodem *Franciſco* loquitur, ait ſe Epiſtolas plures Pontificum, Regum, Cardinalium, Rerumpublicarum, Principum ad eumdem miſſas exſcripſiſſe, quarum non paucas ſe inſeruiſſe teſtatur in Tractatu Hiſtorico ſuae Familiae, quem patrio lingua exaravit, ſed nondum abſolvit. Sed in citato pluries Tractatu Hiſtorico Patavii edito nullas certe ad *Franciſcum* Epiſtolas in lucem extulit.

(3) Tract. Hiſtor. pag. 34.

(4) Hoc numiſma maximi moduli vidi nuper in Muſeo ampliſſimi Marchionis *Gabrielis Riccardi*, Eccleſiae Florentinae Subdeconi. Ex una parte viſitur *Io. Gaddius* galea armatus, adſcripto nomine ſic: IOANNES DE GHADDIS. In poſtica parte Aquila ſupra quercus ramum ſe ſiſtit, & in faſciola quae ſupervolitat leguntur verba: TANT QVE IE VIVRAI.

(5) *Iacobus Gaddius* in cit. Tract. Hiſtorico pag. 34. *Taddeo eſſendo nel* MCCCCXLVI. *de' Dieci, operò co' ſuoi Colleghi in modo, che la Repubblica coll eſercito racquiſtò molte Terre, e luoghi delle Colline di Piſa*. Ter Magiſtratum ſummum geſſit *Thaddaeus*, de quo vide *Iac. Nardium*, & *Ben. Varchium* in Hiſtor. Flor. *Iacobus* vero *Gaddius* in Elogiis Hiſtoricis pag. 250. ait extare in Biblioth. *Gaddiana* etiam Volumen Ms. in quo recenſentur nomina eorum, qui ſummum in Rep. Magiſtratum obtinebant, vulgo *Prio-*

riſta

Digitized by Google

anno MCCCCXC. (1) *Catharinae Mediceae* Galliarum Reginae conſanguineus, cui *Leo* X. datis litteris, ſe in prima Cardinalium promotione *Nicolaum* ſacra purpura donaturum promiſerat. Hic ex Clerico Apoſtolicae Camerae (2), Litterarum Apoſtolicarum, ut vocant, Abbreviatore, & electo Firmano Epiſcopo, renunciatus eſt die III. Martii MDXXVII. S. *Theodori*, mox S. *Mariae* in *Dominica*, demum die XXIV. Iunii MDL. S. *Mariae* in *Via lata* Diaconus Cardinalis; quam Eccleſiam, quantumvis iam Presbyteris Cardinalibus eſſet adſcriptus, obtinuit, unde a nonnullis S. *Mariae* in *Via lata* Presbyter Cardinalis nuncupatur. Praefuit anno M. XXI. die VI. Octobris Epiſcopus Eccleſiae Firmanae, *Leonis* X. Pont. Max. beneficio; nondum tamen auguratus, aliquot annos tranſegit, donec *Hadrianus* V. eamdem Eccleſiam a Legatorum Picentinae Provinciae poteſtate liberavit (3). Rexit etiam Abbas Coenobium S. *Leonardi* in Apulia, Epiſcopus Eccleſiam Sarlarenſem in Gallia (4), & Archiepiſcopus Cuſentinam (5), aliiſque Sacerdotiis in Italia, & in Gallia Transalpina, ut ea ferebant tempora, ditatus eſt.

§. XX. Vix Cardinalatus honore decoratus, poſt Romanam cladem, ac depopulationem, dimiſſumque Pontificem, inter obſides Caeſarianis datus fuit, ut pactis induciis conſtantior fides ſervaretur. Hinc Neapolim ductus (6), diu in Arce Nova, velut in carcere ſordidatus delituit. Romam reverſus, ubique, & ſemper Pontificis *Clementis* fortunam ſequutus eſt. Trucidato poſtmodum *Alexandro Mediceo* Anno MDXXXVII. iis Cardinalibus imprudenter adhaeſit, qui contra *Coſmum Mediceum*, mox exſpiraturam Florentinae Reipublicae libertatem ſeditioſis conſiliis vindicare moliti ſunt. Sed quum in irritum cecidiſſent conatus, una cum ſociis, re infecta, in Vrbem remeavit; multo enim impar erat viribus, & artibus *Coſmi Medicei* primi Magni Etruriae Ducis, qui incredibili quadam calliditate elatos Florentinorum animos ita paullatim depreſſit, ut numquam attolli amplius potuerint (7).

§. XXI.

riſta nuncupatum, anno eiuſdem notis, duoſque iridem Libros ſub titulo: I. *Reſoluzione di pratiche fatte dall' Offizio de' Dieci di Libertà*. II *Pratiche dell' anno MCCCCXCVI.* in quo eligitur unum aliis Civibus ad perpendenda graviſſima Reip negocia cum Pontifice, Rege Galliae, & Aurelianenſium Duce. In Collectione Epiſtolarum, cui titulus: *Raccolta di lettere ſulla Pittura, Scultura, ed Architettura Roma per* Niccolò, e Marco Pagliarini MDCCLVII. ſeqq. Tomo III. pag 313. ſequentes duae Epiſtolae ad *Thaddaeum* adferuntur:

I. *Al Sig.* Taddeo Gaddi, *Roma*. *Onorato, e maggior mio. Ho ricevuto una voſtra, per la quale mi avviſate, che io vi domandi a Riniaci ſcudi quaranta di groſſi, i quali ſubito che io li domandai, mi furono pagati. & di tutto avviſo il Veſcovo per una. che ſia fatto queſta, la quale vi prego, mandiate quanta più preſto potete. e il ſimile voi mi raccomandate il libro del Veſcovo; e a queſto vi dico, che non biſogna, perchè per diſagio che io abbia avuto, non è reſtato, che io non abbia fatto più. che non promiſi al Veſcovo; e queſto fo, perche voglio, che il Veſcovo ſi poſſa chiamare di me beniſſimo ſervito. e anche perche appartiene, e importa più a me. che a neſſun' altro. Non accade altro. Criſto felice vi conſervi. Fatto pel voſtro.*

Firenze 7. Febbraio 1483. Vante *miniatore del Veſcovo di* Dolo.

II. *Onorato, e maggior mio. A queſti dì è paſſata di quà* M. Franceſco *nipote. . . . con una voſtra Lettera* ai Riniari, *per la quale avviſate che mi ſia pagato ducati* 25., *e che io debbo dare a detti il Meſſale del Veſcovo, il quale io e o contento dare, obbligata per la ſomma de' detti* 25. *ducati, ed eſſi vogliono il libro libero, o che io me ne iſpodeſti in tutto, il che non mi pare oneſto, avendo io ad avere in ſu detto libro più che CLX. ducati. Pregovi, eſſendo beniſſima aſſicurata che ſiate contento ſarmegli pagare, perchè ne ſarete piacere a* M. Franceſco, *e io ve ne reſterò obbligatiſſimo. E quando iſcrivete in Brettagna al Veſcovo, pregovi. che lo preghiate. che ſia contento rimettere LXXV. ducati. Altro non accade. Criſto felice vi conſervi.*

Firenze . . . . MCCCCLXXXIV. Vante *miniatore del Veſcovo di* Dolo.

Hic *Vantes*, ſeu *Attavantes*, egregius pictor Codicum, memoratur a *Georgio Vaſario* in Vita Attavantis Fratris *Angelici* Ord. Praedic. in fine vitae *Bartholomaei della Gatta*, ac *Gherardi* Pictoris.

(2) Ita *Salvinus Salvinius* in Additionibus Mss ad Hiſtor. Florentinor. Scriptor. *Iulii Nigrii* in Bibliotheca publica *Marucelliana*, adduntque in Baptiſmate ei *Zenobii* nomen fuiſſe inditum.

(3) *Iac. Gaddius* in cit. Elog Hiſtor pag. 149. & Tract Hiſtoric. pag. 44 *Franciſcus Pona* in Elogiis pag. XV.

(3) Hoc Pontificium Diploma, datum Romae apud S. *Petrum* die XXII. Maii MDXXIII. adfertur a *Ferdinando Vghellio* Italiae Sacrae Tom. II. pag. 730. editionis Venetae apud *Sebaſtianum Coleti* MDCCXVII. fol.

(4) Sammartanus Galliae Chriſtianae Tom. II. Pariſiis typis Regiis MDCCXV. ſeqq fol. pag. 1524. refert, *Nicolaum* Cardinalem *Gaddium* ſub *Paullo* III. SS. *Viti & Modeſti* in Macello Martyrum Titulum obtinuiſſe, ac *Catharina Medicea* Galliarum Regina promovente, Eccleſiam Sarlatenſem a *Franciſco* I. Galliarum Rege adeptum fuiſſe, unde *Petrus Aretinus* ſub die III. Maii MDXXXVII. Cardinalem *Gaddium* exorat, ut Beneficium Eccleſiaſticum pro *Bartholomaeo Vitali* obtineat, ſubiungens: *ſicchè fatelo, Signore, ſe volete che Iddio vi provvegga in altra maniera che non vi à provveduto la Maeſtà Criſtianiſſima. Io prego per un voſtro ſervo, e per un mio parente* &c. Vid. *Lettere di Meſſer* Pietro Aretino *Parigi appreſſo* Matteo il Maeſtro *MDLIX.* 8. *Tom. I pag* 91. 8.

(5) A *Clemente* VII. Cuſentini Archiepiſcopatus adminiſtrator perpetuus electus eſt die Ianuarii ultima MDXXVIII. ubi ſedit ad annum uſque MDXXXV. quo *Thaddaeo* ex fratre nepoti ceſſit, teſte *Iacobo Gaddio* in Elog. cit. pag. 149. Vide etiam *Ferd Vghellium* loc. cit Tom. IX. pag. 260.

(6) Vid. *Iacobum Nardium Storie &c. Firenze per* Bartolommeo Sermartelli MDLXXXIV. pag. 334.

(7) *Nardius* l. c. *Scipio Ammiratus Iſtor. Fior.* Tom.

§. XXI. Ipſum, affabilitate, humanitate, atque omnium ſcientiarum genere praeſtantiſſimum ſuis in Epiſtolis Mſs, vocat *Antonius Mileſius* [1]. Legendus quoque *Franciſcus Pona* in Elogiis, qui *Nicolai* virtutes ſtylo uberiore perſequitur, Peſſime tamen in ſuis Litteris illi dixit *Petrus Arretinus* [2], qui multos in eum aculeos immiſit, Extlant huiuſce Cardinalis litterae ad Cardinalem *Cybum* datae in commendationem Reipublicae Florentinae, eaſque invenies inter Epiſtolas Principum [3]. Eidem quoque litteras dedit *Nicolaus Ardingbellus* [4]. Eccleſiam S. *Mariae* in *Via lata* reſtauravit, exornavitque, ut eius inſignia ex marmore ibidem exſtantia, omnibus indicio ſunt. Firmanam vero Eccleſiam tametſi abſens adminiſtrarit, in eam tamen omnia quae potuit ornamenta contulit, ſive ſacram ſpectes ſupellectilem, ſive Palatii Epiſcopalis inſtaurationem, quam poſtea cutis feſſus, *Laurentio Lentio* Nobili Florentino [5] anno MDXLIV. cum regreſſu, reſignavit [6]. Dominus Colliſcipuli, aliorumque oppidorum fuit. Pontificiis Comitiis interfuit, in quibus *Paullus* huius nominis III. renunciatus eſt Romanus Pontifex [7].

§. XXII. Luculentiſſimum de eius virtute teſtimonium dedit prae reliquis *Franciſcus Aſulanus* in Epiſtola Nuncupatoria, praemiſſa *Claudiani* Operibus, Venetiis impreſſis [8], quae ita ſe habet: „ *Franciſcus Aſulanus Nicolao de Gaddis* Florentino Epiſcopo Firmano digniſſimo S. P. D. Quae antea ad nos conſtanti omnium ſermone de humanitate, & prudentia tua adferebantur, *Nicolae*, ea nos ſuperioribus diebus, quum heic eſſes, agnovimus, atque ita probavimus, ut longe opinionem omnium, quae de tua virtute erat, viciſſe videaris. Itaque tantum ad amorem, & meam in te obſervantiam acceſſit, ut vehementer cuperem aliquod meae in te voluntatis ſignum dare; id quod omnino mihi hoc tempore videbor conſequutus, ſi eo abs te animo haec accipientur, quo a nobis dantur; ego enim quum maiora per hoc tempus, neque poſſim, neque audeam, quantum in me fuit, effeci, ut *Claud. Claudianus* quam emendatiſſimos in lucem prodiret, & ſub tuo nomine legeretur. Is enim demum eſt Poeta, qui ſingulares, atque incredibiles virtutes tuas divino illo ſuo afflatu, & commode explicare, & ornate illuſtrare potuiſſet. Sed nos in primis illud, apud eos omnes, qui *Claudianum* aliquando in manus ſument, teſtatum etiam atque etiam volumus, idcirco eum nos ita correctum, ac informatum tibi potiſſimum mittendum curaſ-

Tom. III. pag. 440. ſeqq. *Ioannes Bapt. Adriani* Hiſtor. *Firenze appreſſo i Giunti* MDLXXXIII. fol. pag. 15. *Ludovicus Guicciardinus Commentari &c. In Venezia per Niccolò Bevilacqua* MDLXV. 4. pag. 26. *Aldus Mannuccius*, *Vita di Coſimo de' Medici* Bologna MDLXXXVI. fol. pag. 62. ſeqq. & fuſius *Io. Baptiſta Cinius*. *Vita del Sereniſſimo Coſimo de' Medici &c. In Firenze per i Giunti* MDCXI. 4. pag. 18. ſeqq.

(1) Apud *Ciacconium* in Vitis Pont. & Card. Tom. III. pag. 481.

(2) Se in hunc Cardinalem infenſiſſimum praebuit *Arretinus*. Vide Epiſtolarum ad *Arretinum* ſcriptarum Tom. II. pag. 206 207. apud Cl. *Ioannem Mar. Mazzuchellium*, *Vita di Pietro Aretino in Padova per Giuſeppe Comino* MDCCXLI. 8. pag. 170. ſeqq. In Carmine ad Principem Salernitanum, quod legitur Libro III. *Opere Burleſche* pag. 14. ipſum fidei fractum compellat *Arretinus* his verbis:

Illoſtriſſimo Principe per Dio
Che voi fote un gran carico a voi ſteſſo
A non vi ricordar del fatto mio.
Stà bene di mancar ciò che ha promeſſo
Al Cardinal de' Gaddi *verbi gratia.*
E non ſo ancora ſe gli faſſe ammeſſo.

In alio Carmine ad Francorum Regem, quod ibidem exſtat pag. 19. tali pacto in eumdem invehitur:

Se vaca Pieve, Commenda, o Badia.
Non l'abbia quelle beſtie che non fanno
Il Pater noſter, nè l' Ave Maria.
Io lo vò dir, s'ei l'ha per mal, ſuo danno;
Parvi che Gaddi, *pazzo da catena,*
Debba ſcroccar sì groſſa entrata l'anno?

Quum autem in ſuſpicionem veniſſet *Arretinus*, *Ambroſium de Euſebiis*, familiarem ſuum, nc. nummorum aureorum, quos ad eum Galliae Rex dono miſerat, in aula Cardinalis *Gaddii* ludendo iacturam feciſſe, Epiſtolam ad ipſum felle plenam (Tom. II. pag. 104.) dare auſus eſt, quae incipit: *Egli mi è parſo di non far motto prima che adeſſo de la gran ſumma de' denari, che nel voſtro alloggiamento ſi giocò il mio ſervitore, tenendoci voi le mani; coſa indegna a un barro, non che a un Cardinale &c.* Et paucis interiectis: *Non mi ſon potuto tenere di non far dell' ingiuria che mi avete fatto, la vendetta, che toſto ſi vedrà nelle ſtampe pubbliche.* M. x epiſtolam claudit ita: *giucandovi, che in me ſi deſidera il grado che in voi ſi vitupera.* Conſtat tamen ex Epiſtolis ad *Arretinum* datis Tomo II. pag. 206, 207. *Ambroſium* praedictum in aedibus *Strozziorum*, praeſente Cardinale *Gaddio*, qui eum a ludendo fruſtra revocare conatus fuerat, memoratae pecuniae iacturam feciſſe.

(3) *Auguſtinus Oldoinus* in Athenaeo Romano Peruſiae MDCLXXVI. 4. pag. 104. ait: *Exſtant huiuſce Cardinalis litterae ad Cardinalem Cybo datae in commendationem Reipublicae Florentinae inter Epiſtolas Principum pluries typis excuſae.*

(4) Idem *Ciacconius* loc. cit.

(5) *Iacobus Gaddius* in Tractatu Hiſtor. pag. 44. haec memoriae prodidit: *Eſſendo Veſcovo di Fermo, fece il Palazzo che ſerve per gli Arciveſcovi di tutto punto, quantunque eſſo autore non vi ſteſſe, ma governaſſe quella Chieſa per un Suffraganeo, che fu il ſuo nipote, Monſignore* Lenzi, *tanto celebrato dal* Varchi, *e Prelato di molta qualità. Trovaſi alla porta del Duomo, e nel ſoffitto dentr nella Chieſa; ſiccome nel Campanile, crediſi eſſer la noſtra Croce da perſona degna di fede, & erudita, la quale ſcrive, che nella Vita del Cardinale del* Mondovì *ſi fa menzione, che queſti ſi fu Maſtro di Camera del* Card. Niccolò, *il quale gli prediſſe la dignità Cardinalizia.*

(6) *Vghellius* loc. cit.

(7) *Ciacconius* loc. cit. Tom. III. pag. 480. & 481.

(8) In aedibus *Aldi* & *Andreae Aſulani* ſoceri, menſe Martio MDXXIII.

curaſſe, quod in te virtutes illae omnes reperiuntur, atque excellunt, quas in gratiam ille Honorii, Stiliconis, Manlii, & ceterorum, carminibus ſuis expreſſerit. Itaque de te ipſe nihil aliud dicam, niſi ut optimus, maximuſque Deus faciat, ut eum brevi honoris gradum adipiſcaris, in quo, & te ipſo frui poſſis, & eam ceteris animi tui bonitatem praeſtare, quam a puero prae te tuliſti, & nunc tantopere expetis. Vale, & me, & *Bernardinum Sandrum*, qui ſe tibi totum dedicavit, commendatos habeas. „

Exſtat in Bibliotheca Publica *Magliabechiana* Codex chartaceus (1), in quo habetur *Coſmae Gaddii* Epiſtola inſcripta „ Illuſtriſs. & Reverendiſs. Cardinali *Gaddo*, quae inc. „ Quod nihil ad te, Reverendiſſime Cardinalis, litterarum hactenus dederim, duo potiſſimum in cauſſa fuerunt, primum ingenii mei paucitas = quum iam quadriennium litteris Grammaticalibus elaboraverim, quam ſtudendi poteſtatem Dominus meus *Simbaldus* mihi fecit, has ad te dare litterulas conſtitui = Ego apud *Nicolaum*, tuum ex fratre nepotem, adſidue ſum &c. Florentiae pridie Cal. Aprilis MDLI. (2) „

§ XXIII. Anno M XLI. in Galliam ſe *Gaddius* contulit, ut Sarlatenſem Eccleſiam, cuius Epiſcopatum iam inde ab anno MDXXXIII. obtinuerat, uti diximus, inviſeret. Excipitur itaque die XXIII Aprilis, procedentibus obviam Conſulibus, & Civibus uſque d fines Sarlatenſis ditionis in Campo de *Rouſſia*; portamque *Lendrevillae* ingreſſus, ibi ſub arcu triumphali iuramentum de more praeſtitit. Eccleſiam vero illam per *Ioannem Fabri* Epiſcopum urienſem Suffraganeum adminiſtravit, donec *Franciſco e Senneterre* infulas cederet. Romam deinde reverſus, electioni in Summum Pontificem *Iulii* III interfuit anno MDL. (3). Tandem, quae rerum humanarum viciſſitudo eſt, Florentiam quum advenisset, morbo correptus, diem clauſit extremum anno aetatis ſuae LXI. die XVI. Ianuarii, ex *Contelorio* autem die XVII. Februarii anni MDLII. & in ſplendidiſſimo avito Sacello S. *Mariae Novellae* tumulatus fuit, in quo deinde *Nicolaus* nepos nobile illi ſepulcrum conſtruxit, hoc epitaphio exornatum:

NICOLAO GADDIO THADDAEI FILIO S. R. E. CARDINALI
DE REPVBLICA CHRISTIANA OPTIME MERITO
SEPVLCRVM HOC TANTO PATRVO DEBERI
NICOLAVS GADDIVS CENSVIT ANN. SAL. MDLXXVII.
VIXIT AN. LX. MENS. VII. DIES XX.
OBIIT ANN. DOM. MDLII. XVII. KAL. FEBR.

IOAN. GAD. § XXIV. *Ioannes Gaddius Thaddaeo* patre, magnae in Republica auctoritatis viro, ut ſupra diximus, lucem adſpexit Florentiae die XXII. Aprilis anno MCCCCXCII. A primis adoleſcentiae ſuae annis in ſtudio virtutis, bonarumque litterarum adeo profecit, ut Romam profectus, Cubiculi Apoſtolici Clericus Decanus (4), ac Pontificius Commiſſarius fuerit renunciatus (5). Quum graviſſima illi negocia componenda inter Pontificem, Francorum Regem, atque Aurelianenſium Ducem fuiſſent a Florentina Republica impoſita, haud facile dictu eſt qua dexteritate & gloria muneris ſui partes expleverit. In difficillimis ſiquidem rebus

(1) Cl. VIII. num. 1284. in 8.

(2) In fine huius Codicis memorabilia quaedam eiuſdem *Coſmae Gaddii* occurrunt, ex quibus haec pauca ſelegimus:

Ricordo come a dì 16. di Maggio 1549. *il Rev. Meſſer* Bernardetto *Veſcovo d' Arezzo de'* Minorbetti *mi dette la prima Tonſura, & Ser* Piero *de'* Buonfanti *di Bibiena ne fu rogato, allora Notaro di detto Veſcovo*.

Ricordo come a dì 12. *di Novembre* 1551. *preſi la tenuta della Pieve di S* Maria Novella *in Chianti rinuntiatami il Reverendiſs. Card.* Gaddi, *& il Reverendiſs* Tadeo Gaddi *Arciveſcovo di Coſenza, rogatone Ser* Michel *da* Foiano *Notaro nella Arciveſcovado di Firenze. & a dì 9 di Ottobre* 1551. *s' era ſpedita la Bolla di detta Pieve &c.*

Ricordo come a dì 25. *di Maggio il Rev.* Lodovico *de'* Serriſtori *Veſcovo Bitettenſe, Suffraganeo dell' Arciveſcovo di Firenze, mi dette li quattro Ordini Minori, rogatone Ser* Iacopo *di* Niccolò Pagni *Notaro Apoſtolico, & Imperiale in Firenze*.

Huius eiuſdem *Coſmae* Epiſtolae. & Carmina quaedam Latina leguntur in Codice eiuſdem *Magliabechianae* Bibliothecae Cl. VIII. chart. in 8. num. 1260. ubi in Epiſtola ad *Sinibaldum* patrem, qua ei de ſtudiis ſuis rationem reddit, ſubiungit: *conveni D.* Thaddaeum Strozzium, *a quo intellexi ſororem honeſto, docto, atque forti viro nupſiſſe, ad quem etiam Poëma aliquod miſi, qui aliquando de meo ſtudio in litteris te certiorem reddet*.

(3) Vid. *Sammartan.* in Gallia Chriſtiana Tom. II. pag. 1525. *Ciacconium* loc. cit. & *Iacobum Gaddium* in Elogio ipſi conſcripto. & in notis pag. 263. 268.

(4) Ita ſe ipſum nuncupat in Praefatione Italicis Poëmatiis *Ludovici Martelli* a ſe editis praemiſſa, quae ita inſcribitur: Gio. Gaddi *Cherico della Camera Apoſtolica a lo Illuſtriſſimo e Reverendiſſimo Monſignore il Sig. Cardinale* (Ippolito) *de'* Medici *unico Signor ſuo. Vtor.* editione Florentina apud *Bernardum Iuntam* MDXLVIII. 8.

(5) Vide *Guazzum*, *Nardium*, & *Varchium* in Hiſtoriis; quorum poſtremus Lib. IX. haec addit: *e nondimeno non vi mancano delle famiglie, le quali mettono tavola, & vivono ſplendidamente da Gentiluomini, come gli* Antinori, *i* Bartolini, *i* Buonromei. *i* Tornabuoni, *i* Pazzi, *i* Borgherini, *i* Gaddi. *i* Rucellai, *e tra'* Salviati Piero d' Alamanno *con alcuni altri*.

rebus adhibitus nihil habuit antiquius, quam ut candore, probitate, & comitate omnium ſibi benevolentiam conciliaret.

§. XXV. In omnigena eruditione excolenda, & in lectiſſima ſibi Codicum manu exaratorum, ac veterum editionum refertiſſima Bibliotheca comparanda (1) totus incubuit. Hinc factum eſt, ut Romae eius aedes poſitae in Via *Iulia*, in Regione Arenulae (2), Muſarum, & bonarum artium domicilium ea tempeſtate dicerentur, & eſſent. Hinc *Ioannes Evangeliſta* non obſcuri nominis poëta cecinit:

Principibus placui Gaddis, *ſub numine in aula*
Vivere me quorum ſeptima vidit hiems.

Annuis ſtipendiis doctos quoſdam viros ſibi devinxit, quos inter excelluit *Hannibal Carus*, quem ſibi a ſecretis adſciverat, quique tum egregiis epiſtolis, tum carminibus elegantiſſimis *Ioannem* ipſum ſummopere celebravit (3). Maxima quoque inter ipſum, ac *Ludovicum Martellium* neceſſitudo interceſſit (4), quumque Neapoli fuiſſet *Ludovicus* immatura morte praereptus, eius Italica Poëmatia ſtudioſe collegit, ac Cardinali *Hippolyto Mediceo* nuncupata, typis mandari curavit (5); inter quae pag. 65 in laudem *Gaddii* noſtri ſequens legitur:

Gaddo, *io men vò lontan da' patrii liti,*
Et da voi, mio ſoſtegno, & mio conſiglio;
Sol perchè in queſto mio gravoſo eſiglio
Non ſia chi mi conſoli, o chi m' aiti.
Deh com' oggi ſiam noi da noi rapiti,
Io forſ a morte, & voi certo a periglio,
Sovr' al Tebro, cui nuove a far vermiglio
Gente, peggior ch' Antropoſagi, & Sciti!
Ma poſciachè 'l deſtin ſi fugge indarno,
Ciaſcun ſoffriſca umil, dovunche e' ſia,
Fortuna, o buona, o rea ch' ella ſi moſtri.
Voi ſe tornate mai vicino a l' Arno,
Et veggiate talor la Donna mia,
Moſtratele il cor mio negli occhi voſtri (6).

Eidem quoque *Gaddio* debemus *Cyri* Perſarum Regis vitam, cuius manuſcriptum Codicem poſſidebat, Italicae datam linguae ab *Iacobo* celeberrimi *Poggii* filio, quae cum ipſius *Gaddii* Praefatione in lucem prodiit (7). Auctor eſt *Ioannes Cinellius* (8) extare in Bibliotheca *Strozziana* Florentiae eius Orationem manuſcriptam, habitam in Nativitate S. *Andreae*.

§. XXVI. Inter Epiſtolas ad *Petrum Arretinum* ſcriptas, & Venetiis impreſſas anno MDLI. per *Franciſcum Marcolinum* Foroiulienſem duae exſtant *Ioannis Gaddii*, ex quibus eruitur, quanta inter utroſque conſuetudo, & ſtudiorum, ac poëmatum communicatio intercederet. Data eſt prima Romae die XV. Maii anno MDXXXVI. ingeniique, ac ſalium plena eſt; in altera *Arretino* gratias agit, quod ipſi dono miſerit Numiſma ſui effigiem praeſeferens. Inter eiuſdem vero *Arretini* litteras (9) una exſtat ad *Ioannem Gaddium*, ex qua conſtat ipſi *Gaddio Arretinum* miſiſſe „ una tela d'oro teſſuta di giallo = la quale è opera ricca, e bella; e ſi vorrebbe che non foſſe bella, e ricca; ſendo coſa di voi che ſiete ricco e bello. Ma dove ſe udì mai più, che uno apena veſtitoſi l'abito di Prelato cominci a dare, e non a torre? Io ſtupiſco più di ciò, che di Meſſer *Giulio* de' *Medici*, diventato ſuperbo Pontefice, di umile Cavaliere &c. Di Vinegia il VII. di Ottobre MDXXVIII. Prodierunt etiam *Nicolai Ma-*

(1) Exſtant adhuc Codices aliquot eius nomine inſigniti, ut Plut. LXXXIX. ſup. membr. in fol. num. XLV. & num. XLIX. LI. &c.

(2) *Iac. Gaddius* in Tract. Hiſtorico cit. pag. 40.

(3) *Gaddius* in Elog. Flor. typis *Amatoris Maſſae* MDCXXXVII. 4. pag. 250.

(4) *Iac. Gaddius* Parte II. de Scriptor. non Eccleſ. verbo *Martellius*.

(5) Prima horum Carminum editio facta eſt *In Roma per* Anton Blado d'Aſola *nell' anno MDXXXIII.* 8. Hanc editionem rariſſimam eſſe adfirmat *Apoſtolus Zenus* in Adnotationibus ad Bibliothecam Italicae Eloquentiae *Iuſti Fontanini*, Venetiis MDCCLIV. 4. apud *Ioannem Baptiſtam Paſqualì* pag. 58. not. 2. ubi tamen perperam tradit *Ioannem Gaddium* fuiſſe poſtmodum Cardinalem.

(6) De hoc Carmine in Praefatione citatae editioni praemiſſa idem *Ioannes Gaddius* haec habet: *& un Sonetto che alli giorni paſſati mi venne alle mani ſcrittomi da lui (ſecondo che ſi può conſiderare) nel partirſi di Roma, dove poco avanti la rovina di quella ultimamente lo viddi, per il quale V. Illuſtriſs. & Reverendiſs. Signoria potrà vedere quanto egli foſſe preſago & di quel flagello, & della ſua corta vita &c.*

(7) Venetiis per *Gregorium de Gregoriis* MDXXIV. 8.

(8) *Toſcana Letterata Ms.* in Bibliotheca *Magliabech.* Tomo I. pag. 739.

(9) *Lettere di Pietro Aretino*, *Parigi appreſſo Matteo il Maeſtro MDCIX. 8. Tomo I. pag.* 14. t.

chiavelli Sermones (1) Romae MDXXXI. quibus praecurrit *Bladi Aſulani* Epiſtola ad *Ioannem Gaddium*, quae ita ſe habet:

Al Molto Reverendo Monſig. M. *Giovanni Gaddi* Cherico de la Camera Apoſtolica, Padrone, & Benefattore Oſſervan.

„ Conſiderando V. S. R. Monſig. mio la baſſezza de la mia povera fortuna, & la grandezza ſua, & de' ſuoi benefici verſo di me, vedrà, che io non ho, con che altro poſſa in parte riconoſcerla di tanti obblighi, quanti io tengo con quella, che colla gratitudine de l' animo, & queſta con neſſuna altra coſa, che con i poveri ferruzzi de l' arte mia poterle dimoſtrare. Pertanto avendo io ſtampati gli Diſcorſi di M. *Nicolò Machiavelli* voſtro Fiorentino, ſopra la prima Deca di *T. Livio*, ho voluto quelli (o per dir meglio la mia fatica ſopra di quelli) indirizzarle, non già per pago di quanto le debbo, ma per pegno di quanto tenuto le ſono. Il quale obligo è tanto, che s'ei non ſupera la ſua liberalità, di certo la pareggia, ſendo vero che ad un povero debitore ſia aſſai ricchezza l' eſſer molto obligato. Et tanto più volentieri glie ne dedico, quanto più mi pare, che l' eccellenza di queſta materia ſia conforme a l' altezza de lo ſpirito ſuo; & quanto V. S. tiene in queſt' opera aſſai maggior parte di me, ſendo ella ſtata tanto amica, quanto io intendo, de l' autore d' eſſa, & tanto affezionata de le coſe ſue; & di più ſendo tal libro uſcito di caſa ſua, & da gli uomini ſuoi mandato in luce, & con gran fatica corretto. Perciò che queſti Diſcorſi dopo la morte del padre loro, quaſi Pupilli rimaſi, & privi di quelli Tutori, a' quali egli come ſuoi figliuoli raccomandati, & indirizzati gli havea (avvegna che fuſſino da lui di tanta vertù, & prudenza laſciati ripieni, che poteſſino inſtruire i Prencipi, fondar le Republiche, mantener loro gli ordini, & accreſcer gl' Imperi) erano venuti nondimeno in l' arbitrio de pochi, i quali avari de la loro utilità, & invidioſi de l' altrui, a mal grado di loro, aſcoſi gli tenevano. Et altri, quaſi geloſi innamorati, le lor bellezze non moſtravano; altri a guiſa de la favoloſa Cornice, de le lor ſpoglie, come di proprie penne, ſi abbellivano, inſino a tanto che pervenuti ne la tutela di V. S. per induſtria de' ſuoi, liberati, & divulgati ſi ſono. Donde che non altrui, che V. S. & quelli riconoſcono per liberatori, & fautori, & a lei, come ſuoi Liberti, & Clientoli s'indirizzano. A quella dunque ne ſappino grado quelli, che li leggeranno, & de la mia fatica, & de l' opera de gli altri ſuoi, a lei medeſimamente (a cui dedicate ſi ſono) ne rendino grazie. Bene la priego, che ſi come per lei queſti Diſcorſi da gli occupatori liberati ſi ſono, così da calunniatori ſi difendino. Quanto a la ſcrittura io mi terrò ſempre giuſtificato con l' originale di propria mano de l' Autore, donde per benefizio di Monſig. Reverendiſſimo de' *Ridolfi*, Padron mio, ſi ſono fedeliſſimamente cavati. E ſe per riverenza di quello, ſi ſono ne lo ſtampare laſciate paſſare certe poche coſe, che forſe da troppo ſcrupoloſi profeſſori de la lingua non ſaranno accettate, non mi pare che ad un tanto uomo ſe ne debba riveder conto, ne la ſua lingua maſſime, & in quella di coſe ſì minime. Io per me ho voluto in queſto eſſer più toſto aſſai fedele, che troppo diligente, & creder più a la ſua autorità, che al giudizio d'altrui. A V. S. & a l' humanità de' benigni Lettori ſi conviene tener lui difeſo, & haver me per iſcuſato. Reſta che V. S. ſi degni accettar gratamente queſto picciolo ſegno de l' animo mio, & con eſſo la mia ſervitù, & me medeſimo (ſe degno ne ſono) ricevere nel numero de' ſuoi minimi ſervidori. A quella humilmente quanto più poſſo, di continuo mi raccomando. „

In Roma a dì XVIII. d' Ottobre MDXXXI.

Di V. S. R.

Humile Servidore

Antonio Blado d' Aſola Stampadore.

Anno

(1) Titulus eſt: *Diſcorſi di* Niccolò Machiavelli *Cittadino, & Segretario Fiorentino ſopra la prima Deca di* Tito Livio, *a* Zanobi Buondelmonti, *& a* Coſimo Rucellai. *Con gratie, & privilegi di N. S.* Clemente VII. *& altri Prencipi, che intra il termino di X. anni non ſi ſtampino, nè ſtampati ſi vendino, ſotto le pene, che in eſſi ſi contengono MDXXXI.* 4. In fine. *ſtampati per* Antonio Blado d' Aſola.

Anno poſtero lucem etiam vidit eiuſdem *Machiavelli* Princeps (1), cui praecurrit Epiſtola Nuncuparoria ad eumdem *Io. Gaddium*, quae talis eſt:

Al Molto Reverendo Monſignore Meſſer *Giovanni Gaddi*, Cherico de la Camera Apoſtolica, & Padron ſuo Oſſervandiſſimo.

„ Avendo noi, Reverendo Monſignore, dopo i Diſcorſi, & l'Iſtorie del voſtro *Niccolò Machiavelli*, ſtamparo ancora con alquante altre operette il ſuo Principe, & volendo quello, ſecondo il coſtume noſtro, ſotto il nome d'una qualche onorata perſona pubblicare, ne occorſe ſubito a la mente V. S. R. la quale (ancor che forſe non beo degno della ſua grandezza) lo piglierà nondimeno volentieri, & con quello animo, che io glie lo porgo; & lo difenderà da quegli, che per il ſoggetto ſuo lo vanno tutto il giorno lacerando sì aſpramente; non ſapendo, che quegli, che l'erbe, & le medicine inſegnano, inſegnano parimente ancora i veleni, ſolo acciocchè da quegli ci poſſiamo, cognoſcendoli, guardare; nè s'accorgono anco, che egli non è arte, nè ſcienzia alcuna, la quale non ſi poſſa da quegli, che cattivi ſono, uſare malamente. Et chi dirà mai, che il ferro fuſſe trovato più toſto per ammazzare gli huomini, che per difenderſi da gli animali? certo che io creda, niuno Per il che laſciando queſti da una parte, & con quegli ch'anno più ſincero giudizio parlando, dico, che & eſſi, & tutti quegli, che verranno, deono eſſer tenuti molto, & obbligati a V. S R. per la corteſia, & humanità, de la quale, & i Diſcorſi, & le Iſtorie da tanti tanto tempo deſiderate, ſono finalmente venute in luce: & per l'opera, & diligenza di quegli, che ella tanti, e sì eccellenti ha in caſa, venute corrette, & emendate. Et in vero che ſe alcuno è, che in queſta corrotta età a quello antico, & tanto lodato Mecenate agguagliar ſi poſſa, voi ſiete quel deſſo, il quale di tutte le virtù dilettandovi, di tutte avete cognizione, & a tutti i profeſſori, & amatori di quelle ſete non meno favorevole amico, che amiciſſimo fautore, & prontiſſimo donatore. Ma non è ora il tempo, ne ſi conviene a me dire de le innumerabili lode di Voſtra Signoria; ſol dirò io bene, che quanto a la memoria del *Machiavello* s'appartiene, egli vi è non meno obbligato per queſta opera ſola, che per l'altre due; concioſiachè di già ſieno ſtati di quegli, che in buona parte tradottola nella lingua latina, l'abbino per ſua mandata fuori in iſtampa, come facilmente potrà vedere chiunche, & quella già, & queſta ora nuovamente a nome voſtro ſtampata, ma più tempo ha compoſta, leggerà, la quale, ſe non ſarà così pienamente corretta, ſcuſine V. S. & per la brevità del tempo, & per la ignoranza degli Stampatori foreſtieri. A V. R. S. humilmente mi raccomando, & la prego quanto più poſſo, che accettando allegramente il dono da me offertole (qualunque egli ſi ſia) accetti ancor me nel numero degli altri ſuoi Servidori, & amici, ai quali Dio la conſervi lungo tempo felice, e le dia quel bene, che ella deſidera maggiore. „

Di Firenze de li VIII. Maggio de l'Anno MDXXXII.

In Prooemio (2) Delectorum Virorum ad expurgandum ab omni ſuſpectae Religionis labe *Ioannis Boccaccii* Decameron haec de *Ioannis Gaddii* textu traduntur: „ Di queſti il primo ſi dice eſſer ſtato di Meſſer *Giovanni Gaddi*, molto virtuoſo, e corteſe Gentiluomo (3) „ ſed fuſius de eo Codice loquitur *Dominicus Maria Mannius* (4) his verbis: „ Nel quarto grado annoverano i Deputati ſteſſi tre Teſti inſieme = Di queſti il primo fu creduto eſſere ſtato di *Giovanni Gaddi*, virtuoſo Gentiluomo, morto nel MDXLII. ſe non che i Deputati ſi proteſtann di non aver quel Teſto veduto, bensì averne oſſervato uno, che con quello fu riſcontrato da *Mattio*

 Fran-

(1) *Juſtus Fontaninius* Biblioteca dell' Eloquenza Italiana colle Annotazioni di *Apoſtolo Zeno* Venezia per *Gio. Batiſta Paſquali* MDCCLIII. 4. pag. 306. de prima *Machiavelli* Operum editione ita loquitur: *Le proſe di* Niccolò Machiavelli *ſi videro la prima volta uſcire dalla Stamperia Camerale di* Antonio Blado da Aſola *in Roma MDXXXI. e MDXXXII.* 4. *con un Breve di privativa, conceduto da* Clemente VII. *e ſcritto da* Bloſſio Palladio. *Il* Blado *dedica i Diſcorſi del* Machiavelli *a Monſignore* Giovanni Gaddi. *Cherico di Camera, dicendo, che furono eſtratti dal proprio originale ſerbato dal Cardinale* Niccolò Ridolfi. *Il Principe fu da lui dedicato a* Filippo Strozzi, *e le Iſtorie prima dedicate dal* Machiavelli *ſteſſo a* Clemente VII. *qui furono dedicate dal* Blado *a Monſignor* Gaddi.

(2) *Annotazioni e Diſcorſi ſopra alcuni luoghi del Decameron di Meſſer* Giovanni Boccaccio. *fatte dalli molto Magnifici Signori Deputati dalle loro Altezze Sereniſſime ſopra la correzione di eſſo* Boccaccio *ſtampato l'anno MDLXXIII. In Fiorenza nella Stamperia de'* Giunti *MDLXXIV.* 4. *pag.* 9:

(3) Huius Codicis meminit etiam *Io. Cin.* [illegible] cit.

(4) *Illuſtrazione Iſtorica del* Boccaccio. *L.* [illegible] MDCCXLII. 4. pag. 630.

Franceſi, uomo aſſai noto pur oggi per le ſue rime, non meno di quel, che ſi rendeſte cognito in vita per eſſere ſtato Cortigiano di *Clemente VII.* e di *Paolo III.* Nel qual Teſto riſcontrato dal *Franceſi*, queſto parve a' Deputati d'avere trovato, che vi erano per entro meſcolate di molte chioſe, e di tali aſſai ben lunghe, quaſi che chi le ſeriſſe voleſſe ſcherzare, e far pruova, ſe ſapeſſe motteggiare anch' egli. „

§ XXVII. At dum gravioribus ſtudiis operam daret *Ioannes*, etiam leviora quaedam, honeſtam animi remiſſionem quaerens, minime negligebat. Idcirco quum egregios inter Sculptores illius aevi excelleret *Ioann s Franciſcus Ruſtici*, lepidiſſimi ingenii vir, cum eo maxima utebatur *Gaddius* familiaritate, ut refert *Georgius Vaſarius* in eiuſdem *Ruſtici* Vita. Hic autem ſocietatem quamdam inſtituerat ſelectorum amicorum, quos inter *Iulianus Medices*, *Ioannes Gaddius*, *Ludovicus Martellius* recenſebantur, quorum ſinguli convivia per annum varia, & ſplendida, more veterum, exhibebant. „ Monſig. *Giovanni* (inquit *Vaſarius*) rappreſentò coll' aiuto di *Iacopo Sanſovino*, d' *Andrea del Sarto*, e di *Gio. Franceſco Ruſtichi* un *Tantalo* nell' Inferno, che diede mangiare a tutti gli uomini della compagnia, veſtiti in abiti di diverſi Dii, con tutto il rimanente della Favola, e con molte capriccioſe invenzioni di giardini, paradiſi, fuochi lavorati, ed altre coſe &c. (1) „. Dum autem eſſet Clericus Decanus Camerae Apoſtolicae, ac Pontificii Commiſſarii munere fungeretur, anno MDXXXVI. cura illi demandata eſt excipiendi *Carolum V.* Imperatorem, Tuneto capto, victoriis onuſtum, & ut triumphales arcus in eius honorem erigerentur, quod ipſe quanta cum dignitate praeſtiterit, illius aevi Scriptores abunde teſtantur (2).

§. XXVIII. Sed viro longiore quidem vita digno importuna mors, quum annum aetatis ageret XLIX. Florentiae die XIX. Octobris anni MDXLII. & optimorum conſiliorum ſtudia, & paratae purpurae honorem intercepit. Gravem ex eius obitu iacturam nobiliſſimae artes ſenſere, ac veris propterea lacrymis ſua aetas luxit. Demortui corpus conſanguinei in maiorum ſepulcrum deportandum curarunt, ubi hac adpoſita inſcriptione placidiſſime requieſcit:

IOANNI GADDIO THADDAEI FILIO
CAMERAE APOSTOLICAE CLERICO DECANO
LITTERARVM ERVDITORVMQVE VIRORVM
INSIGNI LATROCINIO CLARO
AD NOMEN ET DIVTVRNAM MEMORIAM
NICOLAVS GADDIVS PATRVO DE SE
SVISQVE BENEMERITO D.
AN. MDLXXVII ORITVR AN.
MCDXCIII. VII. K. MAI. h. XIII.
OCCVBVIT MDXLII. XIV. k. NOVEM.

Tanti Praeſulis interitum deflevit prae reliquis *Hannibal Carus* (3) Italico Epigrammate, quod inc.

Laſſo quando fioria l' ultima ſpeme &c.

Multi praeterea honorifice de eo meminerunt, quos inter *Petrus Victorius* in ſuis ad *Ciceronis* Epiſtolas Emendationibus, Lugduni impreſſis anno MDXL. pag. 25. ubi duos adlegat Codices, *qui ſunt optimi*, *ac liberaliſſimi hominis Ioannis Gaddii*; & *Benedictus Varchius* Italico Epigrammate, editionis Italicorum Epigrammatum vulgo *Sonetti* Florentiae apud *Laur. Torrentinum* MDLV. in 8. pag. 38

THADD. GADD. CARD. §. XXIX. *Thaddaeus Gaddius*, *Aloyſii* (4) Riani Toparchae filius, ac *Nicolai*

(1) Vid. Iacobum Riſſium *Notizie Letterarie Iſtoriche intorno agli Uomini Illuſtri dell' Accademia Fiorentina*. *Firenze per* Pietro Matini *MDCC.* in 4. pag. 62. ſeqq.

(2) Vid. Marcum Guazzum *Iſtorie di tutte le coſe degne di memoria &c. In Venezia MDXL.* 4. pag. 144.

(3) *Rime del Commendatore* Annibal Caro. *In Venezia preſſo* Bernardo Giunti MDLXXVIV. 4. pag. 68.

(4) De hoc *Aloyſio Gaddio* haec habet *Iac. Gaddius* in cit. Tractatu Hiſtorico pag. 35. Luigi *di Taddeo Domicello, o Barone Romano, di cui fanno onoratiſſima menzione alcuni Scrittori, tra' quali il Sanſovino nell' Aggiunte all' Apologia del* Landino *ſcrive così: E due tra queſti aver luogo* Luigi Gaddi, *il quale ne' tempi di Papa* Leone *X. fattoſi illuſtre nella Città di Roma, fece per riſpetto del ſuo valore creare Cardinale* Niccolò *ſuo fratello, e Cherico di Camera Giovanni ſuo fratello, e dopo lui fu parimente Cardinale* Taddeo *ſuo fratello. Fu uomo di gran facende, comprò molte Caſtella nella Marcha per la ſua ricchezza* = Comprò Luigi *il Caſtello di Riano colla ſua Fortezza e Territorio; comprò il Caſal Dragoncelli, e molte Caſtella nella Marca, come afferma il San*ſovino, *e conferma il* Creſcenzio *nel ſecondo Volume della Nobiltà d' Italia.* = *Ebbe* Luigi *due mogli, cioè* Caterina Gomiel, *figliuola di* Francesco, *dal quale nel Teſtamento fu iſtituita erede univerſale, gli laſcia la ſua Caſa dove abitava, per un figlio di lei, che pigli il nome di Caſa* Gomiel, *e la ſecondo fu* Claudia Savella &c.

colai Diaconi Cardinalis nepos, natus eſt Florentiae anno MDXX. Ingenio excelluit, & rerum uſu praeſtantiſſimus memoriae hominum commendatur (1). Caſtri Riani Principatum obtinuit, quod poſtea, ipſo vita functo, *Petrus Donatus Caeſius* Epiſcopus Narnienſis, S. R. E. Cardinalis, pretio ſeptuaginta millium nummorum aureorum ſibi ab heredibus comparavit. Adoleſcens Patavii utrique Iuri operam dedit (2), & multa de Bonorum poſſeſſionibus theoremata publice diſcutienda expoſuit, quae tam ſolida doctrina, vividoque adeo ingenio tutatus eſt in inſigni clariſſimorum virorum conſeſſu, ut ſummi ordinis vir *Ioannes Salviatus*, Graece, & Latine doctiſſimus Cardinalis, ex hiſce diſputationibus, maxima quaeque de ipſo *Thaddaeo*, plurimis adſtantium vaticinium audientibus, praedicaret (3). Vix decimumſextum aetatis ſuae annum egreſſus, Abbas renunciatus eſt S. *Leonardi* in Apulia, cedente Cardinale patruo. *Paulus* III. Cuſentinum illi Sacerdotium die XXI. Iulii anno MDXXXV. detulit adminiſtrandum, quod deinde in titulum contulit, quum vigeſimum ſeptimum aetatis annum attigiſſet (4). Anno poſtmodum MDXXXVII. in Florentinae Eccleſiae Archipresbyterum electus eſt, teſte *Salvino Salvinio* (5), qui Florentinae Eccleſiae Canonicorum omnium monumenta collegit, & ſcriptis mandata poſterorum memoriae tranſmiſit. Anno tandem MDLVII. Idibus Martii Presbyter Cardinalis S. *Silveſtri* in Campo Martio in tertia Cardinalium creatione (6) a *Paullo* IV. renunciatur. Interfuit Comitiis Pontificiis, in quibus ſummum Pontificatum obtinuit *Pius* IV.

§. XXX. Obiit in ea Italiae regione, quae Mari Adriatico contermina, Apulia dicitur, in Abbatia S. *Leonardi*, Ordinis Militum S. *Mariae* de Pruſcia Theutonicorum, quae ipſi, dum vivebat, uti diximus, commendata fuerat (7), die Lunae XX. Decembris anno MDLXI. Pontificatus *Pii* IV. ſecundo, ex profluvio ventris, vomitu, & pituita, aetatis XLII. nondum explero. Corpus ibi depoſitum, Florentiam poſtea translatum, in Eccleſia S. *Mariae Novellae* Ordinis Praedicatorum, in pulcherrimo ſuae familiae ſacello conditum eſt, cum hoc ſepulcrali titulo:

THADDAEO GADDIO ALOYSII FILIO S. R. E. PRESB. CARD.
QVEM OB EXIMIAS EIVS VIRTVTES PONTIFICES MAXIMI
CETERIQVE PRINCIPES MIRIFICE DILEXERVNT
MAXIMOSQVE ILLI HONORES HABVERVNT
NICOLAVS GADDIVS FRATRI PATRVELI AMANTISSIMO
BENEVOLENTIAE CAVSSA HOC SEPVLCRVM STATVIT
ANNO MDLXXVII.
VIXIT ANNOS XLI. MENSES XI.
OBIIT MDLXI. XI. KALEND. IANVAR.

§. XXXI. *Hieronymus Gaddius*, *Angeli* clariſſimi Senatoris, ac *Iſabellae Guicciar-* HIERONYMVS GADD.

(1) *Io. Ant. Petramellarius* in Continuatione ad Librum *Onuphrii Panvini* de Summis Pontificibus, & S. R. E. Cardinalibus, Bononiae apud Heredes *Io. Roſſi* MDIC. 4. pag. 91. hoc inſigni elogio *Thaddaeum* cohoneſtavit, addiditque: *at virum praeſtantiorem, pluribuſque, aut maioribus animi bonis magis ornatum vix illa ſaecula habuerint neminem*. Vide etiam *Ciacconium* Tom. III. pag. 854. & *Iulium Nigrium Scrittori Fiorentini* pag. 508.

(2) *Iac. Gaddius* in Tract. Hiſtorico cit. pag. 40. Studiò Taddeo *Leggi in Padova*, *eſſendo Eletto di Coſenza, benchè giovanetto, come ſi cava dal* Capardo, *e dallo ſcrittore della Vita del* Varchi, *da una Lettera del Cardinal* Bembo *al Cardinal* Niccolò, *e da una a Meſſer* Alberto del Bene; *dal* Varchi *nell' Orazion funerale recitata nell' Accademia Fiorentina in lode del Cardinal* Bembo, *nella quale loda l' Arciveſcovo di Coſenza, e Monſig. Eletto di Fermo* Lorenzo Lenzi. *Ma lodi non ordinarie attribuiſcono a* Taddeo *Don* Gio. Batiſta Caſtaldo *nella Vita di* Paolo *IV.* = Antonio Poſſevini *nell' Iſtoria*, Pietramellara *Bologneſe nell' Elogio, col quale celebra* Taddeo *per uno dei maggiori, e più eccellenti perſonaggi ſtati in quei ſecoli; ma tralaſcio queſti, e altri teſtimoni onoratiſſimi citati ſotto l' Elogio Iſtorico di* Taddeo, *e così l' onoratiſſimo Elogio del medeſimo fatto dal* Pone *nel ſuo Libro ſtampato molti anni ſono. Fece nell' Arciveſcovado di Coſenza un magnifico Palazzo, per quanto mi è ſtato riferito da perſona degna di fede, ſiccome da altra perſona ſimile ſentii molt' anni ſono, che il medeſimo, e altri de'* Gaddi *congiuntiſſimi a* Taddeo, *fece un Palazzo riguardevoliſſimo in Rinno.* = Taddeo *fu ſervito dal* Gallo, *che dipoi fu gran Cardinale, e comprò un Ducato, come ſcrive l' eruditiſſimo* Vghelli *nell' Aggiunta al* Ciacconio *con queſte parole*: „ *A* Thaddaeo *Cardinale* Gaddio *receptus eſt in contubernium, & a ſecretis fuit, Ducatum trium Plebium in Mediolanenſi ditione a* Philippo *II. Hiſpaniorum Rege emptum familiae ſuae dono dedit. Tandem Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, Collegii ſacri Princeps.* „

(3) Ita rem narrat *Franc. Pona* in Elogiis pag. XIX.

(4) *Vghellius* Italia Sacra Tom. IX. pag. 260. ſeqq. Inter Luſus Poëticos *Iacobi Gaddii* Venetiis typis *Leninnis* MDCLV. 8. pag. 23. Carmen legitur, cui titulus: *De Thaddaeo Gaddio, qui anno aetatis XVI. ſalutis MDXXXV. Epiſcopus Coſentinus per reſignationem* Nicolai *Card. patrui*.

(5) Eius vitam, inter alios Canonicorum Eccleſiae Florentinae, litteris ſe conſignaſſe, ipſemet teſtis eſt *Salvinus Salvinius* in Additionibus Mss. ad Hiſtoriam Florentinorum Scriptorum *Iulii Nigrii* in Biblioth. *Marucelliana*, quas tabulario eiuſdem Eccleſiae reponendas moriens reliquit.

(6) *Io. Ant. Petramellara* Bononienſis loc. cit.

(7) *Petramellara* loc. cit. pag. 94. & *Ciacconius* Tom. III. pag. 854.

ciardiniae nobiliſſimae feminae filius, Florentiae natus, ſuorum maiorum laudem generoſa aemulatione conſequutus eſt [1]. Primo enim aetatis ſuae flore nobilioribus litteris, ac potiſſimum Iuriſprudentiae incubuit, tanta animi alacritate, ut, dummodo virtutem quaereret, nullum laborem, nullam moleſtiam, nullum incommodum recuſaret. Chriſtianae Philoſophiae, & Sacrarum litterarum ſtudium vehementer excoluit, curavitque, ut quae in eo optima ſunt, optime dignoſceret. Hinc factum eſt, ut quum generis nobilitatem ſapientia exornaſſet, Archipresbyter Florentinus, & Apoſtolicae Sedis Commiſſarius ad *Nicolaum* Equitem creandum eligeretur. Mox ad Cortonenſes infulas evectus eſt a *Pio* IV. Pontifice Maximo die XVI. Decembris anno MDLXII. [2]

§. XXXII. Non multo poſt *Coſmus* Magnus Etruriae Dux I. adeo *Hieronymi* ſollertiam fidemque probavit, ut in Oratoris ſui munere apud Tridentini Concilii Patres, *Ioanni Strozzae* ipſum ſuffecerit [3]. Quapropter in illo totius Chriſtiani orbis Senatu talem ſe eſſe plane oſtendit, qui pro maximis rebus explicandis tuto a Principibus poſſet adhiberi. Orationem habuit eo in conſeſſu de pio ſui Principis erga Apoſtolicam Sedem affectu, deque ſincera erga ipſam Oecumenicam Synodum benevolentia & obſequio, cui de more, actis gratiis, eſt congrue reſponſum [4]. Hinc iure merito de eo cecinit *Iacobus Gaddius:* [5]

De te quid ſcribam, Praeſul praenobilis? alta
Munera, virtutem pectoris anne canam?

Con-

(1) *Iac. Gaddius* in Tractatu Hiſtorico pag. 41. Agnolo *Senatore, le cui figlie ſi congiunſero con gli* Strozzi, *cogli* Zati, co' Quaratesi. Girolamo *nato d'* Agnolo *Senatore, e d'* Iſabella Guicciardini, *Arciprete di Firenze, Veſcovo di Cortona, Imbaſciatore, e Procuratore di* Coſimo Medici, *allora Duca di Firenze, e di Siena, nel Sacro Concilio di Trento, Prelato per degnità, e piu per virtu ragguardevole, fu da non pochi celebrato con verſi Toſcani, e Latini. Ma la ſua nobiltà, deſtrezza del negoziare, gravità di coſtumi, bontà, & erudizione furono con ampliſſimo teſtimonio illuſtrate dal Duca nel Mandato, e Lettere che dagli Atti del Concilio raccolti ſi pubblicarono alla luce* = A Girolamo, *mentre che era Arciprete di Firenze diſegnò riſegnare l'Arciveſcovado di Coſenza il Cardinale* Taddeo, *ma per la morte improvviſa non potette. Al medeſimo (per quanto ſi cava da una Lettera del Cavalier* Gaddi *al Duca) l' Imbaſciatore Ducale dava favore, acciocchè otteneſſe il Veſcovado di Biſignano. Dilettavaſi* Girolamo *delle Lettere, e dell' Accademie, come ſi argomenta dall' infraſcritta Lettera, la quale come curioſa, e forſe utile a qualche Accademico, copio qui:*

Reverendiſſ. Monſig. Sig. e Patron, e Sig. Noſtro Oſſervantiſſ.

Deve ſapere la S. V. Reverendiſſ. come a requiſitione dell' Accademia, e per prieghi, e lettere che quella degnò di mandare l' anno paſſato al Capitolo Generale de' Canonici Regolari di San Salvatore, ci fu conceſſo il Rev. Don Gian Iacobo Cavalletti noſtro Academico per Lettore de le coſe della Scrittura a ſervitio di queſta Accademia, a ſodisfattione della Città, & a compiacimento di V. S. R. Hora gli ſi fa intendere che havendo a' giorni paſſati il ſuo Veſcovo ſcritto a Roma con pretenſione che il Concilio Sacro vietaſſe il leggere la Scrittura nell' Accademia come luogo profano, fu proibito dall' Illuſtriſſimo, & Reverendiſſ. Aleſſandrino al detto Padre, che più non doveſſe leggere nell' Accademia, o in altro luogo privato, ma ſi in ogni Chieſa pubblicamente, & di queſto ne ſono lettere del Procurator Generale di detta Congregatione ſcritte d' Ordine del Reverend. Card. Aleſſandrino in mano del Sig. Cavalier Palterini Imbaſciatore per l' Accademia coſi appreſſo l' Illuſtriſſimo e Reverendiſſimo Cardinale de Medici noſtro Protettore. E perchè hoggi s' incominciaſſe a leggere ſeguitando l' ordine delle Piſtole di S. Paolo nella Chieſa di Santo Andrea, la quale è dirimpetto alla Accademia come amorevoli figliuoli, & Ser. di V. S. Reverendiſſ. ſiamo andati dal ſuo Vicario per impetrare licenza, che detto Padre Cavalletto legga, il quale valendoſi del Sacro Concilio non ha voluto a modo alcuno che ſi legga, o volendoſi leggere, volea che queſto Padre gli preſentaſſe una licenza de' ſuoi ſuperiori di poter leggere; & perche quando egli fu mandato a prieghi di V. S. Reverendiſſ. in ſervitio dell' Accademia a Cortona il ſuo Generale non gli fece altra licenza ſe non quella che ſi contiene nella lettera che il Capitolo Generale riſpoſe alla S. V. Reverend. parendoli che baſtaſſe, mandando un ſuo pari di raccomandatio al Veſcovo della Città, dal quale con tanta iſtantia era ſtata chieſto alla ſua Religione. Con queſta la ſupplichiamo a voler reſtar ſervita di ſcriver, per quello che ſi aſpetta a coſta al ſuo Vicario, che non impediſca queſta lettione, maſſimamente facendoſi in una Chieſa dove concorrono molti, dicendole appreſſo, che non voglia impedir così buon' opera, & travagliar l' Accademia, la quale di giorno in giorno va pur creſcendo in riputatione, & ſpera molto bene dal favore della S. V. Reverendiſſ. alla quale ci pare anco di dire che queſto impedimento dà molto ſcandalo, & mala ſodisfattione nel popolo, parendoli male che ſi vieti una lettione Sacra in Chieſa per beneficio commune, & vi ſi aggiunge appreſſo, che da poi che il ſuo Vicario entrò nell' offitio, tuttavia ha aborrito il nome di queſta Accademia, coſa, la quale ſi bene diſpiace a tutti, nondimeno ſi comporta per la riverenza che ſi ha a V. S. Reverendiſſ. la bontà della quale è ſommamente oſſervata da tutti noi. Aſpettiamo riſpoſta, & con ogni affetto, e di cuore ci le raccomandiamo, che N. S. Iddio le doni quanto ella deſidera. Di Cortona il dì 18 di Marzo del MDLXV.

Di V. S. Reverendiſſ.

Affezionatiſſimi Servitori.

Il Prin. & Conſig. de' Magiſtrati dell' Accad. de gli Humoroſi di Cortona.

(2) Vid. *Ughellium* Ital. Sacr. Tom. I. pag. 650.
(3) In Collectione Conciliorum *Labbeana* Venetiis apud *Seb. Coleti* MDCCXXXIII. fol. pag. 198. ſub anno MDLXIII. legitur: Hieronymus de Gaddis, *Florentinus, Epiſcopat. Cortonenſis Orator Excellentiſſimi Ducis Florentiae, miſſus in locum* Ioannis Strozzae.
(4) Gadd. in Elog. Hiſtoric. Florent. typis *Amatoris Maſſae* MDCXXXVII. 4 pag. 252.
(5) Ibid. pag. 253.

Concilio in ſummo, quo ſtabat ſumma ſacrorum,
Geſſiſti Cosmi *Principis ipſe vices.*
Nota tua eſt virtus mult.s; clareſcere nomen
Haud poterat coetu nobiliore ſuum.

Reverſus in patriam, Eccleſiam ſuam magna cum prudentiae laude adminiſtravit, Conſtitutionibus, & Legibus [1] pro eius reformatione conſcripris.

§. XXXIII. Inter Epiſtolas Pictoricas ab *Ioanne Bottario* Praeſule collectas [2], una legitur [3] celeberrimi Pictoris, & Architecti *Georgii Vaſarii*, quae ſequens eſt:

Al Veſcovo di Cortona Girolamo Gaddi. *A Cortona.*

„ M'è dolto fino all'anima ſentire, che la S. V. Reverendiſſima ſia andata a Cortona, e non ſi ſia degnata venire alloggiare una ſera meco in Arezzo, perchè arebbe viſta una mia tavola, che ho fatta per me alla Cappella, e Altar maggiore della Pieve, con ornamenti, e ſpeſa grande, come ſaprà da Meſſer *Michelagnolo Vrbani* pittore, e maeſtro di fineſtre, che ne darà pieno ragguaglio alla S. V. E perchè io lo amo per le bontà, e virtù ſue, arò caro, che per eſſere delle voſtre pecorelle lo amiate, e per mio mezzo lo conoſciate, e gli facciate ſervizio, e favore ne' ſuoi biſogni, come gli fareſte a me medeſimo. E perchè mi baſta averla ſalutata con queſta mia, non le dirò altro, ſe non che Ella mi comandi. „

Di Arezzo alli XXVIII. di Marzo MDLXIV.

Giorgio Vaſari Pittore, e Architetto.

§. XXXIV. Florentiae fato conceſſit anno MDLXXII. & in avito ſuorum ſepulcro apud S. *Mariam Novellam* conditus eſt, poſteritati eximio doctrinae [4] & probitatis relicto exemplo.

§. XXXV *Nicolaus Gaddius*, S. *Iacobi* Eques, ac Riani Dynaſta [5], *Sinibaldi* Senatoris ad *Paullum* IV. Pontificem Maximum ablegati [6] filius, *Nicolai* Cardinalis nepos, natus eſt Florentiae die XII Octobris MDXXXVII. Litterarum ac bonarum artium iam a prima aetate ſtudioſiſſimus, aedes ſuas omnigenae eruditionis nutrices [7], Bibliotheca, Codicum Manuſcriptorum & rariſſimarum editionum copia referta, Muſeo, ſignis Etruſcis [8], Graecis, & Romanis [9], marmoreis iconibus, inſcriptionibus, ſculptis caelatiſque gemmis, veteribus numis, anaglyphis, pictu- NICOL. GADD. SENAT.

(1) *Vghell* Tom. cit. pag. 630. *Nigrius Scritt. Fior.* pag. 301

(2) Romae prodierunt apud *Nicolaum & Marcum Palearinos* MDCCLIX. in 4.

(3) Tom. III. pag 177.

(4) Extat eius Epiſtola ad *Hannibalem Carum*, quae impreſſa legitur a *Bartolomaeo Zucchio* in Libro, cui titulus: *Idea del Segretario. Venezia per* Pier Duſinelli *MDCXIV.* Vol. II. fol. *Benedictus Varchius* ei Italicum Carmen inſcripſit, quod inc.

Signor mio ſacro, il meritar gli onori &c.

Et legitur in Libro inſcripto: *Sonetti ſpirituali di Meſſer* Benedetto Varchi *con alcune riſpoſte & propoſte di diverſi eccellentiſſimi ingegni nuovamente ſtampati. In Fiorenza nella Stamperia de'* Giunti MDLXXIII. 4. pag. 4. *Al Reverendiſſimo Monſig.* Giovanni (lege Girolamo) *Veſcovo di Cortona.*

(5) Conſtat e publicis tabulis *Nicolaum* obtinuiſſe fere dimidium Caſtri. & territorii Riani, ac poſtea ex teſtamento *Aloyſii* Dynaſtam fuiſſe totius. Illud Cardinali *Caeſio* (iu iubente ie V. Pont.) certam accipiens pecuniam ceſſit. Extat Inſtrumentum ceſſionis, ſcriptum a *Curtio Saccone* Not. Capitolino apud *Iac. Gaddium* in Elogiis pag 265. ſeqq.

(6) Electus fuit ad *Paullum* IV. P. M creatum A. MDLV. Orator, una cum aliis quinque Senatoribus, quorum nomina adfert idem *Gaddius* in Elogiis pag. 256. & in Tractatu Hiſtorico pag 41 ubi ſubiungit: Sinibaldo *Senatore è menzionato nelle ſtorie del* Nardi, *e* Varchi = *ebbe per moglie* Lucrezia Strozzi, *figliuola di* Matteo *Gonfaloniere nel MDXIX. e dipoi Senatore, e due figliuole, una moglie di* Lorenzo Bartolini. *Nipote, o quel che ſi foſſe dell' Arciveſcovo di Piſa, l'altra di* Iacopo Pitti, *l'Iſtorico, e Senatore.*

(7) *Franciſcus Pona* in Elogiis pag. XXV. *Praeter egregias*, inquit, *Avorum aedes, alteram ſibi demum conſtruxit, in qua Pinacotheca pretioſioribus, aere marmoribus, in ſpeciem hominum fictis, tabuliſque vero ſtylo depictis; aere, per vetuſtate artifices fuſo; gemmis rudibus & elaboratis inſtructiſſima erat & adhuc relicta Gaddiae poſteritati exſtat: Codicibus quoque Mss. vetuſtiſſimis, & antiquae Numiſmatis, quorum non minus cognitione, quam poſſeſſione* Nicolaus *gaudebat &c.* Deſcribit deinde *Sacellum Gaddiorum* in aede S. *Mariae Novellae*, de quo inferius.

(8) *Ant. Franc. Gorius* in Prolegomenis ad Inſcriptiones antiquas in Etruriae Vrbibus exſtantes Tomo I. pag. XXXIV. & in Praefatione Muſei Etruſci Florentiae per *Caiet. Albizzinium* MDCCXXXVII fol. Tomo I. pag. XXII. Muſeum ac *Gaddianam* Bibliothecam multis effert laudibus, quod etiam ante ipſum fecerant *Paullus Minius Difeſa de' Fiorentini*, ubi de magnificentia loquitur, *Scipio Ammiratus* Tom. II. Opuſc. pag 506. *Michael Poccianitus* in Cat. Scriptor Flor. *Petrus Scriverius* in Libello, cui titulus *Reſp. Romana &c. Bocchius Bandinellius* in deſcriptione Muſei *Gaddiani* typis edita, & quam numquam vidi, *Bernardus Montfauconius* in Diario Italico pag 159.

(9) *Io. Lamius* Tomo V. pag 277 Operum *Meurſii* Florentinae editionis in fol. ex Muſeo *Gaddiano* monumentum aere inciſum adfert, in quo nova nupta inſidens marmoreo ſimulacro repraeſentatur.

pictaris inſtruxit, ac regio prope ſumptu exornavit. Plura quoque mirae vetuſtatis Aegyptia monumenta congeſſit, quorum aliqua aere vulgavit ſculpta Vir Cl. *Ioannes Nardius*, Medicinae in Academia Piſana Profeſſor, poſt eruditiſſimum commentarium (1) in Libros VI *Titi Lucretii Cari* (2) de Rerum Natura, ubi Aegyptias quoque plures antiquitates, quae ſuum inſigne Muſeum locupletabant, vulgavit, quae poſtea alio migravere.

§. XXXVI. Sed de effuſiſſima *Nicolai Gaddii* in bonas litteras excolendas, & promovendas voluntate audiamus *Iulianum Riccium*, qui in eo libro manu exarato, ubi Priorum Florentinae Reipublicae ſeries continetur, vulgo *Prioriſta* nuncupato, haec memoriae hominum prodidit ſempiternae: „ Meſſer *Niccolò* di *Sinibaldo*, Cavalier di S. *Iacopo MDLXXV.* Queſto fu uomo di lettere, amatore delle antichità, e avendo molte facultà, e dilettandoſi aſſai, gli riuſcì mettere inſieme molte medaglie, tronchi di ſtatue, gioie rare, molti libri ſcritti a penna, e coſe ſimili di pregio, e belliſsime, e tutto riduſſe in una ſua Galleria, che così con voce Franceſe ſi chiamano oggi certi terrazzi, o logge in palco, alluminate da tutte le bande, eccetto che da Tramontana, la qual Galleria egli fabbricò ſopra un ſuo Caſino, che con queſto vocabolo ſi chiamano le caſe, che nella Città da perſone ricche ſono abitate per diporto fuori della caſa loro ordinaria. Sì il Caſino predetto, come la Caſa grande erono ſu la piazza, e vicini alla piazza detta di Madonna nel Quartiere di S. *Maria Novella*, dove per molti anni anno abitato li ſuo antenati, e ſempre ſono andati per quel Quartiere „. Nec pigeat Epiſtolam *Scipionis Admirati* de eo item perhonorifice loquentis adferre (3), quae ita ſe habet. „ Io ho auuto più volte voglia di ſcrivere a V. S. di queſto Gentiluomo (intellige de *Nicolao Gaddio*) alcuna coſa, per moſtrare, come in queſta immobil pace d' Italia ſi poſſa vivere con ſplendore, oltre il cavalcare per la Città, & non mi è venuto mai fatto, talchè ora che me ne viene il taglio, non voglio perdere queſta occaſione. Queſto Cavaliere deve avere da quattro, o cinque mila ſcudi d'entrata, & intorno a 40. o 50. mila di danari. Tiene la caſa ſua, ſecondo lo ſtato ſuo, fornita di Cavalli, & di Servidori, talchè in queſta parte, ſecondo l'uſo ordinario degli altri Cavalieri d'Italia egli barebbe ſoddisfatto interamente agli humori degli Vomini, & alla fortuna ſua. Ma oda il teſto: ha fatto una Cappella in una delle principali Chieſe di queſta Città per ſe, & per i ſuoi maggiori, de' quali ſono due Cardinali del Ceppo ſuo, che ſi moſtra a' foreſtieri per una delle coſe belle della Città, e ſe diceſsi, che non è inferiore alla voſtra di S. *Gio. Carbonara*, cognominata da' Marcheſi di *Vico*, non mi diſcoſterei dal vero; ma ella ha anche un altra qualità, che ad emulazione di lei ha partorito delle altre Cappelle, che per coſe de' privati Gentiluomini, ſaranno delle più riguardevoli d' Italia, facendo avvertita V. S. che quando io fo queſti accreſcimenti, parlo per dire il vero, e non ſecondo un uſo volgare degli uomini, che ſono naturalmente avvezzi ad accreſcere le coſe. Mura in villa, & accreſce un palazzo più ad uſo di Città, che di villa. Nella Città, venti braccia diſcoſto alla ſua abitazione, ha un' altra Caſa, con Orto, i quali luoghi tenuti da' grandi Cittadini per loro delizie, ſono chiamati Caſini. Nell' orto ſono Semplici eccellentiſsimi, & rariſsimi, non ſolo con ſpeſa, e travaglio condotti da molte parti dell' Europa, ma anche di Egitto, e da altre parti remotiſsime da noi, nè per tutto ciò vi mancano de' Cedri, de' Limoni, e dell' altre coſe di Napoli, tanto più commemorabili, quanto che per la minore dolcezza dell' aria, anno continuamente di molta diligenzia, anzi di molta accuratezza biſogno. Nell' una delle facce di detto Orto è una Galleria lunga parecchie braccia, da ciaſcun lato della quale ſono ſopra i piedeſtalli poſte nobiliſſime ſtatue di marmo, e ſopra le ſtatue collocati quadri di pittura di buoni maeſtri, con tanto ordine, & in tanto numero, che veramente dico a V. S. eſſere coſa molto maraviglioſa, e molto degna di lode, non ſolo in un Cavalier privato, ma in qualſivoglia gran Principe. Io, ſe non per le coſe che ho viſto, almeno per quelle coſe che ho letto non ſoglio troppo ſtupirmi delle coſe,

ma

(1) Edit. Florent. A. MDCLXX. 4. Tab. II. num. 2. 3. 4.

(2) Laudavit hoc Opus *Io. Ciampinius* in prima parte Veterum Monumentorum pag. 164. qui etiam ex *Nardii* Tabulis unam aeneam exhibuit, earumque delineationem ait a *Nardio* factam, iuſſu *Ferdinandi* II. M. E. D.

(3) Edita eſt Tomo II. Opuſculorum Florentiae MDCCXXXVII. 4. pag. 506. ſeqq.

ma avendo, non è molto veduto la Galleria, la quale è al piano dell' orto, condotto che fui negli appartamenti di ſopra, rimaſi confuſo affatto, conſiderando quel che può fare l' amore, l' aſſiduità, e l' ingegno degli uomini e perchè io non verrei di ciò a fine per un pezzo, e molto mi dilungherei di quel che ho propoſto di ſcriverle, baſterà dirle che queſta è una ſala con due camere, e due ſtudioli, con altri ſtudioletti piccoli, e con alcune ſoffitte piene di tanti ornamenti di marmi, di getti, di bronzi, di dipinture, con tanti ripoſti di coſe antiche rariſſime, d' arme, di miſure, di peſi, e d' altre particolarità, che certo lo dico, come ſono coſe di grandiſſimo diletto a vederle, così ſono di grandiſſima maraviglia, che uomo privato, benchè ricchiſſimo, che è ancor molto giovane, l' abbia potuto accozzare e mettere inſieme; ma ſe a queſto voleſſi anche aggiugnere i botteghini che tiene nella parte ſuperiore della caſa di diverſi artefici, ma ſoprattutto di ſegatori, e di pulitori di pietre nobiliſſime, e di gioie, io non ſo ſe forſe incominciaſſi a tor fede alle coſe che ho detto, ma un altro dì forſe ſarà queſta mia materia particolare, poichè fra l' altre per la cognizione delle coſe antiche ſi può imparare aſſai [1]. „

§ XXXVII. In collectione Epiſtolarum, ſtudio & opera *Io. Bottarii* Romani Praeſulis, quibus titulus: „ Raccolta di lettere ſulla Pittura, Scultura, e Architettura. In Roma per *Niccolò* e *Marco Pagliarini* MDCCLV. ſeqq. 4. Tomo III. pag. 177. „ plures Epiſtolae occurrunt, a clariſsimis bonarum artium Profeſſoribus ad *Nicolaum* noſtrum exaratae ab A. MDLXXI. ad Annum uſque MDLXXXIII. ex quibus patet quanta aviditate conquireret excellentium Profeſſorum picturas, delineationes, vetera marmorea monumenta, idola, thoreumata, numiſmata aurea, argentea, aerea, pretioſas gemmas, & raras, unde totius antiquitatis conſervator, & vindex vulgo diceretur, & eſſet [2]. Quibus rebus factum eſt, ut apud exteras quoque gentes aeternum nomen adeptus, per omnium ora volitaret [3], quod apud Florentinos quoſdam nobiles invidiam ſibi conflavit, qui eius

d ex-

(1) Ipſemet *Iacobus Gaddius* in Tractatu Hiſtorico pag. 44. alia haec ad rem noſtram litteris conſignavit: *Niccolò Cavalier fu, come altri onorati perſonaggi ed altri Principi Ambaſciadore del Granduca* Coſimo, *ai Duchi di Ferrara, e di Mantova, come ſcrive l'* Adriano *nelle ſtorie* = *Fu con grandiſſimo numero di ſervitori veſtiti di ricchiſſimi veſtimenti a livrea con altri Fiorentini ad accompagnare la Sereniſſima D.* Leonora de' Medici *a Mantova alle nozze. Fu Sig. di* Riano, *e di* Pian dell' Olmo, *Can. di S.* Iacopo. *Teneva con ſplendore, e grandezza non uſitata allora in Firenze molti ſervitori, e cavalli, e carrozze, e lettiga; fabbricava nelle Ville, e nella Città. Fece la famoſa Cappella in S.* Maria Novella, *e la Galleria tanto celebrata da diverſi Scrittori, alcuni de' quali ſono citati puntualmente nelle Note Iſtoriche, e maſſime dal* Ricci *nel Prioriſta, dove trattando del Senator* Gaddi, *mette il Cavaliere uomo di Lettere, amatore delle antichità, intelligentiſſimo di tutte l' arti del diſegno, e ridusse nella ſua Galleria infinite coſe rare. Acquiſtò alcuni titoli glorioſi, cioè di Conſervator di tutta la reverenda antichità, come ſi legge nella Famiglia del* Bene *Ms. dell'* Ammirato, *di Padre d' ogni virtù, come* Pietro Vaſari *canta in un Sonetto*

. . . . onde il Mondo v' onora,

E vi à d' ogni virtù Padre chiamato.

di Magnanimo, come lo danno in una Dedicatoria del Metodo il Dottor Anton Capordo, *e* Baccio Bondinello *Gentiluomo, e letterato Fiorentino di grand' erudizione, e dottrina nella deſcrizion della Galleria ſtampata; di Protettor de' Letterati il Canonico* Gualterotti *nell' Elogio. Chi di Padre de' virtuoſi, e della virtù, come ſentii io già da eccellenti artefici affermare; ſiccome, che non vi era, nè è un ſuo pari in Firenze, che faceva a competenza col Granduca* Franceſco *nel far ſtudioli, e tavolini, e nel tenere le maeſtranze continue, e uomini eccellenti in coſa per lavorar nella Galleria, e altrove. Aggiunſe ancora già una volta il P.* Brignole *Domenicano, nobil Genoveſe, e credo parente ſtretto del Marcheſe* Brignola *ſcrittor famoſo, che il Cavaliere era invidiato in Firenze da alcuni Nobili* = *Mi fu affermato e dal Cav.* Paſſignano, *e dall'* Empoli, *Pittori celebri, e informatiſſimi di caſa noſtra, che il Cavaliere dette in dono in una volta trecento ſcudi a un virtuoſo, e che era buon uomo, e liberale. Ma della ſua liberalità n' è teſtimonio il teſtamento in cui laſciò così ſplendidi legati, alla moglie, ai parenti, e alla ſua numeroſa, e onorevole ſervitù: onde non è maraviglia ſe aveva e in libri, e in lettere dell' Illuſtriſſimo, titolo allora quaſi a niuno particolare dato in Firenze, nè in Venezia, nè in altre Città ſimili. Gli Autori del Catalogo degli Scrittori, fatto più di cinquanta anni ſono, nominano molte volte la Libreria* Gaddia, *e più volte dicono* Bibliotheca Illuſtriſſimi Nicolai &c. *Delle lettere baſterà citarne una di* Lucio Orſini *degl'* Orſini, *Signora di Fiano, la qual Terra ebbe poi il titolo di Ducato, ſcritta nel MDLXX. e ſtampata nelle Note Iſtoriche per dimoſtrare con eſſa (oltre gli altri teſtimoni) che il Cav. era Signore di Riano. Ebbe queſti, due mogli; la ſeconda fu* Maria Strozzi; *la prima* Emilia Ridolfi, *figliuola del Senator* Lorenzo, *nipote del Card.* Niccolò Ridolfi, *figlio di una ſorella di* Pietro Strozzi, *il Gran Mareſcialle, e di* Lione *Generali del Re di Francia, e per due verſi parente della Regina, e dei Re di Francia, co' quali ebbe per queſta via parentado* Sinibaldo Gaddi *figliuolo dell'* Emilia, *e del Cavaliere* Niccolò = *Ma perchè più giuſtificatamente appariſca il parentado che aveva la* Ridolfo, *e* Sinibaldo Gaddi, *che morì bambino, e fu fratel Cugino del Padre dello Scrittore (* Iacopo Gaddi *) porrò qui un albero fatto alla rovescia* = Luigi *del Senator* Agnolo (Gaddi). *Queſti fu mandato con altri principaliſſimi Fiorentini, tra' quali erano* Filippo Salviati *e* Coſimo Pitti *ad accompagnare la Regina* Maria Medici *in Francia, ſpoſata ad* Enrico *il Grande* = *Era ſtato fatto erede della maggior parte della roba del Cavaliere* Niccolò. *Preſe per moglie* Lucrezia Ricaſoli. *E non laſciando maſchi, pervenne l' eredità col cognome della famiglia in* Cammillo *figlio di* Maddalena Gaddi, *e di* Iacopo Pitti, *Senatore, ed Iſtorico.*

(2) Vide *Petri Vaſarii* Italicum Rhythmum, apud *Iac. Gaddium* in Elog. pag. 269. Extat etiam inter *Petri Gherardi* Poemata Florentiae apud *Carolum Peclinarium MDLXXI. 8. pag.* 110. *Carmen ad illuſtrem Equitem Nicolaum Gaddium.*

(3) Hinc *Franciſcus Baldellius* in Epiſtola, qua *Nicolao Gaddio* ſuam *Ioſephi Flavii* verſionem dedicavit

excelſum animum, exiſtimationem, & egtegias dotes oculo inretorto ſpectantes, livore tabeſcebant (1).

§. XXXVIII. Praefuit pro magno Etruriae Duce Academiae Pictorum, Statuariorum, Architectorum, quae iam ab anno MDLXIII. a *Coſmo I.* fundata fuerat (2). Quin etiam feruot multa antiqua monumenta, dum Romae eſſet anno circiter MDLXX., pro Magno Etruriae Duce conquiſiviſſe, ut celeberrimum *Mediceum* Cymeliarchium magis magiſque ditaret (3), quumque Magno Duci eorum ſatis iam collegiſſe ſibi videretur, cetera in ſui privati Muſei ornatum tranſtuliſſe.

§. XXXIX. Vxorem duxit *Aemiliam*, *Laurentii Rodulphii* Senatoris filiam, ac *Nicolai* Cardinalis neptem, ex qua *Siuibaldum*, *Lucretiam*, *&* *Mariam* ſuſcepit filiolos, immatura morte, una cum matre praereptos, quorum interitus elegiaco Carmine *Iacobus Gaddius* deflevit (4). Ipſis autem boc monumentum in poſtica *Gaddiani* ſacelli ara poſitum poſtero ſuit tempore:

D. O. M.
AEMILIAE RODVLFIAE CONIVGI CARISSIMAE
SINIBALDO ET LVCRETIAE FILIOLIS SVAVISSIMIS
IMPIO FATO EXTINCTIS NICOLAVS
GADDIVS MOESTISSIMVS M. P.
AEMILIA VIXIT ANN. XX. M. VII. D. XIX.
OBIIT XI. KAL. AN. MDLXIII.
SINIBALDVS VIXIT M. V. D. XXV. H. VI.
OB. PRID. KAL. APR. MDLXIV.
LVCRETIA VIX: ANN. X. M. VI. D. XIX. H. I.
OB. VIII ID. IAN. MDLXIX.

§. XL. Verum non tam cura litterarum, rerumque mortalium ſollicitudo *Nicolai* animo inſederat, ut ea, quae Religioni, ac Virtuti poſt obitum reſervara ſunt bona negligeret; immo ſuturae beataeque vitae ſpes eas alebat, excitabarque, ex quibus ſolent pia opera, & Chriſtianae ſapientiae fructus uberrimi promanare. Itaque praeter patrias aedes, ut iam vidimus, ſplendide auctas, & ornatas, Cameratam Villam (5) magnificentiſſimam, fere a fundamentis exſtructam, & egregiis picturis nobiliratam, ſacellum Florentiae in Templo *S. Mariae Novellae* plaſticis caelaturis, raris marmoribus, lapidibus pretioſis, picturiſque exquiſitiſſimis mira arte variarum, in quo maiorum ſuorum cineres conderenrur, *Ioanne Antonio Doſio* architecto uſus (6), luxu incredibili dedicavir (7). Elegantiſſimas quoque inſcriptiones addidit, a viro Cl. ut ſerunt, *Marco Antonio Mureto* conſcriptas (8), quaſque iam ſuis in locis integra fide retulimus.

§. XLI. Legati perſonam apud Ferrariae, Mantuae, ac Sabaudiae Duces magna eum dignitare ſuſtinuit (9), unde a *Franciſco* Magno Etruriae Duce pro plurimis in ſe, & in patriam meritis ipſum in Senatorum albo deſcribi mandavit (10). Quum vero anno MDLXXXIV. *Eleonora Medicea*, *Franciſci*, Magni Etruriae Ducis filia,

vit, quae prodiit cum hoc titolo: *Di Flavio Giuſeppe della guerra de' Giudei Libri VII. &c. In Vinegia appreſſo Gio. & Gio. Paolo Gioliti de' Ferrari* MDLXXXI. 4. haec habet: *Ella beniſſimo ſa di quanto frutto ſia agli uomini la lettura dell' Iſtorie; onde non occorre, che io voglia ſar di queſto ragionare, poichè ſempre à nelle belle lettere, ne' nobili ſtudi, e particolarmente in quello dell' Iſtoria, l'animo ſuo gentiliſſimo eſercitato. Tutto queſto mi è chiariſſimo sì per l'onorata fama, che per tutto ſe n'è ſparſa, e sì anche perchè ne' familiari ragionamenti, che ſpeſſo corrono tra'l nobile e virtuoſo M* Franceſco Vagnucci, *e me, mi à di tal maniera del nobile ingegno, del quale Ella è dalla natura dotata, delle degniſſime parti, che l'adornano, e delle rare ſue qualità informato, che m'infiammai d'un ardente deſiderio di ſervirla, e d'onorarla in que' modi, che mi ſono di farlo poſſibili &c.*

(1) *Iac. Gaddius* in Elog. Hiſt. Flor. typis *Amatoris Maſſae* MDCXXXVII. pag. 256.

(2) Vid Epiſt. *Baccii Valorii* ad *Io. Ant. Doſium* alart nominis Architectum inter Epiſtolas Pictoricas Tomo I. pag 190

(3) Vide in cit. collect. Epiſtolarum Pictor. Tomo III. pag. 277. ipſius Card. *Medicei* Epiſtolam Equiti *Gaddio* Romam miſſam die XVI. Aug. MDLXX itemque pag. 283. aliam ſub die XX. Maii MDLXXX. & *Io. Lamium* in vita *Richardii* Florentiae MDCCXLVIII. 8. pag. CXXVI.

(4) In Elog. Hiſtoricis pag. 268.

(5) Vocatur vulgo *alla fonte all' erta*. Haec anno MDCCLXXV. ob heredibus diſtracta fuit, unde nunc in poteſtatem tranſiit *Gaudiae* Familiae. Adhuc tamen ibi variis in locis maioribus litteris ſculptum *Nicolai* nomen inſpicitur. In Eccleſia S. *Domiani* ad Feſulas tria exſtant ſacella a *Gaddiis* exſtructa, & egregiis Pictorum tabulis nobilitata, de quibus egimus in Epiſtola IV. Feſolana Florentiae MDCCLXXVI. 4. pag. 15. ſeqq.

(6) Videnda eſt eiuſdem *Doſii* de hoc ſacello Epiſtola data die XXVIII. Octobr. MDLXXV. inter Epiſtolas Pictoricas Tomo III. pag. 208.

(7) Idem ſacellum graphice deſcribit *Iulianus Riccius* l. c. atque olim ad *Falconiam* familiam pertinuiſſe; nec ſine multis laudibus memorant *Franciſcus Bocchius Bellezze di Firenze*, *&* *Gaddius* in Elogiis pag. 256.

(8) *Ioſephus Richa delle Chieſe Fiorentine* Tomo III. Parte I. pag. 70.

(9) *Gadd.* in Tract. Hiſtorico pag. 44. & in Corona Poetica. Bononiae typis *Iac. Montii* MDCXXXVII. 4. pag. 60. ſeqq.

(10) Vid. *Serie de' Senatori Fiorentini. Firenze per* Giuſeppe Manni *MDCCXXII.* 4. pag. 40.

ſilia, *Vincentio Gonzagae*, Mantuae, & Montis Ferrati Principi nuptui danda eſſet [1], *Nicolaus* noſter prae reliquis delectus eſt, qui ſponſam, Mantuam uſque deduceret.

§. XLII. Nec praetereunda ſunt clariſſimorum artificum nomina, cum quibus de omnigenae antiquitatis monumentis ſibi comparandis *Nicolaus* per epiſtolas agebat. Ea vero ſunt: *Franciſcus Tertius* Pictor & Caelator Bergomas [2], *Marcellus Venuſtus* [3], *Franciſcus Ponte*, *Baſſanus* vulgo nuncupatus [4], *Iacobus Valegius* [5], qui illuſtrium Pictorum formas undequaque conquirebat [6], *Hercules Baſſus*, qui ut amico morem gereret quam maxime, addebat inſuper tabulas pictas, ahenea ſimulacra, marmoreas protomas, numiſmata, & alia id genus pretioſa eymelia [7]. Haec eadem ſummo itidem ſtudio conquirebantur a *Fulvio Vrſino* [8], *Guillielmo Bos* [9], *Ioanne Antonio Doſio* celebri architecto [10], *Guillielmo Sangalletto* [11], *Felice Pinaricio* [12], *Iulio Caeſare Velio* [13], *Dominico Compagnio* [14], *Georgio Hoefnagbel* [15].

§. XLIII. Nec ſolum ſcientias omnes, liberaleſque artes incredibili amore proſequebatur, ſed plantarum quoque, ac lapidum, ideoque naturalis hiſtoriae ſtudioſiſſimus; hortum Botanicum ſuis in aedibus dedicavit, ut herbarum, fructuum, arborumque non vulgarium cognitionem facilius commodiuſque adipiſceretur. Quare de eius ſingulari circa exoticas quaſque plantas, noſtras in regiones invehendas ſtudio conſulendus eſt vir Cl. *Ioannes Targionius Tozzettius* in Praefatione ad Catalogum Plantarum Horti Florentini [16], ubi de *Caſubona* verba facit.

§. XLIV. Sed dum de omni hominum genere optime meritus, non tam ſanguinis claritate, quam virtute, & magnificentia in dies magis magiſque clareſcebat, repentino morbo correptus, die XIV. Iunii Anno MDXCI. pie religioſeque deceſſit, ſacris viris uſque aſſiſtentibus, & aeternam requiem eius manibus a Dei miſericordis numine deprecantibus. In D. *Mariae Novellae* Templum regio prorſus apparatu [17] elatus eſt, & in proprio ſacello tumulatus, cuius laudes perſonabat ubique artificum, litteratorum, & inopum turba, quae illum tamquam patrem ac patronum miſericordem ac liberaliſſimum praedicabat.

§. XLV. Praeter viros doctos, qui de eo honorifice meminerunt, & quorum teſtimonia iam retulimus, addendi ſunt *Ioannes Bapt. Vbaldinius* [18], *Raphael Gualterottus* [19], *Franciſcus Pona* in Elogiis, *Iacobus Gaddius* item in Elogiis pag. 255.

 Au-

(1) Quo adparatu, & luxu, quot ſpectaculis, ac ludis, qua publica laetitia hae nuptiae celebratae fuerint, ſecum ipſe reputare poteſt, quicumque *Mediceorum* Principum magnificentiam vel viſu, vel aliorum relatu bene noverit. Videndus ea de re Libellus, cui titulus: *Deſcrizione delle pompe, e delle feſte fatte nella venuta alla Città di Firenze del Sereniſſimo D.* Vincenzio Gonzaga *Principe di Mantova, e del Monferrato per la Sereniſſima D.* Leonora de' Medici *Principeſſa di Toſcana ſua Conſorte. In Firenze nella Stamperia di* Bartolommeo Sermartelli MDLXXXIV. 4.

(2) In cit. Collect. Epiſtolar. Tomo III. pag. 178. legitur eius Epiſtola ad *Nic. Gaddium* dat. Romae VII. Aprilis MDLXXXIX.

(3) Ibid. pag. 179. Epiſt. datis XX. Martii MDLXXI.

(4) Ibid. pag. 180. Epiſt. dat. Venetiis XXV. Maii MDLXXXI.

(5) Ibid. Epp. datis Venetiis XXI. Ianuarii MDLXXV. & IX. April. MDLXXVII. Ad harum primam notavit in calce pag. 181. Cl. *Io. Bottarius*. *Intorno al 1640. furono venduti per ſcudi 3000. in circa num. 11. groſſi libri di diſegni, che il Cav.* Niccolò Gaddi *aveva raccolti per ornamento della ſua celebre Galleria, ad un Principe Tedeſco.*

(6) Ibid. pag. 182. Epiſt. data Venetiis XXIV. Martii MDLXXVI.

(7) Ibid. pag. 185. ſeqq. Epiſtolis datis Bononiae die IV. Maii MDLXXIV.; pag. 189. & ſeqq. die XIV. Aug. eiuſdem anni; die VIII. Ianuarii MDLXXV.; die XX. Aug. MDLXXVII.; die XIII. Febr. MDLXXIX.; die XII. Iulii MDLXXX.; die XI. Ian. MDLXXXI.; die V. Ian. MDLXXXIII.; die XV. Novembr. eiuſdem anni; die XXIX. Octobr. MDLXXXV.; & die XXX. Sept. MDLXXXVIII.

(8) Vid. Epiſt. *Giampieri* datam Romae XXVI. Sept. MDLXXII. in cit. Collectione pag. 202. & aliam *Io. Ant. Doſii* ibid. pag. 213. dat. IV. Novembr. MDLXXV. ex quibus apparet marmorea quaedam vetera monumenta *Fulvium Vrſinum* ad *Nicolaum Gaddium* tranſmiſiſſe.

(9) Epiſt. data Venetiis XXI. Iunii MDLXXVIII. ibid. pag. 203.

(10) Legendae ſunt eius Epiſtolae ibid. a pag. 203. ad pag. 211. Scriptae autem ſunt ab anno MDLXXIV. ad annum MDLXXIX.

(11) Epiſt. dat. XVIII. Febr. MDLXXV. ibid. pag. 214.

(12) Epiſt. dat. Bononiae menſe Sept. MDLXXV. ibid. pag. 215.

(13) Epiſtolis dat. Bononiae VII. Aug. MDLXXVIII. & XXI. Aug. MDLXXXIII. ibid. pag. 215. ſeqq.

(14) Epiſt. datis Romae IV. April. MDLXXIV., IV. Febr. MDLXXV. & XXII. Iulii MDLXXX. ibid. pag. 218. ſeqq.

(15) Epiſt. ſine loco dat. XII. Febr. MDLXXIX. ibid. pag. 220.

(16) Florentiae typis *Bernardi Paperini* MDCCXLVIII. fol. pag. XXI. ſeqq. Vide etiam *Io. Lamium* in vita *Richardii* Florentiae MDCCXLVIII. 8. pag. CLVII.

(17) In libro emortuali Eccleſiae *S. Mariae Novellae*, ſignato littera A. pag. 174. hoc monumentum legitur: *Il Sig. Cav.* Niccolò *di M.* Sinibaldo Gaddi *Fondatore della nuova, ricca, e bella Cappella de'* Gaddi *fu ſepolto nella detta il dì 16. di Giugno 1591. ſi fecero ſolenniſſime l'eſſequie con il Capitolo di San* Lorenzo. *Parata tutta la Chieſa ſuntuoſamente a bruno, con belliſſime e ricche morte, con abbigliamenti di ammanti meſti, e funebri, con li loro motti, quaſi che ſi doleſſino della perdita di un tanto uomo, framezzate con Arme della Famiglia, non meno ricche, che belle, con morione, e ſua impreſa: il qual parato girava tutta la Chieſa inſieme con la Croce della cima delle tre navi, dove abbruciorno tra il mortorio, & uſizio intorno a cinque mila falcole, con cento falcolotti di libbre 4. l'uno. Si cavò del Popolo di S.* Lorenzo *con tutte le Religioni di Firenze, con il Capitolo del Duomo, e quello di San* Lorenzo *con 32. torcie alla Croce, e 28. al Corpo.*

(18) *Iſtoria della Caſa* Vbaldini &c. *In Firenze per il* Sermartelli MDLXXXVIII.

(19) *Deſcrizione del regale apparato per le Nozze della Sereniſſima Madama* Criſtina *di Lorena moglie del Sereniſſimo D.* Ferdinando Medici *III. Granduca di Toſcana &c. In Firenze, e appreſſo* Antonio Padovani *MDLXXXIX.* 4.

Auguſtinus Caeſareus in duabus Epiſtolis *Nicolao* datis, quibus ſuorum Carminum volumen, ſeptemque Davidicos Pſalmos a ſe Italicis carminibus redditos miſit muneri; *Thomas Bracellius* in Epiſtola ad ipſum exarata, qua ei Principum Epiſtolas nuncupavit; *Gabriel Terrades* item in Dedicatione cuiuſdam ſui Operis, aliique quamplures, quorum nomina nimis longum eſſet percenſere.

PITTIA FAMIL. IN GAD. ADSCITA. §. XLVI. *Nicolaus* Eques ac Senator *Gaddius* quum ex *Aemilia Rodulphia* uxore liberos ſuperſtites non haberet, ſupremis tabulis declaravit, ut poſt eius obitum in hereditatem, & nomen *Gaddianae* Familiae adſciſceretur *Iacobus Franciſci*, *Petri Antonii*, ex antiqua & opulenta olim *Pittiorum* gente progenitus (1), qui quum *Magdalenam*, *Sinibaldi* Senatoris *Gaddii* filiam natu maiorem, & ſupra memorati *Nicolai* ſororem, in uxorem duxiſſet, ex ea *Camillum Iacobi* IACOB. GADD. *Gaddii* patrem, de quo nunc eſt agendum, ſuſcepit (2). *Iacobus* igitur *Gaddius*, *Camilli* (3) Senatoris, & *Mariae Baccii Valorii*, item Senatoris, filius quum adoleviſſet, ut ingenio a natura donatus fuerat, prae ceteris diſciplinis, Poëſi, ac litteris, quae ab humanitate nomen acceperant, Florentiae diu magnoque cum fructu operam dedit ſub *Barptolemaeo Gaddio* (4), & *Thoma Antonello* (5) exſtinctae Societatis Ieſu Profeſſoribus, ac, prout ea infelix aetas ferebat, in utroque dicendi genere, ligata ſcilicet, ac ſoluta oratione facundus evaſit (6). His feliciter emenſis, mox Philoſophicae facultati in eodem Florentino Collegio ſe totum tradidit (7).

§ XLVII.

(1) De eo fuſe agit *Salvinus Salvinius*, *Faſti Conſolari dell' Accademia Fiorentina*, in Firenze MDCCXVII. 4. pag. 195.

(2) Ita rem narrat *Franciſcus Pona* in Elegiis pag. CXIV. ubi de *Iacobo Pittio* Senatore Florentino verba facit: *Ingenii acumine, & litterarum ornamento non minus, quam avitae nobilitatis ſplendore enituit* Iacobus Pittius = *Conſcribendi hiſtoriam ipſi potiſſimum cura fuit; per ſtudiorum nempe otia efflorſcere geſtiebat, decus addens magnitudini natalium. Liberiore ſtylo, ingenioque acerrimo hiſtoriam elucubravit, id potiſſimum affectans, ut qua lapſus eſſet* Iovius, *aliquando mendax, obtruderet, & fucum veritati obductum a* Guicciardino *plus affectui tributum, quam veritati, dilueret, ut ſincera fide Principum acta, & populorum poterent. Non tamen hos redarguere ſcriptores profeſſus eſt, ſed aliquarum obſervationes patuit. Stylo* Tacitum *paene aequavit eleganti, Laconico. Conſul fuit Florentinae Academiae, Reip. prior Senator; neque eum a ſtudiis avocare negotia potuere ſcribendo intentum. A rumoribus urbis averſus, indeque breviſſime externa pariter civiliaque bello ſumma cum fide eſt proſequutus. Scripſit etiam vitam* Antonii Iacomini *Praefecti exercituum ampliſſimi, quam antea ſcripſerat* Iacobus Nardius; *longe tamen locupletiorem* Pittius *deprompſit. Dialogum quoque compoſuit, cui titulus* Apologia de' Cappucci. *Examen continet Hiſtoriarum* Guicciardinii, *ubi plurima illuſtrat obſcura, & quae operae fuerit pretium ad fidei revocat candorem. Viguit ſuis temporibus Academia dicta vulgo* del Piano, *conventus ſcilicet nobilium iuvenum, cuius ſuit* Iacobus *creatus ſummus Antiſtes. Euſdem Academiae ſub nomine Senatus, annalia ſcripſit fictis nominibus, plura evulgans, quae certis perſonis acciderant; quae omnia eius ſcripta aſſervantur archetypa in inſtructiſſima* Gaddiorum *Bibliotheca. Uxorem habuit* Magdalenam Gaddiam, Sinibaldi *Senatoris filiam, neptem, & patruelem ſororem Cardinalium, ex qua plures ſuſcepit filias, ac liberos; inter quos* Coſmus, & Camillus, *uterque Senatores, & Praefecti Piſarum, ille anno MDCVIII. & MDCIX. hic MDCXXIV. Inchoata autem vix Praefectura, obiit* Camillus, *qui Gaddiam in familiam, ex teſtamento* Nicolai *Equitis avunculi adoptione migraverat, ex quo* Iacobus Gaddius *eſt genitus.*

(3) Huius *Camilli* exſtat in Bibliotheca *Magliab.* Codex chartac. in 4. Cl. XXVI. num. 106. cum hoc titulo: *Santo, e riſtretto di famiglie Fiorentine venute ſu da l'anno MDXXXII. all' anno ..... E del Senatore molto Illuſtre* Cammillo Gaddi, *&c.*

(4) In *Iacobi Gaddii* Poëticis Luſibus pag. 105. legitur: *a quo* (ſcilicet Barptolomaeo Gaddio) *Grammaticam, & elementa Poeſis didici.* In Prolegomenis ad primum Volumen de Scriptoribus non Eccleſ. pag. VII. hanc brevem Epiſtolam ſibi, iam puero miſſam affert: *Dilectiſſime Puer. Acumen ingenii, quod in te ſuſpicatus fueram, iam plane agnoſco. Tu proficias, & maioribus digaris, ad maiora perge, nec acroti inſervias, qui ultra aetatem ſapit. Vale, meque tuis commenda. De verſibus quid dicam? Conſtant omnes, niſi primus, & tertius; relege, corrige, & iterum vale. Florent. Non. Decembr. MDCXIII.*

Tuus ex animo Doctor Stephanus de Caſtro.

(5) In Poëtico eiuſdem *Gaddii* Coro . . Bononiae typis *Iac. Monti* MDCXXXVII. 4. pag. 72. occurrit Epigramma ita inſcriptum: *Carmen ad P.* Thomam Antonellum, *olim meum Praeceptorem Rhetoricae*, ubi in nota quadam marginali villam ſuam Cameratenſem commemorat. In notis vero ad Corollarium Poëticum ipſum *Antonellum* nominans ſubiungit: *Hic Florentiae nunc Profeſſor eſt Theologiae.* Et auctus Poëmatum Liber II. Patavii apud *Variſcum Variſci* MDCXXVIII. 4. pag. 56. habetur Epigramma: *Ad P.* Thomam Antonellum, *olim meum Praeceptorem Rhetoricae, nunc Profeſſorem Logicae Florentiae.* Praeterea ex Epp. Virorum Illuſtrium ad *Iac. Gaddium* Mss. in Bibl. *Magliab.* Cl. VIII Cod. 1180. citatur eius iudicio, & quandoque etiam *Famiani Stradae* eiuſdem Societatis lucubrationes ſuas corrigendas miſiſſe. Epiſtola data eſt XXIII. Aug. MDCXXVII.

(6) Vide quae de Dithyrambo quodam *Iacobi Gaddii*, adhuc iuvenis, *Io. Bapt. Donius* ſenſerit in vita eiuſdem *Donii* a nobis praemiſſa Epiſtolis Florentiae editis, typis Caeſareis MDCCLV. fol. pag. XXXIX. ſeqq. Ipſemet *Iacobus* haec de ſe prodidit in Corollario Poëtico pag. 41. ubi de Hymno ad Chriſtum Dominum agit pro *Ferdinandi* II. M. D. ac Florentinae urbis felicitate elucubrato: *Qualecumque*, inquit, *id ſit Poematium ob adoleſcentia me ſcriptum, ut una pauci novarunt, meam ſupra ſpem, ac votum, placuit egregiis aliquot ingeniis, cuius honorifice meminit* Franciſcus Maria Gualterottus *Canonicus Florentinus in Epiſtola ad* Carolum Marucellium *Anno* MDCXXVIII. *&c.* Praeterea pag. 42. ubi de *Hieronymo Balbo* verba facit, ſubiungit: *de quo puer luſi diſticho &c.* Exſtat & pag. 48. *Deſcriptio caſtiſſimi & pulcherrimi luminis ab adoleſcente me tot abhinc annis effuſa, ut alia non pauca huius voluminis bipartiti carmina, non reiicitur ab iudicio ſolidioris aetatis.* Addit denique pag. 60. *Silvam ad ſidereum multis abhinc annis proculi ingenio indulgens pubeſcenti.* Salvinus Salvinius in Additionibus Mss ad Hiſtor. Florentinor. Scriptor. *Iulii Nigrii* Ms. in Biblioth. Publica *Marucelliana*, adnotavit: *Diceva il Senator* Segni, *che il noſtro* Iacopo Gaddi *a' giovani che uſcivano dalle Scuole predicava il buon guſto, e faceva loro, per quanto gli era poſſibile, diſimparare il cattivo.*

(7) Libro II. Carminum *Iac. Gaddii* pag. 50. Epigram-

§. XLVII. Cum viris ea aetate clariſſimis Epiſtolicum commercium excoluit (1), a quibus etiam pluribus elogiis mirifice eſt exornatus (2). Ipſe enim litterarum amore flagrantiſſimus, quantumvis opulenta domo, & peramplis divitiis, beatus, in deliciis mollem inertemque vitam tranſigere potuiſſet, primum Piſis, cuius urbis *Camillus* pater Praefecturam a Magno Etruriae Duce obtinuerat, ſtudiis gravioribus incubuit; inde vero, quum ille iniquo fato praereptus eſſet (3), Bononiam (4), ac Venetias (5), mox in Patavinam ſe contulit Academiam (6), quibus in locis clariſſimorum virorum diſciplinae ita ſe totum tradidit, ut iuvenis iam, conquiſitae ſcientiae, excultique ingenii ſpecimina praeclariſſima dederit (7).

§. XLVIII. In patriam reverſus, nil aliud antiquius duxit, quam litteras, ac ſapientiae cultores totis viribus promovere (8), Principes ipſos, e peregrinis quoque regionibus Florentiam advenientes, humaniſſime ac ſplendide excipere (9), litterarioſque coetus, tam in Vrbe, quam in Cameratenſi villa celebrare (10). Academiam inſtituit propriis in aedibus lectiſſimorum primariae nobilitatis iuvenum, vulgo dictam *degli Svogliati* (11), qui ſe vel carminibus pangendis, vel hiſtoriis, & orationibus perſcribendis certatim exercerent; unde in omnes Muſarum cultores liberalis, quibuſcumque ſe adeuntibus hoſpitia atque cibaria laute opipareque exhibebat. Philoſophiae inſuper, Theologiae, atque omnigenae eruditionis ſtudioſus, ceteriſque liberalibus diſciplinis excultus, eruditos quoſque ſui ſaeculi viros ornavit, ac fovit.

§. XLIX. Qua de re audiendus eſt *Ioannes Cinellius* (12), qui haec memo-

gramma legitur tali inſcriptum titulo: *De illuſtriſſ. Thoma Bonſio Patritio Florentino, Electo Biterrenſi, in palaeſtra Logicae tunc, dein Phyſicae mihi aemulo, abſque terrarum amico primario, quum aſſertiones Logicas privatim tutaretur Anno Domini MDCXXI. Florentiae.*

(1) Litterae plures Cl. Virorum autographae ad ipſum datae proſtant in Biblioth *Magliab.* tribus voluminibus in fol. Cl. VIII. num. 1279 1280. & 1281., eorumque nomina occurrunt in Elogio *Iacobi Philippi Thommaſini*, quod adſertur in calce Tract Hiſtor. pag 54.

(2) Qui de *Gaddio* honorifice meminerunt, invenies apud *Iulium Nigrum Iſtoria degli Scrittori Fior.* pag. 326 ſeqq. & apud ipſummet *Gaddium* in cit. Tract Hiſt. pag. 54. ſeqq.

(3) Libro II. Carminum pag. 90. legitur Diſtichon, cui titulus: *Ad me ipſum in obitu patris mei Camilli Senatoris Flor. ac Praefecti Piſarum.*

(4) Id patet ex Epiſtola *Nicolai Cinii* data die XVII. Ianuarii MDCXXVI. Ms. in Bibl. *Magliab.* Cl. VIII. Cod. 1282.

(5) Id teſtantur Epiſtolae plures ad ipſum datae annis MDCXXVII. & XXVIII. in mox citata Collectione Ms.

(6) Ex Ep. *Iulii Strozzae* data Venetiis XXVII. Febr. MDCXXVII. in cit. Collectione.

(7) Id teſtantur Opera Poëtica, de quibus inferius.

(8) Hinc prae reliquis *Franciſcus Pona* Medicinae Doctor *Gaddio* dicavit Opus ſuum, cui titulus: *Elegia* Franciſci Ponae *utroque Latii ſtylo concripta ad Illuſtriſſ. D.* Iacobum Gaddium *Patritium Florentinum. Veronae imprimebat Tamus MDCXXIX.* 4. pag CLXVII. Frons libri eleganter inciſa eſt ab H. *David*, exhibetque varia emblemata una cum ſtemmate Familiae *Gaddiae*, adſcripta epigraphe inferius in duabus columnarum baſibus GADDIAE IMMORTALITATI. Mox ſequitur Epiſtola Nuncupatoria data Veronae Idibus Octobris MDCXXIX., in qua *Iacobum* Muſarum praecipuum decus Auctor compellat. A Cl *Niceronio Memoires pour ſervir a l'hiſtoire des hommes illuſtres &c. Paris chez* Briaſſon 8. *Tome* XLI. pag 337. inter Opera eiuſdem *Franciſci Ponae* recenſentur *Notae in Poemata ſelectiora* Iacobi Gaddii, *Venetiis* MDCXXXV. in 16. ſub nomine *Eureta Miſoſcolos*. *Euſebius* quoque *Sarrinius* eidem *Iacobo* Librum ſuum, cui titulus, *Otia Palladis*, *Florentiae MDCLI.* 4. luculento Elogio conſecravit. Denique *Ioannes Cottunius* in Graecis Epigrammatis Paduae impreſſis per *Frambottum* MDCLIII. 4. pag. 53. ipſum Graeco Carmine cohoneſtavit. Videnda eſt Epiſtola *Danielis Heinſii* data Lugduni Batav. poſtridie Calendarum Decembr. A. MDCXLVIII. Ms. in Biblioth *Magliab* Cl. VIII. num. 1281. & plures aliae tum eiuſdem *Heinſii*, tum *Io. Friderici Gronovii*, *Iſaaci Voſſii*, *Ezechielis Spanhemii*, in Sylloge Epiſtolarum *Burmanni* Leidae apud *Samuelem Luchtmans* MDCCXXVII. quinque Voluminibus in 4. ubi paſſim de *Gaddio* noſtro fit mentio.

(9) Ipſemet *Gaddius* in Corollario Poetico pag. 51. varios commemorat Principes, quos ipſe in magnificis propriis aedibus excepit, his verbis: *Fuere Card. Mediceus Epigrammate celebratus, huius frater Princeps* Laurentius *una cum* Carolo *Lotharingio*, *tunc Principe Vademontis*, *nuper cum Principe* Ioanne Carolo *Nepote e* Coſmo II. *M. D. fratre*; Maria Magdalena *Archidux Auſtriaca*, *Soror* Ferdinandi II. *Caeſaris*, & e Ferdinando I. *Magno Duce genitae* Maria, & Claudia, *quae tunc Principem Vrbinatem*, *deinde* Leopoldum *Archiducem Auſtriae coniugem habuit*, *Dux Guiſiae*, *filiuſque Princeps Ianvillae*. *Et ſupra ceteros Praeſules*, *atque Legatos*, Giliolus *Nuncius*, Criquoius. *Orator extra ordinem Regis Galliae ad ſummum Pontificem*. *De hac Hermathena ſcripſere nobiles Scriptores*, *ſed praecipue* Iulianus Riccius *in Prioriſta*, & Scipio Ammiratus *hiſtoricus in Epiſtola &c.*

(10) Vid. *Nic. Heinſii* Ep. ad *Io. Baptiſt. Donium*, cit. Sylloge Epiſtolarum *Burmanni* Tomo III. pag 199. Ipſemet *Gaddius* in notis ad Corollarium Poeticum pag. 60. *In aula* (ait) *Cameratae villae ſubiratus heros Civilis delineavi ſimulacrum*, *heroico exprimendum poemate*, *cui titulus*: Politus, ſive Reſpublica ſervata, *cui incboato actum eſt praeclare*, *uti narro in Epigrammate ad* P. Vincentium Guiniſium, *nunc a Secretis S. I. Meus eſt liber caſa* Politus. In Poetica Corona pag. 74. Epigramma legitur: *De Cane matre*, & *Cane filio Cameratae Gaddiae cuſtodibus.*

(11) Id teſtatur Abbas *Sarrinius* in Elogio *Iacobi Pitti* relato in cit. Tractatu Hiſtorico de *Gaddia* Familia pag. 47. ſeqq. Hinc Piſis inſtitutam fuiſſe hanc Academiam *Iacobus Morellius* in Catalogo Bibliothecae *Farſettiae* Venetiis apud *Fentium* MDCCLXXI. 8. pag. 95. perperam adfirmat, ubi de *Chryſippi* Lydii Satyricis Ms. agit, ſubiungitque in eadem *Iac. Gaddium* laudari.

(12) *Toſcana Letterata* Ms. in Biblioth. *Magliab.* Cl. IX. num. 67. pag. 981. Sed melius *Gaddii* noſtri indoles, eius vitae ac ſtudiorum ratio ex ſequenti Epiſtola (quae legitur in Libello minus obvio, cui titulus: *Poetici Luſus*, *vel Silvae*, *ſcilicet Carmina* Iacobi Gaddii. *Venetiis typis* Leniauis MDCLV. 8

p. 8.

Digitized by Google

moriae prodidit: „ *Iacobo Gaddi* di ſingolare erudizione, nell'umane lettere verſatiſſimo, e di eſſe vero amadore; talmentechè al ſolo nome di letterati, correva come da violenza ſopraumana tirato ad incontrargli con carrozze, oſſequi, & onori, non altrimenti che ſe tanti Re di corona fuſſero ſtati, e volendogli per ſuoi oſpiti, non perdonava a ſpeſa veruna, perlochè fu da' propri, come prodigo poco amato; tra gli uomini illuſtri della famoſa Accademia degl' *Incogniti* (1) di Venezia annoverato, e ſotto al ſuo ritratto, queſto Diſt con leggeſi:

Quamvis & genere, & patria clariſſimus iſte,
Carmine clareſcit nobiliore tamen.

Fu nominato dal *Nani* nella ſua Storia per avere ſomminiſtrato aiuti alla Repubblica di Venezia per la Guerra di Candia. Compoſe molte Opere, e molte più ne averebbe compoſte, ſe non foſſe ſtato trattenuto il corſo a quella penna infaticabile per mezzo di qualche diſguſto ſtudioſamente datogli per lo troppo amore delle lettere = Laſciò varie altre Opere abbozzate, e per ſua diſgrazia la virtù gli fù dannoſa; avvenga che per gli arti ſplendidi e generoſi che egli uſava co' letterati foreſtieri che per Firenze paſſavano, gli parenti più propinqui per diſtoglierlo, gli dettero a credere che i Padroni Sereniſſimi non lo volevano vedere in Firenze; ond'Egli alle loro perſuaſioni preſtando fede, come riſpettoſiſſimo agli ſuoi Principi, ſi ritirò in una villa, ove inutilmente viſſe molti anni, abbagliato da queſta credenza; ed eſſi troncarono il volo alla fama di queſto letterato, che averebbe ſenza dubbio illuſtrato con la quantità di ſue Opere, e la Famiglia, e la Patria. Morì nel MDCLXVIII. in età aſſai avanzata (2), ſempre anſioſo di riveder la Città, avendo poco avanti la ſua morte ſcrittone una lunghiſſima lettera al *Magliabechi*, per la quale bramava ſapere s'era reſtituito alla grazia del Padrone Sereniſſimo. „

§. L. Anno tamen MDCLXXVII. vel ſaltem MDCLXXV. e vivis *Iac. Gaddium* exceſſiſſe, comperimus ex Epiſtola (3) *Nicolai Heinſii* ad *Georgium Graevium*, ubi ait „ Caſum longe funeſtiſſimum nunc nuntio de exceſſu *Henrici Valeſii*, quem *Emerigus Bigotius* ignorari a me uoluit. Adderem & de morte *Iacobi Gaddii* Flo-

pag. 123.) ad *Nicolaum Heinſium* perſcripta erui poteſt: *Iucundiſſima fuit mihi tua, Nicolae diſertiſſime ac erudiſſime, Epiſtola, humanitatis, ac elegantiae plena = Publica vero cauſſa aequius, & generoſius te impellet ad meam virtutem, Chriſtianam & Politicam breviter ſignificandam. Siquidem multis abhinc annis ſere continenter meditor, & conor haud vulgaria conferre beneficia in Remp. Litterariam & Chriſtianam. Teſtes eſſe poſſent non pauci Cardinales, aliaque Capita ſumma, inter quae* Urbanus *Pontifex, quibuſcum egi de beneficio Italiae, ac Europae, deque concordia inter Principes firmanda, licet privatus eſſem vir, & a ſola mente candida, integra, bonique publici ſtudioſa moverer, procul relegata omni adſentatione, qui litteratus nonnullos, egregioſque ſcriptores iiſdem Capitibus ſummis laudavi liberaliter, & aliquando defendi. Omitto recentem actionem piam, & magnanimam, quae celebrata fuit a ſapientiſſimo aeque, ac Sereniſſimo Duce, Senatuque Veneto, quam facile audiviſti. Praeterea tot illuſtres familias, urbes, provincias Europae liberaliter a me laudatas. Idem extuli, vel certe illuſtravi, & non raro defendi complures ſcriptores, profecto memorabiles, meis in libris editis, ac edendis. Hiſtoriis Italiae, praeſertim Florentiae, multam lucem addidi, multa utriuſque decoru e latentibus Auctoribus, vel tabulis excerpens; genera multa Elegiarum, & aliquod carminis inveni. In multiplici Philoſophia, praeſertim politica, non paucas opiniones, diviſiones, & animadverſiones formavi, ac direxi ad bonum publicum, ac Religionis Chriſtianae firmamentum, ad gentium, & Regnorum felicitatem. Indicavi quae deerant Profeſſoribus publice interpretantibus Philoſophiam* Ariſtotelis, *& modum perfectum huius interpretationis. Alibi poſui nonnulla utilia diſcipulis, & Gymnaſiis publicis ob commune bonum eruditorum, & civitatum. E Theologia Scholaſtica & Ethnica expunxi non pauca infirma, vel levia, ne dicam mera commenta, & nugas, & nulli ſectae mancipatus, errores, & hallucinationes aliquot modeſte notavi, ac reieci, in quas inciderant humana fragilitate, vel pertinacia ſtudioque factionum Scholaſtici primarii. Haec in gratiam veritatis, & iuſtitiae, quarum ſtudioſiſſimus propugnator, profligavi magnam infamiam falſo inuſtam nonnullis ſcriptoribus, geminoque Imperatori exercituum praeſtantiſſimo ſcilicet* Franciſco Sphortiae *Duci Mediolani, ac* Philippo Scolario *Florentino Equiti ac Dynaſtae. Praeterea notas dedecoroſiſſimas inuſtas a uno uno hiſtorico, quas ego benignior delere conatus ſui. Verum ſac nullas exſtare mei virtutes, nullaque merita in Rempublicam Litterariam, & Chriſtianam; amorem tamen ac defenſionem, & laudem mihi concilliant, vel flagitant ob eruditis merita inſignia meorum gentilium, qui de utraque Republica bene ſunt meriti =* Carolus Strozzo *Illuſtriſſimus Patritius multos libros collegit, ac longe plures tabulas publicas excerpſit. Potes tu eum inſigni litterato, & Poeta ſive magno* Hieronymo Bartholomaeo, *qui exerum poſſidet, venire ad me hue die Sabbati proximi, non adipali, ſed frugali, ut Philoſophum decet, prandio excipiendus. Hic ſuum Poema, & Vitas Coſſarum a* Meſſia *ſcriptas ferat, quaeſo, ſecum; tu etiam tuum Panegyricum de praeſtantiſſima Heroina Svetiae Regnatrice, quam unice ſuſpicio, & colo, ut legam haec veſtra, vos mea nonnulla Carmina. Valete; dum ſcribis doctiſſimo patri tuo me illi efficaciſſime commendes. Scribebam in Muſeo villae meae die XIII. Decembris an. MDCLII.* Ibidem adfertur etiam *Heinſii* Epiſtola, in qua de ſuis in *Ovidio* cum Codicibus Mss. conferendo occupationibus *Gaddium* ſuum certiorem reddit.

(1) *Salvinus Salvinius* in notis Mss. ad Hiſtoriam Florentinorum Scriptorum *Iulii Nigrii* haec habet: *Nelle Glorie degli Accademici Incogniti di Venezia, ſtampate in quella Città nel MDCXLVII. vi è l'Elogio di* Iacopo Gaddi *colle ſue Opere, e col ſuo Ritratto in rame.*

(2) Errat forte *Cinellius*, *Iacobi* mortem ad annum MDCLXVIII. referens, quum ex *Heinſii* Ep. cuius locum paullo poſt adferimus, multo longius vitam produxiſſe adpareat.

(3) Data Hagae Comitum prid. Kal. Iunii MDCLXXVI. In Sylloge Epiſtolarum P. *Burmanni* Tom. IV. pag. 431. Epiſt. 357.

Florentini, ſi hunc tibi cognitum fuiſſe ſcirem. Non multis ante obitum annis ruri latitabat, vino, ut ferebant, plus ſatis deditus, praeter morem Etruſcum, ſic ut ſibi quoque viveret ignotus „ Non exiguum Librorum numerum in lucem extulit, quorum indicem damus.

I. Iacobi Gaddii *Patritii & Academici Florentini Poëmatum Libri duo. Patavii apud* Variſcum Variſci *MDCXXVIII. ſuperiorum permiſſu: ad inſtantiam* Paulli Frambotti 4. pag. 122. (1)

II. Iacobi Gaddii *Corollarium Poëticum, ſcilicet Poëmatia, Notae, Explicationes allegoricae olim conſcriptae. Florentiae typis* Petri Neſtei *ad ſignum Solis* MDCXXXVI. in 4. Conſtat paginis 117. (2).

III. *Poëtica* Iacobi Gaddii *Corona e ſelectis Poëmatiis, Notis, allegoriis contexta. Bononiae typis* Iac. Montii *MDCXXXVII.* 4. paginis 156. (3).

IV. *Elogiographus, ſcilicet Elogia Omnigena* Iacobi Gaddii *Academici Svogliati. In hoc volumine bipartito continentur. Diverſorum ſcriptorum cenſurae; Compendiariae vitae heroum; Hiſtoricorum nonnulla errata corriguntur; Magiſtratuum nomina, munia, & auctoritas; Principum aliquorum tituli memorantur; Illuſtrium Familiarum, & Vrbium Elogia; Rerumpublicarum, Regum, Caeſarum, Pontificum foedera, bella, & alia ſcitu digna, quae in Italia, & aliis Chriſtiani Orbis Provinciis contigere, pleraque excerpta e probatis tabulis, aut Scriptorum monumentis, plerumque Mss. quorum fragmenta adpoſita ſunt. Florentiae typis novis* Amatoris Maſſae, *& Soc. MDCXXXVIII* 4. Conſtat paginis 319. Praemittitur Monitum Typographi ad Lectorem tali pacto: *Auctor hic modeſtiae gratia non refert laudes tributas Elogiis a ſcriptoribus compluribus, ſed ne modeſtia gratitudini officiat, grata commemoratione referentur nomina inſignium laudantium. Fuerunt hi* C. Cremoninus, F Quaerengus, D. Franciſcus del Monaco, Iulius Strozza, Laur. Pignoria, *& alii, quorum Elogia, & Carmina ſunt praefixa Poëmatiis, Patavii cuſis, & Venetiis recuſis. Praeterea* Franciſcus Pona *in Elogiis, & Epiſtola Nuncupatoria*, D. Ferdinandus Vghellus *in Opere* Ciacconiano, *& in Italia Sacra, quae nondum lucem adſpexit*, Eureta Miſoſcolus (*ſcilicet* Franc. Pona) *in notis ad Poëmata*, Baccius Bandinellius *in deſcriptione Hermathenae* Gaddiae, *B.* Mariottus *in Vertumno, ſive Elogiaſtico multoties*, *D.* Nicolaus Baccettus *in hiſtoriae Florentinae Praefatione*, *D.* Euſebius Sarrious *in Elyſiorum Libris. Praeterea Mss extant* Alexandri Adimarii *Sonectus de hiſtoricis Elogiis*, Leonis Allarii *Ode Graeca, & huius Latinum lemma, quam in Odem Latinam vertit* Franc. Saccus. *D.* Io. Ambroſii Perſonè *Elogium, & Epiſtola Latina*, Ioannis Ciampoli, *& aliorum litteratorum inſignium, & altiſſimorum Capitum Epiſtolae Italicae.* Inde habentur *omiſſa, & emendata* in Indice. Tum alter eiuſdem Operis titulus, & quidem huiuſmodi: Iacobi Gaddii *Elogia hiſtorica, tum ſoluta, cum vincta numeris oratione perſcripta, & notis illuſtrata. Florentiae typis* Amatoris Maſſae, *& Soc. MDCXXXVII.* (4). Poſt indicem rerum memorabilium, legitur Praefatio, quae inc. *Operae precium arbitror me facturum &c.* Mox = *Florentinorum virtute Militari, aut Civili, vel Principatu illuſtrium hiſtorica Elogia & Carmina notis illuſtrata. Elogium primum* Farinata Vbertus. *Vltimum* XXXVIII. Bonaccurſius Pittius, cui ſubiicitur Carmen inſcriptum: *Italicae Vrbes illuſtres hiſto-*

(1) Haec Carmina Venetiis recuſa ſunt anno MDCXXXV. in 16. cum notis, & Epiſtola *Euretae Miſoſculi*, ſcilicet *Franciſci Ponae*, ut ex Tract. Hiſtor. eruitur pag. 55. & ex *Nicernio* in Elogio *Ponae* Tomo XLI. pag. 337. Praecurrunt teſtimonia Clarorum Virorum in laudem Auctoris, & Monitum ad Lectores.

(2) Hoc Corollarium Poëticum habes poſt *Adlegantiones, & Elogia Exemplaria, Cabaliſtica, Oratoria, Mixta, Sepulcralia. Florentiae typis* Petri Neſtei *ad ſignum Solis MDCXXXVI.* Pleraque autem Carmina eadem ſunt, ac ea quae in Poëmatum Libris duobus, de quibus ſupra, continentur, in principio tamen & in fine aliquantum diverſa. Notas vero in hoc Poëticum Corollarium *Lucium Beatianum* conſcripſiſſe teſtis eſt ipſe *Iac. Gaddius* in Tract. Hiſt. pag. 55.

(3) Eadem Carmina continet, quae ſunt in Libris duobus Poëmatum, & in Corollario Poëtico, adpoſitis hic ſuis locis notis marginalibus, & additis quibuſdam aliis Carminibus, nec non Paraphraſibus Italicis. In fine vero adiecta ſunt Epigrammata quaedam, videlicet, pag. 144. *Ad* Victoriam Roboream *Magnam Ducem Etruriae*. Pag 145. *Ad* Margaritam ab Auſtria, *Parmae, & Placentiae Ducem*. Pag. 152. *In mortem* Baccii Bandinellii *Academici & Scriptoris eruditi*. Pag 153. *De pulcherrima hiſtoria Belgica, quam nuper in lucem edidit, mihique dono miſit Eminentiſſ., ac Reverendiſſ. Card.* Bentivolus. Pag. 154. *De Sereniſſ.* Carolo *primo Duce Mantuae, Montisferrati &c.* Pag. 155. *Ad* Leonoram Gonzagam *Auſtriam Auguſtam*.

(4) Hinc eruitur ſuperiorem libri titulum, una cum monito, & correctionibus additum fuiſſe anno ſubſequenti, vulgato iam Volumine in praecedenti.

hiſtoricis Elogiis explicatae. Tandem addenda quaedam huic Volumini finem imponunt.

v. Iacobi Gaddii *Adloquutiones*, *& Elogia*, *Exemplaria*, *Cabaliſtica*, *Oratoria*, *Mixta*, *Sepulcralia*. *Florentiae typis* Neſtei *ad ſignum Solis MDCXXXVII.* (1). Conſtant paginis 209. cum indice in fine nominum, quae Elogiis, & Adloquutionibus exornantur. Primum *Exemplariorum* incipit: *Quam falſi animi ſint Philoſophi quidam horridiores &c.* Vltimum *Sepulcralium* num. XIII. deſignatum, deſinit in Diſticho:

Qui totus poterat decorare trophaea Seſoſtris
Martia, dimidium cur tegit urna Ducis?

vi. *Elogi Storici in verſi, e in proſa di* Iacopo Gaddi *tradotti da' Signori Accademici Svogliati. In Fiorenza nella Stamperia nuova d'*Amadore Maſſi, *e* Lor. Landi *MDCXXXIX.* 4. pag. 376. Praecedit typographi Monitum, ubi inter laudatores *Iacobi Gaddii*, adduntur iis, quos ſupra recenſuimus in editione Latina Anni MDCXXXVIII. ſequentes: *Vdenus Niſielus*, ſive *Benedictus Florectus* Progymnaſmatum Vol. V. *Paganinus Gaudentius* in Epigrammatibus, & in Chartis Palantibus. Auctores autem Italicarum verſionum ſunt: I. *Alexander Adimarius*, II. *Hieronymus Barptolemaeus*, III. *Laelius Mancinius*, IV. *Alexander Pittius*, V. *Andreas Cavalcantes*, VI. *Benedictus Buommatteus*, VII. *Barptolemaeus Vecchius*, VIII. *Zenobius Hieronymus*, IX. *Nicolaus Strozzius* Canonicus Florentinus, X. Abbas D. *Euſebius Sarrinus* Ciſtercienſis, XI. *Vincentius della Rena*, XII. *Felicianus Silveſtrius*, XIII. *Iulius Pittius*, XIV. *Stephanus Piazza*, XV. *Bernardinus della Penna*, XVI. *Franciſcus Rondinellius*, XVII. *Franciſcus Rovaius*, XVIII. *Riſtorus Antinorius*, XIX. *Ioannes Ambroſius Perſonè*, XX. *Philippus Capponius*, XXI D. *Ioannes Baptiſta Manzinius* Commendatarius, XXII. *Laur. Ghirardellus*, XXIII. *Victorius della Rena*, XXIV. Addita ſunt, & immutata quaedam prioris horum Elogiorum editionis Latinae.

vii. *Poëtici Luſus*, *vel Sylvae*, *ſcilicet Carmina* Iacobi Gaddii, *pleraque extemporalia*, *quibus adnectuntur aliquot Epiſtolae*, *ac Elogia nonnulla ad Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. D.* Iulium Caeſarem Gonzaghium *Nubilariae*, *Bagnolique Comitem*. *Venetiis MDCLV. typis* Lenianis 8. pag. 214. Epiſtola Nuncupatoria data eſt *Venetiis Kal. Febr. MDCLV.* nomine *Petri Caeſerani*, & inc. Iacobus *ille* Gaddius *maiorum imaginibus praeclarus*, *propriis virtutibus illuſtris*, *Minervae*, *ac Muſis charus*, *de Chriſtiana ac politica doctrina optime meritus*, *cenſorioque calamo celebris luſit aliquando*, *ſed gravitate decora &c.* Et poſt paullo: *Eius extemporales ad me pervenere hi Luſus*, *quos publici iuris facere decrevi*, *ne quos tantus vir laudavit privatim*, *publica luce carerent &c.* Inde ſequitur Praefatio Auctoris ad Lectorem, quae incipit: *Hos Luſus Poëticos*, *at pudicos*, *& innoxios tibi dico*, *Lector* = *ſi tamen aliquando deſiderabis maiorem aut gravitatem*, *aut ſanctimoniam Poëſis*, *legere poteris Poëmata noſtra Patavii*, *& alibi excuſa*, *alioſque Libros Carminum*, *Elogiis mixtos*, *praeter Moralia & pia Poëmatia*, *quae in upplemento Apologetici*, *& in utroque Tomo de Scriptoribus edito*, *continentur*. = *Vtinam viveret* Vrbanus *Poëta*, *& Pontifex Maximus*, *qui mentis meae* (*abſit verbo invidia*) *praeſtantiam teſtari poſſet*, *ut nonnulli Cardinales*, *aliique Proceres dignitate*, *aut virtute doctrinave praeſtantiſſimi* = *Vale*, *o Lector*, *& ignoſce*, *ſi quid forſitan erroris videbitur in hiſce carminibus tumultuariis*, *quae inter alieni odii ac malignitatis contagioſae turbines*, *inter procellas fortunae atrociter ſaevientis orta*, *mortem potius*, *quam vitam ducent abſque fallaci ſpe immortalitatis* (2). *Cecinit haec auctor ad aliquam delectationem*, *vel utilitatem eruditae iuventutis*, *& ſolamen aliquod calamitatum vix credibilium*, *quas diu ſuſtinuit &c.*

viii. *Trattato Iſtorico della famiglia de'* Gaddi *dedicato all' Eminentiſſimo Sig. Cardinale* Monti. *In Padova per* Paolo Frambotto MDCXLII. in 4. pag. 56. Poſt auctoris Epiſtolam Nuncupatoriam, ſequuntur de more Cl. Virorum Elogia, eaque

(1) Eadem Elogia anno praecedenti ac typis iiſdem impreſſa vidimus in 4. pag. 187. Deſunt tamen heic in principio prima duo Exemplaria, & in fine loco Epitaphii *Antonii* I. *Acciaioli* Ducis II. Athenarum, num. XII. deſignati, in poſteriori editione ſupra memorata titulus exhibetur ſub num. X I. Sepulcralis *Franciſci Venturae*, & XIII. innominati cuiuſdam, omiſſo Epitaphio *Acciaioli*.

(2) In adverſam ſibi fortunam invehitur etiam in Epiſtola *ad eruditiſſimum celebremque Scriptorem* Guidubaldum Benamatum, *data ruri die X. Octobris MDCLIII.* inter Luſus Poëticos pag. 70.

que ſunt: I. *Ioannis Cottunii*, II. *Politiani Mancinii*, III. *Hieronymi Mori* Patricii Firmani, Sacrae Theologiae, & Iuris utriuſque Doctoris, IV. *Fortunii Liceti*. Adſertur in fine pag. 53. Elogium *Iac. Gaddii* a *Thommaſinio* conſcriptum, in quo longa *Gaddii* noſtri amicorum ſeries exhibetur.

IX. *Corona Elogiaſtica, e Poetica. In Fermo* MDCXLIII. 4. Memorat hanc Poëticam Coronam *Cinellius* l. c. nos tamen hanc non vidimus.

X. *De Scriptoribus non Eccleſiaſticis, Graecis, Latinis, Italicis primorum graduum, in quinque Theatris, ſcilicet Philoſophico, Poëtico, Hiſtorico, Oratorio, Critico*, Iacobi Gaddii *Academici Svogliati Critico Hiſtoricum, & bipartitum Opus. In prima parte agitur de iis, qui Opera ediderunt ante annum ſalut MDL. duobus & amplius annorum millibus convolutis. Florentiae Typis* Amatoris Maſſae MDCXLVIII. in fol. pag. 288. Praecurrunt Auctoris correctiones, additiones, necnon iudicii XI Cl. Virorum de hoc Opere

XI. Iacobi Gaddii *de Scriptoribus Tomus ſecundus* (1). *In hoc haud pauca continentur ad Politicam, & Naturalem Philoſophiam, ad Theologiam, tum Chriſtianam, tum Ethnicam, ad Hiſtoriam multiplicem, cuius caſus memorabiles referuntur, citatis Mss. quorum nonnulla multis ignota delitescunt; ad Criticam, & Poëticam artem ſpectantia; ita ut Opus curioſum & utile ſit, non modo Philologis. ſed etiam Philoſophis, Theologis, & Concionatoribus. Lugduni ex Typographia* Ioan. Pet. Chancel *via Paradis, iuxta Divae Confortatricis MDCXLIX*. in fol. pag. 386. Praecedunt Auctoris Epiſtola Nuncupatoria *Ioanni*, & *Ioanni Franciſco Picis, Mirandulanis*; & Cl Virorum Elogia, ſcilicet: I. *F. I Hier*. B. C. II. *Laelii Mancinii* Iuriſconſulti, III. Ignoti, IV. Comitis *Scioppii*, V. Fr. *Petri Iammy*, VI. *Beniamin Crauſe*. Habentur in fine Voluminis pag. 384. ſeqq. I. Epiſtola ad *Iacobum Gaddium* data a F. *Franciſco Lanovio* ex Ordine Minimorum; II. *Iacobi Gaddii* Diſſertatio „ Quinam fuerint maximo ingenio inter Graecae, Latinaeque linguae Scriptores „ doctiſſimis ac eruditiſſimis in Academia Piſana Profeſſoribus, *Baptolemaeo Vecchio, Gherardo Baldio, Donato Antellenſi, Valerio Chimentello, Franciſco Mariae Ceſſinio*: quorum ſequuntur adprobationes, nec non *Franciſci Bernardini Ferrarii*, Ambroſiani Collegii Doctoris, & Bibliothecarii, *Euſebii Sarrini* Ciſtercienſis Abbatis, *Franciſci Caroli* a S. *Bernardo* Monaſterii Beatae *Mariae Pacis* Prioris, Equitis *Leonardi Buini, Adami Ludovici a Rotenbano*, & *Iacobi Gothofredi* I. C. ex quarum poſtrema, in Galliam *Iacobum* profectum fuiſſe edocemur.

XII. Exſtant in Bibliotheca *Magliabechiana Iacobi Gaddii* autographa Opera, pleraque tamen typis impreſſa, & in memoratis ſupra Operibus inſerta, his praeſignata titulis:

1. Iacobi Gaddii *triplex Opus, Hiſtoricum, in quo Elogia & Carmina hiſtorica notis illuſtrata; Oratorium, ubi Adloquutiones, & Elogia, Oratoria, Cabaliſtica, Sepulcralia, Exemplaria; Poëticum, ſcilicet Poëmatum Libri II. aucti, & emendati*. Cod. chartac. in fol. Cl. XXV. num. 294.

2. *Elogia, & Carmina hiſtorica*, praeviis Cl. Virorum de iiſdem teſtimoniis fol. Ibid. num. 291.

3. *Elogia, & Carmina hiſtorica*, cum Elogiis in laudem Auctoris fol. Ibid. num. 292. Eſt uberior collectio, quam ſuperior.

4. *Elogiorum prima tentamina* 4. Ibid. num. 293.

5. *Silva Politica* 4. Cl. XXX. num. 170.

6. *Carminum Libri II.* 4. Cl VII. num. 696.

7. *Poëticus Hortus, propriis, non alienis floſculis gemmatus* 4. Ibid. num. 297.

8. *Adverſaria erudita* Vol. IV. 4. Cl. VIII. num. 1286. 1287. 1288. 1289.

9. *Selva Politica, cioè Diſcorſi, Aforiſmi, e Dialoghi Politici* 4. Cl. XXX. num. 158.

10. *Carmina Latina*, praevio ad Lectores monito dat. Florentiae MDCXXV. 4. Cl. VII. num. 694.

e Alia

(1) *Gaſper Scioppius* Epiſtola data Patavii die XIV. Maii MDCXLIX. Ms. in Bibl. *Magliab*. Cl. VIII. Cod. 1281. Opus hoc de Graecis ac Latinis Scriptoribus probavit, eique nonnulla de Philologi, ſeu Critici officio, deque principatu humaniorum litterarum contulit, & cui Europae Nationi primas deberi cenſeat.

Digitized by Google

Alia haec addit Mſs. *Cinellius Toſcana Illuſtrata*, quae typis mandanda *Gaddius* paraverat:

11. *Politus, ſive Reſpublica Liberata, Poëma heroicum* (1).

12. *Familiae Florentinae inſignes.*

13 *Aerarium Eloquentiae.*

Adfirmat praeterea *Iulius Nigrius* Mſs. exſtare in *Gaddiana* Bibliotheca:

14. *Opus de Anima* imperfectum, ac praeterea:

15. *Diſſertazione, colla quale ſi sforza provare, che la Fiorentina Repubblica anche al tempo del* Soderini, *foſſe vera e ottima Repubblica, come egli fa menzione di queſta ſua Opera nella ſeconda Parte* de Scriptoribus non Eccleſ. *Verbo* Machiavellus.

16. *Diſſertatiuncula in Opuſculum* Procli Diadochi *de Sacrificio & Magia, Coronae Poëticae inſerta.*

FAVOR GADD. IN LITTERAS EXTINCTVS.

§ LI. Tam illuſtris *Gaddiorum* familiae praeclariſſimis rebus pro Litteraria Republica geſtis permotus, haec breviter fideliterque deſcripſi, non alicuius gratiam benivolentiamque quaerens, ſed veritatem ſequutus, ea tantum mandando litteris, quae aut ipſe accuratiſſime ſcripta legerim, aut a probatiſſimis auctoribus acceperim, ne eorum memoria aevo longiore intercideret, & ut tantis exemplis noſtrorum civium animi, veterno quodam ſopiti, ad bene de Republica merendum, & immortalem ſibi gloriam comparandam, excitarentur. Poſt *Iacobi Gaddii* mortem, pretioſa veterum monumentorum, ac Codicum manu exaratorum ſupellex a tot viris illuſtribus per tria ferme ſaecula magnificis ſumptibus comparata, in carcerem veluti detruſa, cum blattis tineiſque colluctavit, & ad noſtram uſque aetatem inglorio pulvere ſordidata delituit. Quapropter memini, in prima mea adoleſcentia audiviſſe me pluries Cl. *Hieronymum Lagomarſinium*, qui Codices *Ciceronianos* ubicumque exſtantes, ut eos cum editis conferret, avidiſſime conquirebat, dicentem, ſibi hos ne a limine quidem ſalutare licuiſſe. Ac revera quum per idem tempus in Muſeo, & Bibliotheca celeberrimi veterum monumentorum inveſtigatoris *Antonii Franciſci Gorii* adſiduus verſarer, vidi *Gaddianos* aliquot Codices, inſcriptiones veteres continentes, quos domeſtici cuiuſdam ope, pecunia corrupti, in domum ſuam ipſe aſportaverat deſcribendos. Tandem anno MDCCLV. Cucullato quodam

BIBLIOTHECA GADD. DISTRAHITVR.

callidiſſime rem procurante, vili quidem pretio diſtracta fuerat *Gaddiana* Bibliotheca in exteras regiones deportanda. Quod quum ego caſu reſciviſſem, de hac maxima litterarum iactura, eo magis dolenda, quod ibidem non pauci Codices haberentur, quos deeſſe in publico Tabulario deprehenderam, cum Adminiſtro, qui pro Magno Etruriae Duce, eodemque Imperatore *Franciſco* ſummae in Etruria rei praeerat, vehementer conqueſtus ſum. Ille autem quum acerrimi eſſet ingenii, ac bonarum artium commoda, eodem quo ſacratiſſimi negotia Principis animi ardore procuraret, Bibliothecae in capſis reconditae, iam iamque fugienti manum iniecit, eamque publicae retraxit utilitati. In tres igitur partes diviſa, prima in *Laurentianam* Bibliothecam, altera in *Magliabechianam*, tertia denique in publicum Archivum repoſita eſt.

§. LII. Sed antequam me ad S. *Crucis* Bibliothecae originem, ac progreſſum perquirendum convertam, nolo te lateat, Benevole Lector, non pau-

GEORG. VESP. CODD. COLLECTOR.

cos, *Gaddianos* inter, ac *Mediceos* reperiri Codices, qui nomen praeſeferunt Fratris *Georgii Antonii* Ser *Americi* filii *Veſpuccii* de S. *Marci* Bibliotheca, itemque de altera ad S. *Reparatae* optime meriti, eo quod utramque plurimis ſuis Mſs. Codicibus locupletaverit. Is, geſta Florentinae Eccleſiae Praepoſitura, in S. *Marci* Coenobio annos natus LXIV. die V. Iunii anno MCCCCXCVII. *Hieronymo Savanarolae* ſocium ſe, ac religioſae vitae diſcipulum adiunxit, ac tandem in Feſulano S. *Dominici* Coenobio die XVII. Aprilis MDXVIII. ut ex eiuſdem Collegii Chronico eruitur, piiſſime deceſſit.

§. LIII. Fuit autem, *Americi* illius *Veſpuccii*, qui quartae orbis terrarum parti, ſuis itineribus repertae atque luſtratae, nomen dedit, propinquitate patruus, Grammatica inſtitutione magiſter. *Americi* litterae, die IV. Septembris anno MDIV. Vlyſſippone ad *Petrum Soderinum* perpetuum Reip. Florentinae Vexilliferum datae circumferuntur, quae typis non ſemel, & Florentiae, me curante, an-

no

(1) Haec tria Opuſcula ipſemet *Iacobus Gaddius* memorat in Tract. Hiſtoric. pag. 55.

no MDCCXLIV. 4. impreſſae ſunt, quibus litteris alia eiuſdem *Americi*, *Laurentio Medici* inſcripta Epiſtola, ex intervallo ſubiungitur. In iis igitur *Americi* ad *Soderinum* litteris haec non longe ab ipſarum initio legas: „ Mi rendo certo, che V. Mag. mi tiene nel numero de' ſuoi ſervidori; ricordandomi, come nel tempo della mia gioventù vi ero amico, & hora ſervidore, & andando ad udire e principii di Grammatica ſotto la buona vita & doctrina del venerabile Religioſo Frate di S. *Marco* fra *Giorgio Antonio Veſpucci*, mio Cio (1), e conſigli & doctrina del quale piaceſſe a Dio che io haveſsi ſeguitato &c. „

§ LIV. *Robertus Vbaldinus*, *Antonii* filius de *Galiano*, ab Anno MCCCCXC. Dominicanae familiae Monachus in Annalibus Conventus S. *Marci*, qui in Codice chartaceo Bibliothecae *Marcianae* adſervantur (2) Parte III. haec habet: „ *Georgius Antonius* Ser *Amerigi* de *Veſpucciis*, Praepoſitus Cathedralis Eccleſiae Florentinae, vir de integritate vitae, & morum in Vrbe Florentia ſemper, & a cunctis opinatiſſimus, litteris Latinis & Graecis ornatiſſimus, a quo bonae litterae & in Vrbe Florentia, & in tota paene Italia exceptae ſunt. „ Praeclara de *Georgii* noſtri in Codices ſtudio refert, qui Annales *Vbaldini* continuavit (3) his verbis: „ Frater *Georgius Antonius Veſpuccius*, qui Eccleſiae Cathedralis Florentinae Canonicus, & Praepoſitus fuerat, litteris Graecis & Latinis apprime eruditus, moribus vero ita inſtitutus, ut ſpecimen Civitatis & eſſet, & diceretur &c. Migravit e ſaeculo XVII. Aprilis MDXVIII. in Conventu Feſulano &c. Erudivit autem Pater hic iuventutem Florentinam, & praeſertim Nobiles, non minus moribus, quam litteris Latinis & Graecis. Huius ſunt in Bibliotheca Codices tum Graeci, tum Latini quamplurimi, quos vel ipſe ſibi ſcripſerat, vel hinc inde conquiſierat diligentiſſimus, & ſcrupuloſiſſimus amator, ac ſervator cuiuſcumque generis librorum, ut cui vita etiam ipſa chariores eſſent Codices, & litterae. „ Codices autem *Veſpuccii* hanc notam ad calcem praeſeferunt: *Liber Georgii Antonii Veſpuccii*, ſive *habitus a Fratre Georgio Antonio Veſpuccio* 149.. Nonnullos quoque habuit *Georgius* a *Barptolemaeo* germano ſuo exaratos, in quorum fine: *Liber* Georgii Antonii Veſpuccii καὶ τῶν φίλων, *quem ſcripſit* Barptolemaeus *frater*.

MARC. BIBL. ORIGO.

§ L . *Marcianae* vero Bibliothecae Ordinis Praedicatorum originem prodidit Cl. *Laur. Mehus* in Praefatione ad *Ambroſii* Camaldulenſium Generalis Epiſtolas (4), & nuperrime *Hieronymus Tiraboſchius* in hiſtoria Italicae Littera-

(1) Voces quidem illae *mio Cio* abſunt ab antiquiſſima editione, e qua ſuperiora deſcripſi, cuiuſque exemplar mihi olim Cl. *Biſcionius* commodavit. Id *Baccii Valorii* fuit olim κειμήλιον, cuius manu quaedam, in eo marginibus adſcriptis deperdita, reſtituta conſpiciebantur; qui idem illa *mio Cio* ſua manu ex alio aliquo exemplari, ſive etiam ex autographo (quod facile potuit in eius manus, *re tum e conti*, venire) ſupplevit. Ac mihi quidem ipſa illa alterius illius vocis *Cio* pro *Zio* depravatio argumento eſt, fuiſſe utramque ex autographo translatam. Quum enim mendoſa ſic (quales plurimas in iiſdem litteris occurrunt, ab homine Italo diu inter Hiſpanos verſato inculcatae, quas neque ſatis Italicas poſſis dicere, neque plane Hiſpanicas) credibile non eſt, *Valorium*, niſi aliena religioſe deſcribentem, quidquam tam depravato ſcripſiſſe. Certe qui Latine eaſdem convertit, voces illas in ſuo exemplari repererat. Sic enim hunc locum interpretatus eſt: *Spero quod Tua Majeſtas me de clientulorum ſuorum numero non excludet, ubi recordabitur, quod olim mutuam habuerimus inter nos amicitiam, tempore iuventutis noſtrae, quum Grammaticae rudimenta imbiberemus ſub probata vita & doctrina venerabilis & religioſi Fratris de S.* Marco *Fr.* Georgii Antonii Veſpucci, *avunculi mei, pariter militaremus, cuius avunculi veſtigia utinam ſequi potuiſſem &c.* Peccavit tamen interpres, quod *avunculum* dixit, quem *patruum* dicere debuiſſet. Conſtat enim, *Americi* patrem *Anaſtaſium*, *Georgii* huius *Antonii* germanum fratrem fuiſſe. Peccavit iterum, quod & hic & alibi *Maieſtatem* ſaepe compellat, quaſi ad Regem datae eſſent hae litterae, quas & ad condiſcipulum, & ad Florentinum hominem, civem ſuum, & ad Reip. Florentinae Gubernatorem ab *Americo* datas, ſi quis modo eas vel oſcitanter pellegerit, manifeſtum eſt. Quum autem conſtet, eo quo ſcriptae ſunt tempore, Reip. Florentinae regimen penes *Petrum Soderinum* fuiſſe, eumque *Georgio Antonio Veſpuccio*, Grammaticae artis doctore in adoleſcentia eſſe uſum (quod *Iulianus Riccius*, praeter ceteros, ſcriptum reliquit) dubitare non poſſumus, quin ad eum, non ad ullum Regem, ab *Americo* ſint datae. At mihi quidem facilius eſt divinare, cur Regi, quam cur *Renato* potiſſimum Regi eas Latinus interpres inſcripſerit. Nam quum frequens in iis ſit compellatio illa *Voſtra M. Voſtra Ma. Voſtra Mag* video potuiſſe hominem, non ſatis attentum, arbitrari, Regiam illam compellationem eſſe & *Veſtram Maieſtatem*, non, ut verum erat, *Veſtram Magnificentiam* (qua compellatione praecellentes in Rep. viri afficiebantur) legendum, ac propterea ad Regem datas eas litteras confuſiſſe. Sed, unde *Renatus*, Siciliae Rex, qui, ut alia omittam, amplius viginti annis ante, quam illa *Americus* ſcriberet, obierat, interpreti venire in mentem potuerit, ſuſpicari non poſſum.

(2) Titulus eſt: *Annalia Conventus S. Marci de Florentia almi Praedic. Ordinis ab illius receptione, ab Anno videlicet MCCCCXXXV. per tempora ſibi iugiter ſuccedentia recuperata ex confuſa vetuſtate anno Incar. Domin. MDIX. fol.*

(3) Annal. Part. IV.

(4) Pag. LXV. ſeqq.

turae (1), quibus haec pauca ſubiungenda ſunt: *Zenobius Raphaëlis de Acciaiolis* (2) in Epiſtola ad *Leonem* X. Nuncupatoria praefixa Operi *Theodoriti de curandis Graecorum affectionibus*, edito Pariſiis anno MDXIV. hac de re memoriae prodidit: „ Nunc quidem, quum mundi vanitatem pertaeſus, Religionem cum priore vita commutavi, gentis veſtrae beneficiis numquam carui. Etenim in Coenobio D. *Marci*, quod Magnus *Coſmus* proavus tuus a fundamentis exſtruxit, Deo iam annos aliquot famulatus, e publica gentis veſtrae Bibliotheca, quam *Coſmus* ibi luculentam aperuit, & ex ea, quam iuſſu Patris tui (*Laurentii*) *Ioannes Laſcaris*, generoſus homo atque doctiſſimus, e Graeciae latebris Florentiam importavit, fructus maximos ſuaviſſimoſque percepi „. Codicibus non Latinis modo, verum etiam Graecis inſtructam, & Graecos ſeparatim a Latinis fuiſſe adſervatos diſcimus ex *Hieronymi Savanarolae* Sermone XXII. de verbis *Amos*, editionis Venetae an. MDXIX. pag. 117. *b.* „ Hai tu mai, *inquit*, viſto la noſtra Libreria in Sancto *Marcho*? noi nhaviamo dua, una piccola, & una grande, quella piccola ſi chiama la Libreria Greca, & ha una fineſtra grande, dalla quale ſi vede Fieſole, & molto paeſe; & parmi qualche volta, che queſta Libreria piccola mi figuri e libri de Sancti, chio tho decto: quellaltra Libreria, che è più obſcura, figuri queſto mondo „. Dicebat autem haec pro concione *Savanarola* Florentiae menſe Martio an. MCCCCXCV. Bonitate, hoc eſt, antiquitate Codicum certaſſe eam cum illa, quam *Coſmus*, & *Laurentius Medices* in ſuis aedibus inſtructiſſimam collegerunt (quae deinde ad S. *Laurentii* translata eſt) teſtis eſt *Petrus Victorius* in adloquutione ad Lectorem poſt Caſtigationes in Libros Oratorios ſuos (3). *Seraphinus* vero *Razzius*, eiuſdem *Savanarolae* inſtitutorum ſectator, rerumque ab illo geſtarum ſcriptor, non modo Librorum utriuſque linguae ſupellectilem Bibliothecae S. *Marci* commemorat, ſed pretium etiam, quo ii ſteterant, indicavit, ubi, quae inſtitutoris ſui caedem conſequuta ſunt, in vita illius, quae Ms. circumfertur, Capite LXXXII. recenſet his verbis: „ In Firenze poi ſucceſſe una Signoria nemiciſſima a tal dottrina, la quale tolſe a' Frati i libri della Libreria, così Greci, come Latini, ch' erano coſtati duemila dugento Ducati. „ Quo etiam ex teſtimonio intelligi licet, qua re fieri potuerit, ut tam multi in aliis cum publicis, tum privatis Bibliothecis, & praecipue in hac *Gaddiana* reperiantur libri, nomine *S. Marci de Florentia*, & *Georgii Ant. Veſpuccii* deſignati, quorum ego non paucos etiam Romae vidiſſe memini. Nam omnes furto variis temporibus a ſingulis hominibus inde ſublatos, & in honeſtiſſimorum, ſive civium, ſive Collegiorum Bibliothecas receptos, praeſertim illis quodammodo clamantibus ad alios ſe dominos pertinere, credibile non eſt.

ABLATI CODD. RESTITUTI.

§. LVI. Quamvis autem a Reip. Florentinae Gubernatoribus ablatos, mulctae ſcilicet nomine, Libros tum Graecos, tum Latinos ex S. *Marci* Bibliotheca *Razzius* adfirmet, tamen quum plurimos adhuc in ea ſupereſſe videamus ex iis, quos vivente etiam tum *Savanarola* in eadem adſervatos fuiſſe conſtat (quales ſunt tum omnes, qui *Nicolai Niccoli* hereditate ad eam pervenerunt, tum aliqui, quos in ea *Politianus* inſpexit, & in Miſcellaneis ſuis ſaepe commemorat); neceſſe eſt, aut non omnes ex ea a Magiſtratibus fuiſſe ablatos, aut aliquos deinde, ſive ab iiſdem redditos, ſive a privatis, in quorum manus, ac poteſtatem, inſtituta, ut opinor, auctione, aut alia aliqua ratione devenerant, antiquis poſſeſſoribus reſtitutos: quam quidem reſtitutionem in Pontificatus *Leonis* X. tempora referre commodiſſime poſſumus. Is enim de Bibliothecae a maioribus ſuis conſtitutae damnis atque iacturis certior factus, graviſſimis propoſitis poenis edixit, ut in eam, ex ea

(1) Tom. VI. Part. I. pag. 103. ſeqq.

(2) Vid. Tom. II. Script. Ord. Praed. PP. *Iac. Echard & Quetif.* pag. 44. ſeqq.

(1) *Nec enim*, inquit, *occultis quibuſdam auxiliis uſus ſum, ſed vetera exemplaria, quae mibi adiumento fuerunt, ſemper omnibus in promptu fuere. Quaedam enim eorum ſunt in nobili illa & numquam ſatis laudata* Mediceae *familiae Bibliotheca, quam ampliſſimi illi, ac ſapientiſſimi viri* Coſmus, *&* Laurentius Medices, *plurimis e Graeciae ruinis, Italiaeque latebris, non ſine ingenti labore & ſumptu erutis libris, confecerunt; quae etſi nondum explicata eſt, ſtudioſorum commodis privatim ſervit. Reliqua vero in* D. Marci *altera, non minus priſcis voluminibus referta, quae omnibus omni tempore patet.*

ea ablati Libri, referrentur, &, ne qui impune in poſterum ex eadem auferrentur, Edicto publico cavit (1).

§. LVII. Ceterum librorum ex hac Bibliotheca diſtrahendorum, amittendorumque occaſionem non modo illa Magiſtratuum, quam ſupra *Razzius* commemoravit, poſt necem *Savanarolae* menſe Maio, anno MCCCCXCVIII. inlatam, in eius ſocios, ac ſectatores animadverſio praebuit; verum etiam eos commodandi exportandique facilitas iam ante adtulerat. Exſtat in praeſens in eadem Bibliotheca Codex in folio Parmae impreſſus, *ductu, & impenſis* Stephani Coralli *Lugdunenſis MCCCCLXXVII.* omnia P. *Ovidii Naſonis* Opera, *Angeli Politiani* manu ex vetuſtis exemplaribus emendata, complectens. In primae adverſae Metamorphoſeon paginae ima ora hoc monumentum ante aliquot annos legi atque deſcripſi: „ Liber Conventus S. *Marci* de Florentia Ord. Praed. habitus a Syndicis die 19 Ianuarii 1497. pro compenſatione librorum, qui commodati ab eodem Conventu fuerant D. *Angelo Politiano*; & in eius morte amiſſi ſunt. In bancho 27. occidentis. „ Amiſſi fortaſſe fuerant illi ipſi, quos identidem in hoc eodem *Ovidiano* Codice *Politianus* ſignificat, domumque ſuam ad S. *Paulli* (cuius aedis Praefecturam obtinuerat, quamque nunc Carmelitae Reformati incolunt) aut in Feſulanum tuſculum adduxerat. „ Contulit, *inquit in monumento Libris Amorum tribus adſcripto*, *Politianus* cum vetuſtis duobus exemplaribus, altero *Marciae* Bibliothecae, altero *Medicae*. Illud *a.* littera ſignificarat, hoc littera *b.* 1493. die 27. Septembr. hora circiter tertia noctis in ruſculo. „ Libris Triſtium adſcripſit: „ Contuli hos quinque Triſtium Libros cum vetuſtis duobus Codicibus, ſe (corrige

(1) Edicti exemplum, parieti in ipſo Bibliothecae aditu adfixum, huiuſmodi eſt:

Dilecto Filio Vicario Generali Congregationis Tuſciae Romanae Provinciae Ord. Praed. S. Marci *vulgariter nuncupatae* Leo PP. X.

Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Quum non ſine animi noſtri diſplicentia nuper acceperimus, quoſdam iſthic, propriae ſalutis immemores, ex Bibliotheca veſtri Monaſterii S. Marci Ordinis veſtri, per Anteceſſores, ac Progenitores noſtros magnifica impenſa conſtructa & ornata, Codices nonnullos, ſeu Libros, etiam ex pretioſis quandoque ac ſingularibus, ibidem ſub catenis contentis, & reſervatis, ac ex iiſdem aliquoties quinterniones diſſutos, gladioque praeciſos, & chartas, vel partem earum per ſe, vel alios furtive, ac nimis callide abſtuliſſe, & aſportaſſe; frequenterque contingere, ut inde attentent ſimiliter aſportare, in praeiudicium grave nimis & damnum ſtudii Fratrum, & Monaſterii, & Ordinis veſtri, totiuſque Reip. Florentiae, ac dedecus noſtrum, & antiquorum familiae noſtrae de Medicis, *Conventus veſtri, & Librariae veſtrae auctricis & protectricis, & contra bonos mores: volentes obviare praemiſſis, & ne ſimilia in poſterum committantur providere, ac ſtudio Fratrum veſtrorum conſulere, qui erga Nos, Sanctamque Sedem noſtram pia ſemper obſequia praeſtant, motu proprio, & ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis, omnes & ſingulos Chriſti fideles, cuiuſcumque ſtatus & conditionis exiſtant, etiam in maxima dignitate conſtitutos, tam praeſentes, quam futuros, primo in virtute obedientiae, ac ſecundo ſub poena excommunicationis latae ſententiae, quam in eos, & eorum quemlibet, unica, pro trina canonica monitione praemiſſa, ferimus in his ſcriptis, praecipimus, & mandamus, quatenus infra tres dies a praeſentium notitia, ſuprascripta ablata reſtituant, ſeu reſtitui faciant cum effectu; non obſtante forſan abſolutione, ſiqua fuiſſet obtenta, ſeu extorta a quibuſcumque iuris ignaris Confeſſoribus, vel Poenitentiariis, Miniſtris, ſeu Confeſſariis, Apoſtolicis Executoribus, etiam tam Hoſpitalis S. Spiritus, quam aliis quibuſcumque etiam Fabricae S. Petri de Urbe; quum noſtrae intentionis fuerit, & ſit ſub quibuſvis clauſulis etiam fortioribus & efficacioribus nullo modo comprehenſum fuiſſe, nec in futurum comprehendi abſolutionis beneficium ab eiuſmodi ſacrilegiis & furtis, niſi reſtitutione peracta, vel cautione praeſtita; utque in futurum firmius, & ſecurius iidem Codices in Bibliotheca praefata ſerventur, nec talia perpetrentur, motu & ſcientia conſimili, ac ſub eiſdem monitione & poena, praecipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, etiam quocumque privilegio fultis, & quacumque reſplendentibus dignitate, tam praeſentibus, quam futuris, quatenus ſub praefata excommunicationis latae ſententiae poena, quam contrafacientes ipſo facto incurrant, nec abſolutionis beneficium a quocumque, niſi a Summo Pontifice, vel a te, aut ſucceſſoribus tuis, & cui duxeritis committendum, niſi poſtquam integraliter reſtituerint cum effectu, ac de ipſa reſtitutione conſtiterit, & niſi in mortis articulo praeſtita cautione, aliquo modo valeant obtinere, nec etiam a Poenitentiariis & Apoſtolicis Commiſſariis, etiam pro cauſis, de quibus ſupra, de praedicto Conventu S.* Marci, *aut de Bibliotheca praedicta Codices, ſeu Libros quoſcumque integros, ſeu partem illorum, aliquo modo extrahere, aſportare, amovere, furtive tenere, aut, te invito, contrectare, nec tibi, aut fratribus tuis praefati Conventus occultare ſub quovis praetextu, vel cauſa, ſeu occaſione, aut quaeſito colore, niſi forte de voluntate Praeſidentis ipſius Conventus quandoque a Cuſtodibus eorumdem librorum ad tempus commodato acceperint, aut accepiſſent aliquem, ſeu aliquos eorum, & tunc etiam reſtituant eo tempore debito. Quod ſi poſtquam requiſiti fuerint, pertinaciter detineant eos, contra voluntatem tuam, aut Fratrum tuorum, nec reddere velint eos, ſuprascriptam excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant: volentes, ut hoc noſtrum indultum, & mandatum per te Vicarium Generalem praedictum, vel tuos S.* Marci *Fratres in Civitate* Florentiae *publicetur, & ad petitionem tuam per quoſcumque Rectores Parochialium Eccleſiarum, & Verbi Dei Praedicatores in Eccleſiis dictae* Civitatis, *ac alios, per quos duxeris opportunum; & quod tenor, ſeu eiuſdem tenoris ſummarium, ne transgreſſores de ipſo valeant ignorantiam allegare, ſemper in valvis praefatae Bibliothecae detineatur affixum, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, privilegiis, & indultis, ac litteris Apoſtolicis, nec non commiſſionibus pro Fabrica S. Petri de Urbe conceſſis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romae apud S.* Petrum *ſub annulo Piſcatoris die IX. Iulii MDXIX. Pontificatus noſtri anno VII.*

Evangeliſte.

rige *ſed*) vetuſtiore nonnihil altero ex D. *Marci* Florentina Bibliotheca, quod (corrige *quem*) *a.* littera indicat, altero autem non perinde vetuſto ex *Medica* Libraria, quod (corrige *qui*) *b.* littera ſignificatur. Vbi uterque congruit Codex, nihil apponimus ſigni. Obſervavi autem, quod ſoleo, ut de meo nihil adiicerem, utque, ne illa quidem interdum omitterem, quae mendoſa eſſe liquebat, die 27 Iulii 1493. in *Pauli*, adiutoribus *Nicholao Baldella*, & *Roberto Minutio* familiaribus. *Angelus Politianus*. „ Denique in calce Libelli de Nuce ſic notavit: „ Contuli cum exemplari ex D. *Marci* Bibliotheca Libellum hunc de Nuce die 21. Iulii 1493. „ Hos igitur Ms. Codices, ex S. *Marci* Bibliotheca *Politiano* commodatos, & eius morte, quae inſequente anno MCCCCXCIV, contigit fortaſſe amiſſos, cum laudata *Ovidii* Operum Parmenſi editione, aliquot poſt annis commutatos poſſumus ſuſpicari.

NICOLAVS NICCOLVS: §. LVIII. Atque haec quidem de S. *Marci* Bibliotheca, ad quam nonnulli *Medicei*, & *Gaddiani* Codices, quos iam recenſuimus pertinuerunt dicta ſufficiant. Nunc de *Nicolao Niccolo* aliquid attingamus, ita tamen, ut eamdem Bibliothecam reſpicientes ab ea non prorſus diſceſſiſſe videamur. Trium auctorum ſane idoneorum, de *Niccolo* teſtimonia recitabo, *Poggii*, *Politiani*, *Victorii*. Ac *Poggius* quidem in Laudatione eius funebri: „ Quod autem, *inquit*, egregiam laudem meretur, ſummam operam curamque adhibuit ad perveſtigando auctores, qui culpa temporum perierant. Qua in re vere poſſumus dicere, omnes libros fere, qui noviter, rum ab aliis reperti ſunt, tum a me ipſo, qui integrum *Quintilianum*, *Ciceronis* noſtri Orationes, *Silium Italicum*, *Nonium Marcellum*, *Lucretii* partem, permultoſque praeterea e Germanorum, Gallorumque ergaſtulis mea diligentia eripui, atque in lucem extuli, *Nicolai* huius ſuaſu, impulſu, cohortatione & paene. verborum moleſtia eſſe litteris Latinis reſtitutos &c. „ Sed qui totum cognoſcere hominem volet, integram *Poggii* Orationem legat. Nos, nonniſi pauca quaedam, ne ſit plane lectoribus noſtris ignotus, ex omnibus libamus, eaque ipſa ad ſtudium, quod habuit, librorum conquirendorum, atque adeo exſcribendorum, quod mox audiemus, pertinentia *Politianus* igitur Capite Miſcellaneorum XXXV. haec habet: „ Sed his omiſſis, illud utique acrius inſpiciendum eſt apud *Columellam*, Libro X. Capite autem III. ubi de apibus agitur, bis *Homerum* citari pro *Euhemero* in pervulgatis Codicibus; quod & vetuſtiſſimus indicat Liber de privata Familiae *Medicae* Bibliotheca, litteris Langobardis exaratus, & item alter e publica eiuſdem Gentis, quem de vetuſto exemplari *Nicolaus Niccolus*, vir doctus & diligens, ſua manu perſcripſerit (ſic). „ Iterum Capite eorumdem Miſcellaneorum XLI. „ In Codice, *ait*, Gelliano ex Bibliotheca publica *Medicae* Familiae, quem vir haud indoctus, ut tum ferebant tempora, ſed diligens tamen in primis *Nicolaus Niccolus* ex vetuſtiſſimo exemplari fideliter pro ſuo more deſcripſerit (ſic). „ Si quis in hos *Politiani* locos alioſque eiuſdem Operis, Capite praeſertim LVII LIX. & LXXVII rerum ac temporum ignarus inciderit, putabit publicam *Medicae* Familiae Bibliothecam appellari, hanc, quae nunc Florentiae ad S. *Laurentii* patet, & *Mediceo-Laurentiana* vulgo nuncupatur; ſed eſt longe ſecus. Nam *Mediceo-Laurentiana* multis poſt *Politiani* aetatem annis, nec niſi Pontifice Maximo *Clemente* VII aperta ac dedicata eſt, ut ex tabula marmorea inciſa ianuaeque impoſita, quam protulimus in Praefatione ad Tomum I. Codicum Graecorum pag. XIV. apertiſſime patet. Neque eam tamen ipſe *Clemens* ita perfecit, ut non amplificati abſolutique operis gloriam alteri e ſua gente reliquerit. „ A *Clemente* namque VII (hiſce verbis *Petrus Victorius Coſmum Medicem*, tum, hoc eſt idibus Septembris A. MDXLVII. Florentinorum Ducem, ſuis litteris compellat) magnifice inceptam Bibliothecam, inchoatam tamen imperfectamque relictam, abſolvis ac magnis ſumptibus aedificas, nec ornamentis tantum ipſius pompaeque indulges, verum etiam illam ſedulo ſupples, accurata Librorum conquiſitione, congeriſque illuc omnes, qui ad te, amatorem ſummum ipſorum, ab iis, qui tibi gratificari cupiunt deferuntur „. Abſolutum tandem eſt opus quatuor & viginti annis, poſtquam haec ſcripſerat *Victorius*, ut docet appoſita intus inſcriptio Anni MDLXXI., a me iam in citata Praefatione relata.

§. LIX.

§. LIX. Quam igitur publicam *Medicae* Familiae Bibliothecam, tam multis locis *Politianus* appellavit? Eam nempe ipſam, in qua iamdiu, ut ita loquar, verſamur, S. *Marci* Bibliothecam. Nonne *Zenobium Acciaiolum*, item publicam gentis *Medicae* appellantem eamdem, haud ita pridem audivimus? „ In Coenobio, *ait*, D. *Marci* = e publica gentis veſtrae Bibliotheca, quam *Coſmus* ibi luculentam aperuit &c. „ Praeterea quos Codices *Politianus* e publica *Medicae* gentis Bibliotheca producit, ii in *Marciana*, aut exſtant adbuc, aut certe *Victorii* aetate reperiebantur, qui eorum pleroſque ab ſe ibidem inſpectos saepe commemorat. In Caſtigationibus quidem Epiſtolarum ad *Tironem* de antiqua millenarii numeri nota diſputans: „ Neque ſolum, *inquit*, in his videmus Epiſtolarum antiquis libris hoc ſemper ſervatum eſſe, ſed etiam in *Livianis* quibuſdam vetuſtiſſimis exemplaribus, quae in D. *Marci* Bibliotheca ſervantur: quod idem & *M. Varronis* in eadem Bibliotheca mirae antiquitatis Codex retinet, & *Columellae*, non negligenter ſcriptus a *Nicolao Niccolo*, Liber, quem olim *Politianus* viderat & laudat. „ Laudat autem eum Librum *Politianus* Capite, ut ſupra vidimus, Miſcellaneorum quinto & trigeſimo, in quo *Columellae* hunc ipſum a *Niccolo* deſcriptum Codicem publicae *Medicae* gentis Bibliothecae adſcribit. *Varronis* autem mirae antiquitatis Codex, a *Victorio* commemoratus, ille ipſe eſt, quem venerandae vetuſtatis *Varronis* exemplar e publica gentis *Medicae* Bibliotheca eodem XXXV. Miſcellaneorum Capite *Politianus* dicit: ut omnino publicam *Medicae* familiae Bibliothecam non aliam, quam *Marcianam*, fuiſſe confitendum ſit. Ex privata autem eiuſdem familiae Bibliotheca haec altera, deinde publica ad S *Laurentii* exſtitit, quam a *Clemente* VII. inchoatam, a *Coſmo* I. abſolutam, *Mediceo-Laurentianam* appellamus. Utrum vero vetus illa S. *Marci* Bibliotheca, *Mediceo-Marciana*, ac publica eſſe deſierit, dubitantes quoſdam, aientes alios, alios negantes audivi. Ego privatam reor; attamen publicam ſtudioſi omnes, Patrum, qui ei praeſunt, humanitate ſemper experti ſunt. Nunc reliqua de *Nicolao Niccolo* videamus; de quo illa ſunt apud *Victorium* in Praefatione ſuarum ad *Columellam* Caſtigationum: „ Nec nulla, nec multa in *Columella* emendavi; neque enim tantum ſtudium in eo reſtituendo, quantum in ſuperioribus duobus auctoribus (*Catone* videlicet, & *Varrone*) poſui. Neque tamen non conatus ſum aliquid ei opis diligentia mea afferre. Quae variaverim maioris momenti, heic adnotata erunt, quorum autem Codicum auxilio id fecerim, nunc declarabo. Duos enim habui quorum alter in D. *Marci* Bibliotheca ſervatur, alter ab Auguſtinianae familiae ſodalibus, qui Divi *Galli* appellantur, poſſidetur. Priorem illum *Nicolaus Niccolus*, doctus & accuratus vir, ſua manu exaravit, &, quemadmodum ſuſpicor, e bono & vetuſto exemplari exſcripſit. Habuit enim ille magnam librorum copiam, & non paucos etiam veteres auctores ſuo labore & opera deſcripſit. Hae enim erant deliciae ipſius, & in iis ſe rebus oblectabat. Copioſus autem homo, & locuples, ſumma in hoc ſtudio cura poſita, magnam ſupellectilem librorum ſibi comparavit, quos poſtea omnes *Marcianae* ſodalitati teſtamento legavit. Omnibus igitur, quam potuit, modis ſtudioſis litterarum prodeſſe voluit. Nam, dum vixit, totum paene in Libris emendis patrimonium effudit, & moriens, ut eorum uſibus paterent, in publico loco ipſos collocavit, curaeque honeſtiſſimorum ac diligentiſſimorum hominum mandavit &c. „

PUBLIC. GENTIS MEDIC. BIBL.

§. LX. Sed iam tempus eſt, ut de Codicibus etiam, qui in praeſenti Volumine recenſentur breviter pauca perſtringamus. Habes igitur primo Codices XIV. qui pertinebant ad Franciſcanos, ut vocant, Reformatos Montis Politiani, A. MDCCLVIII. *Franciſci* Imperatoris iuſſu in hoc *Mediceum* Sacrarium translatos. Quum enim ditiſſimam Bibliothecam Codicum Mss a *Roberto* S. R. E. Cardinale (1), & *Guidone* (2) *Nobiliis* ſtudioſe collectam, ipſiſque datam muneri diſ-

CODD. BIBL. MONT. POLIT.

(1) Huius doctiſſimi Card. Vaticanae Bibliothecae Praefecti, qui vixit annos XVII. dies XII. horas XVI obiitque XV. Kal. Febr. anno MDLIX vitam Italice edidit Abbas *Iulius Bartoloccius*, Romae per *Nic. Ang. Tinaſſium* MDCLXXV. 4.

(2) Hic *Guido Nobilius*, cuius nomen in Codicibus legitur, ille eſt forſitan, de quo *Spinellius Bencius Storia della Città di Montepulciano, Firenze nella Stamperia del* Maſſi, e Landi MDCXLI. 4. pag. 111. haec habet: *Servì al medeſimo Papa*, (Gregorio XIII.) *per Camerier ſegreto il Sig.* Guido de' Nobili, *Zio da parte di Madre di* Coſtanza Sforza, *Ducheſſa di Sora, moglie di* Iacomo Buoncompagno. *Al ſuddetto conferì il Papa l'Abbadia di Val di Tolla in Lombardia che à iuriſdizione ancora in temporale in alcuni luoghi, e borghi di quella vallata.*

ORIGO BIBL. SANCT. CRVCIS.

diſtraherent, hos paucos Codices a communi naufragio ereptos in hunc tutiſſimum locum providentiſſimus Princeps inferri mandavit. Accedunt Codices circiter DC. celeberrimae S. *Crucis* Bibliothecae [1], *Petri Leopoldi* Magni Ducis noſtri iuſſu in *Laurentianam* tranſlatae. Huius originem a primis repetendam eſſe Patribus ex monumento anni MCCXLVI. Fratris *Guidonis* de *Fraxia*, quod iam protulimus [2] liquido patet. Paullo poſt, Codices in eamdem contulit Fr. *Bartholemaeus* Florentinus [3], qui anno MCCLXXXIV. Quaeſitoris munus in patria obtinuit. Huic aequalis fuit Fr. *Andreas* de Florentia, de *Mozzis* ſcilicet, qui domum reverſus, eamdem Fidei procurationem geſſit anno MCCCI.

§. LXI. Illa eadem floruere aetate tres alii non obſcuri nominis Minoritae, *Henricus* nempe de *Circulis*, *Guicciardinus* de *S. Geminiano*, & *Philippus* de *Peruſio*, qui ſuos ibi Codices reliquere, unde eorum in exemplis le-

gi ur

(1) Neminem latet in omnibus fere Monaſteriis ſaeculo potiſſimum XIII. commune ſtudium viguiſſe, ut quae eſſent maiori Religione culta, uberrimam Mss. ſegetem poſſiderent. Hinc prae reliquis S. *Crucis* Coenobium excelluit, cuius Bibliotheca omnium ditiſſima ea tempeſtate habebatur. Iam ab anno MCCCLXVII. de eius conſervatione proviſum fuit ſequenti Diplomate, quod mihi Cl. *Mehus* communicavit:

In Nomine Domini Amen. Haec ſunt, quae ego Frater Bernardus *Miniſter Fratrum Minorum Provinciae Tuſciae mando ab omnibus Fratribus, quantum ad libros Armarii, & Sacriſtiae Florentini Conventus praeſentes, & futuros per ſanctam obedientiam inviolabiliter obſervari.*

In primis quod nullus liber, quocumque titulo cenſeatur, Sacriſtiae, & Armarii, vel Conventus vendatur, vel ſubpignoretur intus, vel extra, ſeu ad vitam alicui aſſignetur, vel quomodolibet diſtrahatur, ſine mea licentia ſpeciali. & ſemper cum conſilio, & aſſenſu Cuſtodis, & Guardiani, & omnium Diſcretorum, qui communiter fuerint pro conſiliis aſſignati, prius ab Armariſta, vel Sacriſta informatione accepta.

Item quod nullus liber Armarii, vel Sacriſtiae extra Conventum, vel Ordinem alicui commodetur, ſine mea licentia ſpeciali, vel ſaltem ſine conſilio & aſſenſu Praelatorum, & omnium Diſcretorum, niſi talis caſus occurrat, quod ſine ſcandalo decenter declinari non poſſit; & tunc ſemper primitus in utraque caſu aſſignato pro memoriali Armariſtae, ſeu Sacriſtae aequivalenti a requirente, vel alio pro eodem. Quem Librum ſic praeſtitum, Armariſta, ſeu Sacriſta, ſollicite opportuno tempore requirere teneatur, & ſemper talis accommodatio regiſtretur.

Item quod Frater vadens extra Conventum ultra tres dies alicubi moraturus, reſignet Armariſtae, & non alteri libros Armarii, ſi quos habet. Alias contrarium faciens, poſt reditum ſuum per tres menſes privetur libris Armarii, & nihilominus puniatur de inobedientia per aliquem Praelatorum. Nec liber aliquis per aliquem ſubditum, vel Praelatum commodetur alicui, niſi per Armariſtam, vel ſaltem ex ſcitu, & conſcientia Armariſtae, per quem quod commodabitur, ſollicite regiſtretur, & ſtatuto tempore requiratur.

Item quod libri, qui Fratribus ad ſtudium commodantur, ſemper de quindena in quindenam, vel ad tardius omni menſe per diſpoſitionem Guardiani ad pulſationem campanellae Armariſtae fideliter reſignentur, & qui contrarium fecerit, ſequenti die in prandio a vino abſtinere firmiter teneatur, & nihilominus per menſem libris Armarii ſit privatus.

Item quod libri Armario deputati, & qui deputabuntur in poſterum, ſine morae diſpendio eidem Armariſtae fideliter aſſignentur, & per ipſum in Regiſtro cum aliis conſcribantur. Et quicumque habet ex libris Armarii inſcio Armariſta, vel qui habet ad vitam aliquem, vel aliquos aſſignatos, vel alios ad Armarium, vel Conventum, ſeu Sacriſtiam quomodolibet pertinentes, eoſdem Armariſtae, vel Sacriſtae reſignare, ſeu notificare intra octo dies, priuſquam ipſorum iſtorum notitia pervenerit ad eumdem, firmiter teneatur. Et ut hoc evidentius fiat, Armariſta ſit ſemper unus ex illis, qui libros Fratrum decedentium cum Praelatis, vel aliis ad hoc ſpecialiter deputatis videre, & regiſtrare habuerint, ut cognoſcat, & ſummat, qui ad Armarium revolvuntur. Nec libri decedentium ſine Miniſtri, & Diſcretorum conſilio diſpenſentur, nec etiam diſtrahantur, & quidquid de eis factum fuerit, regiſtretur.

Item quod omnes Fratres de Cuſtodia Florentina, & extra Cuſtodiam, qui habent libros Armarii ad vitam, teneantur ſemel in anno Cuſtodi, Guardiano, & Armariſtae praeſentialiter demonſtrare. Et qui contrarium fecerit, ipſis libris priventur, & ad Armarium revertantur.

Inſuper quia interdum ex eo, quod libri Conventui relinquuntur, Fratres illos diſtrahunt, & communibus uſibus applicant diſtinguentes inter Armarium, & Conventum, cum ipſum librorum nomen ſe declaret ad Armarium librorum, & ſtudium pertinere, & hanc intentionem eſſe teſtantis, praecipio firmiter tales libros Armario applicari, non obſtante quod dicuntur relinqui Conventui, nulla de Armario habita mentione. Quia vero interdum multiplicantur iidem libri, & aliqui magis utiles frequenter occurrunt; placet mihi, quod fieri poſſit commutatio in utilitatem dumtaxat de Diſcretorum omnium conſilio, & aſſenſu, & nihilominus Miniſtro conſulto. Et quia frequens Armariſtae mutatio utilitati, & cuſtodiae debitae Armarii, & praedictis ordinationibus plurimum obeſſe dignoſcitur; volo, quod nec inſtitui, nec deſtitui poſſit Armariſta ſine mea licentia ſpeciali, & ſemper de conſilio Praelatorum, & Diſcretorum Florentini Conventus.

Inſuper libri Novitiorum uſibus deputati, ſive ſint pro Divinis Officiis, ſive ſint aedificationis, ac devotionis ad mores, ſimiliter a Magiſtro Novitiorum aſſignentur ad partem, & nihilominus ad partem ab Armariſta cum aliis regiſtrentur, ne ſic de facili omittantur, vel etiam diſtrahantur.

Praedicta ergo omnia, ſicut in principio continetur, mando etiam in fine per obedientiam, ſicut ſuperius continetur, firmiter obſervari, & quod per eamdem obedientiam teneantur Conſulentes fideliter, affectu quocumque poſtpoſito, cum ſuper aliquo praemiſſorum fuerint requiſiti, conſilium exhibere, & quod omnia circa praedicta habita conſilia, & conſulentium, ſive diſſuadentium nomina regiſtrentur.

Hanc vero Litteram Armariſta ſollicitus ſit ſervare, & volo, quod ſemper intra quindenam, vel ad tardius unum menſem legatur Fratribus in communi. Datum Florentiae die 11. Menſis Auguſti An. Domini MCCCLXVII

Ego Frater Franciſcus *de Emporio Miniſter Tuſciae omnia ſupraſcripta approbo, & confirmo, & mando per ſanctam obedientiam ipſa inviolabiliter obſervari. Actum Florentiae die 12. Auguſti An. Domini MCCCLXVII.*

Ego Frater Bernardus *praedictus ſecunda vice Miniſter Tuſciae exiſtens hanc Litteram approbo, & confirmo, & mando ab omnibus, ut praedicitur, inviolabiliter obſervari.*

Ego Frater Baptiſta *Miniſter Tuſciae confirmo ſupraſcripta.*

(2) Plut. I. Partis ſin. num. I. fol. huius Voluminis pag. 62.

(3) Plut. XVII. Partis dextr. num. VIII. Ibid. pag. 519.

gitur [1]: „ Iſtud Volumen dedit Frater *Henricas* de *Circulis* Fratribus Minoribus Florentini Conventus anno Domini MCCLXXXV. &c. „ vel ita: [2] „ Fuit olim deputatus ad uſum Reverendi Patris Fratris *Philippi* de *Peruſio*, qui fuit Miniſter Tuſciae multis annis, & ſocius Fratris *Bonaventurae* de *Balneo Regis*; tandem ſenex, & plenus dierum mortuus eſt in ſenectute bona in Conventu Florentino &c.; „ ſive [3] „ iſtum librum emit Frater *Guicciardinus* de Sancto *Geminiano*, & eſt ſibi deputatus ad uſum in vita ſua, & poſt mortem deber redire ad Conventum Florentinum. „

§. LXII. Horum exempla ſunt ſequuti duo itidem Florentini, *Ambroſius* ſcilicet, & *Illuminatus* de *Caponſaccis*, quorum talis occurrit memoria [4]: „ Anno praedicto, ſcilicet MCCCV. erat Miniſter Tuſciae Frater *Antonius* de *Arretio*: Cuſtos Florentinus Frater *Illuminatus* de *Caponſaccis*: Guardianus Barbarini Frater *Ambroſius* ſubditus de Florentia, de populo Sancti *Iacobi* inter Foveas. „ His accenſendi *Marcus Riccius*, & *Accurſius Bonſantinus*, quorum poſtremus A. MCCCXXVII. ab *Ioanne* XXII. Inquiſitor ad Patareoorum haereſim e Florentina dirione eliminandam delectus eſt.

§. LXIII. Proximi aetate fuerunt *Bonus* de *Lignaria*, & *Bernardus* de *Riccomannis*. In ipſorum Codicibus [5] ita adnotatum legitur: „ Nunc ego Frater *Bernardus* de *Riccomannis* de Florentia rogo cunctos mihi ſuccedentes, habituros uſum huius Libri, ſcilicet Quarti *Bonaventurae*, ne hunc titulum deleant. Addant ſuum titulum, ſi voluerint, ſine deletione praeſentis, & ſciant ſuccedentes, quod hic Liber fuit Fratris *Boni* de *Lignaria*, qui diu demoratus fuit Barbarini, & tenuit hunc Librum multo tempore, & emit ſatis care, ſicut aliqualiter poteſt legi ſuperius in titulo raſo. Poſtmodum praedictus Frater *Bonus* de *Lignaria* defunctus eſt Barbarini anno Domini MCCCXXXII. in Octava S. *Laurentii*, & poſtmodum Cuſtos, qui tunc erat Cuſtos Florentinus, ſcilicet Fr. *Michael Corda* de *Aretio*, conceſſit mihi Fratri *Bernardo* de *Riccomannis* hunc Librum aſſignanti ſibi pro eodem, pro debitis Cuſtodiae unum aureum. Iſte Liber eſt ad uſum Fratris *Boni* de *Lignaria* Florentiae &c. „ Symbolam quoque ſuam contulit anno MCCCXXXIX. *Gerardus* de *Leonardis* de Florentia, unde talis in quodam Codice [6] extat memoria: „ Iſtam Poſtillam ſuper Epiſtolam ad Romanos editam a Fratre *Alexandro*, Sacrae Theologiae Doctore, & Generali Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum dedit Armario Florentini Conventus Frater *Gerardus* de *Leonardis* de Florentia, quando ivit Romam Inquiſitor haereticae pravitatis anno Domini MCCCXXXIX. „

§. LXIV. A tam laudabili conſilio non abhorruere *Blaſius*, *Ioannes Franciſcus*, & *Ioannes Fantinus*, eiuſdem Coenobii alumni, ut patet ex ſequenti monumento [7]: „ Iſte Quartus *Bonaventurae* eſt deputatus ad uſum Fratris *Blaſii* de S. *Georgio* de Florentia, qui fuit ſibi adſignatus ad vitam a Conſilio Florentino, tempore Guardianiae Fratris *Franciſci Cerrae*, exſiſtente Cuſtode Fratre *Ioanne Chalvagi*; Lectore vero Caſtri Florentini ipſo Fratre *Blaſio*, anno Domini MCCCL. tempore Iubilaei. Haec autem ſcripſit Frater *Blaſius* praedictus anno Domini MCCCLII. In Caſtro Florentino; praeſente Fratre *Iacobo Nuti*, Lectore Topicae ibidem, die VI. Novembris, & ſequenti die ivit Volaterras praedictus Frater *Blaſius*, ubi erat poſitus Lector per Fratrem *Guillelmum Farinerii* de Conventu Gordonii, Provinciae Aquitaniae, Generalem Miniſtrum. „ De *Fantino* vero haec habes [8]: „ Iſta Poſtilla eſt ad uſum Fratris *Ioannis Fantini* Ordinis Minorum Provinciae Tuſciae, quem habuit ad vitam a Conventu Florentino de licentia Miniſtri, & Conſilio Diſcretorum Florentini Conventus die III. Decembris MCCCLVIII. „

§. LXV. Aliorum etiam liberalitate aucta eſt Bibliotheca, nimirum Fr. *Bernardi* de *Guaſconibus*, cuius in Codicibus legitur: „ Ad uſum Fr. *Bernardi* de *Guaſconibus* „ tum Fr. *Ludovici* de *Nerlis*, cuius haec extat epigraphe [9]:

Iſte

(1) Plut. III. Part. dextr. num. V. ibid. pag. 341. & Plut. VII. eiuſdem Part. num. IX. ibid. pag. 371.

(2) Plut. XIII. Partis dextrae num. IX. ibid. pag. 438.

(3) Plut. XXXI. Partis ſin. num. IX. Ibid. pag. 370.

(4) Plut. XXVII. Partis dextr. num. II. vid. pag. 727.

(5) Plut. XXVII Partis dextrae num. II.

(6) Plut. XXIV. Part. dextr. Cod. XI. huius Voluminis pag 682.

(7) Plut. XXVI. Partis dextrae num. II.

(8) Plut. XXIV. Partis dextrae num. IX ibid. pag. 682.

(9) Plut. XXXVI. Partis dextrae Cod. XI. ibid. pag. 757.

Iſte Liber eſt ad uſum Fr. *Ludovici* de *Nerlis*, quem emit Pariſius, dum ibidem ſtudens exiſteret anno Domini MCCCLXXII. „ ac tandem Fr. *Iacobi Fei*, Theologi Florentini, qui anno MCCCCII. Quaeſitoris fidei officium in patria exercebat. Huius mentionem, praeter alios, facit *Franciſcus Cionaccius* in Hiſtoria Florentinae Eccleſiae Ms. in Bibliotheca Publica *Magliabechiana* (1). In Codice itaque illo (2), qui continet Compilationem quamdam diverſorum articulorum recollectorum a diverſis Doctoribus in Vniverſitate Oxoniae, legitur: „ Fuit ſcriptum per me Fratrem *Iacobum Fey* de Florentia, Ordinis Fratrum Minorum, in Conventu Oxoniae anno Domini MCCCXCIII. die ſequenti feſtum Quadraginta Martyrum, ad laudem Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Amen. „

FR. THEDALDVS DE CASA.

§. LXVI. His autem, aliiſque exemplis *Thedaldus* de *Caſa* mirifice incenſus, ad eamdem Bibliothecam magis magiſque locupletandam totus incubuit. Patre uſus eſt *Octaviano*, ut ex hoc monumento in Codice (3) adpoſito eruitur: „ Iſte Liber eſt ad uſum Fratris *Thedaldi* Ser *Octaviani* &c. „ Natus autem eſt in Pulicciano, agri Mugellani oppido, unde in *Macrobii* Codice (4) notatum lego: „ In iſto Libro, qui eſt ad uſum Fratris *Thedaldi*, *Octaviani* de Pulicciano &c. (5) „ Hinc factum eſt, ut *Thedaldus* de Mucello quandoque nuncupetur. Ad Minorum Ordinem ſe contulit, ubi multis eſt auctus honoribus (6). De Calavoniae Miniſterio quod geſſit, monumentum habes in fine cuiuſdam Codicis (7) „ & quidem ita: „ Hunc Librum mutuavit mihi Frater *Thedaldus* de *Caſa* Miniſter Calavoniae &c. „ Primum etiam gradum in officio fidei Quaeſitoris vice duplici obtinuit (8), quo quidem in munere eos conſectando, qui *Clementis* Pſeudopontificis partibus adhaeſerant, in id potiſſimum incubuit, ne in Capite Eccleſiae colendo, ſuorum civium animi diſſociarentur.

§. LXVII. Nec minus profanis, quam ſacris litteris ingenium ſuum excoluit. Graecae ſiquidem linguae non ignarus fuit, cuius elementa a *Leontio Pilato* fortaſſe acceperat. Leguntur enim in Codice excerpta (9) Odyſſeae Homericae, quam Latine *Leontius* traduxit, a *Thedaldi* manu exarata. Ad *Emmanuelis* quoque *Chryſolorae* ludum acceſſiſſe (10) crediderim; idcoque eidem, veluti Graecarum litterarum ſtudioſo, neſcio quis *Ariſteam* de LXX. Interpretibus a ſe Latine converſum nuncupavit (11).

§. LXVIII. Verum, ut poſteris, famaeque ſuae tutius conſuleret, ſedulam dedit operam in conficiendis manu ſua pluribus, tam veterum, quam recentiorum ſcriptorum exemplis, quae in adornando hoc Catalogo paſſim obſervavimus. Ac primo quidem dici vix poteſt quam bene de Operibus *Petrarchae* meruerit. Conceſſerat ea de re Patavium Anno MCCCLXXVIII. (12), ut ibi tam chari capitis exemplaria, nocturna diurnaque manu verſaret, fideliterque deſcriberet. Exſtat adhuc *Thedaldi* autographum (13), varia continens *Petrarchae* Opera, quae a Poëtae archetypo Patavii deſcripſerat. Anno poſtero Florentiam rediiſſe deprehendimus ex *Coluccii Salutati* Epiſtola, data die XIII. Iunii MCCCLXXIX. ad *Lombardum* a *Serico* Patavinum, eumdemque *Petrarchae* diſcipulum,

(1) Tomo I. ad annum MCCCCII. Claſſ. XXXVII. Cod. XLVIII. chart. in fol.

(2) Plut. XVII. Partis ſin. num. X. huius Voluminis pag. 330.

(3) Plut. XXVII. Part. ſin. num. IX. ibid. pag. 205.

(4) Plut. XXIV. Partis ſin. num. IX. ibid. pag. 176.

(5) Fratrem habuit *Tinum* Notarium Florentinum, cuius nomen occurrit ad calcem veterum chartarum Saeculi XIV. Inter Codices Bibl. *Magliab.* Claſſ. XXV. num. XIX. chartac. in fol. Italicum exſtat Chronicon ab anonymo ea aetate contextum, in quo memoriae proditum eſt, die I. Maii anno MCCCLXXIX. *Tinum Octaviani* filium de *Caſa*, Mucellanum hominem, Notarii munere functum fuiſſe penes illos, qui Florentini Imperii Summae praeerant.

(6) *Lucas Waddingus* in Annalibus Minorum Lugd. MDCXLII fol. Tom. V pag. 67. Cap. XXI. quum ad annum MCCCCIX. ſcripſiſſet Fr. *Thedaldum* de *Caſa* IV. Nonas Octobres Piſis inſtitutum fuiſſe ab *Alexandro* V. *Sedis Apoſtolicae Sacellarium*, id tantum adiigit, fuiſſe ſcilicet *virum timoratum*, *& pium*, *qui in Monaſteriis Ordinis conſenuerat*. Pontificium vero Diploma adfertur in nova Annalium editione, cura *Iosephi Mariae Fonſecae*, Romae typis *Rochi Bernabò* MDCCXXXIV. fol. Tomo IX. pag 508.

(7) Plut. XXVIII. Partis ſin. num. I. huius Voluminis pag. 207

(8) Primum A. MCCCLXXX menſe Iulio.

(9) Plut. XXI. Partis ſin. num. VIII. ibid. pag. 160.

(10) Exſtant quaedam Graecorum ſtudiorum primitiae ſub eodem *Emmanuele* ineunte Saeculo XV. confectae, de quibus *Thedaldus* exemplum manu ſua ſumpſit Plut. XXV. Part. ſin. num IX. ibid. pag. 188. § II. ſeqq. Graeca verba ſua manu *Thedaldus* addidit duobus Codicibus, *Senecae* videlicet Plut. XXIV. Partis ſin. num. IV ibid pag. 174. ac *Svetonii* Plut. XX. eiuſdem Partis num. III. ibid. pag. 147.

(11) Plut. XXV. Partis ſin. num. IX. ibid. pag. 188. § I.

(12) Eodem anno Mediolanum ſe contulit, ut ibi quoque veteres ſibi Codices compararet. Vid. Plut. XXI. Partis dext. Cod. II. ibidem pag. 589. & Plut. VI. eiuſdem Partis Cod. II. ibid pag. 724.

(13) Plut. XXVI. Part. ſiniſtrae Cod. IX. ibid. pag. 596.

lum, atque praeconem (1). Eo ipſo anno ad reliquos *Petrarchae* Libros exſcribendos ſe totum convertit; unde ad calcem Libri IV. Invectivarum contra Medicum (2) notarum comperi „ Scriptum per manum Fratris *Thedaldi* de Mucello, Ordinis Minorum, Florentiae MCCCLXXIX. ſexta die Octobris. „ Sed nil *Thedaldo* glorioſius, quam Africae a *Petrarcha* infectae, & ab eo correctae memoria. Conſtat enim hoc celeberrimum Poëma, auctore ſuperſtite, nondum fuiſſe explicitum, ideoque ab eo minime in vulgus editum; praeter illud quatuor ac triginta verſuum ſpecimen, quod *Barbato* Sulmonenſi Neapoli dederat (3). *Petrarcha* igitur e vivis erepto, quum rerum ſuarum miniſtri, conſilii inopes, vel de corrigenda, vel ſimul cum pluribus aliis Libellis Africa incendio delenda cogitarent (4), *Coluccius Salutatus* (5), *Benvenutus* de *Imola*, & omnium maxime *Ioannes Boccaccius* (6) de Poëmate illo aeternitati conſecrando deliberarunt; hinc tantorum virorum auctoritate factum eſt, ut Africam *Boccaccii* iudicio committendam ſe Florentiam tranſmiſſurum promiſerit *Franciſcus* de *Broſſano* (7), praecipuus *Boccaccii* cultor. Sed quum *Boccaccio* iam decedenti fidem *Franciſcus* minime praeſtitiſſet, *Salutato* venit in mentem exemplum illud expoſcere (8), quod *Boccaccio* indulgens, idem *Franciſcus* curaverat tranſcribendum. Illud igitur nactus *per fideliſſimum, nobilemque meritis, & ſanguine virum* (9), Nicolaum *puta* Niccolum, Patavio reducem, V. Kal. Februarias A. MCCCLXXV. Africam primus omnium Florentiam intulit (10). Quid autem de ea facere moliretur, paucis adverte: „ Certe cogitabam (ſcribit (11) ille *Franciſco* de *Broſſano*) revidere Librum, & ſi quid, ut ſcribis, vel abſonum, vel contra metrorum regulam intolerabile deprehendiſſem, curioſius elimare, & ſicut *Naſo* finxit in *Aeneida*, ſingulos Libros paucis verſiculis, quaſi in argumenti formam breviſſime reſumere, & exinde pluribus ſumptis exemplis, & per me ipſum correctis, & diligenter reviſis, unum ad Bononienſe Gymnaſium, unum Pariſius, unum in Angliam cum mea Epiſtola de Libri laudibus deſtinare, & unum in Florentia ponere in loco celebri, ut per omnes mundi plagas tantum Opus, tantique Vatis nomen ſplendidiſſimum volitaret &c. „ (12) Ac re quidem vera proſtat etiam nunc in *Mediceo* ſacrario Codex ille (13), quo ad tollenda menda uſus fuit *Salutatus* (14), adhibitis etiam, & in ſocietatem laboris ſibi adiunctis clariſſimis aetatis ſuae viris, ac potiſſimum *Thedaldo*, homine bonis artibus erudito, cuius propterea in eodem *Mediceo* exemplo adparent notae, & illae quidem criticae, ſimulque metricae (15), quae *Petrarchae* ſupplent carmina, & metra corrigunt.

§ LXIX. Ad exſcribenda praeterea *Io. Boccaccii* aequalis ſui egregia monumenta (16) convertit operam *Thedaldus*, ita tamen, ut vetuſtioris quoque aetatis ſcriptores minime negligeret; quapropter ope *Nicolai Niccoli* quum vetuſtiſſimum illum *Apuleii* Codicem (17), qui nunc in *Medicea* adſervatur Bibliotheca (18) obtinuiſſet, illud confecit exemplum, quod heic habemus (19), infectum tamen, & in calce mutilum, unde in margine adnotavit: ***Non complevi, quia corruptum exemplar, nec intelligebam.***

§. LXX. In Codicibus etiam tam veteris, quam novi foederis deſcribendis, & il-

(1) Plut. XC. Sup. Cod. XLI. Catal. Tom. III. pag. 567. §. XXXV.

(2) Plut. XXVI. Partis fin. Cod. VIII. huius Voluminis pag. 193. § II

(3) Leguntur *Coluccii Salutati* de Africa in turbam danda Carmina exhortatoria; de quibus vid. cit. Cl. *Mehus* in *Ambroſii* Vita pag. cccxi ſeqq

(4) Vid. Part. II Epp *Coluccii* curante *Ioſ. Rigaccio* Florentiae MDCCXLII. 8. pag 34. ſeq. & pag. 41. ſeq.

(5) Ibid pag. 37. & 41.

(6) Conſule cit. *Ambroſii* Vitam pag. ccv.

(7) Vid. cit. Part. II. Epp. *Coluccii* pag. 36.

(8) Vid. cit. Part II. Epp. *Coluccii* pag. 49.

(9) Vid. *Coluccii* Epp. ex recenſione *Laurentii Mehus* Part. I. pag. 136. & curante *Rigaccio* Part. II. pag. 79.

(10) In cit. *Ambroſii* Vita pag. cclv.

(11) *Coluccii* Epp. Part. I. pag. 137 ex recenſione *Laur. Mehus.* & curante *Rigaccio* Part. II. pag. 80.

(12) Verum iacturam, & quam in Africae apographo indidem deplorat *Coluccius* Part. I. Epp. pag 138. ſeq. & Part. II. pag. 81. a *Franciſco* de *Broſſano* ſequenti tempore receperit, non eſt compertum, eamque ob cauſam etiam addubito, an ille ad Bononiae, Angliae, Galliaeque Academias Africae a ſe correctae tranſmiſerit exemplum.

(13) Plut. XXXIII. Cod. XXXV. Catalogi Tom. II. pag. 131.

(14) Huius rei certa ſunt indicia *Coluccii* notulae, gloſſae metricae, ac pauci illi *verſiculi*, qui in ſingulorum Librorum limine *ſingulos libros, quaſi in argumenti formam breviſſime recolligunt*.

(15) Lib. V. pag 62. 73. Lib. VII. pag. 192 &c.

(16) In his ponendus eſt Libellus de Caſibus Virorum Illuſtrium Plut. XXVI. Part fin. num. VI. huius Voluminis pag. 192. quem vide in fine; necnon pars Operis de Genealogia Deorum Plut. XXVI. Part. fin. num. VII ibid. pag. 193.

(17) Vid. Prooem. ad Vitam *Lapi* de *Caſtiglionchio*.

(18) Plut. LXVIII. num. II. Catalogi Tom. II. pag. 834.

(19) Plut. XXIV. Part. fin. num. XI. huius Voluminis pag. 177.

Digitized by Google

& illuſtrandis multum induſtriae ac laboris impendit. Exſtat Poſtilla ſuper *Ioannis* Evangelio (1), eius manu anno MCCCLVII. ſcripta, cuius in tegmine habetur: „ Iſte Liber, ſive iſta Poſtilla ſatis bona eſt ad uſum Fratris *Thedaldi* de Mucello, quam ſuis tribus digitis non modico labore conſcripſit in paucis diebus, in loco Nemorum anno Domini MCCCLVII. „ In calce vero: „ De manu Fr. *Thedaldi*. „ Poſt nec ita multo: „ Scriptum eſt hoc Opus ſub anno Domini MCCCLVII. & in vigilia Sancti *Thomae* Apoſtoli completum in Nemore de Mucello, in loco Fratrum Minorum. „ Scripſit etiam alteram illam *Nicolai* de *Lyra* ad univerſos Veteris Teſtamenti Libros, eamque explevit tertium poſt annum, quam fuerat exorſus, quaeque in duos tributa Codices adhuc ſupereſt. Horum in primo (2) legitur ad calcem *Tobiae*: „ Explicit Poſtilla ſuper Librum *Tobiae*, edita a Fratre *Nicolao* de *Lyra* Sacrae Theologiae Doctore, de Ordine Fratrum Minorum, ſcripta Florentiae per manum Fratris *Thedaldi* de Mucello, eiuſdem Ordinis, MCCCLXXXII. die XVII. Februarii, Indictione quinta. „ In fine *Iudith*: „ Explicit Poſtilla Fratris *Nicolai* de *Lyra* ſuper Librum *Iudith*, de Ordine Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctoris, quam Florentiae ſcripſit Frater *Thedaldus* de Mucello, eiuſdem Ordinis MCCCLXXXII. de menſe Februarii. Rogate Deum pro eo &c. „ Ad *Machabaeorum* calcem: „ Explicit Poſtilla ſuper ſecundum Librum *Machabaeorum*, edita a Fratre *Nicolao* de *Lyra*, de Ordine Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Venerabili Doctore. Scriptum Florentiae per Fratrem *Thedaldum*, eiuſdem Ordinis, MCCCLXXXV. IV. Iulii. „ In altero vero Codice (3) indidem membranaceo ad *Iſaiae* terminum: „ Scriptum Florentiae per Fratrem *Thedaldum*, eiuſdem Ordinis Profeſſorem, anno Domini MCCCLXXXIV. die XXIX. Martii completum. „ Eo autem in loco, ubi *Baruch* explicit, inſequens legitur verſiculus:

Quam tribus in digitis depinxit chela Thedaldi.

ubi vero finit *Ezechiel*:

Pollice quam feſſo ſcriba Thedaldus *arat*.

Tandem in *Malachiae* calce: „ Completum Florentiae ſuper totum Teſtamentum Vetus anno Domini MCCCLXXXVI. quinta die Aprilis per Fratrem *Thedaldum* de Mucello, Ordinis Minorum. Amen. „

§. LXXI. At non ſolum veteres, recenteſque Auctores exſcripſit, ſed etiam eorum recenſuit Opera, ſuiſque notulis illuſtravit. Quae in utroque *Petrarchae de Remediis utriuſque fortunae* Libro perſequutus ſit, Cl. *Laur. Mehus* (4) latiſſime explicavit. Chronicon inſuper illud, conſcriptum ab *Adamo*, Clerico Claromontani Epiſcopi, animadverſionibus ſuis nobilitavit (5), eiuſque in calce conquerens de tertia, quae deficit, Parte: *deficiuntque* (ait) *multa pulcra*, & *utilia*. In alio quoque Codice (6) occurrit *Statii* exemplum *Thedaldi* notulis, iiſque uberrimis explicatum, quas inter libro ſecundo, ac decimo citatur *Ioannes Boccaccius* his verbis: „ Dominus *Ioannes Boccaccius* de Florentia in Libro rhythmico vulgari, qui intitulatur lo *Theſeo*, ſic ait: Quod *Theſeus* Dux Athenarum &c. „ Alio inſuper ſingulari beneficio, tam ſacras, quam profanas litteras *Thedaldus* adfecit; ut enim mos gereretur *Ioanni* XXII. Romano Pontifici, Librorum omnium ſtudioſo, eodemque tempore *Ludovici* Bavari obtrectatori acerrimo, excogitatae paullo ante fuerant tabulae quaedam, ſive ſummulae, & ad poſteros traductae Pontifices, quae Auctorum flores excerperent, ac breviter exhiberent (7). Has igitur plurimas confecit *Thedaldus*, quae paſſim in hiſce Codicibus occurrunt. Prae reliquis verſatum a me eſt Compendium hiſtoriarum Romanarum, poſt excidium Troiae, & a condita Vrbe uſque ad *Diocletianum* Auguſtum, editum & compilatum a Magiſtro *Benvenuto* de *Imola*, alio nomine *Romuleon* appellatum, cuius in calce legitur Tabula, quae hiſce abſolvitur verbis (8) „ Iſta tabula eſt manu Fratris *Thedaldi*. „

Tum

(1) Plut. X Part. dextr. num. VIII ibid. pag. 411.
(2) Plut. VI. Part. dexter. Cod. III. ibid. pag. 725.
(3) Plut. VI. Partis dextrae Cod. IV. ibid.
(4) In Vita *Ambroſii* Camald. pag. CCXXXV. ſeqq.
(5) Plut. XXI. Part. ſin. Cod. VIII. huius Voluminis pag. 160.
(6) Plut. XVIII. Partis ſin. Cod. IV. ibid. pag. 132.
(7) Rem aperit *Petrarcha* Libro II. Rer. Memor. Cap. V. pag. 429. edit. Baſil. MDLXXXI. fol. quem vide.
(8) Plut. XXI. Part. ſin. num. X. huius Voluminis pag. 162.

Tum alieno ſequitur calamo: „ Nota etiam, quod in iſto Libro multa ſunt falſa, & incorrepta, vitio ſcriptorum, quod Frater *Thedaldus* non tantum vixit, quoad potuiſſet corrigere &c. „ Omnium optima eſt altera, qua Codicem [1] nobilitavit, qui *Beati Iſidori* Etymologias continet, cuius in termino talis eſt ſententia: „ Explicit Tabula ſuper *Iſidori* Etymologias, ſcripta per Fratrem *Thedaldum* de Mucello Florentiae MCCCLXXXIV. XX. Octobris. „ In alio Codice [2], qui Poſtillam ad Prophetas *Hieremiam*, & *Ezechielem* comprehendit, a Fratre conſcriptam *Guerrito*, adſuta in limine eſt a *Thedaldo* tabula, cuius in fine: „ Explicit Tabula, quam percurrendo potius, quam ſtudendo hunc librum compoſui; ideo non eſt univerſalis de omnibus notabilibus contentis in eodem Libro MCCCLXXXVI. Frater *Thedaldus*, Ordinis Minorum. „ Quantam vero Codicum vim ipſe congeſſerit, facile poteſt intelligi ex notula, quam ad illum *Petrarchae* locum in altero *Secreti* Libro [3] „ Credo quod praeclarum aeſtimas purpureis ſtratis obitum mori, ſepulcro iacere marmoreo, linquere ſucceſſoribus de opulenta hereditate certamen &c. „ idem adſcripſit; ita enim ad oram Codicis hiſce verbis reſpondentem legitur [4]: „ Nota de libris tuis, Frater *Thedalde*. „ Quibus ex verbis conicere poſſumus, nondum deliberaſſe, cui tot litterarias opes hereditate relinqueret.

§. LXXII. Tot igitur in Litteras ſacras, & profanas meritis clarus quum conſenuiſſet *Thedaldus*, mirum non eſt, ſi *Alexander* V. Pont. Max. ipſum in ſuum, ac Sanctae Sedis Apoſtolicae, ut vocant, Sacellarium adlegerit, ut patet ex Pontificio Diplomate [5], quod heic proferimus: „ Dilecto Filio *Thedaldo* della *Caſa*, Ordinis Minorum. Quum in memoriam venimus eorum hominum, qui in ſancta quaque Religione diebus noſtris cum egregia laude diutius obſervati ſunt, non inter poſtremos tua devotio nobis occurrit. Sicut enim accepimus, tu zelo verae ſalutis ardens, blanditiis ſaeculi huius omiſsis, iunior clauſtra ſubiiſti; aetate deinde maturiori omnia rite perficiens, quae ad Religionis tuae decus, immo ad tuum ipſum accederent, in eis conſtantiſsimo animo permanſiſti. Nunc vero quum ſenium ipſum tuum quietem videtur optare, circa ea ita te geris avide, ſollicite, atque magnifice, nunc cultui divino vacando, nunc lectioni ſacrae invigilando, nunc verbo, & exemplo firmando lubricos, exhortando ſtabiles, ut cum ipſa ſenectute adoleviſſe ſimul amor tuae perſeverantiae videatur. Quae omnia quamquam apud quoſcumque verae rationi innitantur, quoniam non qui caeperit, ſed qui perſeveraverit, ſalvus eſt; tamen conſolationem non modicam nobis praebent, noſque incitant, ut illa tibi libentiſsime concedamus, per quae non ſaeculum fugax, non anguſtias huius vitae, non labores inanes mediteris, ſed animam tuam vero bono, hoc eſt Redemptori noſtro Ieſu valeas vendicare. Vnde volentes te fieri participem quorumdam Sedis Apoſtolicae munerum, te in Capellanum noſtrum, & dictae Sedis aſſumimus, & omnia tibi merita, quae huiuſmodi Capellanis ad animae ſalutem per Praedeceſſores noſtros Romanos Pontifices, & dictam Sedem indulta ſunt, plenius elargimur. Vtque etiam uberius charitatis noſtrae affectum adeſſe tibi cum Deo noſcas, ut Confeſſor, quem duxeris eligendum, tibi in ſinceritate fidei, unitate Sanctae Romanae Eccleſiae, & obedientia perſiſtenti, plenam remiſſionem omnium peccatorum tuorum in mortis articulo concedere valeat, indulgemus. Nulli ergo &c. Datum Piſis IV. Nonas Octobris Pontificatus noſtri anno I. „

§. LXXIII. Aequalem habebat Fr. *Matthaeum*, *Guidonis* filium, qui in primis omnium Fratrum calamo doctus, ſcribendi negotio ſe dederat, cuius manu non pauca ſunt in hac Bibliotheca confecta exempla. Adſervatur in Codice *Mediceae* Bibliothecae [6] Legenda antiqua Beati *Franciſci*, cuius in calce: „ Expliciunt Chronicae Ordinis Minorum. Iſte Libellus ſcriptus eſt ſub anno Domini MCCCLXXXI. XVII. die menſis Februarii per manus Fratris *Matthaei*. „ Huius intima familiaritate quum uteretur *Thedaldus*, multa ei officia praeſtitit, ac Codices, quibus indigeret liberaliter indulgebat; quapropter ad calcem unius [7], qui multa continet *Petrarchae* Opuſcula, *Thedaldi* ſcripta manu, legitur:

(1) Plut. XXVII. Part. ſin. Cod. IX. ibid. pag. 203.
(2) Plut. IX. Part. dextr. num. VI. ibid. pag. 392. §. IV.
(3) Plut. XXVI. Part. ſin. num. IX. ibid. pag. 196. §. VII.
(4) Pag. Codicis 204.
(5) Hoc Diploma enunciavimus ſupra pag. XLII. not. 6.
(6) Plut. XX. Cod. VII. Catal. Tom. I. pag. 618.
(7) Plut. XXVI. Partis ſin. Cod. IX. huius Voluminis pag. 196.

tur : „ Iſte (Liber) eſt ad uſum Fratris *Matthaei Guidonis*. „ Suos inſuper Codices conceſſerat *Matthaeo*, quoad ille vixiſſet, unde illo in Codice, de quo ſupra egimus *Thedaldi* manu expreſſo, Poſtillamque ſuper *Ioannis* Evangelium continente, talis extat memoria : „ Iſte Liber eſt ad uſum Fratris *Matthaei Guidonis* in vita ſua. „ Praeterea haec *Thedaldum* inter ac *Matthaeum* conditio interceſſerat, ut qui ex iis ſuperſtes eſſet, illius exempla reciperet, qui prior diem ſuum obiiſſet. Huc illa pertinent verba Codicis illius (1), qui varia continet *Petrarchae* Opuſcula, quorum in calce habetur : „ Liber iſte Domini *Franciſci Petrarchae* de Vita Solitaria, Invectivarum in Medicum, de Remediis utriuſque fortunae, & quibuſdam aliis, eſt ad uſum Fratrum *Matthaei Guidonis*, & *Thedaldi*, remanſurus cuique eorum ſuperviventi. Scriptum IX. Decembris MCCCXCIII. „ (2) Sed quum Deus Optimus Maximus *Thedaldum Matthaeo Guidoni* ſuperſtitem eſſe voluiſſet, de Codicum ſuorum theſauro, in duas tributo partes, Sanctae Crucis Bibliothecae dicando, ſedulo cogitavit. Primum itaque donum in annum incidit MCCCCVI. unde in ipſorum pleriſque legitur : „ Iſte Liber fuit ad uſum Fratris *Thedaldi* de *Caſa*, quem vivens adſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus MCCCCVI. Sequutum eſt alterum anno MCCCCX. illorumque Codicum in calce haec ſunt ſcripta : „ Iſte Liber fuit Fratris *Thedaldi* de *Caſa*, quem donavit Conventui anno Domini MCCCCX die XIV. Decembris. „ Interdum quoque : „ Iſte Liber fuit ad uſum Fratris *Thedaldi* de *Caſa*, quem vivens adſignavit Armario Florentini Conventus anno Domini MCCCCX. die XIV. Decembris. „

§. LXXIV. Nonnulli tamen *Thedaldi* Codices alienati fuere. Vnus in his (3), ab eodem ſcriptus, reconditur in *Medicea*, cuius in calce haec ſunt notata : *Ad uſum Fratris* Thedaldi *de Mucello*. Plura autem continet, quae pertinent cum ad acerbam illam obtrectationem, quae *Thedaldi* ſaeculo inter *Ludovicum* Bavarum, ac *Ioannem* XXII. Romanorum Pontificem interceſſerat, tum ad alterum diſſenſionis globum *de Chriſti paupertate*, qui multa mala, univerſae intulit Eccleſiae (4).

§. LXXV. Fratrum vero *Thedaldi*, atque *Matthaei* Codicibus acceſſerunt etiam illi, qui eidem *Thedaldo* dati fuerant muneri. Relatum namque lego in Codice quodam (5) : „ Nota, quod anno Domini MCCCLXXXIII. die XVI. Iulii Ser *Dominicus Allegri* (6), ſanus mente, licet corpore languens &c. mihi Fratri *Thedaldo* donavit, & libere largitus eſt hunc Librum Concordiae *Ioachim* Veteris & Novi Teſtamenti &c. „ *Naddus* praeterea *Matthaei* filius *de Lanciano* (7) Codices ſuos *Thedaldo* obtulit, cuius quidem muneris talis extat memoria (8) : „ Iſte Liber eſt ad uſum Fratris *Thedaldi*, quem dedit Ser *Naddus* de *Lanciano* anno Domini MCCCLXXX. &c. „ Ipſum quoque eadem auxit liberalitate *Vivianus* de *Franchis* de *Sambuco*, *Nerei* ſenioris filius, civis, ac Notarius Florentinus, idemque Reformationum, ut vocant, Scriba (9), cuius hoc monumentum ſupereſt in fine cuiuſdam Codicis (10) : „ Liber Ser *Viviani Nerii*, quem emit a Magiſtro *Antonio* de Ordine Fratrum Servorum florenis quinque, die XIII. Septembris MCCCXCVIII „ Pari Codicum munere *Thedaldum* adfecerunt *Villani* duo, *Philippus* ſcilicet iunior, atque *Franciſcus*. In limine antiquiſſimi Codicis (11), qui continet *Expoſitionem Evangeliorum Venerabilis* Brunonis *Epiſcopi*, legitur : „ Iſte Liber fuit ad uſum Fratris *Thedaldi* de *Caſa*, quem ſibi dedit Dominus *Franciſcus* de *Villanis* de Florentia, & quem ipſe vivens adſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Con-

(1) Plut XXV. Part. ſin. num VIII. ibid. pag. 194. §. VI

(2) Hi autem diei annique numeri, vel ad id ſunt tempus referendi, quo illa eadem inter utrumque ſancita fuit conditio, vel quo exemplum longo forte ſcriptum ſpatio expletum eſt.

(3) Plut. XVII. Cod. XXIX Catal. Tom. I. pag. 352.

(4) De hac controverſia, iam incepente, callidiſſima coniecit *Armanninus* Iudex de Bononia in ea, quam confecit, Italiae *Fiorita* pag. 95. Cod. 495. Chartac. f. I. Bibl. quondam *Gaddianae*, nunc *Magliab.* Claſs. XXIII. num 73. *Ma ora ſi cominzia la gran male, perchè la quiſtione, ſe Criſto ebbe proprio, colle altre, che dopo queſta denno apparire, metteranno tra' Criſtiani gran diviſione &c.*

(5) Plut. VIII. Partis dextr. num. X. huius Voluminis pag. 382.

(6) Notarii officio apud Florentinos Dominos fungebatur ſub annis MCCCLXV & MCCCLXXX

(7) Notarius fuit Dominorum Florentinae Reipublicae A. MCCCCV. ac pridem quum *Thedaldus* Quaeſitor fidei factus eſt, *Naddum* S. Officii Notarium elegit die XI. Iulii MCCCXC.

(8) Plut. XXVIII. Partis dextr. Cod. XI. huius Voluminis pag. 69[illegible]

(9) [illegible] de vita [illegible] ſque agit Cl. *Mehus* in Vita *Ambroſii* pag. [illegible] ſeqq.

(10) Plut. VII [illegible] ſin. Cod. IX. huius Voluminis pag. 74

(11) Plut. [illegible] Partis ſin. Cod. III. ibid. pag. 247.

Conventus MCCCCVI „ In eiuſdem vero exempli calce : „ Iſte Liber eſt ad uſum Fratris *Thedaldi*, poſt cuius mortem remanere debet Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus, & fuit Domini *Philippi* de *Villanis* de Florentia, ſub tali conditione dicto Fratri *Thedaldo* conceſſus ab eodem. „ Habes heic *Villanos* duos, *Franciſcum* ſcilicet, atque *Philippum*, ni forte primo loco *Franciſcus* ſit litura tollendus. In altero eiuſdem Bibliothecae Codice [1], legitur in calce Fratris *Thedaldi* manu : „ Liber eſt Domini *Philippi Villani*, & vult, quod poſt mortem meam ſit in Armario Florentini Conventus. „ Nec praetermittendus in his eſt ille [2], qui continet *Innocentii* III Romani Pontificis Sermones, in quo adſcriptum eſt : *Sermones* Innocentii *Tertii Papae ad uſum Fratris* Thedaldi, *Dedit ſibi Dominus* Philippus *de* Villanis. Manet autem opinio, plures *Philippi* Codices in hanc S. *Crucis* Bibliothecam fuiſſe inlatos. Omnium longe praeclariſſimum eſt illud *Dantis* exemplum *Philippi* manu exaratum, cuius notatur in termino, *Philippum Villanum* complurium annorum ſpatio Peruſinorum fuiſſe Cancellarium [3].

§ LXXVI. Huic autem S. *Crucis* Bibliothecae tali modo a priſcis Coenobii Patribus conſtitutae, atque adeo a *Thedaldo* nobilitatae, magna quoque poſtero tempore manuſcriptorum facta eſt acceſſio. *Nicolaus* enim *Spinellius*, qui ad Minorum ſocietatem tranſierat, in eaque Florentini Inquiſitoris munere A. MCCCCVI. fuerat decoratus, de illa optime meruit. Exſtant adhuc *Nicolai* Codices, in quibus legitur : *ad uſum Fratris* Nicolai *de* Spinellis, ſive : *ad uſum Magiſtri* Nicolai *de* Spinellis, *ex Ordine Minorum, quem emit Paduae ibidem tunc Lector Regens, anno primo*. Interdum quoque : *Eſt* (Liber) *Armarii Florentini Conventus, Ordinis Minorum, qui fuit de eleemoſynis Magiſtri* Nicolai *de* Spinellis [4].

§. LXXVII. Pari officio laudandus eſt Fr. *Franciſcus* de *Foraboſchis*, cuius eſt inſcriptio : „ Ad uſum fuit Fratris *Franciſci* de *Foraboſchis*, qui pertinet Armario Florentini Conventus S. Crucis, Ordinis Minorum. „ In *Boëthii* vero Codice [5] „ Ego Frater *Franciſcus* de *Foraboſchis* hunc librum audivi a D. Magiſtro *Franciſco* de *Alumna* [6] anno Domini MCCCCXXV. „

§. LXXVIII. A *Leone* praeterea de *Prato*, *Franciſci* filio, eodemque Legum prudente nonnulli Codices dati ſunt muneri, unde in exemplo [7], quod tres continet eiuſdem *Leonis* Sermones de Beato *Franciſco*, extat in fine : „ Hic Liber eſt Conventus Fratrum S. *Crucis* de Florentia, donatus illis a Domino *Leone* de *Prato* auctore Libri, anno MCCCCLIII. die ſecunda Maii, in vigilia S. *Crucis* &c.

§. LXXIX. Huic accedit Fr. *Iacobus Blade*, cuius eſt talis memoria [8] : „ Iſte Liber fuit ad uſum Rev. Magiſtri *Iacobi Georgii*, Domini *Iacobi Blade*, qui pertinet Armario Conventus S. *Crucis* de Florentia Ordinis Fratrum Minorum. Obiit praedictus Magiſter *Iacobus* XXIII. menſis Septembris MCCCCLXII. „

§. LXXX In primis autem ad hanc Bibliothecam locupletandam Saec. XV. Codices adtulit Fr. *Sebaſtianus*, *Ioannis* filius de *Bucellis*, Florentinus, e Minorum Ordine, qui Armatiſta Florentini Conventus, ſive a Bibliotheca fuerat. Huius in Mſs. plerumque legitur : „ Iſte Liber fuit ad uſum Fratris *Sebaſtiani* de *Bucellis*, qui pertinet Armario Conventus S. *Crucis* de Florentia, Ordinis Fratrum Minorum. „ Interdum etiam : „ Iſte Liber eſt Armarii Conventus Florentini, quem Frater *Sebaſtianus Ioannis* de *Bucellis* de

Flo-

(1) Plut. IX. Partis dextrae Cod. VI. ibid. pag. 392, §. IV.

(2) Plut. XXIII. Part. dexter. Cod. VII. ibid. pag. 663.

(3) Haec de *Philippo Villano*, *Coluccius Salutatus* in Epiſtola ad *Dominicum*, *Bandini* filium, Grammaticum, eumdemque Rhetorem Aretinum (ex Cod. *Gad Med* Plut. XC Sup. num. XLI. pag. 64. Ep. XIX. *Exigit &c.*) *Nunc autem te rogo, poſtquam de* Quintiliani *ſpe decidi, niſi quatenus ex indulgentia pendebit optimi Fratris mei Domini* Philippi Villani *honorabilis Cancellarii Peruſini, ſi quis peregrinus auctor apud te eſt, me conſcium faciat*.

(4) Compertum eſt magnas pecunias ex eleemoſynis a Fratribus fuiſſe collatas ad Codices comparandos, unde in optimo *Mediceae* Bibliothecae Codice (Plut. XXIX. num. VIII. in 4. minori, Catalogi Tom. II. pag. 9. & ſeqq.) qui varia continet, iacent ſine titulo verſus rhythmici, quibus auctor inſectatur eos, qui ſacra procurant, atque in his *Gregorium IX.* Romanum Pontificem, quem liberius iuſto *Dominicanae* Familiae alumnis indulſiſſe contendit. Has igitur inter alias ſtationes, haec pag. Codicis 62. *b.* effudit anonymus :

Nam ſibi reſtitui faciunt uſuras,
Et id, quod adquiritur per falſas menſuras,
Inde Libros conſtruunt, & magnas ſtructuras,
Sed propter haec animas non ſanant ſixuras &c.

(5) Plut. XXV. Partis ſin. Cod. II. huius Voluminis pag. 180.

(6) Ita enim videtur potius legendum, quam *de Collina*, uti loco citato retulimus.

(7) Plut. XXXI. Partis ſin. Cod. VI. ibidem pag. 366. §. III.

(8) Plut. VIII. Partis dexter. Cod. I. ibid. pag. 374.

Florentia adſignavit Conventui, dum viveret. Praeſentem Librum emit a Domino *Nicolao* Canonico Arretino, ducatis quinque aureis cum dimidio &c.„ Sive: „ Iſte (*Liber*) eſt Armarii Florentini Conventus S. *Crucis*, Ordinis Fratrum Minorum, quem emit Fr. *Baſtianus* de *Bucellis* a Fr. *Iacobo Morelli*, pretio ducatorum novem, & groſſorum quatuor &c. „ Anni quandoque notam, quo illorum donatio facta eſt, aliquot *Bucelli* Codices praeſeferunt. Namque ad unius calcem legitur [1]: „ Iſte Liber eſt ad uſum Fratris *Sebaſtiani Ioannis* de *Bucellis* de Florentia, Ordinis Minorum, quem emit a *Ioanne* Domini *Laurentii* de *Redulfis*, ducatos tres cum dimidio, aſſignavitque Armario Florentini Conventus anno Domini MCCCCXLIV. die XX. Ianuarii. „ Nonnullis etiam ipſum emptionis annum addidit *Bucellius*. In primo enim cuiuſdam exempli [2] limine, quod *Aegidii* ſuper *Ariſtotelis* Rhetoricam Commentarium continet, relatum lego: „ Praeſentem Librum, videlicet *Aegidium* ſuper Rhetoricam *Ariſtotelis* adſignavit Frater *Sebaſtianus* de *Bucellis* de Florentia Armario Conventus Florentini, dum viveret, quem emit duobus ducatis aureis de ſuis eleemoſynis anno Domini MCCCCXLIX. „ E vivis autem exceſſiſſe *Bucellium* menſe Maio anno MCCCCLXVI. patet ex alio Codice [3], cuius in limine haec leguntur: „ Iſte Liber fuit ad uſum Fr. *Sebaſtiani* de *Bucellis*, qui pertinet Armario Florentini Conventus S. *Crucis*, Ordinis Fratrum Minorum, qui bonus Pater debitum humanae conditionis exſolvit XI. menſis Maii MCCCCLXVI. cuius benedicta anima requieſcat in pace. Amen. „

§. LXXXI. Memoratu quoque digna eſt Fr. *Bernardini Barduccii* liberalitas, qui Dialogum confecit *De laudibus Caſtitatis, atque Virginitatis* [4]. Hoc Exemplar [5], in cuius calce habetur: „ Finit Opuſculum editum, atque completum per me Dei gratia Fratrem *Bernardinum* Florentinum, Ordinis Minorum, anno Domini milleſimo CCCCLXXI. Kalendis Auguſti „ huic Bibliothecae dono dederat ipſe auctor, ibique inglorio pulvere ſordidatum verſarunt *Antonius Magliabechius*, & *Io. Cinellius* [6], qui Codicem a *Magliabechio* perceptum habuit [7].

§. LXXXII. Ad hos tamen ſingulos, quos hucuſque recenſuimus adceſſere complures alii, quibus ſunt accepti alii huius Bibliothecae Codices referendi. Scriptum namque in quibuſdam eſt: „ Aſſignavit Societas Horti S. *Michaëlis* Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus; [8] „ in aliis: „ Aſſignaverunt Capitanei Horti S. *Michaëlis* Armario Florentino Ordinis Fratrum Minorum. „ Reliquos nullo temporum diſcrimine nunc accipe, *Coſmum* nempe *Mediceum* Patriae Patrem, *Ioannem* filium, *Hieronymum Machiavellum*, plurimoſque praeterea S. *Crucis* alumnos, *Benedictum* puta de *Cavalcantibus*, *Bindellum* de *Vicedominis*, *Nicolaum Caccinium*, *Bonaventuram Alberti* filium, *Petrum* de S. *Ambroſio*, *Bonannum* Flor. *Andream Vrſii* de Florentia, *Iacobum* de *Cyprianis*, *Philippum* de S *Trinitate*, *Iacobum* Ser *Puccii*, *Nereum* de *Curſu*, *Alexandrum* de S *Lucia*, *Zenobium* de Florentia, *Leonardum* de Florentia, *Ioannem* de *Spinellis*, *Andream* de *Manfriano*, *Paullum* de Etruria, *Iacobum Nuti* de Florentia, *Angelum* de *Gherardis*, *Franciſcum Chappuccii* de S. *Remigio* Florentinum, *Guidonem Dulcis*, *Andream Chriſtophori* filium Senenſem, *Ioanninum Iuſti* de Florentia, alioſque, quorum nomina in Codicum recenſione fideliter praenotavimus.

§. LXXXIII. Accidit interea, ut *Michaël*, *Guardini* filius, opulentiſſimam hereditatem Collegio Mercatorum Vrbis Florentiae reliquerit, ea conditione adpoſita, ut in uſus publicos erogaretur. Quum igitur ea aetate magna eſſet Codicum manu exaratorum penuria, eoſque immodicis ſumptibus ditiſſimi tantum homines ſibi conquirerent, ut facilior via virtutem adſequendi bonarum litterarum ſtudioſis pateret, ſtatutum prudenti conſilio fuit, ut am-

(1) Plut. XXXIV. Partis ſin. Cod. IV. ibid. pag. 304.

(2) Plut. XVI. Partis ſin. Cod. VIII. ibid. pag. 120.

(3) Plut. XXIV. Partis dextr. Cod. VIII. ibid. pag. 681.

(4) Dialogus eſt inter *Franciſcum* S. R. E. Cardin. *Roberteum*, poſtea *Xiſtum* IV. Rom. Pont. *Georgium Ant. Americi Veſpuccium*, & *Chriſtophorum Calcianum*, qui quidem duo Religioſae alicui Familiae nomen dare conſuluerant.

(5) Plut. XXV. Partis ſin. Cod. VII. ibid. pag. 487.

(6) Vid. Claſs. IX. Bibl. *Magl.* Cod. XXXIX. chart. in fol. pag 19. & pag. 36. *b*.

(7) Ibid Claſs. IX Cod. VI. chart. in fol.

(8) Plut. XXXIII. Partis dextrae Cod. III. huius Voluminis pag. 729.

ampliſſimum Conclave in Coenobio S. *Crucis* aedificaretur, in quo Codices hucuſque a Minoritis, quorum nomina ſupra recitavimus, ſtudioſe collecti, aliique undequaque magnificis ſumptibus conquiſiti, veluti in tutiſſimo ſacratio repoſiti, publicae inſervirent utilitati. Anno igitur MCCCCXXVII. in LXXII Pluteis [1] reconditi fuerunt Codices ſeptingenti & amplius, catenis ligati ferreis, eademque propemodum ratione diſpoſiti, qua nunc Medicei Codices in hac *Laurentiana* Bibliotheca adſervantur. Ex Memorabilibus eiuſdem Magiſtratus, qui Mercaturae praeerat eruimus Libro ſignato littera *C*, huc illatos fuiſse Codices *Nicolai Niccoli*, viri celeberrimi; quod tamen ſecus eveniſse conſtat, quum in Clauſtro Monachorum D. *Dominici* Florentiae ad S. *Marcum*, *Coſmo Mediceo* Patriae Patre rem procurante, repoſiti fuerint [2].

§ LXXXIV. Tot igitur Codicum acceſſione factum eſt, ut Saeculo quinto ac decimo una omnium celeberrima S. *Crucis* Bibliotheca praedicaretur, & eſset. *Benedictus Deius*, ea aetate ſummis functus honoribus, qui ſuorum temporum hiſtoriam [3] Italico conſcripſit idiomate, illam compellat: *Vna magna, e degna Libreria, e di Greco, e Ebraico, e Caldeo, e Turcheſco, e Latino, e in Volgare, e d' ogni, e qualunque coſa poteſſi addimandare* [4]. *Ambroſius Traverſarius*, Camaldulenſium Generalis, vir doctiſſimus, eamdem memorat in Epiſtola XVIII Libri VIII. Epp. quae eſt ad *Nicolaum Niccolum* [5], ubi haec habet: „ Peto autem, ut Volumen unum *Chryſoſtomi* ex his, quae ſunt Conventus S. *Crucis*, in quo, niſi fallor, quaedam Opuſcula *Ephraem* Syri habentur de laudibus *Ioſeph*, ad me mittas &c „

§ LXXXV. Tanta autem erat Florentinae Reipublicae cura de eius conſervatione, ut eam quotannis Mercatorum Magiſtratus ſoleret inviſere; unde in eiuſdem Memorabilium Libro relatum legimus: *Nell' anno MDV. furono rubati ſei Libri della detta Libreria de' migliori; però con licenza del Miniſtro della Provincia di Toſcana ſi fa metter prigione nelle Stinche Frate* Aleſsandro Gorini, *che ſi ſoſpettava che li aveſſi tolti, e mandati a Roma. Si caſſa il Cuſtode, e ſi ſoſpendono le limoſine dell' Infermeria, e Libreria &c.* & infra: *il ſuddetto Frate reſtituì i detti Libri, che aveva mandati a Roma al Card.* Grimani *&c. e il dì* 8. *Luglio* 1506. *fu ordinato ſcarcerarſi il detto Frate*.

§. LXXXVI. Toto Saeculo XVI. & XVII. haec pretioſa litteraria ſupellex ſordidata delituit, unde nullam de ea fieri video mentionem in Sylloge Epiſtolarum a viris clariſſimis ſcriptarum, curante *Petro Burmanno*, impreſſa quinque Voluminibus in 4. ubi plures doctorum virorum Epiſtolae adferuntur, qui Florentinos Codices viderunt, & excuſſerunt. Vnus *Io. Mabillonius*, vir Cl. in Itinere Italico Pariſiis apud *Io. Montalant* MDCCXXIV. 4. Tomo I. pag. 161. *nulla*, inquit, *poſt* Laurentianam *Bibliotheca Florentiae libris vetuſtis magis referta eſt, quam Bibliotheca S.* Crucis. Hanc eamdem Bibliothecam non bene novit, dum Florentiae verſaretur celeberrimus *Bernardus* de *Montfaucon*, qui in Diario Italico Pariſiis impreſſo apud *Io. Aniſſon* MDCCII. 4. pag. 354. ſatis ieiune adfirmat, quod *in Bibliotheca* (S. Crucis) *bene multi Codices ſunt; ſed plerique recentes, atque ad Scholaſticam ſpectant. Monſtrant ibidem Operum S.* Bonaventurae *Codicem, ipſius, ut aiunt manu conſcriptum*.

§. LXXXVII. Noſtra tantum aetate ſub feliciſſimo *Franciſci* Imperatoris, Magni Ducis noſtri Regno actum eſt de Codicum S. *Crucis* Catalogo conficiendo, & litterariae Reipublicae bono in lucem emittendo. Quapropter, ut

(1) Extat *Ioſeph Richa Notizie Iſtoriche delle Chieſe Fiorentine Quartier S. Croce* Tom I. pag. 111. dum in LX. Pluteos diſpoſitam fuiſſe Bibliothecam adfirmat his verbis: *N' è da tralaſciarſi una Libreria ricca di rariſſimi Libri, tutti in cartapecora, diſtribuiti in LX. Banchi, eſſendo ſtata fabbricata da* Michele *del la Famiglia de'* Guardini, *l'arme del quale è ſcalpita nell' architrave della porta, inſieme coll' arme dell' Vniverſità de' Mercatanti, al di cui governo fu la Libreria raccomandata dal ſuddetto* Michele.

(2) Quum ſexcenta & amplius Volumina moriens reliquiſſet *Nicolaus Nicolus*, in loco publico ſtudioſorum utilitati reponenda, arbitrio XVI. Nobilium Civium, ut *Robertus Vbaldinius* in Annalibus Mſs. Conventus S. *Marci* fuſe perſequitur, *Coſmi Medicei*, unius ex ſexdecim illis Viris liberalitate factum eſt, ut in Bibliothecam D. *Marci* inferrentur. Vide Cl. *Mehus* Praefat. ad *Ambroſii* Camald. Epp. pag. LXIV ſeqq.

(3) Eius Hiſtoria proſtat adhuc inedita in Bibliotheca *Magliab.* Claſs. XXV. Cod. LX fol. ubi pag. 35. ad calcem capitis: *El Duomo de' Frati di S. Franceſco di Firenze S. Croce &c.* legitur quod mox profer rimus.

(4) Nulla nec Graeca, nec Hebraica, nec Chaldaica, neque Turcica Codicum exempla ibi unquam fuiſſe conſtat.

(5) Edit. Flor. col. 381.

ut bene memini, id onus, decreto Conſulum Collegii Mercatorum, Viro celeberrimo *Antonio Franciſco Gorio*, cuius Muſeum, ac lectiſſimam Bibliothecam iam inde ab anno aetatis meae XI frequenter adire conſueveram, impoſitum fuit. Sed quum totus ille eſſet in Etruſcorum monumentis indagandis & illuſtrandis, primos tantum Codices vix a limine ſalutavit, quos etiam in domum ſuam die XXIII Aprilis anni MDCCXXXVIII. adſportandos obtinuerat. Viro itaque aliunde occupatiſſimo, die III Maii anni inſequentis, ſuffectus fuit Cl. *Laurentius Mehus*, veterum Codicum acerrimus perſcrutator, qui tamen purum titulorum Indicem contexuit, uſus ut plurimum antiqua illa indicatione, erroribus oblita, quae in cuiuſcumque Codicis tegmine adſcripta legitur. Hic in tabulario Collegii Mercatorum praedicti repoſitus fuit, cuius apographum in *Mediceam* hanc Bibliothecam una cum ipſis Codicibus transferri curavi. Ea autem, quae ad hiſtoriam litterariam pertinent, ad quod unum intendebat, diligenti examine eſt perſcrutatus, ut Praefationem ſuam *Ambroſii* Camaldulenſium Generalis Epiſtolis praemiſſam magis magiſque ditaret (1). Nec praetereundus eſt *Hieronymus Lagomarſinius*, humaniorum litterarum praeceptor olim meus, qui eiuſdem Bibliothecae Codices aliquot, *Ciceronis* Opera continentes, anno MDCCXL. prout autographa ipſius praeſeferr adnotatio, diligentiſſime contulit. Codices etiam non paucos evolvit Vir Cl. *Franciſcus Antonius Zacharias* in Excurſu Litterario per Italiam, Venetiis typis *Remondinianis* MDCCLIV. 4. pag. 221. ſeqq. & rurſus in Itinere Litterario per Italiam, item Venetiis per *Sebaſtianum Coleti* MDCCLXII. 4. pag. 95. ſeqq.

§. LXXXVIII. Tandem *Petri Leopoldi*, Magni Ducis noſtri, providentiſſimi Principis, reſponſo, anno MDCCLXVI. ſub die XV. Octobris S. *Crucis* Bibliotheca, in hoc *Mediceum* Sacrarium tranſlata eſt, ut bonarum litterarum ſtudioſis, & eruditis advenis commodius pateret. Huc etiam ex Regio Palatio adſportari iuſsit ingentem Orientalium Codicum (2) theſaurum, a *Mediceis* Principibus magnifico ſumptu comparatum, ut reliquis eiuſdem generis Codicibus, qui iam ibidem adſervabantur accederent.

§. LXXXIX. Haec ego, Benevole Lector, in ruſculo meo Feſulano autumno potiſsimum proxime praetervecto in vigiliis nocturnis fideli calamo litteris conſignabam. Illuc enim ſub veſperam me ſingulis ferme diebus conferre ſoleo, ubi ſumma fruens quiete, & animi tranquillitate, unius villici ſervitio contentus, ſaluberrimo aëre, locique deliciis & amoenitate captus & inlectus, eas paro lucubrationes, quae paucorum librorum ope adornari poſſunt.

§. XC. Neque alia eodem tempore illic defuerunt honeſta animi relaxamenta, quae me, adventante hieme, ad laborem hunc meum perſequendum alacriorem redderent, & vehementioribus gloriae ſtimulis concitarent. Magnificam ſiquidem *Vitelliae* Familiae Villam, quae meae proxima eſt, obtinuit vir excellentiſsimus *Angelus Tavantius*, Magni Ducis noſtri ab intimis Conſiliis, & ſupremus Oeconomicis Etruriae rebus Praefectus, qui quum rerum agendarum peritiam, conſiliique maturitatem longo rerum uſu comprobatam cum ſumma morum integritate, & in Principem fide coniunxerit, & a prima ſua iuventute Latinis & Italicis litteris, cultiorique Iuriſprudentiae ſedulam operam impenderit, dici vix poteſt, quam mirifice ex eius erudita ac iucundiſsima conſuetudine ſim recreatus.

§. XCI. Sub anni exitum, die videlicet XXXI. menſis Decembris, aliud accidit, quod ſummo me gaudio cumulavit. Dum enim in *Medicea* Bibliotheca totus eſſem in hoc Volumine adornando & typis committendo, circa meridiem, adlatus mihi eſt laetiſsimus nuntius adeſſe virum praecellentiſsimum *Ioſephum Mogninum*, Silvae Floridae Comitem, eumdem illum, quem paucis ante annis exceperam, ac ſublimi praeditum ingenio ſuſpexeram, quum ad *Clementem* XIV. Pontificem undequaque Maximum a *Carolo* III. potentiſsimo Hiſpaniarum Rege, ut Chriſtianae Reipublicae pacem perpetuo firmaret, plena cum poteſtate miſſus, Florentia pertranſiſſet. Is igitur incredibili dexteritate, ac prudentia, qua de inſtantibus, ut eſt de *Themiſtocle* praedicatum, veriſsime iu-

(1) Florentiae prodierunt typis Caeſaris MDCCLIX. in fol.

(2) Catalogum Orientalium Codicum tam Bibliothecae *Palatinae*, quam *Laurentianae* vulgavit Cl. *Stephanus Evodius Aſſemannus* Archiep. Apameae Florentiae ex Typographio *Albizziniano* MDCCXLII. fol.

iudicare ſolet, & ex praeteritis ſolertiſsime coniecturam capere futurorum, Sacerdotii & Imperii diſcrimina mirifice conciliavit, & opus illud, aleae plenum periculoſae, cunctis Saeculis memorandum, ad optatum finem perduxit; ex quo factum eſt, ut tanti viri virtute perſpecta Hiſpaniarum Rex invictiſsimus, ad Religionis patrocinium & incrementum, ad Hiſpanae gentis ſalutem, ad litterarum & bonarum artium amplificationem & decus, ad humani generis delicias divinitus datus, nuper ad ſui primi Adminiſtri, & intimi Conſiliarii dignitatem ipſum evexerit. Multa ultro citroque de optimis artibus & diſciplinis promovendis exornandiſque contulimus, unde facile ſit divinare, eius auſpiciis, auctoritate, & nomine, quod ſub celeberrimo Cardinale *Franciſco Ximenio* olim contigiſſe non ignoramus, omnem Graecam & Romanam potiſsimum ſapientiam in orbis conſpectum, celebritatemque venturam. Illo certe duce, quam ſemper ingeniis dives, frequens Academiis, felix ſtudiis, ingruentibus etiam ipſis belli calamitatibus, Hiſpania exſtiterit, luce clarius pateſcet.

§. XCII. Paucis poſt diebus, ſcilicet die VIII. Ianuarii ad veſperam *Mediceum* hoc Sacrarium ingreſſus eſt Sereniſsimus Haſsiae Landgravius *Fridericus*, cuius bellicam virtutem, animi magnitudinem, & in bonis artibus excolendis ſtudium, nihil opus eſt ut pluribus verbis commemorem. Haec nolui te ignorare, benevole Lector, quum nullum ſit iucundius animi oblectamentum, quam memoria geſtarum rerum; brevia ſiquidem ſunt praeſentia, & caduca; futura nulli mortalium explorata; ſola quae praeterierunt memoratu digna, non ſine magna utilitate repetuntur. Interim vale, & poſtremum Operis mei Volumen, in quo Italici Codices recenſentur, cum indice in fine, tam Operum, quae deſcribuntur, quam Auctorum, qui memorantur uberrimo, propediem exſpecta. Ante omnia curabo, & totis enitar viribus, ut ex antiqua bonae fidei formula, dolus malus omnis abſit, & me non gloriolae, aut turpi lucro, ſed utilitati publicae ſemper conſuluiſſe pateat.

Datum Florentiae ex Medicea Bibliotheca die XXIV. Iulii CIↃ. IↃ. CC. LXXVII.

BIBLIOTHECAE
GADDIANAE
PLVTEVS LXXXXI. INFER.
CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XIII. EDITOS IV.

CODEX I.

P. VIRGILII AENEIS.

I. pag. 1. P. Virgilii Maronis Aeneidos Libri XII. prae‑iis ad ſingulos argumentis decaſtichis, quae alibi etiam occurrunt ſub nomine Ovidii; primo vero Libro aliud etiam dodecaſtichon praemittitur, omnium ſimul duodecim Librorum argumenta comprehendens, ae praeterea quatuor ii verſiculi: *Ille ego qui quondam &c.* In fine rubrica adſcriptum eſt: *Explicit Liber Publii Maronis XII. & ultimus, ſcriptus per manus Ioannis Horuſen Monaſterien. familiaris Domini G. de Montepolitiano.* In huius autem poſtremae paginae averſa parte Epiſtola legitur Italico ſermone conſcripta, qua patrem rogat filius, cuius nomen eraſum eſt, ut ſibi comparet Tullii Officiorum Libros, & de Oratore, data Monte Politiano die xix. Iulii. Ante initium Epiſtolae litteris grandioribus adſcriptum eſt: *Queſto libro è di Aſcanio.*

II. pag. 211. *b.* Hieronymi (Aliotti) Arretini Epiſtola clariſsimo, & diſertiſsimo Poggio, cui praecurrit ſequens Prologus: *Leonardus Arretinus ſcripſerat contra optimum & prudentiſſimum virum Bartolomaeum Politianum Secretarium Apoſtolicum iam vita functum, ut apparet in volumine Epiſtolarum ipſius Leonardi. Eam epiſtolam quum Hieronymus Arretinus legeret, permotus rei indignitate ac turpitudine ſcripſit contra Leonardum, ſuppreſſo tamen eius nomine. Scripſit autem ad Poggium virum doctiſſimum & diſertiſſimum, curia Eugenii Pontificis demorante Florentiae. Poggius ipſam Hieronymi epiſtolam legendam obtulit Aurispae, Cincio, Blondo, Carolo Arretino, doctiſſimis viris & Secretariis Apoſtolicis, qui omnes dignis conviciis Leonardum affectum fuiſſe, cum riſu, & ioco aſſeverabant, ob convicia, & maledicta, quae falſo & iniuſte in Bartolomaeum Politianum defunctum impegerat.* Epiſtola autem ita inſcribitur, & inc. *Hieronymus Arretinus clariſſimo & diſertiſſimo Poggio. Ut facile cognoſces ex conſuetudine mea, quae mihi tecum intercedet frequentiſſima, ſi voles, ſum ex ingenio verecundior atque ſubtimidus.* Deſ. *opinione tua ulla tempore fruſtraberis, Vale felix, colendiſſime Pater, ac Domine. MCCCCXXXIX.* Edita haec eſt Epiſtola inter Hieronymi Aliotti Arretini Ordinis S. Benedicti, Abbatis Monaſterii SS. Florae & Lucillae, Epiſtolas, & Opuſcula, Arretii typis Mich. Bellotti MDCCLXIX. 4. Tom. I. pag. 25.

Codex membranae. Ms. in 4. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, in cuius ſecundae paginae margine gentis Nobiliae ſtemma depictum eſt, adſcriptis litteris *G. N.* ſcilicet *Guido Nobilius*, cuius nomen in calce primae paginae ſcriptum eſt. Conſtat foliis 213. Notandum hunc, & inſequentes tredecim Codices pertinuiſſe olim ad Franciſcanos, ut vocant Reformatos Montis Politiani, qui ditiſſimam Mss. Codicum Bibliothecam olim poſſidebant, hoſque ſuperſtites iuſſu Franciſci Imperatoris ſemper Auguſti in Mediceum hoc ſacrarium fuiſſe repoſitos menſe Auguſti MDCCLVIII.

CICERONIS TVSCVL. QVAEST.

M. T. Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum Libri quinque, ubi notandum, propter initialis litterae Libri tertii abſciſſionem, ſcripturae, quae in averſa paginae parte continebatur, partem excidiſſe. Cod. II.

Codex membranae. Ms. in 4. min. Saec. XV. elegantiſſimae ſcripturae, cum pictura in

in principio aurata, & colorata, & item ſtemmate poſſeſſoris, initialibus reliquorum Librorum eleganter illuminatis, & Graecis vocibus rubricata & maiuſcula littera, ſuis locis adiectis. Conſtat foliis 148.

CICERONIS PHILIPPICAE.

Cod. III. M. T. Ciceronis Philippicarum Libri XIII. qui quoad initium & finem concordant cum iis, quos exhibet Codex VI. Plut. XLVIII. Catalogi Tomo II. pag. 428. §. III. excepto Libro V. qui ita deſinit; *quod profecto & pietate veſtra, & tanta concordia conſequemur, aut quidvis potius quam ſerviatis, Aliae nationes ſervitutem pati poſſunt, Populi Romani res eſt propria libertas.* Adſunt in margine correctiones perquam bonae, & crebrae, nec non Summaria diligentiſſime exarata.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus coloratis, Conſtat foliis 105.

CICERO DE FINIB BONOR. ET MALOR.

Cod. IV. M. T. Ciceronis de Finibus Bonorum & Malorum Libri V. anepigraphi, ubi Graeci deſunt verba, ſpatio vacuo ad ea ſupplenda relicto.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec XV. nitidiſſimus, cum initialibus auro variiſque coloribus eleganter illuminatis; cuius tamen primae paginae inferior margo reciſus eſt itemque initialis littera Libri III ex quo facto ſcriptura etiam averſae paginae deperiit. Conſtat foliis 128.

CICERONIS TVSCVL. QVAEST.

Cod. V. M. T. Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum Libri V. typis impreſſi, in quorum calce legitur: *Marci Tullii Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum finis: impreſſarum Venetiis per Nicolaum Ienſon Gallicum MCCCCLXXII. Nicolao Truno Duce Venetiarum inclyto.*

Codex membranac. impreſſus ut ſupra, cum initialibus eleganti pictura exornatis, in quo tamen deſideratur prima pagina, eo quod pictura forte eſſet decorata, cum notulis & correctionibus quibuſdam marginalibus. Conſtat foliis 84.

COLVMELLA DE RE RVSTICA.

Cod. VI. L. Iunii Moderati Columbellae (*ſic*) Rei Ruſticae Libri XIII. in quorum fine legitur rubrica: *Liber Iunii Moderati Columellae Rei Ruſticae tredecimus feliciter explicit;* tum alia ſequebantur, ſed reciſa pagina perierunt. Concordant cum Codice XIX. Plutei LIII. Tomo II pag. 615. §. I. qui quidem Codex exhibet editionem Regienſem anni MCCCCLXXXII in fol. In tegumento huius Codicis adſcriptum eſt; *Iſte Liber eſt ad uſum Fratrum Divi Franciſci in Diva Maria;* & paullo infra; *Iſte Liber eſt mei Raphaëlis de Beghiarmiis.*

Codex membr. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus cum Summariis in margine rubricatis, initialibus Librorum eleganter illuminatis, pictura in principio, & ſtemmate poſſeſſoris. Conſtat foliis 237.

POMPONII MELAE COSMOGRAPHIA.

POmponii Melae de Coſmographia Libri III. ut in edit. Lugd. Batav. apud Iordanum Luchtmans MDCLXXXV. in 8. &c. quam citavimus in Codice XVIII. Plutei XXX. Catalogi Tomo II. pag. 77. § II. Praemittuntur in hoc Anonymi Prolegomena quaedam in totius Operis illuſtrationem, in quibus citantur *Homerus. Plato in Phaedone, Ptolemaeus in Coſmographia translata de Graeco in Latinum Florentiae Anno Domini MCCCCVI. Lactantius Libro III. Inſtit. Auguſtinus de Civitate Dei Libro XVI. Cap. IX. & S. Hieronymus in Ep. ad Ruſticum.* Inc. *Pomponius Mela ſitum orbis deſcribens, Opus, ut ait, impeditum minimeque facundiae capax, illud tam focunde & ſuccincte deſcribit, ut nullus, arbitror, praecipue tantam rerum multitudinem deſcribere potuiſſet,* Deſ. *& ita totus ille Oceanus Meridionalis, qui eſt ultra aequinoctialem, eſt navigabilis, & per conſequens habitabilis ab hominibus, propter quos omnia fecit Deus benedictus in ſaecula ſaeculorum. Vt autem praemiſſa ad oculum videantur, illa, ut potuimus ſubiecimus in figura ſequenti,* quae tamen reciſa eſt. Pag 4 ita loquitur de Antipodibus: *Ex praemiſſis poteſt reſponderi ad quaeſtionem de Antipodibus, quos iſte vocat Antitones, & dico cum correctione tantorum doctorum, Antipodes eſſe, non per modum, quem ſupponit Auguſtinus, quod Oceanus ſit medius inter nos, & ipſos; propter quem dicit illos non eſſe; ſed dico quod ſuppoſita figura terrae ſphaerica illi qui habitant in ultimis partibus Occidentis, ſuppoſita etiam figura ſphaerica caeli, & aëris, & terra in medio ſita, & quod ſecundum Platonem in Phaedone circa finem, & alias, quidquid elongatur a caelo, & tendit ad centrum, deſcendit, & e contra. Per quod reſpondetur ad argumentum Lactantii, qui dicit, ſi eſſent Antipodes, haberent pedes ad caelum, ſicut nos capita; & ad rationem Auguſtini, qui dicit illos Antipodes non potuiſſe ex Adam, neque ex Noë, & filiis eius provenire, reſpondetur, quia de Oriente ad Occidentem eſt planus, & faci-* Cod. VII.

lis

lis tranſitus, quantum ad ſitum terrae, niſi ma litia, vel diverſitas gentium impediret, & pauci tanta terrarum ſpatia peragraverunt, & ſi qui ſint, ſcriptum forte non reperitur, ſed eſt valde poſſibile. Planum enim eſt de Portugallia, quae eſt ad remotiorem, & ultimum Oceanum Occidentis, ire uſque ad Ieruſalem, in Meſopotamiam per Syriam, inde in Chaldaeam, inde in Perſidem, in quibus ſunt Euphrates, & Tygris, inde tranſire Indum, & Indiam uſque ad Oceanum orientalem, & Inſulam Taprobanam, quae eſt in Oceano orientali ad meridiem; illuc enim appropinquavit Alexander, & a parte meridionali; a parte autem ſeptentrionali, & incipit in Occidente in angulo Africae, ubi noſtrum mare intrat Oceanum. vel ſecundum iſtius opinionem exit de Oceano, & deſcribit primo littora, & terras, & provincias adiacentes, & gentes, & mores a parte Africae, & tranſcurrit per Africam litora, & interiora terrarum verſus Orientem uſque ad Syriam, in quo ſpatio Mauritania, Numidia, Africa ſpecialis, in qua Carthago, Cyrene, & ibi finit Africa. & incipit Aſia, in Nilo fluvio Aegyptus. Arabia ad rubrum mare Arabiae &c.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis. Conſtat foliis 60.

CICERO DE ORATORE, BRVTVS, ET ORATOR.

Cod. VIII. I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis de Oratore Libri III. Quum prima fortaſſe pagina, pictura eſſet inſignita, tota reciſa eſt; unde Liber I. incipit a verbis . . . . *torum hominum ſcientiam rerum geſtarum, vel utilitate, vel magnitudine metiri vellet &c.*

II. pag. 150. Eiuſdem Brutus.

III. pag. 209. Eiuſdem Orator. Ex pagina 231. pluſquam dimidia pars fuit impia manu reciſa.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum auro, variiſque coloribus eleganter depictis. Conſtat foliis 253.

P. TERENTII COMOEDIAE.

Cod. IX. P. Terentii Comoediae VI. cum Epitaphio Poëtae in principio, videlicet:

I. pag. 1. Andria.
II. pag. 20. *b.* Eunuchus.
III. pag. 41. *b.* Heautontimorumenos.
IV. pag. 61. *b.* Adelphi.
V. pag. 80. Hecyra.
VI. pag. 95. *b.* Phormio. In fine legitur: *Explicit ſexta & ultima Comoedia Phormio. Altitonanti laus.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, in cuius prima pagina ſtemma gentilitium gentis Nobiliae apparet, & inferius nomen poſſeſſoris, qui fuit *Guido Nobilius.* Conſtat foliis 112.

P. PAPINII STATII THEBAIS, ET ACHILLEIS.

I. pag. 1. Codex eſt anepigraphus, ſed continet P. Papinii Statii Thebaidos Libros XII. praeviis in ſingulos argumentis metricis. Primo vero praemittuntur etiam dodecaſticha duo, omnium ſimul Librorum argumenta totidem monoſtichis exprimentia. Primum dodecaſtichon inc. *Cod. X.*

Solvitur in primo &c.

Secundum inc.

Aſſociat profugum &c.

ut alibi. Succedit deinde Introductio primi Libri verſibus ſex, quae inc.

Pignora devovit pater, alternantur in aula &c.

Notandum inter pag. 8. & 9. inſertam fuiſſe vacuam paginam ad ſupplendum Libri I. defectum, ſcilicet a verſu 436. excluſive uſque ad verſ. 502. In fine legitur: *Surculi Stacii Papinii Tholoſani Poëtae clariſſimi Thebaidos Liber per me Iohannem Bertum de Foroiulii ſcripturae finem aſſumpſit milleſimo quadringenteſimo quarto anno Domini fluente, menſis Auguſti luce decimanona, dum Bononiae in domo ſpectabilium militum Domini Melchioris, & Bartholomei de Mazolis de Bononia permanerem. Centum & octuaginta ſeptem totius Libri comparationes annumerantur. Gratias & laudes tibi refero, Ieſu Chriſte. Amen.*

II. pag. 146. Eiuſdem Achilleidos Libri V. quorum poſtremus deſinit in verſu:

Narrabor famulis, aut diſſimulata latebo.

qui in Corpore omnium Poëtarum Londinenſi apud Iſaacum Vaillant MDCCXXI. fol. Tom. II. pag. 1105. eſt verſus 274.

In tegumento ligneo adſcriptum eſt: *Die XXXI. Maii MCCCCLVIII. Statius Thebaidos, & Achilleidos, quem emi ego Rinaldus olim Bertini de Pandozzis de Civitate Caſtelli a Fratre Franciſco del Fiorinato de Cortona, & ſolvi, ut patet &c.*

Codex chartac. Ms. in fol. Saec. XV. ineuntis, diligenter exaratus, & cum rudi pictura calamo delineata in principio. Conſtat foliis 160.

PLAVTI COMOEDIAE.

Plauti Sarſinatis Poëtae conſpicui Comoediae XVI. videlicet: *Cod. XI.*

I. Amphitryo.
II. pag. 21. *b.* Aſinaria.

 III. pag.

Digitized by Google

III. pag. 39. *b.* Aulularia, quae deſinit in Scena I. Actus V. & in verbis, *numquam hinc feces a me.*

IV. pag. 56. Captivi, quae deſinit in verſu: *retinendoque laſſum me reddiderunt*, qui eſt verſus 4. Scenae ſecundae Actus III.

V. pag. 68. Bacchides. Incipit a verſu *quid ſi hoc poteſt ut taceas, ego loquar?* qui eſt primus Scenae ſecundae Actus I.

VI. pag. 87. *b.* Mollellaria.

VII. pag. 108. Menaechmi.

VIII. pag. 127. *b.* Miles glorioſus.

IX. pag. 154. Mercator.

X. pag. 170. *b.* Pſeudolus.

XI. pag. 194. Poenulus.

XII. pag. 217. Perſa.

XIII. pag. 23. Rudens.

XIV. pag. 254. *b* Sticus.

XV. pag. 267. Trinummus.

XVI. pag. 288. *b.* Truculentus. In fine maioribus rubris litteris legitur: *Plauti Poëtae conſpicui Sarſinatis Truculentus explicit.* In principio legitur Epitaphium, quod ſibi ipſe Poëta compoſuit, quodque a M Varrone in Libro de Poëtis poſitum affert Gellius.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum ſcholiis aliquot marginalibus, titulis, & initialibus Comoediarum rubricatis, necnon ſtemmate Nobiliae gentis in prima pagina, & pictura in principio ſemirecisa; in altera autem pagina legitur *Guido Nobilius*. Conſtat foliis 304.

Q. HORATII CARMINA.

Cod. XII. I. pag. 1. Q. Horatii Flacci Carminum Libri IV.

II. pag. 69. *b.* Epodon Liber.

III. pag. 84. *b.* Carmen Saeculare.

IV. pag. 86. Sermonum, ſive Satyrarum Libri II. Poſt verſum 32. Satyrae II. Libri II. Codicis pag. 113. *b.* uſque ad pag. 128. magna eſt paginarum confuſio ob male ligatum antiquitus Codicem; nos tamen notulis in infimo margine adpoſitis omnia in ſuas ſedes reſtituimus; comperimus autem deeſſe omnino duo folia, in quorum altero excidit a verſu 297. Satyrae II. uſque ad verſum 23. Satyrae III. incluſive; in altero vero a verſu 94. Satyrae V. uſque ad verſum 26. Satyrae VI. item incluſive; mirum tamen eſt, quod loco iſtorum, duo alia folia ſunt inſerta, fragmenta quaedam Libri I Carminum eiuſdem Horatii continentia, non iam ex ſuis ſedibus avulſa ſed heic iterum repetita. Notandum praeterea eſt Satyram X. Libri I. octo verſibus (1) in principio longiorem eſſe, quam in editione; ita enim inc.

Lucili, quam ſit mendoſus, teſte Catone

Defenſore tuo, pervincam, qui male factos

Emendare paras verſus. Hoc lenius ille,

Quo melior vir eſt (2), *longe ſubtilior illo,*

Qui multum puer, & loris, & funibus udis

Exhortatus (3) *ut eſſet opem qui ferre poëtis*

Antiquis poſſet contra faſtidia noſtra,

Grammaticorum equitum doctiſſimus. Ut redeam illuc,

Nempe incompoſito &c.

Codex chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. cum initiali Codicis littera eleganter illuminata, in quo nulli neque Librorum, neque Carminum tituli ſunt. Conſtat foliis 137.

CICERONIS DE AMICITIA, DE SENECTUTE, ET PARADOXA.

I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis de Amicitia Liber. Cod. XIII.

II. pag. 33. Eiuſdem de Senectute Liber.

III. pag. 55. Eiuſdem Paradoxa.

Codex chartac. Ms. in 8. maiori Saec. XIV. exeuntis. Conſtat foliis 66.

CICERONIS DE SENECTUTE, DE AMICITIA, PARADOXA, ET SOMNIUM SCIP.

I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis de Senectute Liber. Cod. XIV.

II. pag. 48. Eiuſdem de Amicitia Liber.

III. pag. 99. Eiuſdem Paradoxa.

IV. pag. 122. *b.* Eiuſdem de Somnio Scipionis.

Codex membranac. Ms. in 8. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, Summariis in margine rubricatis, & Graecis verbis ſuis locis rubrica item redditis, in cuius prima pagina, praeter ſtemma gentilitium, legitur *Guido Nobilius*. Conſtat foliis 134.

PANDECTAE A POLITIANO CONLATAE TOM. I.

PAndectarum Tomus primus a Libro I. uſque ad XXIV. Liber primus, praemiſſo titulo rubricato: *In nomine Domini Ieſu Chriſti* (4) *Imperator Iuſtinianus Caeſar Flavius Alamanicus Gotticus Francus* (5) *Germanicus* Cod. XV.

(1) Hi verſus huic Sermoni in quibuſdam Mss. praefixi, ſpurii ſunt, ut adnotatur in notis ad Horat. curante Ludovico Deſprez ad hunc locum.

(2) Edit. *Eſt quo vir melior.*

(3) Edit. *Exornatus.*

(4) Haec prima verba lineola expuncta ſunt.

(5) Correctum eſt manu Angeli Politiani *Franciscus*.

cus Atticus (1) *Africus Vandalicus* (2) *pius felix inclytus victor ac triumphator ſemper Auguſtus Theophilo* & (3) *Dorotheo* (4) *viris illuſtribus* & (5) *anteceſſoribus & Salaminio viro diſertiſſimo ſalutem. Omnem totius* (6) *Reipu. noſtrae ſanctionem &c.* Liber XXIV. deſinit in Titulo *de divortiis* (7), cuius ultima verba Vlpisni haec ſunt: *Etſi concubinam ſibi adhibuerit: idem erit probandum.* In fine legitur: *Ad laudem eius, qui eſt trinus, & unus. Explicit Liber ſecundae partis Digeſti veteris, Domini Iuſtiniani Principis ſacratiſſimi, maxima cura atque diligentia Venetiis impreſſus arte, & impenſis Andreae Papienſis anno Domini MCCCCLXXXVI. die IX. Octobris.* Tum ſequuntur rubricae, & regiſtrum voluminis, in cuius calce Angelus Politianus adnotavit; *Contuleram cum Piſana litera eGo AnGelus Politianus die XIX. Iulii MCCCCXC. hora ½ noctis.*

Σημείωσαι. *In exemplari archetypo nomina numerorum ſemper ſunt litteris ſcripta communibus: non quibus numeri notari ſolent, praeterquam ubi numerus eſt Librorum notatus. Ac fere ſemper viceaſimo. triceaſimo &c. ſimiliter per n litteram ſcriptum invenies. Quando deletur littera ſuperpungitur ſic a· b· Quando vero dictiones, tum veluti ſuperne concludantur ſic armo virumque: haec enim pro deletis habenda. Nullae ſunt in toto libro compendiariae notae: tantumque in extremis verſibus m nota exprimitur ſic: VERGILIV̄. PETRV̄. Eſt pluribus locis vetuſtis litteris emendatus Liber: quae emendatio vera eſt, & compar ſcriptori. Graeca ſine ullis accentibus ſunt. Citat hanc litteram Accurſius, & alii vetuſtiores. Mihi eius Libri facta eſt legendi poteſtas, opera Laurentii Medices magni viri: cum ſcilicet alioquin velut in ſacrario ſervetur a Magiſtratu ſummo Florentino, nec niſi ad ſunalia perquam raro oſtendatur. Vale qui legis.*

In folio, quod cum ligneo Codicis tegumento conglutinatum eſt in principio, legitur manu Politiani hoc Boëthii excerptum ex Libro III. de Philoſophica Conſolatione: *Nero Senecam familiarem, praeceptoremque ſuum ad eligendae mortis coëgit arbitrium. Papinianum diu inter aulicos potentem, militum gladiis Antoninus obiecit. Atqui uterque potentiae ſuae renuntiare voluerunt, quorum etiam Seneca opes ſuas tradere Neroni, ſeque in otium conferre conatus eſt; ſed dum ruituros moles ipſa trahit, neuter quod voluit effecit.* In primis deinde quinque foliis Politianus idem manu propria exſcripſit Epigramma Graecum, quod inc.

Βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε &c.

nec non *de Conceptione Digeſtorum* ſanctionem (8), quae inc. *Imperator Caeſar Flavius Iuſtinianus felix inclutus & triumfator* (ſic) *ſemper Auguſtus Triboniano quaeſtori ſuo ſalutem. Deo auctore noſtrum gubernante imperium, quod nobis a caeleſti maieſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus & pacem decoramus, & ſtatutum Reipublicae ias tentamus.* Deſ. *ut Codex conſummatus, & in quinquaginta libros digeſtus, nobis offeratur in maximum & aeternam rei memoriam, Deique omnipotentis providentiae argumentum, noſtrique imperii, veſtrique miniſterii gloriam.*

℞ *Data octavo decimo Calendis Ianuariis, Lampridio, & Oreſte viris clariſſimis Conſulibus. Feliciter.*

Heic in margine adnotatum eſt: *Poſt hanc Epiſtolam ſequitur altera, cuius eſt principium:* Omnem Reip. &c. *deia tertia, cuius principium:* Tanta circa nos &c.

Tum ſequitur: *Rubrica de confirmatione digeſtorum.*

℞ *In nomine Domini Dei noſtri Iheſu Chriſti Imperator Caeſar Flavius Iuſtinianus Alamanicus Gotticus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Vandalicus Africus pius felix inclutus victor, ac triumphator ſemper Auguſtus ad ſenatum & omnes populos.*

Tanta circa nos divinae humanitatis eſt providentia, ut ſemper aeternis liberalitatibus nos ſuſtentare dignetur. Deſ. *curae autem erit tribus excelſis Praefectis Praetoriis, tum Orientalibus, quam Illuricis, necnon Libyeis per ſuas auctoritates, omnibus qui ſuae iuriſdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtari. Data XVII. Calendis Februariis Iuſtiniano Domino noſtro ter Conſule.*

Paullo poſt initium huius Conſtitutionis in margine adparet parva crux, his verbis adſcriptis: *ubi hoc ponimus ſigni erant in exemplari verba quaedam dimidiata in marginibus.* Ad finem haec alia ſunt lineolis incluſa: *haec quoque erant in margine mutilata.*

Tendentes
omnibus cun
ſive quae poſt
emerſerint
in iudiciis.

Codex chartac. impreſſus ut ſupra in fol. maiori, binis columnis, Gothico, ut aiunt charactere, cum correctionibus interlinearibus, & animadverſionibus marginalibus Angeli Politiani. Conſtat foliis 317.

PANDECTARVM TOMVS II.

PAndectarum Tomus II. continens a Libro XXIV. uſque ad XXXVIII. Initium fit a Titulo: *Soluto matrimonio quemadmodum dos* (9) *petatur*, qui inc. *Vulpianus. Dotis* (10) *cauſa ſemper & ubique praecipua eſt. nam* *Cod. XVI.*

(1) Corr. *Anticus*.
(2) Corr. *Alamanicus Vandalicus Africus*.
(3) Expunctum &.
(4) Additum *Theodoro, Iſidoro, & Anatolio, & Thalleleo, & Cratino*.
(5) Expunctum &.
(6) Expunctum *totius*.
(7) Additum *& repudiis*.
(8) Vid. Politiani Epiſtolam Libri XI. Epiſtolar. ultimam ad Ludovicum Bologninium.
(9) Corr. *dos quemadmodum*.
(10) Corr. *Dotiam*.

nam & reipublicae (1) *intereſt dotes mulieribus conſervare*. Deſinit in Titulo: *Ad ſenatusconſultum Tertullianum* (2), & in lege Pomponii, cuius ultima verba ſunt: *vel etiam quod* (3) *filius eius qui in hoſtium poteſtate erat poſtliminio non ſit reverſus*. Deinde legitur: *Infortiati Venetiis impreſſi arte & diligentia Ioannis & Gregorii fratrum Forliviēn. hic finis eſt. Anno ab Incarnatione Domini MCCCCLXXXV. XV. Novembris* (4). Tum ſequitur regiſtrum Operis, & typographi inſigne rubrica expreſſum, adſcriptis litteris Z G.

Heic quoque in primo Codicis tegumento adſcriptae ſunt quae ſequuntur Politiani animadverſiones: *Haec in Pandectis ita ſunt ſemper notata, quae a libro XXXIII. non lucoru... vi in emendandis. Titius, epiſtula. condicio. intellego. deminuo. deſino. quidquid. adſcribo. omitto. cottidie. Maevius. negotia. neglego. adſidue. optul. reſpondit ſemper legas, ubi non ſupra ſcriſimus i. tunc enim relondi. pretium. exſtitit. exſequi. vindico. adſentio. exſtinguo. Maecius adiutio. adicio. eicio. &c. adrogo. Oſilius. Caſcellius. vilicus. reciperare. utiqu... petit pro petiit. petiſſet. adfuit. adfero. & ſemper d ante f. peremo. poſtumus. optinet. aubferit. ſcribſerit. plerumque ſic. adoleſco. multare. oculus. idcirco. adſinis. ſummoveo ſedecim. ſepticia. utrubique. adpono. aduleſcens. aeſtimo. adrogo. adſentio. periſſe. obiſſe. & cet. uno i valetudo. uſuit. adſ ctus. Arbicinus. adſtringo. adgnoſco. adſideo. querellae. adſigno. caelum. paene. fucnus. poena.* Inde in octo foliis idem exſcripſit Politianus Graecas Modeſtini Leges de *Excuſationibus* (5), quae in hac editione deſiderabantur, in quarum calce ſubiunxit: *Primum Volumen Pandectarum continet Libros XXIX. & XXX. incipit ſecundum Sed ante XXX. eſt quinternio, qui ut mihi videtur, ſtatui debuit in principio, ſed hunc puto bibliopolae culpa. In primae paginae fronte omnia ſunt pene deleta.* Sequitur deinde Iuſtiniani Conſtitutio ita inſcripta: ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ Αυτοκρατωρ ϗ Καισαρ Φλ' Ιουστινιανος Αλαμανικος Γοτθικος Φραγγικος Γερμανικος Αντικος Αλανικος, Βανδαλικος Αφρικανος ευσεβης ευτυχης ενδοξος νικητης τροπαιουχος αει σεβαστος Αυγουστος τη μεγαλη βουλη ϗ τω δημω ϗ πασαις ταις της οικουμενης ημων πολεσιν. Tum ſpatio vacuo (6) unius circiter paginae relicto, initium Conſtitutionis fit a verbis . . . . . . περ ἀμφω παρακολουθηματι &c. Deſ. ὑπαραλόγιστον γνῶσιν. *Data XVII. Kalendas Ianuarias Domino noſtro Iuſtiniano perpetuo Auguſto III. Conſule.* Alio deinde ſpatio vacuo interiecto duorum pollicum haec leguntur: ἐξ ὅσων ἀρχαίων ϗ τῶν ὑπ' αὐτῶν γενομένων βιβλίων σύγκειται τὸ παρὸν τῶν digeſton. ἤτοι τοῦ πανδέκτου τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ σύνταγμα. Tum index occurrit veterum Iuriſconſultorum (7), ex quorum Operibus Pandectae conflatae fuerunt, in cuius calce legitur: ͞ϛχ͞κ͞ϛι ͞ϛιχ ͞ϛλ: *Huc uſque eſt in Pandectis ante Librum XXX. vitio bibliopolae; nam certe poni hoc in principio debuerat.*

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, binis columnis, in folio maiori. Conſtat foliis 255.

PANDECTARVM TOMVS III.

PAndectarum tertia pars, cui praecurrit titulus rubricatus ita: *Domini Iuſtiniani ſacratiſſimi Principis perpetui ſemper Auguſti iuris enucleati ex omni veteri iure collecti Digeſtorum ſeu Pandectarum explicit Liber XXXVIII.* (8) *Incipit Liber XXXIX. de operis novi nunciatione. Rub. Vulpianus* (9). *Hoc edicto permittitur* (10), *ut ſive iure, ſive iniuria opus fieret.* Deſinit in Titulo *de regulis iuris* (11) & in Lege Pauli cuius ultima verba ſunt: *ſervus Reipu. cauſſa abeſſe non poteſt.* In fine impreſſionis nota ita habet: *Digeſti novi opus praeclariſſimum ſolerti cura ac diligentia correctum & emendatum. Hic finis eſt. Mira arte Venetiis impreſſum impenſis Bernardini de Novaria, & Antonii de Stanchis de Valentia. Anno MCCCCLXXXV. die vero undecimo menſis Maii.* Tum ſequitur regiſtrum chartarum. In huius tertii Voluminis calce ita Politianus adnotavit: *Implevi hanc emendationem, diligentiſſime collatis Pandectarum libris archetypis: qui in Florentina Curia religioſiſſime adſervantur: anno ſalutis MCCCCXC. Auguſti menſis die XXIX. quae feſta Municipio noſtro, & ſo-*

Cod. XVII.

(1) Expunctum *rei*.
(2) Correct. *Tertyllianum & Orphitianum*.
(3) Corr. *quod etiam*
(4) Hac editione uſum fuiſſe Politianum *Venetiis per Iohannem & Gregorium fratres Forlivienſes A. MCCCCLXXXV.* vulgata, fidem facit Ludovici Bologninii adnotatio: *Illud Politiani fuit impreſſum die XI. Maii MCCCCLXXXV. & ſic prius; Infortiatum vero die X.* (legendum XV.) *Novembris MCCCCLXXXV.*, quam huic editioni adſcriptam, Bononiae, in aede S. Dominici, inter libros Bologninii, vidit Brenmannus, ut ipſe teſtatur in Hiſtoria Pandectarum Traiecti ad Rhenum apud Guilielmum Vande Water MDCCXXII. 4. Lib. III. Cap. IV. pag. 263. not. (5), & Lib. IV. Cap. I. pag. 313.
(5) Titulus eſt *Liber XXVII. Rub. de Excuſationibus*.
(6) E regione huius lacunae adſcriptum eſt in margine *exoleta*.
(7) Extat Epiſtola Politiani ad Iacobum Modeſtum Pratenſem, quae eſt ultima Libri V. Epp. eius elegans praefatio, & Epiſtolarum omnium doctiſſima, quo Iuriſconſultorum veterum, quorum ſunt ipſa verba in Pandectis Iuſtiniani obvia, accuratum indicem texit, & de iis memorabilia multa profert, ipſoſque Pandectarum libros &, ut vocantur, Titulos indicat, ubi nomina illorum leguntur, & verba cuiuſque in formam legis abierunt. In qua quid praeſtitum ſit a Politiano, vel eorum ſcripta docent, qui poſtea in ſimili ſcribendi argumento vires periclitati ſunt; quorum nonnulli, etſi leviores quoſdam in eo errores notarunt, quales ſunt, quos inveniſſe ſibi viſus eſt Auguſtinus Lib. I. Emend. Cap. IV. necnon Laur. Theod. Gronovius in Hiſt. Pand. & Auth. Iur. Civ. Cap. XXIV. pag. 129. hi ipſi tamen laudibus ſuis defraudare laborem ipſum non ſunt auſi.
(8) Huc uſque tribus lineis tranſverſum ductis expunctus eſt titulus.
(9) Corr. *Vlpianus*.
(10) Corr. *promittitur*.
(11) Expuncto *de regulis iuris* corr. *de diverſis regulis iuris antiqui Rub.*

Digitized by Google

& ſolemnis eſt Baptiſtae Iohannis decollatione: hora XXI. adiutore Petro Matheo Vberto Florentino familiari, & ſtudioſo meo, in ipſa Florentina Curia.

AnGelus Politianus Laurentii Medicis alumnus & cliens,

Θεῷ χάριν.

Haec eadem tertia pars Pandectarum, diverſae tamen impreſſionis, a Libro XXXIX. ad L. correctionibus iiſdem ac notulis diſtincta manu Angeli Politiani exſtat etiam Romae in Bibliotheca Cl. Equitis Franciſci Victorii, amici, quum in vivis eſſet mei. Huius impreſſionis nota ſequens eſt: *Digeſti Novi Opus praeclariſſimum ſolerti cura emendatum, operaque ac impenſa Bernardini Stagnini de Tridino de Monte Ferrato Venetiis impreſſum feliciter explicit MCCCCXCIV. Laus Deo finis.* Epigraphe vero emendationis, ipſius Politiani autographa, quae poſt regiſtrum Operis, ac typographi ſignum rubricatum ſequitur, ſupra relatae ſimillima eſt, ita enim habet; *Implevi hanc emendationem diligentiſſime collatis Pandectarum Libris archetypis; qui in Florentina Curia religioſiſſime adſervantur; Anno ſalutis MCCCCXC . . . .* (1) *Augusti menſis die XXIX. quae feſta Municipio noſtro & ſolemnis eſt Baptiſtae Iohannis decollatione, hora XI. adiutore Petro Mattheo Vberto Florentino familiari ac ſtudioſo meo. In ipſa Florentina Curia.*

AnGelus Politianus Laurentii Medicis alumnus & cliens,

Hinc eruitur praeter exemplar Pandectarum impreſſum annis MCCCCLXXXV. & MCCCCLXXXVI. a nobis repertum, & huc uſque deſcriptum, alterum etiam, quod octo poſt annis in lucem prodiit, vel ſibi, vel, ut amico morem gereret, ad fidem archetypi reſtituiſſe collationibus ſuis ex antiquiori illo exemplari in hoc recentius ad verbum tranſlatis; quumque deprehendiſſet annum collationis ſuae cum anno editionis minime convenire, ideo ſpatium illud vacuum poſt notas numericas MCCCCXC. reliquiſſe credibile eſt.

Codex chartac. impreſſus, ut ſupra, binis columnis in fol. maiori. Conſtat foliis 267.

Praeſtat nunc, in gratiam eruditae Iuriſprudentiae ſtudioſorum, aliquid obiter dicere de meritis Angeli Politiani, non tam in Pandectis ad priſtinam fidem, & integritatem reſtituendis, quam in univerſa elegantiori Iuriſprudentia inſtauranda, & pro viribus promovenda. Hic igitur acerrimi iudicii maximaeque diligentiae vir (iiſdem ferme utor verbis Henrici (2) Brencmanni) qui diluculo reſurgentis eruditionis exortus eſt, non ſolum Graecis Latiniſque litteris magnam lucem adtulit, verum omnibus, qui ius civile poſtmodum illuſtrarunt, facem praetulit (3). Illuſtraſſet etiam proculdubio maiorem in modum, niſi, feſtinante fato, Muſis, Themidique adhuc iuvenis ereptus eſſet. Is certe artem iuris criticam in Italia videtur promoviſſe; quin etiam inter publicas privataſque occupationes, quibus diſtrahebatur, tot ac tanta praeſtitit, ut fidem revera ſuperent. Ad intima Reipublicae ſacraria admiſſus, inter alia venerandae antiquitatis monumenta, praeſtantiſſimum Pandectarum Codicem, Piſanum olim, tunc Florentinum, intueri, manibus tractare, eodem ut ſuo uti, inque eius lectione dies noctesque integras conſumere, prohibente id nemine, potuit. *Huic eius Codicis legendi ac verſandi per otium ſoli ſibi copiam factam; hinc ipſam Codicem inſpicere, rimarique omnia & olfacere, quaeque velles excerpere diligenter, & cum vulgatis exemplaribus comparare* ſibi uni licuiſſe ſummopere gloriatur (4). Hoc beneficium Laurentio Medici acceptum refert his verbis (5): *tribuit enim hoc mihi Laurentius ille Medices, vir optimus ac ſapientiſſimus, fore illud aliquando arbitratus, ut opera, labore, induſtriaque noſtra magna inde omnino utilitas eliceretur.*

Praeterea Graecorum, quae in Pandectis occurrunt, verſionem parabat (6). Commentarios itidem in Ius meditabatur, *quibus in integrum corrupta diu lectio reſtitueretur, & linguae Latinae vis, quae tota paene in Legibus eſt, explicaretur* (7). Huius autem conſilii ſui rationem reddit his verbis (8): *Deprehendi multa novis in codicibus vitia, multa in interpretibus; quoniam videlicet ineruditi illi ſaeculo, cum Latinitatis ipſius imperiti fuerunt, tam Graecam linguam penitus ignoraverunt; multae vero ſunt ibi leges Graecis editae verbis, quas aut omiſerunt iuniores, aut in Latinum ſermonem peſſime converterunt. Quapropter operae pretium me facturum credidi, ſi commentarios aliquot evigilarem &c.* (9) Hinc factum eſt, ut a cultioribus Iuriſprudentiae ſtu-

(1) Haec eadem lacuna eſt in Exemplari.
(2) In Libro, cui titulus: *Hiſtoria Pandectarum, ſeu fatum Exemplaris Florentini. Traiecti ad Rhenum apud Guilielmum Vande Water MDCCXXII.* 4. Lib. IV. Cap. I. pag. 306.
(3) De maximis Politiani meritis in Ius Civile fuſe diſſerit Fridericus Otto Menckenius in *Hiſtoria vitae Angeli Politiani &c. Lipſiae in officina Gleditſchiana MDCCXXXVI.* 4. pag. 198. ſeqq.
(4) Miſcell. Cap. XLI. & in Epiſtola ad Marquardum Breiſacium Epiſtolar. Lib. X. num. 4. Vid. Petrum Crinitum de Honeſta Diſciplina Cap. III.
(5) In cit. Ep. ad Breiſacium.
(6) Vid. eius Epp. Lib. V. Epiſt. ultimam ad Iacobum Modeſtum Pratenſem in fine, & Auguſtinum Lib. II. Emend. Cap. I.
(7) Vid. Ep. cit. ad Breiſacium.
(8) Ibid.
(9) Ad hanc ne Politiani collationem pertinuerit quaternio, in quem Budaeus incidit, an ad ſeparatas illius in Ius Civile animadverſiones, mihi non conſtat. De his ſane parum benignae loquitur Guillielmus Budaeus Annotat. prior. in Pand. ad L. Fraus 30. *Quum aliquando apud Petrum Crinitum Florentinum eſſemus = inter contrectandos nonnullos eius libros, in quaternionem incidimus, manu Politiani ſcriptum, in quo adnotationes pauculae erant, conſulto, ut videbatur, obſcuritate congeſtae, ut ſi forte intercidèrent, a nullo legi poſſent: ſic enim erat ingenium hominis; pleraeque tamen frigidae ſcrupuloſitatis & contemnendae.* Quantum ab hoc teſtimonio diſtant alia clarorum virorum iudicia! adeo ut facile appareat, in ſimultate cum Politiano fuiſſe Budaeum, teſte Brencmanno l. c. pag. 314.

Digitized by Google

ſtudioſis in Legibus interpretandis conaretur, cuius quidem rei, praeter multa exempla, quae adferre poſſem, ex ſequenti Epiſtola Iacobi Modeſti Pratenſis ad Politianum ſcripta manifeſtum erit, quae quum ignota fuerit ſcriptori de vita Politiani, a nobis profertur: *Salve Numen meum. Recepi mi: ſuperioribus diebus in Muſeo cuiuſdam iuvenis non ineruditi, certe mei amantiſſimi, atque ibi inter confabulandum occurrit forte fortuna oculis Perſii libellus, litteris Longobardis inſcriptus, quem ego ut vidi, ſtatim ad te deſtinavi, eumque admodum cupide, admodumque curioſe habendum curavi. Quid multa? Is tandem, quae ſua eſt liberalitas, mihi tradidit hac tamen conditione, ut Miſcellanea tua compenſationis loco ſibi traderentur. Eum nunc eadem, qua acceperam lege, ad te mitto, placiturum, ut exiſtimo, tibi, amatori vetuſtatis. Ego vero duo a te iam petiturus; utramque tamen ſtudio conficies. Primum eſt in Lib. XLII. Digeſt. in tit. De privilegiis creditorum in l. antepenultima, quae incipit* Anthyocenſium Celeſyriae civitatis. *Quaenam ſit ordo huius legis, & an ſit mendoſa, & quomodo in Pandectis exſcripta ſit? Alterum eſt, ut ad nos mittas, quod ſponte promiſeras; ſcis enim quantopere id ipſum concupierim, & ſupplex milies petierim, & adhuc multo ardentius, & cupio, & peto. Effice igitur, vir doctiſſime, ut voto fruamur. Quod ſi contigerit, ſublimi feriam vertice ſydera. Vale, o & praeſidium & dulce decus meum. Piſis die XII. Februarii MCCCCXC.*

Sed inſignem tanti viri laudatorem Antonium Auguſtinum audiamus (1): *Quis, inquit, Angelus Politianus fuerit, quo ingenio, qua eruditione, ignorat, ut opinor, nemo: quantum vero ei Iuris civilis amatores debeamus, non multis compertum eſt. Quotus enim quiſque exiſtimat nos praeter unum atque alterum locum, quos in Epiſtolis, & Miſcellaneis emendavit, ei acceptos ferre oportere? Sed mihi multo facilius eſſe videtur ea loca enumerare, quae Politianus, aut qui a Politiano acceperant, non reſtituerunt, quam quae eius cura emendata ſunt. Nam ut illa omittam, animos omnium ab eo excitatos ad Iuris civilis inſtaurationem, Inſtitutionumque Theophili eum primum fuiſſe praeconem; quidquid Bologninus, & cum meliore ingenio ſequuti Alciatus, & Haloander reſtituerunt, ex Politiani libris acceptum eſt. Non ſcrutor quantum Crinitus, Buſius, Budaeus in c. fraus 30. D. de legib. atque alii, ſi qui ſunt ex Politiani obliviis, ut ipſi aiunt, notis profecerint. Ego me non pauca intellexiſſe profiteor, dum Medicea liberalitate Florentinas Pandectas perlegi. Neque eo tantum libro uſus ſum, ſed & Angeli Politiani, & Laelii Taurellii IC. libris, quibus, quum alicubi haerebam, ducibus uſus ſum, quum errabam, admonitoribus. In his Politiani libris in margine quaedam ſcripta reperi, quae ei legenti, ut fit, in mentem venerant.*

Uſus eſt Politianus ad notandas Florentini Codicis varietates, non ad integras Pandectas deſcribendas, quod ſibi perſuaſerant nonnulli, editione ſupra deſcripta, ut proinde erraverit Petrus Bembus, dum nomine Leonis X. Summi Pontificis ita ſcribit:

Leo X Pontif. Max.

Florentinis.

Valde mihi opus eſt iis libris, quos Angelus Politianus a perveteribus illis, qui a vobis publice aſſervantur, Inſtitutionum Legum & Digeſtorum Libris, quos Pandectas vocant, ſua ipſe manu deſcripſit. Qui quoniam apud vos ſunt, vos hortor, ut eos Laurentio Medici, fratris mei filio, mihi mittendos dari iubeatis. Eos vobis, quum uſus fuero, ſtatim remittam. Dat. XV Kal. Iul. anno tertio. Romae (2).

Minus itaque recte Pontificis mentem Bembus explicavit. Politianus ſiquidem non deſcripſit, ſed contulit Florentinas Pandectas. Sed quomodocumque ſe res habeat, probabile admodum videtur eas ad Pontificem Florentinos miſiſſe, & inter reliquos Mediceae Bibliothecae Codices, quae tunc temporis Romam translata fuerat, vel inopina ipſius Pontificis morte, vel alia de cauſſa remanſiſſe; quumque demum Clementis VII. Pontificis iuſſu eadem Medicea Bibliotheca civibus ſuis redderetur, ac in clauſtro Laurentianae Baſilicae reponeretur, Politianeas quoque Collationes una cum aliis Codicibus eodem devectas fuiſſe. Illud certum eſt, quod antequam Romam mitterentur Politianeae Collationes, eas heic vidit Ludovicus Bologninius, ſeu Bononienſis, & in Bononienſi Academia Iuris Civilis Profeſſor, qui ad illuſtrandum Ius Civile plus ſtudii, & boni conatus, quam iudicii, & elegantioris doctrinae attulit. Ita enim induſtriam eius in Epiſtola ad eum (3) Politianus indicat: *Vellem, Ludovice, vir clariſſime, ceteris quoque iureconſultis, quae tibi eſt corrigendis reſtituendiſque legibus in veram, atque eam ipſam lectionem, qua ab Imperatore Iuſtiniano publicatae ſunt, & olim fuiſſet, & nunc eſſet, diligentia. Non enim nos puderet multorum, quae tum ridicule, tum perperam leguntur in legibus, ſed emaculata omnia, & vera haberentur.* Is itaque, ſordibus ſuis Romanas leges purgaturus, idque cum primis agens, ut integerrimum aliquando, ipſius opera, Pandectarum opus legeretur, non viventis tantum Politiani labore, & conſilio uſus eſt in conferendis Pandectis Florentinis, quod paret ex litteris Politiani ad Bologninium modo recitatis, quibus integra lex quarta tituli de verborum obligationibus ex Florentino Codice transſcripta continetur, ſed quum Florentinae Rotae Auditor annis MDI. & MDII. huc adveniſſet, mortui etiam integros Col-

(1) Lib. IV. Emend. Cap. 14. & alibi paſſim.

(2) Petri Bembi Epiſtolarum nomine Leonis X. ſcriptarum Lib. X. Ep. XXVIII.

(3) Epiſtolar. Lib. XI. Ep. XXI.

Collationum libros deſcripſit, utpote quibus carere non poſſet, novam Pandectarum editionem paraturus. Sed dolendum eſt valde, non veniſſe hos libros in manus doctiores, & eiuſmodi rebus tractandis magis adſuetas. Nam, quum in ſcribendo utplurimum Politianus, compendii ergo, notas quaſdam adhibuiſſet, peregrinas lectoribus harum rerum imperitis, Bologninius ille, ut erat hebeti ingenio, mentem Politiani parum feliciter interdum eſt adſequutus, & in tranſcribendo errores, ſaepe admodum ridiculos commiſit, ut Brencmannus (1), & Menckenius (2) luce clarius demonſtrarunt. Ex hoc autem Bologninii apographo variae Pandectarum editiones profluxerunt, quae ab iiſdem diligentiſſime recenſentur (3).

Petrus autem Victorius vir celeberrimus in ſuis ad Columellam Caſtigationibus in extremo (4) eas ſe Florentiae anno circiter MDXL. (5) pertractaſſe adfirmat. *Non exemplar ipſum ſemper conſului* (intelligit de Archetypo Palatino) *ſed babui excuſos formis libros, quos cum antiquis illis Angelus Politianus ſtudioſe olim contulerat, eoſque, quantum mihi commodum fuit, pertractavi. Illi enim quoque publici ſunt. Eruditiſſimi igitur viri labor magno me labore levavit; qui quidem, ut erat diligens, & accuratus, hac librorum collatione mirifice delectabatur, & ita poſſe bonos auctores multis maculis purgari, vere exiſtimabat. Quaecumque itaque in priſcis exemplaribus inveniebat, in impreſſis ſedulo adnotabat. Quod ſi diutius ille vixiſſet, & quae mente deſtinaverat, perficere potuiſſet, opera, ſedulitaſque ipſius magnos ſtudioſis litterarum fructus attuliſſet, multoſque, qui poſtea huic muneri corrigendorum librorum neceſſario incubuerunt, magna prorſus moleſtia liberaſſet. Sed ea nunc omnia inchoata, imperfectaque iacent. Raro enim ille, quid ſentiret, oſtendebat, ſed veterum tantum ſcripturam cum fide in hos Codices transferebat, commodius, ut opinor, tempus exſpectans, quo poſſet de his rebus mature diiudicare. Mors tamen eum praevenit, nec quae cogitaverat ad exitum perducere potuit. Libri vero obitu ipſius diſſipati ſunt, paucique e magno numero inveniuntur. Si quis autem propter acumen ingenii, & variam Latinorum Graecorumque ſcriptorum lectionem, hoc praeclare facere potuit, ille ut opinor, fuit.*

Per eadem ferme tempora Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis, Florentiam venit adhuc iuvenis, una cum Ioanne Metello Sequano (6), novamque Romanarum Legum, ac praecipue Pandectarum, ad fidem Florentini exemplaris, editionem cudere alta mente revolvens, a Coſmo I. Magno Etruriae Duce veniam impetravit videndi, & examinandi Codices Laurentianos, eos potiſſimum, qui ad Ius Civile, & Canonicum pertinent, in quibus volutandis trium menſium ſpatium inſumpſit (7). *Itaque* (inquit in Prooemio Libri I. Emendationum ad Michaëlem Maium Procancellarium magnus ille vir) *quum didiciſſem optimam Iuris Civilis partem ex nobiliſſimis illis libris, qui Florentiae nunc ſunt, patrum noſtrorum memoria fuerant Piſis, exſcripsam eſſe; quum primum per ceterarum partium iuris ſtudia licuit, a Coſmo Medice, Tuſcorum Duce humaniſſimo, impetravi per Ioannem Lunum, civem meum, virum ob rei militaris peritiam, integerrimam fidem, generis nobilitatem, morum comitatem, Caeſari, Etruriaeque toti valde charum, ut mihi, & Ioanni Metello Sequano, adoleſcenti, moribus, & ingenio praeclaris, tamdiu illis libris uti liceret, quamdiu noſtrorum librorum emendationi operam dare volumus.* Praecipuam tamen curam Auguſtinus intendit in perpendendo Archetypo Palatino, eoque cum Politianeis Collationibus diligentiſſime conferendo. Unde ſubiungit (8): *Attuleramus nobiſcum exemplum quoddam e us Conſtitutionis ex noſtri Doctoris* (Alciati videlicet) *exemplo exſcriptum, ſed id nos ea parte nihil iuvit; neque etiam aliud Politiani, ex quo Alciatinum ſumptum fuit, excepta illa priori parte, quam exiſtimamus, aut Politiani tempore, aut noſtra effictam eſſe.* Uſus eſt etiam Auguſtinus Politianeis Collationibus, ex quibus Alciati editio profluxit, ad nexus verburum, & litteras aevi diuturnitate detritas, ac fere conſumptas, vel a male peritis cenſoribus deletas, aut male correctas, facilius eruendas. *Ad has difficultates* (inquit) (9) *Angeli Politiani libros adhibuimus, qui primus noſtrorum hominum errorem cognoſcens, illos libros cum ſuis contulit.* Praeterea ex iiſdem deſcripſit Graecas Modeſtini leges de Excuſationibus (10), una cum nonnullis Politiani notulis (11), ut adfirmat in cit. Praefatione ad Mich. Maium.

Tan-

(1) Lib. IV. Cap. II. pag. 317. ſeqq.
(2) In Vita Polit. pag. 310. ſeqq.
(3) ll. cc.
(4) Hoc Opuſculum prodiit ſub titulo: *Petri Victorii explicationes ſuarum in Catonem, Varronem, & Columellam Caſtigationum. Pariſiis ex officina Rob. Stephani MDXLIII*
(5) Quum dicat Victorius: *illi enim* (ſcilicet Politiani Pandectarum libri) *quoque publici ſunt*, conſici poſſe videtur extitiſſe in Florentina Medicea ad D. Laurentii Bibliotheca.
(6) Pancirolus de Claris Legum Interpretibus Libro II. Cap. CLXXXVIII.
(7) Anno circiter MDXLII. Florentiam venit, ubi per tres menſes ſubſtitit, ut teſtatur Auguſtinus in Prooemio ad Lib. I. Emend.
(8) Emend. Lib. III. Cap. III. & Lib. IV. Cap. penult.
(9) In cit. Prooemio ad Mich. Maium, & Menckenius in Vita Polit. pag. 313. *Quum totus eſſet Florentiae Auguſtinus in deſcribendo perfectiſſimo ille iuris Civilis monumento, nec, ſicubi difficultates illi in legendo vetuſtas ſcripturae obiiceret, ſuo ſatis ingenio confideret, prius ceteris ad Politiani libros, quorum uſus tunc erat publicus, tamquam ad Oraculum confugit.*
(10) Lib. IV. Emend Cap. 14. & ad Modeſtinum Lib. ſingul. Excuſat. §. Grammatici *Haloander negligentius ſcripſit; ſed minime mirum eſt, quum Ludovici Bononienſis, cuius libris uſus eſt, neſcio, qua negligentia haec Modeſtini capita, deſcripta a Politiano libro, ut cetera, non ſint.*
(11) Ant. Auguſtinus Libr. IV. Emend. Cap. 14. *In his Politiani libris in margine quaedam ſcripta reperi, quae ei legenti, ut ſit, in mentem veniebant.* Specimina quaedam harum adnotationum dedimus in Italica Diſſertatione noſtra de Politianoeis Pandectis pag. xxxviii. ſeqq.

Tandem Laelius Taurellius Fanenſis, celeberrimus Iuriſconſultus, Senator, & Coſmi I. Magni Etruriae Ducis Auditor, in edendis Florentinis Pandectis per decem annos, eiuſdem Principis iuſſu (1), plurimum inſudavit. Prodiit haec elegantiſſima Florentini Codicis editio ſub nomine filii Franciſci Florentiae typis Laurentii Torrentini A. MDLIII. nec exiguum ex Collationibus Politianeis fructum tulit (2). Docemur id a filio Franciſco, cuius in Praefatione, Pandectis praemiſſa, verba ſunt haec: *Politiani libros, quos vir ille doctiſſimus ſua manu ex horum ipſorum evolutione reconcinnaverat totos contulimus*. Ex cit. Antonii Auguſtini Praefatione in Librum III Emend. ad Michaëlem Maium deprehendimus, has Politianeas Collationes fuiſſe in manibus eiuſdem Taurellii iam tum quum is Florentiam perrexerat: *Multum*, inquit, *Laelio Taurellio noſtro debetur, qui hoc unum curat, ut in omnium manus venire poſſint*; & paullo poſt; *cuius Libris qui aut cum his, aut eadem tempore eduntur, hos volo indices non ſatis plenos exiſtimari*: & in Prooemio ad Librum I. Emendationum ſubiungit: *uſus ſum & iudicio, & ingenio, praeclaris & libris Laelii Taurellii Fanenſis, doctiſſimi & integerrimi viri, cuius hoc eadem in re optime poſiti labores maximum propediem Iuris Civilis ſtudioſis lumen praeſtabunt*.

Poſt Auguſtini & Taurellii aetatem Politianeae Collationes in abſcondito latuerunt. Hinc poſtquam ab Henrico Brencmanno, & Ioanne Friderico Menckenio quam diligentiſſime in publicis & privatis Florentinorum Bibliothecis fruſtra fuerunt perquiſitae, eas demum tamquam deperditas conclamarunt. *Diu hi libri a Politiano collati*, inquit Menckenius (3), *publicis uſibus patuerunt, & religioſe cuſtoditi ſunt in Bibliotheca Medicea, ubi viſos ſibi & inſpectos teſtatur Petrus Victorius in Caſtigat. in Columellam &c. de Re Ruſtica pag. 70 = At ſucceſſu temporis perdidit inſigne hoc decus Laurentiana Bibliotheca* (4); *certe inveſtiganti Brencmanno non oſtendit, de quo dolet ipſe in Hiſtor. Pandect. Lib. IV. Cap. 1. pag. 312.* qui quidem Menckenius pag. 314. & ſeqq. fuſius in huiuſce theſauri fures invehitur, tantamque iacturam acerbiſſime conqueritur.

Ex his, quae huc uſque praefati ſumus conicere poſſumus, Politianeas Pandectas miſiſſe Florentinos Leoni X. Pontifici Maximo; a Clemente VII. Pontifice item Maximo fuiſſe eas, una cum Medicea Bibliotheca, in clauſtro Baſilicae Laurentianae repoſitas A. MDXXVII. (5); ibi eas conſuluiſſe anno circiter MDXLII. viros celeberrimos Petrum Victorium, & Antonium Auguſtinum; commodatas poſtmodum fuiſſe Laelio Taurellio, ut novam adornaret Pandectarum editionem, quae Florentiae prodiit A. MDLIII. ac tandem a Taurellii heredibus Donato forte Antellenſi (6), qui erat ab intimis Conſiliis Status Ferdinandi primi, & Coſmae II. fuiſſe redditas, ut eas in Laurentianam Bibliothecam reponendas curaret, quod revera ſecus evenit; compertum enim a nobis eſt ex hereditate Familiae Antellenſis extinctae anno MDCCXXXIV. diſperſas fuiſſe; quae quum in manus propolae cuiuſdam deveniſſent, eaſque ille ſalſamentario ad tunicas caſeo, & ſcombris faciendas vendere cogitaret, forte accidit, ut in Caninium quemdam non ignobilem iuriſconſultum per viam incideret, cui quum ea volumina oſtendiſſet, viſo ille nomine Politiani, fatum Codicis omnino ignorans, perquam exiguo pretio ſibi eadem comparavit. Dum autem anno MDCCLX. ipſum Caninium domi adiiſſem, ut eius Libros inviſerem, caſu tantum theſaurum, de quo quidquid Brencmannus, & Menckenius ſcripſerant non ignorabam repperi, & ab oblivione & interitu vindicavi. Libello ſiquidem ſupplici certiorem ea de re reddidi Sacram Caeſaream Maieſtatem Franciſci Imperatoris ſemper Auguſti, atque ut Politianeae Pandectae, quae forte ad Mediceam Bibliothecam pertinuerant, eidem redderentur ſedulo curavi, edita Diſſertatione ſub titulo: *Ragionamento Iſtorico ſopra le Collazioni delle Fiorentine Pandette fatte da Angelo Poliziano ſotto gli auſpicj del Magnifico Lorenzo de' Medici ora ritrovate, e reſtituite al pubblico, a cui una volta appartenevano &c. Livorno per Gio. Paolo Fantechi MDCCLXII.* 4.

(1) In Praefatione ad Librum III. Emend. ad Michaëlem Maium id adfirmat Auguſtinus his verbis: *Maximas igitur gratias agere Coſmo Medici Duci oportet, qui in maiorum ſuorum inſtitutis perſeverans, noſtram ſcientiam tam praeclare iuvat, ut reprehendere videatur ſuorum civium avaritiam, qui tales libros obſoleſcere & obliterari paterentur. Multum Laelio Taurellio noſtro debetur, qui hoc unum curat, ut in omnium manus* (Pandectae) *venire poſſint*.

(2) Maxima pars eius gloriae, quae ex ſplendida & emendatiſſima hac Pandectarum editione parta eſt Taurellis, Politiano eſt referenda. Vid. Brencmannum Hiſt. Pand. Lib. IV. Cap. V. pag. 354. & Simleewium Hiſt. Iuris Rom pag. 718. Graeca recenſuit Petrus Victorius, ut patet ex eius Vita a nobis conſcripta, & praemiſſa Cl. Italor. & Germanor. Epiſtolis ad P. Victorium Florentiae MDCCLVIII. 4. Tom. I. pag. XLIV. ſeqq.

(3) Loc. cit. pag. 308.

(4) In primo Bibliothecae indiculo a Senatore Baccio Valorio, ac Franciſco Rondinellio Regiis Bibliothecae Praefectis anno MDLXXIX. adornato, hae Politianeae Pandectae minime notatae ſunt. Nil aliud dicit Victorius, quam *illi enim* (ſcilicet Libri Pandectarum) *quaque publici ſunt*. An haec verba ad Bibliothecam Mediceam tantum referenda ſint, alii inquirant.

(5) Medicea Bibliotheca, quae Romam tranſlata fuerat, ut videre eſt in Praefatione noſtra ad Tomum I. Catalogi Codicum Graecor. pag. XIII. Florentiam rediit anno MDXXIII. & in aedibus Medicum delituit uſque ad annum MDXXVII. quo tempore tranſlata fuit in clauſtrum Laurentianae Baſilicae, ut ex diario eruitur, quod extat in Archivo eiuſdam Baſilicae, ſignato littera C n. 100 pag. 140. t.

(6) Ortus eſt Donatus Bartholomaei filius Antellenſis die XIX. Februarii A. MDXXXIX Deceſſit die XVII. Maii MDCXVII. Vid. Mannium in ſerie Flor. Senator.

CA-

CATALOGVS CODICVM

BIBLIOTHECAE SANCTAE CRVCIS

PETRI LEOPOLDI M. E. D.

I V S S V

IN LAVRENTIANAM TRANSLATAE

DIE XVI. OCTOBRIS CIƆ. IƆ. CC. LXVI.

PLVTEVS I. PARTIS SINISTRAE

CODEX I.

DECRETVM GRATIANI CVM EXPOSITIONE BARPTOL. BRIXIENSIS ET ALIORVM.

DEcretum Gratiani cum Expoſitione Barptolemaei Brixienſis (1). & aliorum, praevio brevi Prologo, qui ita ſe habet: *Quoniam novis ſupervenientibus cauſſis, novis eſt remediis ſuccurrendum, idcirco ego Barptolemaeus Brixienſis, confidens de magnificentia Creatoris, Apparatum Decretorum duxi in melius reformandum, non detrahendo alicui, nec attribuendo mihi gloſſas, quas non feci, ſed ſupplendo defectum ſolummodo, ubi correctio neceſſaria videbatur, vel propter ſubtractionem Decretalium, & diminutionem earumdem, vel propter iura, quae ſupervenerunt de novo: interdum etiam ſolutiones interpoſui, quae praetermiſſae fuerant a Ioanne, ad honorem Omnipotentis Dei, & Eccleſiae Romanae, & ad utilitatem omnium ſtudentium in Iure Canonico.* Expoſitio inc. *Humanum genus &c. Tractaturus Gratianus de Iure Canonico primo incipit a ſimplicioribus, & dignioribus &c.* Deſinit Decretum in Diſt. V. & in verbis Cap. XL. *niſi quod viderit patrem facientem.* Vltima Commentarii verba ſunt: *Facientem &c. Saepe ſolet ſimilis filius eſſe patri; item & magiſtro diſcipulus. XXIV. quaeſtione 1. Quum beatiſſimus* (2). *Ac.* Concordat tam Decretum, quam Expoſitio cum editione, quam in privata noſtra Bibliotheca habemus, in cuius calce legitur: *Exactum divinis auſpiciis Decretum ſumma cum diligentia Venetiis impreſſum cura impenſiſque Magiſtri Petri Cremonenſis, dicti Veronenſis de Plaſiis, enucleatiuſque emendatum anno ab Incarnatione Domini MCCCCLXXXIII. die XXV. Ianuarii, regnantibus ſanctiſſimo in Chriſto Patre Sixto Quarto Pontifice Maximo, nec non & Ioanne Mocenigo inclyto Venetorum Principe Illuſtriſſimo*, in 4. Notandum in calce huius magnae molis Voluminis (teſte Laurentio Mehus in Praef. ad Epp. Ambroſii Camald. pag. CCCXXXIX.) adſcriptum fuiſſe monumentum quod ſequitur: *Iſtum librum emit Frater Guido de Fraxia tunc temporis Guardianus Florentinus anno Domini milleſimo CCXLVI. Fuit autem emptus pro libris XIX. Piſanorum & dimidia ab Vgone Florentino filio. Inſtrumentum vero factum fuit inde a Domino Bono de Arlotto Bencivenni de Arlotto recipienti procuratorio nomine pro Domino Epiſcopo Oſtienſi* (Raynaldo ſcilicet Anagnino Gregorii IX. fratris filio, ac poſtea Alexandro IV.) *ad uſum, & utilitatem Fratrum Minorum Conventus Florentini. Qui hunc librum alienaverit, vel titulum iſtum deleverit anathema ſit.* Quod tamen in reſtaurando poſtmodum Codice, bibliopegi incuria, qui ultimum abſcidit folium, deperditum eſt.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XIII. binis columnis, diligenter exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus tam Librorum, quam Capitum diverſimode figuratis. Conſtat foliis ſcriptis 360.

(1) Barptolemaeus Brixienſis fuit Iuris Conſultus, & Iuris Canonici Profeſſor, charus S. Dominico, & apud Gregorium IX. gratioſus; diem obiit A. MCCL. aetatis LXXXIV. Vid. Maurum Sartium de Cl. Archigymnaſii Bon. Prof. Bononiae typis Laelii a Vulpe MDCCLXIX. fol. pag. 339

(2) In edit. Veneta A. MDXCI. 4. poſt verba *quum beatiſſimus* adiicitur *Ioannes*.

BONIFACII PAPAE SEXTVS DECRETAL. CVM COMMENT. IO. ANDR.

Cod. II. BOnifacii Papae VIII. Liber ſextus Decretalium cum Commentario Ioannis Andreae (1). Textus inc. *Bonifacius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Doctoribus & ſcholaribus univerſis Bononiae commorantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſanctae Romanae Eccleſiae &c.* Comm. inc. *Quia preepoſterus eſt ordo prius humanu ſubſidia petere, ut illis deficientibus, divini favoris gratia poſtuletur.* Textus deſinit in Titulo *De regulis iuris*, & in verbis: *certum eſt quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.* Vltima verba Expoſitionis pertinentia ad Caput penultimum *De verborum ſignificatione*, haec ſunt: *ſicut iudex propter propria negotia differre & dimittere poteſt cauſſam ff de iudic. L. 11. ſi longius. Io. An.* In fine rubrica adnotatum eſt: *Explicit Liber VI. Decretalium Domini Bonifacii Papae VIII.* Prodiit Venetiis MCCCCLXXXI. una cum Novellis, ſeu Clementinis. quae infra occurrunt.

In prima pagina legitur: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Sextus Decretalium. Num. 416.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis diligenter exaratus. cum titulis & initialibus Librorum, & Capitum rubricatis, & diverſimode coloratis. & indiculo Titulorum in principio, alia, ſed antiqua manu. Conſtat foliis ſcriptis 107.

CLEMENTIS PAPAE V. DECRETALES CVM GLOSSIS IO. ANDREAE.

Cod. III. CLementinae cum gloſſis Ioannis Doctoris Bononienſis (2). Textus inc. *Ioannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Doctoribus, & ſcholaribus univerſis Avinioni commorantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam nulla iuris ſanctio.* Gloſſae inc. *Ioannes &c. Grandioſum hoc nomen per interpretationes, derivationes, vel etymologias extollere, non eſt meum.* Textus deſinit in Libro V. Tit. XI. *De verborum ſignificatione*, Capite I. & in verbis: *vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem attentare praeſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Deo gratias. Amen* (3). Gloſſae deſ. *Natura vero naturans, quum ad illam redierimus, per interceſſionem Virginis glorioſae, nos collocet cum electis. Amen. Io. An. Explicit Apparatus Domini Ioannis Andreae excellentiſſimi Doctoris Decretorum &c. Deo gratias. Amen.*

In prima Codicis pagina legitur: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Minorum. Clementinae cum Apparatu Ioannis Andreae. Num. 417.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis diligenter exaratus, cum titulis & initialibus Capitum coloratis, & pictura in principio, quae Pontificem mitra rotunda redimitum, & in cathedra in medio Cardinalium ſedentem exhibet, qui duo volumina clauſa duobus ante ſe Profeſſoribus genuflexis tradit. Conſtat foliis ſcriptis 52.

LECTVRA CIONIS SVPER DECRET. GRATIANI.

LEctura Cionis ſuper Decretum Gratiani, praevio Prologo, cuius initium eſt: *Ad decorem ſponſae, ideſt Eccleſiae, poſt legem naturalem ſequuta eſt Moſaica, inde Prophetica, poſtea Evangelica, exinde Apoſtolica. Dei pertinentia, & referantur.* Lectura inc. *Humanum &c. Tractaturus Magiſter Gratianus de Iure Canonico, incipit ab altiori, ſcilicet a Iure naturali, quod antiquius eſt tempore, & excellentia, aut dignitate.* Deſinit in Capite CXL. Diſt. V. Decreti Part. III & in verbis: *aliud eſt procedere &c. ideſt ab alio dicitur procedere a Filio, & ab alio dicitur procedere a Filio* (ſic) *quam quum dicitur procedere a Patre.* Tum ſubiicitur hic verſiculus: Cod. IV.

> *Scribere qui neſcit nullum putat eſſe laborem.*

Explicit Titulus de Conſecratione. Sit laus & gloria Chriſto.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum, Lectura Cionis ſuper Decretum. Num. 418.*

In ultima tandem pagina haec alia ſunt adnotata: *Iſte liber eſt deputatus ad uſum Fratris Andreae de Florentia Ordinis Minorum, poſt cuius mortem pertinet ad Conventum Florentinum eiuſdem Ordinis. Si quis furatus fuerit anathema ſit. Amen amen.*

Codex membranac. Ms in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis diligenter exaratus, cum initialibus diverſimode coloratis, & notulis quibuſdam in margine eiuſdem manus. Conſtat foliis ſcriptis 416.

LECTVRA SVPER DECRET. D. GVIDONIS DE BAYSIO.

LEctura ſuper Decretum Domini Guidonis de Baysio (4) Praecurrit Epiſtola nun Cod. V.

(1) Florentinis accenſet Iulius Niger pag. 263. Obiit Bononiae MCCCXLVIII. die VII. Iulii.

(2) Vid. Sartium l. c. Tom. I P. I. pag. 320.

(3) Haec ultima verba ob evanidos characteres vix legi poſſunt.

(4) Hic Guido, apud Trithemium de Bayſo, & apud Cangium rectius de Bayſo ſive Baysio, Patritius Regienſis, Canonicus Bononiae circiter an. MCCLXXX. inter-

nuncupatoria: *Reverendo viro Domino Ricardo de Monte Nigro Praepoſito Remenſi, in Bononienſi Studio commoranti, Guido de Bayſio, Reginae Canonicus vocatus, in Bononia Decretorum Magiſter, optatam in Chriſto ſalutem. Iuxta Beatum Ambroſium omnis ratio ſupernae ſcientiae, vel terrenae creaturae in eo eſt, qui eſt earum caput & auctor.* Deſ. *inter quos in futuro iudicio vos reperiam. Amen, hoc eſt, verum eſt, ſive erit. ut de Con. Di. II. revera in fine.* Poſt expoſitionem Rubricae, Lectura incipit: *Humanum genus &c. Magiſter Gratianus intendens providere ſtatui univerſali Ecclesiae, compilavit hoc Opus de quodam magno opere Decretorum, in quo erant omnia Concilia, & Canones Apoſtolorum, de quo habetur XIX. Di. C. 1.* Deſinit in Cauſ. XXI. Quaeſt. VI. & in verbis: *vel alter excederit magiſter. Finitur Lectura ſuper Decreto Domini Guidonis de Abayſio. Deo gratias.* Haec Lectura in Decretum cum Tractatu de Poenit. & cum Roſario prima vulgata eſt Romae An. MCCCCLXXVII. *per Venerabilem D. Simonem Nicolai de Luca, cuius nomine & auctoritate D. Nicodemus de Cardelio opus illud rexit & gubernavit.* Tum ſequuntur verſus, qui adferuntur a Fabricio loc. cit. in Additione Io. Dominici Manſi. Vid. Sartium l. c. Tom. I. Part. I. pag. 406.

In prima Codicis pagina legitur manu antiqua: *Lectura ſuper Decretum Domini Guidonis de Bayſio. Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Num.* 419.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis, optime ſervatus, cum initialibus diverſimode coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 125.

BERNARDI PARMEN. CASVS DECRETAL.

Cod. VI. I. pag. 1. CAſus Decretalium Magiſtri Bernardi Parmenſis Doctoris Decretorum, Canonici Bononienſis (1), ad honorem ſummae Trinitatis & individuae Vnitatis, cum gloſſis aliquot marginalibus, & cum Prooemio, quod inc. *Rex pacificus &c. Praemiſſa ſalutatione, ſic pone caſum in iſta Conſtitutione. Rex pacificus, ideſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus pia ſua miſeratione ab initio mundi diſpoſuit, ſeu praevidit ſubditos ſuos fore pudicos, pacificos, & modeſtos.* Deſ. *ne aliquis praeſumat aliam facere compilationem, ſine licentia Sedis Apoſtolicae ſpeciali.* Caput I. *De ſumma Trinitate & fide Catholica* inc. *Firmiter credimus &c. Nota quod poſt ſymbolum Apoſtolorum, quod dicitur Credo in Deum, quatuor Concilia prodita fuerunt olim a Sanctis Patribus.* Vltimum Caput *De regulis iuris*, deſ. *& ideo ab aliis Eccleſiis eſt prohibendum. No. regulas huius tituli notabiliter notandas.*

II. pag. 101. Eiuſdem Caſus Novarum Decretalium (Innocentii IV.) Caput I. *De reſcriptis* inc. *Quum in multis &c. Olim ante iſtam Conſtitutionem per clauſulam illam generalem quidam alii &c.* Caput ultimum *De verborum ſignificatione* deſ. *tamen per declarationem hanc nolumus aliis defenſionibus, ſeu iuribus partium derogari.* Tum ſubiicitur: *Expliciunt Caſus Novarum Decr.*

In Codicis tegumento legitur: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Caſus Bernardi ſuper Decretalibus.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 104.

MANFREDI DE ARZAGO TAB. SVPER DECRET.

Et Magiſtri Ioannis de Deo Concordantiae Decretorum.

Cod. VII. I. pag. 1. MAnfredi de Arzago, Vicarii Domini Archiepiſcopi Mediolanenſis, Tabula ſuper Decretum & Decretales, in qua flores Canonicarum Legum tam ex textu, quam ex gloſſis excerptos, per Titulos digeſſit. Praecurrit breviſſimus Prologus, qui inc. *Quum omnium habere memoriam ſit potius Divinitatis, quam mortalitatis.* Deſ. *alioquin totum opus legere non omittat, quod non erit difficile propter operis brevitatem &c.* Tum ſequitur Caput primum *De Summa Trinitate & Fide Catholica*, quod inc. *Quot modis fides accipiatur no. de fide ca. & ſumma Tr. C. I.* Deſ. *ſponſus a. verbum g. voluntas a.*

II. pag. 114. Magiſtri Ioannis de Deo (2) Concordantiae Decretorum cum Titulis Decretalium. Inc. *Liber Decretorum diſtinctus eſt in tres partes.* Deſ. *ubi de iſta mihi plene eſt notum. Expliciunt Concordantiae Decretorum cum Titulis Decretalium a Magiſtro Ioanne de Deo compoſitae in civitate Bononienſi.*

Animadvertendum eſt pag. 29. in vacuo ſpatio adſcriptam fuiſſe Tabulam Paſchalem, quae incipit ab A. CCCXII. (ſubintellige tamen poſt M) & progreditur uſque ad annum MCCCXL.

In prima pagina notatum eſt: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Mi-*

terpretatus eſt; ex Canonico deinde S. Victoris Bonon. Archidiaconi dignitatem obtinuit, Summi quoque Pontificis Capellanum & literarum contradictarum Auditorem fuiſſe, adfirmat, ex fide Guidi Panciroli, Fabric. Bibl. Med. Tom III. pag. 129.

(1) Is eſt Bernardus Bottonus Parmenſis, de quo Pancirolus Lib. III. Cap. VIII. Praeter Apparatum ſuper Decretales, ſcripſit etiam Caſus ſuper eaſdem; *unde Innocentio IV. fuit contemporaneus, & ſub ipſo Apparatum fecit*, verba ſunt Ptolemaei Lucenſis Hiſt. Eccl. Lib. XXII. Cap. XII. Quare duo Opera Canonica plane inter ſe diverſa ſcripſiſſe Bernardus iſte cenſendus eſt, quod non ſatis diſtinguitur a Pancirolo loco ſupra cit.

(2) ICtus Bononienſis, patria Vlyſſiponenſis, qui anno MCCXLVII. ſcripſit Poenitentiale, & alia, de quibus Oudinus Tomo III. pag. 178. & Nicolaus Antonius Lib. VIII. Biblioth. Veteris Hiſp. Cap. III. Tomo II. pag. 4?. Hanc autem Concordantiam, ſeu Tabulam Decreti & Decretalium memorat Trithemius Cap. 452.

Minorum. Tabula ſuper Decretum, & Decretales. *Num.* 421.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 119.

FR. PETRI QVESVEL DIRECTORIA IVRIS.

Cod. VIII. SVmma, quae vocatur Directoria Iuris in foro conſcientiae, vel iudiciali compoſita a Fratre Petro Queſvel de Ordine Fratrum Minorum (1) Praecurrit Prooemium, quod inc. *Si quis ignorat ignorabitur 1. Cor. XIV. &c. Haec verba ponuntur Diſtin. XXXVIII. C. quia ea.* Deſ. *ut plena veritas habeatur* Titulus primus Libri I. *De Summa Trinitate* inc. *Dignus es Domine aperire librum & ſolvere ſignacula eius.* Titulus LII. Libri IV. *De confirmatione, utiliter, vel inutiliter* deſ. *ego enim rogatus a pluribus praeſens Opus compilavi; licet multa habuerim contraria propter infirmitates, & alia, ac me diſtraxerint ardua negotia & diverſa, adiutorio tamen illius in quem ſperavi, meritis Beatae Mariae Virginis, ac beati Franciſci curſum operis conſummavi, a quo exſpecto mihi praemium reddi, cui laus eſt & gloria per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen. Finis Directorium iuris. Deo gratias.* Notandum in fine libri ſecundi adſcribi:

Vinum ſcriptori debet bonum Iacobin.

Nomen ſcriptoris Henricus & cetera Celilrke volant (ſic).

In fine ſubiungitur duplex Tabula, prima generalis, & altera ſpecialis ſuper quatuor Libros praedicti Directorii Iuris. Scripſit hoc Opus Fr. Petrus Queſvel Libris IV. ſtylo, praeter Iuriſtarum conſuetudinem, eleganti, teſte Waddingo pag. 288. qui illud evolvit in Biblioth. Vaticana & Franciſcanorum Toletana. De aliis Codd. vid. Oudinum Tomo III. pag. 1168.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Directoria Iuris in foro conſcientiae, & iudiciali Fratris Queſvel Ordinis Minorum*, *Num.* 422. In calce vero ultimae paginae legitur: *Directorium Iuris, olim Magiſtri Brunaldi, nunc autem eſt armarii Florentini Conventus.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. exeuntis binis columnis diligentiſſime exaratus, cum titulis rubricatis & initialibus Librorum, auro, variiſque coloribus illuminatis, & cum pictura in principio, quae auctorem Franciſcana veſte, qua Minoritae de Obſervantia utuntur, indutum, & barbatum in cathedra ſedentem exhibet, librum apertum praeſeferentem, cui adſtat ingens diſcipulorum turba, quae attente praeceptoris lectionem excipit. Conſtat foliis ſcriptis 262.

HENRICI CARD. OSTIENSIS SVMMA SVPER DECRETAL.

SVmma ſuper Decretales compilata a Domino Archiepiſcopo Ebredunenſi (2) cum gloſis. Incipit Lib. III. *Intelligite inſipientes in clero, quoniam ſi iuſte iudicaveritis, voſmetipſos non decipietis, ſed honeſtate vitae vocabitis.* Deſinit in Libro V. in Capite *De regulis iuris*, & in verbis: *ego enim, licet multa habuerim contraria, ac me diſtraxerint alia negotia ardua & diverſa, adiutorio tamen illius, in quem ſemper ſperavi in omnibus ſuffultus, vim mihi intuli, opus quaſi deſperatum, & nimis difficile, quin immo inſufficientiae meae impoſſibile, quod in minori inceperam, & demum incredulo amiſeram, in maiori conſtitutus officio renovavi curſum operis, & conſummavi, fidem ſervavi, non ego autem, ſed gratia Dei mecum; de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiae, quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex, cui eſt honor, & laus, & gloria per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen. Benedictus idem Dominus meus Ieſus Chriſtus, qui eſt benedictus per aeterna ſaecula ſaeculorum. Amen. Eidem gratias & laudes per infinita ſaecula ſaeculorum. Amen.* Tum diſtichon in laudem Operis: Cod. IX.

Monſtrans obſcuras Iuris diſſolvere curas,
Extricat antiquas haec nova Summa tricas.
Pro ſumma ſummo ſit Regi gloria ſummo.

Explicit Summa ſuper Decretales compilata a Domino Archiepiſcopo Ebredunenſi. Deo gratias. Amen.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Lectura, ſive Summa ſuper Decretales compoſita a Domino Archiepiſcopo Ebredunenſi.* *Num.* 423.

Cod. membr. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis diligentiſſime exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, & pictura in principio aurata & colorata, quae totum marginem ambit, & cum ſtemmate familiae cuiuſdam. Conſtat foliis ſcriptis 258.

DECRETALES CVM GLOSSIS ANONYMI.

I. pag. 1. GRegorii IX. Decretalium Libri V. (3) cum Gloſſis. Textus Cod. X.

(1) Hic Frater Petrus Queſvel, fuit Anglus, Theologus, & IC. Ord. Minor. in Coenobio Norvicenſi, ac floruit Saec. XIV. exeunte.

(2) Seguſii in Pedemonte natus eſt Henricus, ob Epiſcopatum Oſtienſem, quem ab Vrbano IV obtinuit, Oſtienſis nomine notiſſimus. Creatus fuit Archiepiſcopus Ebredunenſis anno circiter MCCL. De eo plura habes apud Sartium loc. cit. pag. 360. ſeqq. ubi animadvertit hanc Summam, opus, omnium, quae in Iure Canonico prodierint laudatiſſimum, numquam ſatis emendatam in lucem produſſe.

(3) Haec eſt Decretalium Collectio a Reymundo de Pennafort Gregorii IX. Capellano, & Poenitentiario, iuſſu eiuſdem Pontificis lucubrata, de qua videnda eſt Praefatio in eius Summam Veronae MDCCXLIV. fol. §. III.

Digitized by Google

xtus incipit: *Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Doctoribus & ſcholaribus univerſis Bononiae commorantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Rex pacificus pia miſeratione diſpoſuit.* Deſ. *ut pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur.* Concordant cum editis in Corpore Iuris Canonici edito a Petro Pithoeo &c. Auguſtae Taurin. MDCCXLVI. fol. Tom. II. a pag. 1. uſque ad pag. 311. Gloſſae inc. *Gregorius. In huius Libri principio quinque praecipue ſunt praenotanda, videlicet, quae ſit intentio, quae materia, quae utilitas.* Deſ. *alias enim nullum iuramentum, nulla pactio, vel obligatio illicita in ſpiritualibus debet intervenire; & ſi intervenerit nullam obligationem de facto, vel iure inducit, ſupra de pactis, pactiones.* Concordant hae Gloſſae in Gregorii IX. Decretales cum editione Veneta A. MDXCI. 4. in quarum fine ſubſcribitur *Ber.*

II. pag. 299. Decretales novae Domini Innocentii IV. (1) Textus inc. *Innocentius IV. in Concilio Lugdun. Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Univerſitatis Magiſtrorum & ſcholarium Bononiae commorantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quum nuper in Concilio Lugdun. quaſdam Conſtitutiones ſuper certis articulis duximus promulgandas &c.* Caput I. *De reſcriptis* inc. *Quum in multis iuris articulis infinitas reprobetur.* Gloſſa inc. *Quum infinitas. Non quod infinitas in multis articulis reprobatur, quum obſcuritatem & confuſionem frequenter inducat.* Textus deſ. in Capite *De verborum ſignificatione*, & in verbis: *nolumus aliis defenſionibus, ſeu iuribus partium derogari. Explicitae Decretales Innocentii quarti.* Gloſſa deſ. *& idem de aliis quae non ſunt expreſſa in privilegio. B.*

III. pag. 313 Gregorii Papae X. Decretales noviſſimae ſine ſcholiis. Inc *In nomine Domini amen. Gregorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Univerſitatis Magiſtrorum, & ſcholarium Bonon. ſalutem & Ap. benedictionem. Quum nuper in generali Concilio Lugdunenſi, & poſt quaſdam Conſtitutiones ſuper certis articulis duxerimus promulgandas &c.* Caput I. *De ſumma Trinitate, & fide Catholica* inc *Gregorius X. in generali Concilio Lugdunenſi, Fidelis ac devota profeſſio.* Caput ultimum *De ſententia excommunicationis* deſ. *ab ea non poſſunt per Sedem Ap. abſolutionis beneficium obtinere. Datae Lugduni Kal. Novembris Pontif. noſtri anno tertio. Explicitae Decretales noviſſimae.*

In primo folio legitur: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minorum. Decretales cum Gloſis. Num. 415.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum indice rubricarum in principio, initialibus Capitum auratis & coloratis, & picturis initio ſingulorum Librorum ab aliquo antiquitatis cultore perpendendis, quarum prima Pontificem mitra rotunda caput redimitum, & veſte alba indutum, cum pluviali, ſuas Decretales adſtanti cuidam cucullato ante ſe genuflexo tradentem exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 320.

P L V T E V S II. S I N.

CONTINENS LATINOS CODD. MSS. II.

C O D E X VIII.

EVANG. S. MATTHAEI CVM GLOSSIS.

EVangelium Sancti Matthaei cum gloſſis marginalibus, & interlinearibus, & praevio Prologo, cuius initium: *Ex Iudaea, ſicut in ordine primus ponitur &c.* Textus Evangelii inc. *Liber generationis Ieſu Chriſti &c.* Gloſſa in Prologum inc. *Quum multi ſcripſiſſe Evangelia legantur, ſoli quatuor Evangeliſtae, Matthaeus, Marcus, Lucas, Ioannes apud maiores noſtros pondus auctoritatis comprobati ſunt obtinere, ſecundum figuras quatuor animalium, quae oſtenſae ſunt Ezechieli in ſua viſione &c.* In textum Evangelii inc. *Matthaeus ab initio Evangelii ſui, Lucas non ab initio, ſed a baptiſmo Chriſti generationes narrat. Ieſus Hebraice, Soter Graece, Salvator Latine.* Textus deſ. *& ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſaeculi.* Gloſſa deſ. *quod Apoſtolis per ſucceſſiones* uni-

(1) Conſtitutiones Innocentii IV. Cl. Io. Dominicus Manſius Archiep. Lucanus vulgavit in Conciliorum Supplemento Tomo II. a pag. 1071. ad pag. 1098.

Digitized by Google

univerſali Eccleſiae promittit. Nota quod uſque in finem ſaeculi non ſunt defuturi qui divina manſione ſunt digni. In ultimis duobus foliis, ex alio fortaſſe Codice in hunc translatis, & cum hoc compactis leguntur duo Sermones, quorum primus acephalus incipit a verbis . . . . . *ſcientia tua mirabilis facta eſt, & mirabilis videtur mihi &c.* Deſ. *ſed ſanctis ad monitionibus, & Dei praeceptis obediatis, quatenus cum eo vivere valeatis, ipſo adiuvante &c.* Alter in illa Evangelii verba: *Dixit Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus &c.* inc. *In dimiſſione omnium tria notanda ſunt, ut videlicet primo relinquat homo ea quae ſunt extra ſe &c.* Deſ. *ut ab eo perfectionem mentis accipere, atque praemium aeternae vitae cum ſanctis mereamur habere, ipſo auxiliante &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. ineuntis, in cuius tegmine legitur: *Iſte Matthaeus gloſſatus eſt armarii Fratrum Minorum Florentiae Conventus.* Conſtat foliis ſcriptis 96.

ARIST. QVAEDAM LOGICA EX VETERI VERSIONE.

I. pag. 1. ARiſtotelis Topicorum Libri VIII. ut in Cod. LXXVI. *Cod. IX.*
Plut. LXXXIX. ſuper. Catalogi Tom. III. pag. 339. §. VII. ubi Librorum numeratio nulla erat.

II. pag. 83. Eiuſdem de Sophiſticis Elenchis Libri II. Ibid. §. VIII. ubi finis imperfectus; heic autem Liber ſecundus deſ. *de inventis autem multas habere grates.*

III. pag. 109. Eiuſdem Priorum Syllogiſmorum Reſolutoriorum Libri II. Ibid. §. IX. ubi in fine pro voce *figurati* legendum eſt *figuam*

IV. pag. 160. Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. Ibid. § XI.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus, & cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 196.

PLVTEVS III. SIN.

CONTINENS LATINOS CODD. MSS. X.

CODEX I.

COMPENDIVM DECRETOR. RVBRICAE COD. QVAEDAM SVMMA DE SACRAM. MAG. LANDVLPHI SVPER IV. SENT.

I. pag. 1. COmpendium ſuper toto Corpore Decretorum. Inc. *Liber Decretorum diſtinctus eſt in tres partes, quarum prima vocatur Diſtinctiones, ſecunda Cauſſae, tertia de Conſecratione.* Deſ. *& determinat librum in duobus capitulis de Spiritu Sancto.* Tum legitur: *Explicit Compendium ſuper toto Corpore Decretorum.*

II. pag. 3. *b.* Rubricae Decretalium (1) & Clementinarum; pag. 5. Rubricae Codicis, Digeſti Veteris, & Novi Inſtitutionum, Authenticorum, Collationis X de Conſtitutione Feudorum, & Librorum X. XI. & XII. Codicis, in quarum fine legitur: *Explicimt Rubricae totius Corporis Iuris Civilis.*

III. pag. 12. Quaedam Summa de Sacramentis abſtracta de Libro, qui vocatur *Directorium Iuris*, ut in Codice VIII. Plut. I. ſin. ſupra pag. 27. ubi auctoris nomen, ſcilicet Fr. Petri Queſvel, praefertur. Heic autem deſinit in Capite CXXXVI. inſcripto *de Inceſtu*, & in verbis: *Item adulterium committis, quia ſponſam alterius corrumpit; item ſacrilegium, quia res eſt ſacra, ut in C. virginibus.* Tum adiicitur pag. 172. *b.* Tabula quam accuratiſſima Canonum, de quibus agitur, iuxta materias diſpoſita.

IV. pag. 205. Lectura Magiſtri Landulphi ſuper quartum Sententiarum (2). Inc. *Fundamentum primum iaſpis, ſecundum ſapphirus*

ras

(1) Decretorum, & Decretalium Rubricae habebantur etiam in Codice VII. Plut. I. ſin. ſupra pag. 26. §. II. [illegible] *Ioannes de Deo Concordantiae Decretorum cum titulis Decretalium*, ac utrinque aliquanto digeſtae.

(2) Is eſt Landenulphus Caracciolus, Scoti Auditor, Ord. Minor. ex Epiſcopo Stabiarum Archiep. Amalphitanus in Regno Neapolitano ab A. MCCCXXX ad MCCCLI.

Digitized by Google

rus &c. Deſ. *quam glorioſa dicta ſunt de te civitas, in qua ipſe regnat per ſaecula cuncta, ad quam etiam ipſe nos perducat, cuius regnum, & imperium ſine fine permanet per infinita ſaecula ſaeculorum. Amen. Explicit Lectura Magiſtri Laudulphi ſuper quartum Sententiarum.* Cui ſubiicitur Tabula Librorum & Capitum totius Operis.

In primo folio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Compendium ſuper toto Corpore Decretorum. Tabula Rubricarum totius Iuris Canonici & Civilis. Summa de Sacramentis abſtracta ex Libro qui vocatur Directorium Iuris. Laudulphus ſuper quartum Sententiarum. Num.* 433.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 245.

PETRI QVESVEL DIRECTORIA IVRIS.

Cod. II. SVmma, quae vocatur Directoria Iuris in foro conſcientiae & iudiciali, compoſita a Fratre Petro Queſvel de Ordine Fratrum Minorum ex iuribus Doctorum, & ſententiis diverſorum, ut in Cod. VIII. Plut. I. ſupra pag. 27. Heic tamen praeponitur tabula Capitum totius Operis, ac pag. 4. hoc monumentum legitur: *Iſtud Directorium Iuris emit Frater Bindellus de Vicedominis de pecunia quorumdam defunctorum, pro quorum animabus voluit, quod poſt mortem ſuam in armario poneretur, & inde in aeternum non dimoveretur, ut patet in Inventario Armarii antiquo.* In fine Exceptum legitur *ex Lib. VI. de Regulis Iuris Bonifacii VIII.* & tabula horarum ſingulorum menſium.

In primo folio adſcriptum eſt: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Directorium utriuſque Iuris. Num.* 432.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 428.

MAG. BERNARDI CASVS SVPER DECRET. ANONYMI OPVSCVLVM DE ORDINE IVDICIOR.

Cod. III. I. pag. 1. CAſus Magiſtri Bernardi ſuper Decretalibus, cum brevi Prologo, ut in Cod. VI. Plut. I. ſupra pag. 25. § I.

II pag. 106. Eiuſdem Caſus Decretalium Novarum (Innocentii IV.) Ibid. §. II. ſed heic dimidia ferme parte breviores; deſinunt enim in verbis: *iuiaſtu dicitur, ubi admonitio non praeceſſit, etiam ſi cauſſa ſubeſſet ſ. e. ſacro* . . . . . . ſpatio duorum foliorum vacuo ad reliqua ſupplenda relicto.

III. pag. 109. Summarium Decretalium Novarum Gregorii Papae IX. auctore Anonymo, valde accuratum.

IV. pag. 126. Sequitur alia manu pars Ritualis, in qua agitur de benedictione candelarum in die Purificationis B. Mariae.

V. pag. 128. Anonymi Libellus de Ordine Iudiciorum iuxta formam Canonum, & conſuetudinem Romanae Curiae, in partes tres diviſus, in quarum prima agitur de his, quae litis conteſtationem praecedunt, in ſecunda de his, quae conteſtationem ſequuntur in cauſſa, & in tertia de ſententia diffinitiva, & his quae eamdem ſequuntur. Praeit autem Prologus, qui inc. *Sedulis adhortationibus veſtris, Reverendiſſime Socie, Domine Praepoſite digniſſime, Reverende amice chariſſime, plurimum adhortatus, Opus aggredior, mihi nempe difficile, ſed vobis, & aliis non modice fructuoſum.* Deſ. *ut expulſa omni caligine caecitatis ulterius in lucem ambulent congaudentes.* Caput I. *De Iudicibus Ordinariis* inc. *Quidam fructus divinus eſt iuſtitium ſaepe ſaepius recenſeri.* Caput ultimum inſcriptum: *Qualiter & quando poſt ſententiam diffinitivam debeat & valeat appellari, & qualiter ab interlocutoria appelletur,* deſ. *cetera de hac materia dic, ut expreſſe notatum invenies in e. t. in libello Magiſtri Tancredi.*

In primo folio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Caſus Bernardi ſuper Decretales. Num.* 431.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus diverſimode coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 133.

GREGORII IX. ET INNOCENTII IV. DECRETALES.

I. p. 1. D. Gregorii Papae IX. Decretalium Libri V. praevia compilatione, quae incipit *Gregorius Epiſcopus &c. Rex Pacificus &c.* ut in Codice X. Plutei I. ſupra pag. 28. §. I. Cod. IV.

II. pag. 113. *b.* Sequuntur, veluti eiuſdem Libri V. mantiſſa, Conſtitutiones novae Innocentii IV. ut ibid. pag. 29. §. II.

III. pag. 118. *b.* Aliae Conſtitutiones noviſſimae Gregorii X. ut ibid. pag. 30. §. III. Sed heic ſtatim incipiunt a Cap. I. *De Summa Trinitate &c.* & a verbis: *Fideli ac devota profeſſione &c.*

In primo folio legitur: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Decretales ſine gloſſa. Num.* 430.

Codex membranaceus Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus ru-

ſecces. de quo Waddingus in Annal. Tomo III. Scripſit prae reliquis Commentarios in quatuor Libros Sententiarum, unde fallitur Oudinus, qui eos tribuit Landulpho Sagaci Tom. III. pag. 756.

rubricatis & coloratis, & indice in principio alia manu. Conſtat foliis ſcriptis 121.

GVIDO DE BAYSIO APPARATVS VI. DECRETAL.

Cod. V. APparatus Sexti Libri Decretalium compoſitus a Domino Guidone de Bayſio (1) Auditore Domini Papae, Archidiacono Bononienſi. Prooemium inc. *Venerabilibus & diſcretis viris Doctoribus Univerſitatis ſcholarium Bononiae degentium, fratribus & amicis chariſſimis Guido de Bayſio Bononienſis Archidiaconus, Domini Papae Capellanus, nunc ipſius litterarum contradictarum Auditor ſalutem in eo, qui unicuique tribuit iuxta votum. Veſtris devictus precibus & amore.* Deſ. *a Apoſtolorum princeps perficere digneris leviter nichomum . . . . . . hoc eſt iura eius de C. diſtinct.* 11. *revera in fine.* Apparatus inc. *Bonifacius. De Bonifacio habentur.* Deſ. *ob hoc non carent vigore privilegii, cum tunc ſcilicet iure intelliguntur ſervi &c. Explicit Apparatus Sexti Libri Decretalium Domini Archidiaconi Bononienſis, Deo gratias.*

In primo folio notatum eſt: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Apparatus Archidiaconi ſuper ſexto Decretalium. Num.* 429.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum correctionibus & gloſſis marginalibus & cum initialibus, & titulis coloratis, & rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 146.

BERNARDI PRAEP. PAPIENSIS BREVIARIVM. INNOC. III. CONSTITVTIONES.

Cod. VI. I. p. 1. BReviarium Extra Bernardi Praepoſiti Papienſis cum gloſſis marginalibus uberrimis veterum Iuris Canonici interpretum, in libros quinque diviſum. Lib. I. inc. *Venite, & diſcite, filii hominum, & nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate, ut oſtendatis vos diligere iuſtitiam, qui iudicatis terram.* Gloſſa inc. *Formavit Dominus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.* Textus deſinit in titulo *De regulis iuris*, & in verbis: *Si lupus oves committit, & paſtor neſcit.* Gloſſa vero: *Generale eſt, ut qui dolum allegat, ipſum probet ff. de probat. l. quorum C. qui dolum. Explicit Apparatus. Deo gratias.* Exſtat in antiquis Collectionibus Decretalium cum Antonii Auguſtini Epiſcopi Ilerdenſis, & Iac. Cuiacii notis Pariſiis ex officina Nivelliana MDCIX. a pag. 1. ad p. 149. Ipſe autem auctor, qui diem extremam obiit A. MCCXIII. *Breviarium Extravagantium* inſcripſit, quippe quod in ea collegit, non tam recentiorum, quam antiquorum Pontificum, atque Conciliorum Decretales, nec non veterum Patrum ſententias, quae a Gratiano praetermiſſae, extra eius Decretum vagabantur, unde haec Compilatio appendix quaedam Gratiani eſſe videtur.

II. pag. 96. Innocentii III. quinque Partes Novellarum. Primae Partis Titulus primus, qui inſcribitur: *De Fide Catholica & Summa Trinitate*, inc. *Firmiter credimus & ſimpliciter confitemur.* Prima gloſſa eſt ad Caput *De Haereticis*, & inc. *Si perſiſtant in contumacia &c. alioquin non eſſent tradendi iudici ſaeculari, vel relinquendi.* Quintae Partis Caput ultimum *De ſubſidio Terrae Sanctae*, deſ. *univerſalis Synodus orationum, & beneficiorum ſuorum ſuffragium impertitur, ut eis digna proficiat ad ſalutem.* Vltima, & unica gloſſa ad iſtud Caput eſt: *Haec eſt quaedam diſpoſitio temporalis, & ideo eam non curo gloſſare.* Haec Collectio ſolum continet illos Canones, quos Innocentius Papa III. condidit in Concilio Lateranenſi, de qua verba facit vir clariſs. Antonius Auguſtinus in aureo Opuſculo de quinque veteribus Collectionibus Decretalium Epiſtolarum, quod praemiſit antiquarum Decretalium Collectionibus.

III. pag. 108. Alia multo uberior Collectio Conſtitutionum eiuſdem Innocentii Papae III. in Libros V. diviſa cum ſcholiis, in Codice tamen anepigrapha. Liber I. inc. *Innocentius &c. Firmiter credimus & ſimpliciter confitemur.* Scholia inc. *Fides enim ſimplicibus verbis eſt proponenda.* Liber V. deſinit in Tit. XL. Cap. XXVII. & in verbis: *ut commiſſa defleat, & flenda ulterius non committat.* Scholia deſinunt: *magis rigide cum eo agitur quaeſt. de falſariis ad falſariorum.* Haec eſt ſecunda Collectio Decretalium Innocentii III. poſt Concilium Lateranenſe compilata, quae continet non ſolum Canones eiuſdem Concilii, ſed etiam reliquas Decretales, quas poſt primam collectionem ediderat idem Innocentius Pontifex. Exſtat autem in cit. Collectione a pag. 739. ad pag. 796. quemadmodum etiam Gloſſae, ſeu ſcholia ibid. a pag. 797. ad pag. 843. Hiſce autem ſcholiis, pleriſque ſubſcribitur *Io.* & nonnullis *P.*

In primis duobus foliis, quae ex alio Codice abſciſſa pro huius cuſtodia compacta heic fuere, Capita quaedam Canonica adſcripta ſunt; & in ultimo habentur tres Innocentii III. Extravagantes; prima eſt acephala, & deſ. *qui velit, & poſſit haereticam confundere pravitatem.* Altera integra inc. *Petrus Diaconus & Monachus S. Ioannis de Pinitu, ſua nobis inſinuatione &c.* Tertia mutila in fine inſcrib. *Abbati S. Trinitatis de Malsborn.* & inc. *Significaſti nobis per tuas litteras, quod quum quidam maleficus &c.* Tum legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Breviarium Bernardi.*

Co-

(1) De eo Fabricius Bibl. Med. Tom. III. pag. 119.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 137.

R. GOFFREDI DE TRANO SVMMA SVPER DECRETAL.

Cod. VII. SVmma Domini R. Goffredi de Trano (1) facta ſuper Rubricis Decretalium, & in Libros V. diviſa. Prooemium inc. *Gloſſarum diverſitas intelligentiam textus nonnumquam obtenebrat*. Deſ. *ſi quid in hoc dixero, quod videatur contrarium veritati, peritiorum correctioni ſubiicio, & expono. Nam ſi quid aliter ſapitis, haec vobis Dominus revelavit, & qualis ego ſum in ſcriptis aliorum, tales alios eſſe volo intellectores meorum*. Libri I. Rubrica prima *De Summa Trinitate & Fide Catholica* inc. *Poſt Prooemium, in quo breviter edocemur, qualiter haec nova compilatio facta ſit, veteri diſſoluta*. Libri V. Caput ultimum inſcriptum *De regulis iuris* deſ. *conſidera, quod non omnes, qui Summam habituri ſunt, habent Apparatum, & propterea malui repeti, quam deeſſe. Explicit Liber Summae Goffredi. Deo gratias.*

Finito libro referamus gratias Chriſto.

Vna cum Codicis tegumento compactum legitur Pontificium Diploma, cuius hoc initium: *Gregorius* (ſcil. X.) *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati Monaſterii Sanctae Mariae Florentin. ſalutem & Apoſtolicam ben. Sub religionis habitu vacantibus piae vitae ſtudio ita debemus eſſe propitii, ut in divinis beneplacitis exſequendis malignorum non poſſint obſtacula impedire. Quum itaque dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii Vallis Vmbroſae ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Feſulanae Dioec. ſicut accepimus, a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, ſuper poſſeſſionibus, & aliis bonis ſuis iniurias, & moleſtias multiplices patiantur, Nos eorumdem Abbatis, & Conventus providere quieti, & moleſtatorum ipſorum inſolentiis obviare volentes, diſcretioni tuae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Abbati, & Conventui praeſidio efficacis defenſionis aſſiſtens, non permittas ipſos contra indulta privilegiorum Sedis Apoſtolicae ab aliquibus indebite moleſtari &c. Datum Lugduni Kal. Maii Pontificatus noſtri anno tertio.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Summa Goffredi ſuper Decretales. Num.* 427.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 104.

FRATRIS MARTINI POLONI TAB. SVPER DECRETO.

Cod. VIII. TAbula ſuper Decreto & Decretalibus compilata a Fratre Martino Domini Papae Poenitentiario (2), praevio Prologo, cuius initium eſt: *Inter alia quae ad fidelium Chriſti doctrinam ſcripta ſunt*. Finis: *a prima littera incohatus uſque ad extremam litteram alphabeti deduxi, ipſo iuvante, qui eſt principium, & finis, qui eſt benedictus in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Tabula inc. *Aaron. Quod Aaron ſacerdotium approbatum Di. XXII. ſacroſancta*. Definit in voce *Zinzania*, & in verbis: *quod diabolus, tamquam inimicus homo dicitur ſuperſeminare zinzaniam, quando inter Cardinales diſcordiam facit ex. l. s. VI. de elect. licet*. Hic index, ſeu Tabula, ſeu etiam quo prodiit titulo, *Margarita Decreti*, in qua auctor tam Decreti, quam Decretalium dictiones cum earum ſignificatione per ordinem litterarum digeſſit, lucem adſpexit Argentinae MCCCCLXXXVI. fol. & alibi pluries.

Subiicitur pag. 218. *Forma Decreti*, quae inc. *Forma Decreti ſuper electione per formam compromiſſi taliter poteſt formari &c.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Min. Martiniana ſuper Decretum & Decretales. Num.* 426.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 218.

GREGORII IX. DECRET. NOVAE.

Cod. IX. D. Gregorii Papae IX. Decretales Novae, cum ſcholiis, & gloſſis varia, ſed antiqua manu, ut in Cod. X. Pl. I. ſupra pag. 28. §. I. In fine legitur: *MCCXXXIX. Bergognonus Notarius dictus de Caronno ſcripſit hoc. Deo gratias. Expliciunt Decretales Novae. Amen*. Codicem claudunt verſiculi bene multi Librorum Decretalium ſummam exhibentes. Inc.

Pars prior Officia parat, Eccleſiaeque Miniſtros,
Altera pars Teſtes, & cetera Iudiciorum &c.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis accuratiſſime exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, ac cum rudi pictura in principio, quae

(1) Floruit Saeculo XIII. & fuit Papae Subdiaconus & Capellanus. Prodiit autem haec Summa Venetiis A. MCCCCXCI. per Bernardinum de Tridino de Monte Ferrato. Vid. Manſium in Addition. ad Fabricii Biblioth. Med. Tom. III. pag. 67. Conſule Cl. Sartium de claris Archigymnaſii Bon. Prof. Tom. I. Part. I. pag. 341. ubi ipſum S. R. E. Cardinalem fuiſſe contendit.

(2) Martinus Polonus fuit Clementis IV. Gregorii X. Innocentii V. Ioannis XXI. & Nicolai I. Poenitentiarius, & Capellanus, de quo vid. Quetifum & Echardum inter Script. Ord. Praedic. Tom. I. pag. 362.

Pontificem in cathedra ſedentem cum mitra deſuper aperta, & inſulis, & dictantem cuidam adſtanti repraeſentat. Conſtat foliis ſcriptis 200.

GRATIANI DECRETVM CVM EXPOSITIONE.

Cod. X. DEcretum Gratiani cum Expoſitione Bartolemaei Brixienſis, praevio brevi Prologo, ut in Codice I. Plut. I. ſupra pag. 21.

In primo folio occurrit epigraphe: *Hoc Decretum eſt Armarii Conventus Sanctae Crucis de Florentia, & fuit bonae memoriae Fratris Thedaldi della Chuſa. Decretum. N. 424.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis diligentiſſime exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 569.

PLVTEVS IV. SIN.

CONTINENS LATINOS CODD. MSS. X.

CODEX I.

GRATIANI DECRETVM.

COncordia diſcordantium Canonum, ſeu Decretum Gratiani, ut in Cod. I. Pl. I. ſupra pag. 21. Heic tamen ſcholia ſunt diverſa, & pag. inſuper 280. figura quaedam ſatis curioſa Cognationum gradus exhibens depicta eſt. Scholia inc. *Ordinaturus Magiſter Gratianus Decreta ipſa, altius ingreditur a diviſione iuris. quod in duo dividitur; primo in ius videlicet naturale, & conſuetudinis &c.* In fine ſunt admodum rara, ac ſubiiciuntur Capita duo, ſcilicet I. *Iuramentum quod violenter fit, non cogitur quis obſervare.* II. *Non poteſt quis ſatisfacere de uno peccato, quin de omnibus.* Tandem Codicem claudit tabula quaeſtionum quae in ipſo continentur.

In primo folio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Decretum poſtillatum. Num. 434.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, & initio Librorum, & Titulorum picturis quibuſdam rudi penicillo, & calamo delineatis. Conſtat foliis ſcriptis 308.

BERNARDI PRAEP. PAPIENS. BREVIAR. GREGORII IX. ET INNOC. III. DECRETALES.

Cod. II. I. pag. 1. COdex eſt anepigraphus, ſed continet primo Breviarium Bernardi Praepoſiti Papienſis, ut in Cod. VI. Pl. III. ſupra p. 35. §. I. item cum ſcholiis. In averſa primae paginae parte occurrunt in margine, antiqua item manu deſcriptae, poſitiones quaedam cauſſarum Eccleſiaſticarum Dioeceſis Florentinae.

II. pag. 79. D. Gregorii Papae IX. Decretalium Libri V. cum ſcholiis, ut puto, Tancredi Archidiaconi Bononienſis, qui floruit A. MCCXX. Liber I. inc. *Clemens III. Anconitano Epiſcopo pars C. ſignificavit. Praeterea de lege illa, vel errore, quem cives tuos aſſeris ſtatuiſſe.* Liber V. deſ. *ſicut ipſe Archiepiſcopus ſtatuit, & praecepit.* In cit. Collect. Ant. Auguſtini a pag. 150. ad pag. 225. & eſt ſecunda Collectio, ſive Liber ſecundus Decretalium collectus per Libros V. ab Ioanne Vallenſi. Gloſſa inc. *Hoc capitulum deciſum eſt ab eo l. de Iudaeis ſignificavit.* Deſ. *ſummus vero interpres Deus eſt. qui gratiam interpretandi, cui vult in Spiritu Sancto, Apoſtolo teſtante, concedit, cui gloriam & honorem referimus per infinita ſaeculorum ſaecula. Amen.*

III. pag. 130. Innocentii III. Decretales Libris V. (1). Praecedit Prologus, qui inc. *Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Magiſtris & ſcholaribus Bononiae commorantibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Devotioni veſtrae, inſinuatione praeſentium, innoteſcat.* Deſ. *tam in iudiciis, quam in ſcholis.* Libri primi Titulus primus *De Conſtitutionibus*, inc. *Idem Senonen. Archiepiſcopo, & Epiſcopo Trecen. Quum omnes unum corpus ſimus in Chriſto &c.* Liber quintus eſt im-

(1) Haec eſt prima Collectio Decretalium Innocentii III. quae inter antiquas Decretalium Collectiones eſt Collectio III. & Liber III. dicitur.

imperfectus, & deſinit in Titulo *De novi operis nunciatione*, & in verbis: *de communis fratrum n. con. ſ. 1. per A. ſ. m. & in vir. obe. diſ. prae. qua. omni* . . . . , In cit. Antiquis Collectionibus Ant. Auguſtini a pag. 226. ad pag. 413. cit. Tituli linea 10. quare poſtremi octo deſiderantur Tituli. Gloſſae, ſeu potius Introductio in ipſas Gloſſas ita habet: *Poſt compilationem Decretorum factam a Gratiano, multae a Romana Curia Decretales Epiſtolae manaverunt, quas Magiſter Bernardus, tunc Praepoſitus, poſtmodum Epiſcopus Papienſis, ad ſtudentium utilitatem ſub competentibus titulis compilavit, quaedam antiqua iura interſerendo, & vocatur Compilatio prima. Poſt illarum compilationem quaedam aliae Decretales a diverſis Apoſtolicis emanaverunt, quas Magiſter Gilbertus adinſtar primae Compilationis ſub titulis collocavit. Poſt illum vero Magiſter Alanus ſuam Compilationem effecit. Tandem Magiſter Bernardus Compoſtellanus Archidiaconus, in Romana Curia moram faciens aliquantam, de Regiſtris Domini Innocentii Papae unam fecit Decretalium Compilationem, quam Bononiae ſtudentes Romanam Compilationem aliquanto tempore vocaverunt. Verum quia in ipſa Compilatione quaedam reperiebantur Decretales, quas Romana Curia refutarat; ſicut hodie quaedam ſunt in ſecundis, quas Curia ipſa non recipit; idcirco felicis recordationis Dominus Innocentius Papa III. ſuas Decretales uſque ad annum XII. editas per Magiſtrum Petrum Beneventanum Notarium ſuum in praeſenti opere compilatas, Bononiae ſtudentibus deſtinavit. Poſt illarum receptionem, Magiſter Ioannes Galenſis Decretales omnium Apoſtolicorum, qui praeceſſerunt Innocentium, de dictis Compilationibus Gilberti, & Alani extrahens, quamdam Compilationem ordinavit, quae hodie mediae, ſive ſecundae Decretales dicuntur; ſuper quarum expoſitionibus plures Doctores Bononiae ſtudentes Gloſſas plurimas, varias, & diverſas poſuerunt, & Apparatus plures ſuper eas ſcripſerunt; & quia de dictis Apparatibus, opiniones ſtudentium erant diverſae, ſententiaeque confuſae, idcirco ego Tancredus Bononienſis Canonicus, qualiſcumque Decretorum Magiſter, ad multam inſtantiam ſociorum meorum meliora, & utiliora de dictis Apparatibus colligens, ex ingenio meo quaedam interſerendo, ſicut & ſignis gloſſularum ſingularium demonſtratur, primas, & ſecundas Decretales, prout melius potui, gloſſulavi; ſed ſuper praeſenti tertia Compilatione non Apparatum feci, ſed audiendo, atque legendo quaedam in libro notavi, quae ſcholares quidam abſque conſcientia mea de libro meo extraxerunt, & pro Apparatu tertiarum illum mihi intitulaverunt. Nunc autem docendi officio ad multorum inſtantiam reaſſumpto, praeſentem tertiam Compilationem cum diligentia, Domino favente, gloſſabo, & Conſtitutiones Concilii proxime celebrati, & iura a Domino Innocentio Papa III. poſt XII. annum edita, tam in Apparatibus a me factis, quam in hoc, quem ordinare diſpono diligentiſſime collocabo* T. Gloſſa I. in illas voces tituli *ſervus ſervorum Dei &c.* inc. *quia qui maior eſt inter vos ſit miniſter veſter &c.* Finem non damus, quum, uti diximus, Liber quintus ſine careat. Hinc patet, quod Pancirolum latuit alioſque multos, qui de Tancredo Archidiacono Bononienſe ſcripſerunt, concinnaſſe illum Gloſſas in primam, & ſecundam Collectionem antiquarum Decretalium, decerptis ad eam rem ex aliorum Commentariis, quae utiliora ſibi viſa ſunt, & multis etiam ex ſuo penu depromptis: in tertiam vero Collectionem primo quidem Gloſſas ad eum modum, quo de prima & ſecunda dictum eſt, congeſſiſſe, quas eius auditores, eo inſcio, in unum corpus redactas, ſub eius nomine in lucem emiſerunt; deinde vero Commentariis perpetuis eamdem Collectionem illuſtraſſe, prolatis in eam rem Conſtitutionibus Concilii Lateranenſis III. per eos dies celebrati, & Decretalibus Innocentii III. poſt annum duodecimum editis; quoniam quae prioribus annis duodecim editae ab Innocentio fuerant, in tertia ipſa Collectione continebantur. Quale illud ſit, iam ab ipſo in relata Praef. (1) ad tertiam Decretalium Collectionem a ſe illuſtratam audivimus.

IV. pag. 238. Sequitur eiuſdem Innocentii III. Decretalium Collectio ſecunda, quae inter antiquas Collectiones Decretalium eſt Collectio IV. ſive Liber IV. eademque eſt ac illa, quam recenſuimus Plut. III. Cod. VI. ſupra p. 36. §. III. In hoc tamen inter ſe differunt hi duo Codices, quod exemplum prioris Codicis continet non ſolum Reſcripta Papae Innocentii, ſed etiam Conſtitutiones, quas edidit idem Pontifex in Concilio Lateranenſi; at in hoc poſteriore Codice eiuſdem Pontificis Reſcripta tantum continentur, & Conſtitutiones ab eodem editae in Concilio Lateranenſi ſuis quaeque locis tantummodo indicantur, integrae tamen habentur ſeparatim in ſequenti §. V. Diviſa autem eſt haec quarta Collectio, ut aliae tres, in Libros V. & incipit a Tit. *De Reſcriptis*, cuius prima verba ſunt: *Quum contingat interdum, quod laici ad Monaſteria convolantes &c.* Deſinit in Tit. *De verborum ſignificatione*, & in verbis; *& ſtenda ulterius non committat*. In dictis Ant. Auguſtini Collection. a pag. 741. ad pag. 796. Prima Gloſſa in vocem *ſaltem obedire* dicti Tituli *De Reſcriptis* eſt: *Eadem quaeſtio proponitur ſupra e. ad haec lib. 1.* Ultima in ultimi Tituli vocem *poenitentiam* ita habet: *magis rigide cum eo agit. Supra de falſariis ad falſariorum, lo.* (2) Tum ſequitur alia manu tabula Rubricatum.

V. pag. 254. Conſtitutiones Concilii Lateranenſis ſecundi ab Innocentio Papa tertio ec-

(1) Edidit hanc Praefationem Boſquetus in adnotatis ad Epiſtolam Innocentii III. LXXI. Libri I. & Sartius de Cl. Archigymnaſii Bon. Profeſſ. Tom. I. Part. II. pag. 31.

(2) Hae Gloſſae, ſeu ſcholia concordant cum iis, quae adfert laudatus Antonius Auguſtinus in cit. Antiq. Collect. in calce a pag. 797. ad pag. 843.

Digitized by Google

celebrati ſine titulo. Prima Conſtitutio *De Fide Catholica & Summa Trinitate* inc. *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur*. Gloſſa inc. *Fides enim ſimplicibus verbis eſt proponenda & praedicanda, ut XXIII. di. qui Epiſcopus*. Vltima Conſtitutio *De Iudiciis* deſ. *quum minus malum exſiſtat verum Domini non cognoſcere, quam poſt agnitum retinere. Explicitiunt Conſtitutiones Concilii Lateranenſis ſecundi*. Gloſſa ultima deſ. *idem eſſet, ſi coactus eſſet conditionali conditione, ut XLV. D. de Iudaeis*. Haec quoque Collectio dividitur in partes V. & continet Conſtitutiones editas ab Innocentio III. in Concilio Lateranenſi, praetermiſſis Reſcriptis, ſive Decretalibus, quas condidit idem Pontifex. Tandem pro huiuſce Voluminis complemento in ultimo folio arbor Cognationis occurrit diligentiſſime delineata, cum uberrima item gloſſa.

In prima pagina legitur: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Decretales poſtillatae. Num.* 435. In calce vero paginae 50. notatum eſt: *Queſto libro è di Maeſtro Iacopo da Piſa*.

Codex membranac. Ms. in fol Saec. XIV. ineuntis cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 265.

GREGORII IX. DECRETALES CVM SCHOLIIS &c.

Cod. III. I. pag. 1. D. Gregorii Papae IX. Decretalium Libri V. cum gloſſis perpetuis, ut in Cod. X. Plutei I. ſupra pag. 28. §. I.

II. pag. 188. Anonymi Tractatus anepigraphus theologicus, ſive Summa de Deo, & de veritate Fidei Catholicae. Inc. *Fides eſt, ſicut dicit Apoſtolus, ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium; ſicut enim vera dilectione diligitur Deus propter ſe ipſum ſuper omnia, ita vera fide acquieſcitur primae veritati ſuper omnia propter ſe*. Deſ. *quia in primo hoc verbum* eſt *ſignificat confuſe tempus, in concluſione vero determinate*.

III. pag. 212. Anonymi aliud Opuſculum acephalum theologico-ſcholaſticum, in quo agitur de fruitione, quod incipit a verbis: *Vſus Dei, aut eſt bonus, & ſic bonum & licitum eſt Deo uti* Deſ. *ſic ſunt creaturae alio modo*. In principio huius fragmenti manu antiqua, ſed diverſa adſcriptum eſt: *Iſte ſexternus cum ſequenti folio videntur eſſe alterius Operis, quam Summa*.

In calce Gregorii Decretalium haec nota adponitur: *Iſte liber eſt deputatus ad uſum Fratris Bonanni . . . . . . de Ordine Fratrum Minorum, quem librum dedit Frater Geraldus Fratrum Minorum Generalis Miniſter F. R. . . . eiuſdem Ordinis & Conventus ad eius uſum in vita ſua quando dictus Frater Bonannus migravit ad Dominum*. In fine vero totius Codicis haec alia: *Iſtae res ſunt ad uſum Fratris Accurſii de Bonſantinis*; & paullo inferius: *Iſte liber eſt Conventus S. Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Decretales gloſſatae. Num.* 436.

Codex membranac. Ms. in fol, Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & litteris initialibus pictis, & indiculo Capitum in principio. Conſtat foliis ſcriptis 225.

DECRETA EX SS. PATRIBVS.

CODex eſt initio mutilus, in quo continentur varia Decreta ex Sanctis Patribus, Conciliis, & Bullis Summorum Pontificum, quae propter Codicis mutilationem initio carent. Prima verba ſunt . . . . . *pa facto conventu, non ex aliis Epiſcopis, Presbyteris, vel Diaconibus, ſed ex eis utique, qui cum venerabili Papa Formoſo per annorum ſpatia communicaverant, & in ſacris miniſteriis participes fuerant, more cruentae beſtiae*. Caput primum integrum, & num. xxi. deſignatum. inſcribitur: *Quia plurimi ſacerdotum depoſiti fuerunt, & poſtmodum reconciliati. Inſenſor*; & inc. *Si tale quid ad lapſorum reconciliationem pertinet, exemplis confirma*. Vltimum Caput: *Vt laici ad officium in Presbyterium non intrent*, deſ. *quamobrem laicis non liceat in eo loco, ubi ſacerdotes conſiſtunt, & Presbyterium nuncupant ſtare; reliqui vero clerici conſiſtant, ut libere atque honorifice poſſint ſacra myſteria celebrari*. Cui ſubiungitur praeſens Caput anepigraphum: *Nulli liceat uno tempore duas uxores habere, vel concubinas, quia quum domui non ſit lucrum, animae vero maximum eſt detrimentum; nam ſicut Chriſtus caſtam obſervat Eccleſiam, ita vir caſtum debet cuſtodire coniugium*. Cod. IV.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minor. Sententiae antiquae, Num.* 437.

Codex membranac. Ms in 4. paene quadrato Saec. XI cum titulis & initialibus rubricatis & grandiori littera exaratis. Conſtat foliis ſcriptis 96.

CASVS DECRETORVM A BENINCASA COMPOSITI.

I. pag. 1. CAſus Decretorum, quondam a Benincaſa (Senenſi) compoſiti, & in melius reformati, emendati, & ſuppleti a Barptolemaeo Brixienſi inter ſtudentes Bononiae minimo (1). Prologus inc. *Quoniam ſuffragantibus antiquorum laboribus iuniores poſſunt interdum perſpicacius intueri, & quia per continuum exercitium ſcientia recipit incrementum, & ſemper in melius reſtare-* Cod. V.

(1) Vid. Sartium de Cl. Archigymnaſii Bonon. Prof. Tomo I. Part. I. pag. 315.

reſcit, idcirco ego Barptolemaeus Brixienſis inter Studentes Bononiae minimus, Caſus Decretorum, quondam a Benincaſa compoſitos, pro modulo ſcientiae meae duxi in melius reformandos; nam ubi corrupti fuerunt ſcriptorum vitio, eos diligenter correxi; ubi defectum patiebantur, ſupplevi, vel litteram plenius comprehendendo, vel caſus ponendo, ubi poſiti non fuerant, quum hoc neceſſarium videbatur. Deſ. *nec in poſitione Caſus dices, ubi prima pars incipiat, vel ſecunda.* Caſus incipiunt: *Humanum genus &c. Caſus iſte ſic ponitur: dicitur enim hic quod duo ſunt inſtrumenta, per quae genus humanum regitur & gubernatur.* Deſ. *tertio dicit, quod Spiritus Sanctus non poteſt aliquid audire a Filio, quod ipſe neſciat.*

II. pag. 79. *b.* Hiſtoriae Caſuum Decretorum, eiuſdem Barptolemaei Brixienſis, cum breviſſimo Prologo, qui inc. *Licet merita ſcientiae non reſpondeant, nec opus aliquod ſufficiant adimplere; ego tamen Barptolemaeus Brixienſis divina gratia miniſtrante &c.* Inc. *Teſtamentum hunc* (ſic) *polluſum &c. Legitur in Levitico: ſi ſit, inquit Dominus, inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egrediatur extra caſtra &c.* Deſ. *celebritatem primi menſis &c. Sic legitur in Exodo: Dominus praecepit, ut menſis ille primus haberetur, qui menſis apud Hebraeos Niſan appellatur, apud nos vero Aprilis.* Tum verſiculus:

Finito libro ſit laus, & gloria Chriſto, Deo gratias. Amen.

In ultima pagina, alia ſed antiqua manu adſcripta eſt Bulla quaedam Ioannis Papae in favorem Eccleſiae Patriarchalis Gradenſis, quae ita incipit: *Ioannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri Dominico* (1) *Patriarchae Gradenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad haec diſpoſitione divina univerſali gregi Dominico praeſidemus, ut opportuna ſingulis proviſionis auxilia fidelis ſervitutis iniunctae providentia pro tempore diſpenſantes, eorum praeſertim neceſſitatibus conſulamus.* = *Attendentes igitur quod Eccleſia Gradenſis, licet adeo ſit magnum & honorabile membrum univerſalis Eccleſiae, ut Patriarchatus honore & titulo meruerit inſigniri, tamen redditus & proventus ſufficientes non habet, nec facultates tantae dignitatis culmini competentes, quodque ex praedictis redditibus & proventibus nequis iuxta tui ſtatus decentiam commode ſuſtentari; noſque propter hoc circa eamdem Eccleſiam, & perſonam tuam piae gerentes charitatis affectum, digneque volentes, ut eiuſdem Patriarchatus inopia per Apoſtolici favoris auxilium relevetur, ne, quod abſit, tam inſignem Eccleſiam neceſſariorum defectus notabilis inhonoret, Plebem ſeu Eccleſiam Sancti Barptolemaei de Venetiis Caſtellan. Dioec. in dicto Patriarchatu Gradenſi conſtitutam cum omnibus iuribus, praeminentiis ſuis Patriarchali menſae tuae, & ſucceſſorum tuorum Patriarcharum Gradenſium, qui erunt pro tempore, ac Eccleſiae Gradenſi, de fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica in perpetuum annectimus & unimus &c. Datum Avinion. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno X.*

In prima pagina notatum eſt: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Bartolomaeus Brixienſis ſuper Decretum. Num.* 438.

Codex membranac. Ms. in fol. maior. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, & icone Pontificis cuiuſdam in prima littera, cum mitra in capite bifariam diviſa. Conſtat foliis ſcriptis 86.

MAG. BERNARDI CASVS SVPER DECRETALIBVS.

CAſus Magiſtri Bernardi ſuper Decretalibus, ut in Cod. VI. Plutei I. ſupra pag. 25. § I. *Cod. VI.*

In prima pagina legitur Prophetia quaedam de motibus Regni Siciliae, quae inc. *Haec continentur in Sibyllario. Surget Aquila in Sicilia, quaſi ex nihilo, habens unum caput &c.* Inde ſequitur alia manu Index Rubricarum totius Operis, cui ſubiiciuntur verſiculi quidam de argumentis ſingulorum Librorum, quorum primus eſt:

Pars prior Officia notat, Eccleſiaeque miniſtros &c.

Tandem legitur: *Iſte liber eſt ad uſum Fratris Iacobi de Euſanctis* (2). *Caſus Bernardi. Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Num.* 439.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 125.

GOFFREDI DE TRANO SVMMA, TANCREDI LIB. IVDICIAR.

I. pag. 1. SVmma ſuper titulos Decretalium compoſita a Magiſtro Goffredo Card. de Trano (3) Domini Papae Subdiacono & Capellano cum Prooemio, ut in Codice VII. Pl. III. ſupra pag. 37. *Cod. VII.*

II. pag. 168. Libellus Iudiciarius quondam a Tancredo compoſitus, & reformatus a Barptolemaeo Brixienſi (4), praevio brevi Prologo, qui inc. *Quoniam ad imitationem maio-*

(1) Hic Dominicus Epiſcopus Torcellanus, ad Gradenſem Eccleſiam translatus eſt ab Ioanne XXII. XVII. Kal. Febr. A. MCCCXVIII. Anno vero MCCCXXVI. impetravit unionem Eccleſiae S. Barptolemaei de Venetiis, de qua vide Vghellium Ital. Sacr. Tomo V pag. 1146.

(2) Nota quod aliud erat antiquitus nomen, poſtea eraſum, ut ſupra relato locus fieret, itemque eraſi fuerunt duo alii verſus, qui ſubſequebantur.

(3) Goffredus iſte de Trano electus fuit Cardinalis Tit. SS. Sergii & Bacchi ab Innocentio IV. anno MCCXLIV. Vid. Ciacconium Tom. II. pag. 132.

(4) Hunc memorat Libellum laudatus Sartius l. c. Tomo I Part. I. pag. 341. Guido vero Pancirolus de Clar. Legum Interpret. Lib. III. Cap. IV. haec habet: *Opu-*

maiorum in minimis imminet correctio facienda, idcirco ego Barptolemaeus Brixienſis Libellum Iudiciarium, quondam a Tancredo compoſitum, duxi pro viribus reformandum. Deſ. *in quarta de ſententiis, & ſententiarum exequutionibus, appellationibus, & reſtitutione in integrum.* Libri primi Caput primum *De Iudicibus Ordinariis* inc. *Iudicum alii ſunt ordinarii, alii delegati, alii arbitrarii.* Libri III. Caput ultimum *De reſtitutione &c.* deſ. *breviter dixiſſe ſufficiat. Explicit Liber tertius.*

III. pag. 195. Anonymi Breviarium ad omnes materias in Iure Canonico inveniendas, cum breviſſimo Prologo, qui inc. *Verborum ſuperficie penitus reſecata &c.* Rubrica prima *De Iure Canonico* inc. *Quot modis Ius naturale accipitur.* Rubrica ultima *De Eccleſiis conſecrandis* deſ. *item quantum extendatur privilegium immunitatis, & utrum ipſo iure ſint excommunicati transgreſſores e. q. omnis &c. Sicut.* Tum ſubiicitur: *Explicit Breviarium ad omnes materias in Iure Canonico inveniendas.*

In Codicis tegumento adſcriptus eſt index Rubricarum, & in ſequenti pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Summa Goffredi ſuper Decretales. Num.* 440.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis diligenter exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 200.

MAG. GOFFREDI DE TRANO SVPER DECRETALIBVS.

Cod. VIII. SVmma Magiſtri Goffredi de Trano Domini Papae Subdiaconi & Capellani ſuper Decretalibus, praevia Capitum tabula, alia manu, ut in Codice VII. Plutei III. ſupra pag. 37. Legitur ad calcem:

Opere finito ſit laus & gloria Chriſto.
Gloria ſit Chriſto, de cuius munere ſiſto.

In tegumento legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Summa Goffredi ſuper Decretales. Num.* 441.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis accuratiſſime exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 134.

Opuſculum compendioſo titulo inſcriptum, ubi de Ordine Iudiciorum tractat, in quatuor Libros diſtinctum elaborate compoſuit (Magiſter Tancredus). *Id poſtea a Barptolemaeo Brixienſi, non paucis, ut ſcripta erant, relictis, in aliam formam verſum fuit; ſed illud Baldo vulgo adſcribitur.*

M. DE FANO SVMMA DECRETALIVM NOVAR. POSTILLAE SVPER IOB, ET APOCALYPSIM.

I. pag. 1. DEcretalium Novarum Summa in titulos ſingulariter compilata a M. de Fano (1). Praecurrit breviſſimus Prologus, qui inc. *Venerabili Patri & Domino Aldebrando gratia Dei Forenſi den. Epiſcopo M. de Fano reverentiam & ſalutem. Pauperum indigentia & ſimplicium vota requirunt &c.* Summa inc. *Rex Pacificus &c. Effrenata cupiditas eſt ſui prodiga, pacis aemula, mater litium.* Deſ. *pro ſpiritualibus homagium quis facere non cogatur.* *Cod. IX.*

II. pag. 46. Poſtillae ſuper Iob. Inc. *Dicitur in Pſalmo: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuae laetificaverunt animam meam. In hac auct. tangitur materia Libri Iob.* Deſ. *& IV. Iac. ubi loquitur de ſapientia quae deſurſum eſt, dicitur plena miſericordiae & fructibus bonis.*

In pagina, quae hoc Opuſculum praecedit vacua adſcriptum eſt manu antiqua: *Iſtud Opuſculum ſpectat ad Conventum Floren. Ordinis Minor. deputatum od uſum Fratris Illuminati de Caponſaccis eiuſdem Ordinis.* In altera autem, ubi dicti Opuſculi initium occurrit legitur: *Iſte Liber poſt obitum Fratris Apolenaris eſt armarii Florentini Conventus Ordinis Minorum.*

III. pag. 108. Poſtillae ſuper Apocalypſim. Inc. *II. Corinth. 3. Nos omnes revelata facie gloriam ſpeculantes. Litteraliter diſtinguit de manifeſtatione eorum, quae dicuntur in nova, & in lege veteri.* Deſ. *cum omnibus vobis amen. Explicit Liber Apocalypſis.*

In ſuprema huius Opuſculi primae paginae ora iterum notatum eſt: *Iſte Liber poſt obitum Fratris Apolenaris eſt Armarii Florentini Conventus.*

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum.*

Tabula ſuper Decretales.
Poſtillae ſuper Iob.
Poſtillae ſuper Apocalypſim. Num. 442.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. & XIV. binis columnis, triplici manu, & perverſis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 136.

ANONYMI SVMMA DIVERSORVM DOCTORVM.

HVic Codici, qui Capita multa Iuris Canonici, Civilis, Publici, Criminalis, *Cod. X.*
con-

(1) Hic forte eſt Martinus de Fano, qui floruit Bononiae tempore Iacobi Balduini, & Accurſii gloſſatoris anno circiter MCCXL. de quo videndus laudatus Sartius de Cl. Archigymnaſii Bonon. Profeſſoribus Tomo I. P. I. pag. 132. ſeqq. a quo tamen nulla de hac Summa mentio fit.

continet praemittitur inſequens titulus: *Summa diverſorum Doctorum Eccleſiaſticorum, & Canonum, & alia bona*. Caput I. inc. *Filii fractam paternae emptionis reportare non poſſunt, quod non a crimine excuſentur*. Deſinit in Capite *De teſtificatione eiuſdem* num. CXLVIII. & in verbis: *& adipes, ac medullae, quam ex eis emplaſtrum ſit, mollificant*. Poſt medium ferme Codicem agitur de re veſtiaria, & aedificatoria, tam ſacra, quam profana; tum de repoſitoriis, & operatoriis, clauſuris, tentoriis, ſepulturis, de fabricis lignariis, & ferrariis, de vaſis ſeariis, de armis, & re bellica, de navalibus praeliis, de arte theatrica, de circo, de ludis ſcenicis, de agricultura, de venatione, de metallis, ac tandem de re medica, & medicinis, & operationibus quibuſdam chirurgicis.

In pagina, quae pro Codicis cuſtodia appoſita fuerat, & ſupero tempore ab imperito bibliopego ſublata eſt, haec notula (1) legebatur: *Iſte liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani Ioannis de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum*.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. grandiori, at breviata littera, & difficili lectu exaratus, cum titulis Librorum, & Capitum auratis & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 220.

PLVTEVS V. SIN. CONTINENS LATINOS CODD. MSS. XI.

C O D E X I.

HENRICI CARD. HOSTIENSIS APPARATVS SVPER DECRETALES.

LEctura, ſive Apparatus Hoſtienſis (2) ſuper Decretales a Sampſone de Calvomonte ſeparatim edita, additis quibuſdam utilibus ex ingenio ſuo noviſque iuribus ſexti Libri allegatis (3). Praecurrit brevis Prologus, qui inc. *In nomine Domini Amen. Licet Lectura Domini Hoſtienſis multa bona plurimaſque ſubtilitates contineat; quia tamen gloſſas B. & Domini Innoc. recitative includit, ſicque illam verbis coploſam, & nimiam ſumptuoſam pauperes habere nequeant, divitesque diſpendio, & confuſione turbant, nihil vel modicum proficiant = ideirco ego Sampſon de Calvomonte in Baſuicyo legum Profeſſor Lingon. Dioec. ac Illuſtris Regis Franciae Clericus licet modicam ſcientiam habeam, in iure tamen Canonico & Civili experientiam aliqualem, de divino confiſus ſuffragio, omiſſis gloſſis Bernardi, & Domini Innocentii, quas in uno loco habere ſufficiat, pro utilitate ſtudentium dicta Domini Hoſtienſis de ſuo Apparatu perfecte extracta, quibuſdam utilibus exiguo meo additis ingenio, noviſque iuribus ſexti Libri, ut opus eſt, allegatis, ad partem ſeparatam ponere deſtinavi; in quo quidem opuſculo multa contineantur ſalubria, uberes fructus, Deo propitio, in domo Domini allatura. In hoc autem Opere multos labores ſuſtinui, noctes, & dies inſomnes tranſivi &c.* Lectura inc. *Vicarius Regis pacifici ad communem utilitatem, & maxime ſtudentium, quinque compilationes Extravagantium in unum reducere intendit*. Deſinit in Capite *De verborum ſignificatione*, & in verbis: *tale praeceptum iudicis non eſt ſententia C. de* (ſic)

In primo Codicis folio: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum. Lectura ſuper Decretales. Num. 445*.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 116.

GREGORII IX. DECRETAL. A RAYM. DE PENNAFORT COLLECTAE.

DEcretales Gregorii IX per Raymundum Poenitentiarium & Capellanum ſuum in ordinem redactae, praevia Librorum, & Titulorum tabula, ut in Cod. X. Plut. I ſupra pag. 28. § I. Hic tamen nullae ſunt gloſſae. In fine Libri V. hi verſiculi leguntur: *Cod. II.*

Finito libro referamus gratias Chriſto.
Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,
Vivat in caelis Lanfrancus de Pancis de Cremona in nomine felix.

Actus eſt A. D. MCCLVIII. Indictione prima, Die Mercurii XVI. intrant. Ianuar. Inferius alia occurrebat epigraphe, poſtmodum deleta; ex nonnullis tamen litterarum veſtigiis haec eruimus: *Iſte liber eſt . . . . . . Cecchi Notarii . . . . de Cort. . . . . quem emit a Ser Guidone . . . . . . olim Franciſci Vannis de Arretio pro pretio ſex florenorum . . . . ſub anno Domini milleſimo CCCXVII. die VIII. menſis Februarii, qui liber eſt de XXVIII. quaternion.*

(1) Id eruitur ex ſchedis Mss. Laur. Mehus.
(2) Vid. Pancirolum Lib. III. Cap XIII.
(3) Extat Ms. in Biblioth. S. Benigni Divionenſis, & S. Victoris Pariſ. teſte Fabric. Biblioth. Med. Tom. VI. pag. 147. qui ita hoc Opus inſcribit: *Sampſonis de Calvomonte Abbreviatio Summae Hoſtienſis in Decretales*.

In ultima pagina alia antiqua manu notantur, I. Caſus, in quibus electio eſt ipſo iure nulla, verſibus quibuſdam comprehenſi, quorum ſubiicitur declaratio; II. Articuli Fidei XIV. ſeptem nimirum ſpectantes ad Divinitatem, & ſeptem ſpectantes ad Humanitatem Chriſti; III. De poenis infligendis illi, qui aliquem percuſſerit, vel vulneraverit; IV. Notitia de ſeptem, qui Imperatoris electioni debent intereſſe.

Tandem notandum eſt pro Codicis tegumento adſutum fuiſſe folium, poſtremos XXI. verſus continens Metamorphoſeon Ovidii, hac adpoſita ſubſcriptione: *Explicit Liber P. O. N. Metamorphoſeos. Deo gratias.*

Marmoreae gentis me ſcripſit dextra Bonomi,
Cui ſit vita, quies animae poſt fata perennis,
Qui ſcripſit ſcribat ſemper cum Domino vivat;
Vivat in caelis Cicbinus de Iuſtis in nomine felix;
Qui me furatur, vel reddat, vel ſuſpendatur.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis, cum figura in principio, Gregorium IX. Pont. & ſacram Triadem exhibente, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 316.

BENINCASAE CASUS DECRETORUM.

Cod. III. CAſus Decretorum quondam a Benincaſa compoſiti, in melius reformati, emendati, & ſuppleti a Bartolemaeo Brixienſi, ut in Cod. V. Plut. IV. ſupra pag. 44. §. I. Tum ſubditur: *Expliciunt Caſus Decretorum. Sit benedictus Deus in ſaecula ſaeculorum, & cuius eſt hic liber cum honore vivat ſpatio centum annorum. Amen.*

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum, Lectura Bartolemaei Brixienſis. Num.* 427.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, difficili charactere exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 55.

PETRI SAMPSONIS LECTURA SUPER DECRETALES.

Cod. IV. I. pag. 1. LEctura Magiſtri Petri (de Sampſone, qui anno MCCXL. floruit) (1) ſuper Libros quinque Decretalium. Inc. *Gregorius &c. Ideſt Rex pacificus. Pudicos, verbo ſcilicet & moribus, Ineffrenata, ideſt freno &c.* Deſ. *quae ſit longa conſuetudo per totum, & eſt alia ratio circa ea quae fiunt extra iudicium, ut in electione. P.* (2) Subiiciuntur citationes quaedam Canonum; inde legitur: *Explicit Liber quintus.*

II. pag. 80. Eiuſdem Opus ſuper Novis Decretis (3). Inc. *Quum in multis generalem &c. Bene dixit, quia praeter illos quatuor conveniri poſſunt omnes expreſſi &c.* Deſinit imperfecte in verbis: *& certe male remedium poteris adhibere, quia poteſt deeſſe iudici Domine ....*

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Lectura Magiſtri Petri ſuper Libros Decretalium. Num.* 448.

In alia vero charta pro Codicis tegumento alligata leguntur Conſtitutiones quaedam Honorii Papae III. quarum prima inc. *Super ſpeculam Domini &c.* cum ſcholiis ampliſſimis marginalibus, & arbore quadam Cognationis, item gloſſata.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 81.

APPARATUS DECRETALIUM.

Cod. VI. APparatus Decretalium, ſeu potius Gloſſae perpetuae in Decretalium Gregorii IX. Libros V. quae quoad initium, & finem concordant cum iis, quas recenſuimus in Codice X. Plutei I. ſupra pag. 28. §. I. Praevia heic eſt Librorum, & Capitum tabula.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Apparatus Decretalium. Num.* 450.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 517.

CANONICAE SANCTIONES EX DIVERSIS PATRIBUS.

Cod. VII. COllectanea ex Operibus SS. Patrum, ut Auguſtini, Ambroſii, Gregorii, Iſidori, Leonis Papae, Nicolai Papae, Rabani, Zachariae, Hieronymi, Innocentii, Eugenii, Alexandri Secundi &c. & ex Conciliis de diverſis Canonicis ſanctionibus, videlicet de Trinitate, de Angelis, de Homine facto ad imaginem & ſimilitudinem Dei, de Baptiſmo, de Peccato, de Coniugio, de laude Charitatis, de Poenitentia, de Eccleſiis, de falſis Teſtibus, de Iuramento & Periurio &c. Inc.

(1) Vid. Sartium l. c. pag. 366. ubi notat Lecturam Petri de Sampſone in libris haberi, quos A. MCCLXXXIX. ſcholares quidam Bononiae creditoribus ſuis oppignorarunt.

(2) Scilicet *Petrus de Sampſone*. In fine Codicis Vaticani huic noſtro ſimilis ita ſubſcribitur: *P. Samp. MCCLXVII. Expliciunt Diſtinctiones Mag. Petri de Sampſone.*

(3) Innuitur a Sartio ex Catalogo Cervotti Accurſii, qui extſtat in Memorabilibus Communis Bononiae ad A. MCCLXXIII.

Inc. *Auguſtinus de Trinitate. Ad iuſtitiam credere debemus corde, & confiteri ore, quia & in Patre totus eſt Filius, & totus in Filio Pater*. Deſ. *primo quidem compunctio, deinde devotio, tertio poenitentiae labor. quarto pietatis opus, quinto orationis ſtudium, ſexto otium contemplationis, ſeptimo plenitudo dilectionis.*

In prima pagina notatum eſt: *Iſte liber eſt armarii Florentini Conventus Ordinis Minorum. Sententiae antiquae. Num.* 449.

In primo Codicis tegumento manu antiqua adſcribitur modus conficiendi bonum atramentum, in altero vero poſt ſuperſtitioſa quaedam adſcribitur ratio conficiendi pillulas probatiſſimas pro dolore capitis, vertigine, ſcotomia, & oculorum caligine.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. ineuntis, binis columnis, diligenter exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis & initialibus quibuſdam auratis & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 113.

M. DE FANO REPERTORIVM IN IVRE CANONICO.

Cod. VIII. REpertorium in Iure Canonico, ſeu potius Decretalium Novarum Summa a M. de Fano compilata cum brevi Prologo ad Aldobrandum Epiſcopum, ut in Cod. IX. Plut. IV. ſupra pag. 48. §. I.

In primo folio adſcriptum eſt: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Repertorium in Iure Canonico. Num.* 452.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. Conſtat foliis ſcriptis 67.

GOFFREDI SVMMA.

Cod. IX. SVmma Magiſtri Goffredi de Trano Cardinalis ſuper Rubricis Decretalium, ut in Codice VII. Plutei III. ſupra pag. 37. In fine legitur:

Gloria ſit Chriſto, de cuius munere ſiſto. Amen.

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 222.

ANONYMI TRACTATVS IVRIDICVS, ET SVMMA COD. IVSTINIANI.

Cod. X. I. pag. 1. TRactatus Iuridicus initio & fine mutilus. Primum Caput integrum inſcribitur *De reſtitutionibus in integrum*, & inc. *Negotia quae ab alio geruntur, rata habere cogimur, quia interdum evenit, quod ea quae a nobiſmetipſis geruntur, non ſolum rata habere non cogimur, ſed etiam per reſtitutionem infringere conamur.* Caput ultimum, *Familiae erciſcundae*, deſinit in verbis; *ſi corporalis res eſt; ſed commode dividi non . . . .*

II. pag. 9. Summa Codicis Iuſtiniani. Inc. *Quum multae eſſent partes Iuris civilis, quae confuſione per diverſa volumina poſitae fuerant, Iuſtinianus volens eas in unum congregare*. Deſ. *in quo numero ſunt, quibus aqua & ignis perpetuo interdicitur. Finit.*

Pro Codicis tegumento uſus eſt Librarius duobus foliis, in quibus deſcriptae ſunt vitae quorumdam Romanorum Pontificum, Agapiti nimirum, Silverii, Severini, Theodori, Eugenii, Agathonis, & aliorum etiam, quorum nomina ob reciſam Codicis oram una cum magna parte vitarum ipſorum exciderunt. Ex antiqua autem indicatione Codicis eruitur, initio fuiſſe olim adnexas Langobardorum Leges cum ſcholiis interlinearibus, & marginalibus, quae poſtea avulſae fuere, quibuſcum excidit etiam primum folium Tractatus Iuridici, quod paullo ante recenſuimus.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 61.

ANDREAE DE BARVLO COMMENT. SVPER CODIC. ET AVTHENTIC.

Cod. XI. I. pag. 1. COmmentum Domini Andreae de Barulo (1) ſuper tribus Libris Codicis, nimirum decimo, undecimo, & duodecimo. Rubrica prima *De iure Fiſci* inc. *Si prius. Lex iſta tribus modis poteſt intelligi; duobus modis quod Fiſcus agat contra donatarium &c.* Rubrica ultima *Publicae laetitiae vel Conſulum nunciatores &c.* deſ. *nota, quod pari poena punitur accipiens ſponte, & exigens ab invitis. Andreas.* Vidit lucem Venetiis, ut habet Sartius l. c.

II. pag. 61. Eiuſdem Commentum ſuper Libro Authenticorum. Rubrica prima, quae eſt veluti Prologus, & inſcribitur *De emendatione Codicis, & ſecunda eius emendatione*, inc. *Liber iſte, quem donante Domino lecturi ſumus dudum Liber Novellarum dicebatur*. Rubrica ultima *De Collatoribus & aliis Capitulis*, deſ. *item ex eo quod eſt i. e. §. interdicimus autem ſanctis Epiſcopis ſumitur, quod eſt. C. ſuper l. generaliter*. Ignotum Sartio l. c.

In prima pagina Codicis legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Commentum Domini Andreae de Barulo ſuper tribus libris Codicis, & ſuper Libro Authenticorum. Num.* 455.

In ultima autem pagina recentiore manu adſcriptum eſt Privilegium Roberti Siciliae Regis in favorem Vrbis Neapolitanae, quo concedit, *quod de criminalibus, vel civilibus*

(1) Legum Profeſſor illuſtris, ſed Pancirolo ignotus, non tamen Cl. Sartio l. c. pag. 193. quem vide.

cauſſis, quas inter ipſos tantum Neapolitanos Cives mutuo, ſive alterutrum verti contigerit, Regentes Curiae Vicariae Regni, & ipſius Curiae Iudices, ordinarie, vel extraordinarie non cognoſcant, ſed Capitanei Civitatis ipſius cauſſas Criminales, & Baiuli ac Iudices agnates Civitatis eiuſdem Civiles, prout ad eorum ſpectat officium, audiant & iuſtitia mediante, decidant. Datum Neapoli per N. D. Ioha. &c. Anno Domini MCCCXVI. die XVIII Februarii XIV. Ind. Regnorum noſtrorum anno ſeptimo.

Codex membran. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 78.

LECTVRA SVPER DIGESTVM VETVS, ET INFORTIATVM, DYNI TRACTATVS.

Cod. XII. I. pag. 1. LEctura ſuper Digeſtum Vetus continens Libros XXIV. Rubrica prima, *De Iuſtitia & Iure* inc. *Iura ſanguinis nullo iure civili dirimi poſſunt*. Ultima *De donationibus inter virum & uxorem* deſ. *illa non ſint uxoris, ſed heredis mariti, quaſi maritus illa numquam a ſe abdicaverit. ar. dictae l id veſtimentum II. Reſp. Ilo. G. Ia. Dy. Byz.*

II. pag. 29. *b.* Lectura ſuper Infortiatum. Rubrica prima, *Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur*. inc. *Extraneus heres mariti non habet coërcitionem morum quondam uxoris defuncti*. Ultima rubrica *Ad Senatuſconſultum Tertullianum, & Orficianum* deſ. *quamdiu valere poſſit teſtamentum, tamdiu legitimus non admittitur. ff. de reg. iur. l. quamdiu.*

III. pag. 35. *b.* Lectura ſuper Digeſtum Novum. Rubrica prima *De operis novi nunciatione*. inc. *Numquid nuncians novum opus tenetur in ipſa denunciatione exprimere cauſſam denunciationis?* Rubrica ultima *De Popularibus Actionibus* deſ. *ſi non per colluſionem actum ſit. ff. de iur. iu. l. eum qui §. in popularibus.*

IV. pag. 47. Tractatus anepigraphus, ſed ut ex fine eruitur, Dyni de Muſelo (1) de Excuſſione. Inc. *Quoniam Tractatus Excuſſionis frequens eſt, & quotidie in iudiciis occurrit.* Deſ. *ut in auth. de fideiuſſ. §. 1. C. de pignoribus auth. hoc ſi debitor. Dynus de Muſelo.*

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Lectura ſuper Librum Inſtitutionum. Num.* 456.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & duplici manu exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 47.

PLVTEVS VI SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

C O D E X I.

DIGESTVM NOVVM A LIB. XXXIX. AD L. CVM SCHOLIIS.

DIgeſtum Novum (2), ſive Pandectarum Libri a XXXIX ad L. cum ſcholiis & gloſſis uberrimis antiqua & varia manu, quarum pleraeque occurrunt in antiqua Pandectarum editione Veneta arte & diligentia Ioannis, & Gregorii Furli ien. An. ab Incarnatione Domini MCCCCLXXXV. XV. Novembris tribus in fol. voluminibus. Gloſſa prima inc. *Sed quum ſeptem ſint partes Digeſtorum & VI. inc. S. de Bo. Poſſ. &c.* Ultima deſ. *ſi communis error interveniat ut ſ. de officio Praetorum l. Barbarius. Accurſius.*

In prima pagina adnotatum eſt: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Digeſtum Novum gloſſatum. Num.* 458 In calce vero ultimae paginae poſt varia iuridica a poſſeſſore Codicis adnotata, evaneſcentibus litteris haec epigraphe occurrit: *Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo die VII. Iulii ego Stephanus de Albizolis pignoravi Tadeo Domini Albizi tunc ff. novum pro u . . . . .*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 229.

DIGESTVM NOVVM A LIB. XXXIX. AD L. CVM SCHOLIIS.

DIgeſtum Novum, ſive Pandectarum Libri a XXXIX. ad L. cum ſcholiis & gloſſis uberrimis antiqua, & varia manu, ut in Codice ſuperiori. Cod. II.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum. Digeſtum Novum. Num.* 459.

Codex membranac. Ms in fol. Saec. XIII. binis columnis, litteris ſcholiorum, praeſertim in principio valde detritis, cum indice rubricarum in fine, ac titulis & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 196.

DI-

(1) De eo pluribus agit Sartius loc. cit. p. 233. ſeqq.
(2) Digeſtum Vetus, ut & Novum huius Biblioth. Ms. memorat Brenemannus Hiſt. Pand. Traiecti ad Rhenum apud Guil. Vande-Water 4. pag. 259.

DIGESTVM VETVS A LIB. I. AD XXIV. CVM SCHOLIIS.

Cod. III. DIgeſtum Vetus (1), ſive Pandectarum Libri a I. uſque ad XXIV. cum ſcholiis & gloſſis, ut in editione Veneta art. & impenſis Andreae Papienſis anno Domini MCCCCLXXXVI. die IX. Octobr. Gloſſa prima inc. *Imperator eſt qui imperat ſubditis, ſic dicitur Iuſtinianus a patre Iuſtino, ut Inſtit. de Dona. §. eſt & aliud*. Gloſſa ultima deſ. *quia conſtante matrimonio eam habere non licet ut C. de concub. L. 1. Accurſius*.

In prima pagina legitur: *Iſte liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Digeſtum Vetus. Num. 460.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 281.

IVSTINIANI CODEX REP. PRAEL. CVM NOTIS ACCVRSII.

Cod. IV. COdex Iuſtiniani repetitae praelectionis, cum ſcholiis, cui praecurrunt Conſtitutiones, I. *Vt nemo de ea* (ſcilicet de Summa Trinitate & Fide Catholica) *tractare audeat*, II. *De Iuſtinianeo Codice confirmando*, III. *De Iuſtinianei Codicis emendatione*. Scholion primum ad prima verba Codicis eſt: *De iuſtitia tractaturus, de eius parte praecipua quidem tractat, ideſt Religione; Religionis eſt autem principium Fides, & hanc praemittit.* Vltimum deſ. *in adventitiis, non ſolum in caſtrenſi & quaſi, ſalvo tamen uſufr. patris, ut ſ. de bonis ma. l. 11. Accurſius.*

In calce ultimae paginae legitur: *Meſſer Agolante Dotore in Decreti Calon. di Piſtoia.* In primis duabus paginis, & in ultima variae occurrunt legales diſceptationes, & allegationes.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 239.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. V. COdex Domini Iuſtiniani repetitae praelectionis, ut in Codice ſuperiore. Hic tamen multo uberiora ſunt ſcholia, & diverſa, ſed antiqua manu exarata.

In calce ultimae paginae adſcriptum eſt: *In nomine Domini amen. M. trecenteſimo decimoctavo, die XIV. Madii fuerunt facta ſponſalia inter A. . . . . .* & in infimo eiuſdem averſae paginae margine: *Ser Maffeo da Prato.*

In tegumento autem notata ſunt haec: *Da Meſſer Girolamo Machiavelli in ſcambio d'uno paro di Decretali vecchie per mezzo degli Otto di Balia.* Item: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Liber Codicis.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum ſcholiis variis in locis vetuſtate detritis, indice Rubricarum in principio, ac titulis & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 202.

ANON. LECTVRA SVPER LIBROS IX. COD., IO. MONACHI, ET IO. ANDR. QVAEDAM.

I. pag. 1. LEctura ſuper Libros novem priores Codicis, praevio Rubricarum, ſeu Titulorum Librorum XII. ipſius Codicis indice. Inc. *Signo venerabilis Crucis praepoſito, prout decet, & moris eſt, die 1. de Off. p. aſ. l. in nomine Domini in aut. de armis circa prin. coll. VI. reſecatis praefationibus conſuetis, quae parum aut nihil conferunt*. Deſ. *ibi rite facta iudicata, & ideo non videtur confiteri ff. de re iudi. L. 1. & ff. de reg. iur. L. res iudicata*. Tum ſubditur: *Ibi finitur Sententia noni Libri Codicis*. Sequebatur autem ſatis longa ſubſcriptio, quae deinde omnino eraſa eſt. Cod. VI.

II. p. 344. Apparatus Ioannis Monachi (2) ſuper Capitulo *in generali*. Inc. *In generali conceſſione non veniunt*. Deſ. *per inſtantias ſupra poſitas probatur*. In fine alia antiqua manu legitur: *Explicit utiliſſimus Apparatus ſuper Decretali in generali conceſſione de regulis iuris Lib. VI. ſecundum famoſiſſimum Decretorum Doctorem Dominum Io. Monachum*. In principio autem eadem manus adnotaverat: *Decretalis iſta fuit gloſſata per Dominum Io. Monachum Decretorum Doctorem, ubi habes utiliſſimam materiam de Proteſtatione.*

III. pag. 346. Diſtinctio Domini Ioannis Andreae ſuper Proteſtationis materia. Inc. *Quum m. quum quaeritur an proteſtatio valeat*. Deſ. *in generali Lib. VI.* Tum alia manu: *Explicit diſtinctio notabilis ſuper materia Proteſtationum ſuper quadam extraordinaria apoſtilla ſecundum illuſtrem virum & ducem Doctorum Dominum Ioannem Andreae de Bononia Decretorum Doctorem famoſiſſimum.*

In

(1) Verſavit hunc Codicem Laurentius Theodorus Ioannis Friderici filius Gronovius, ut conſtat ex Cap. XXI. pag. 98. Libelli ab eo editi, inſcriptique: *Laurentii Theodori Io. Fr. F. Gronovii Emendationes Pandectarum iuxta Florentinum Exemplar examinatae. Lugduni Batav. apud Danielem a Gaesbeeck MDCLXXXV. in 8.*

(2) Forte eſt Io. Monachus Dioeceſis Ambianenſis, inde Epiſcopus Meldenſis, & ab A. MCCXCIV. Cardinalis, fundator Collegii ſui nominis Pariſiis, le Moyne, qui obiit Avenione anno MCCCXIII. die XXII. Aug. ſcripſitque Commentaria in Sextum Decretal. Vid. Sammarthanos Tomo III. pag. 701. ſeqq.

In tegumento Codicis: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Lectura ſuper novem Libros Codicis. Num. 463.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis. Conſtat foliis ſcriptis 346.

IVSTINIANI INSTITVT, ET AVTHENTICAE.

Cod. VII. I. pag. 1. IMperatoris Caeſaris Flavii Iuſtiniani Inſtitutionum (1), ſive Elementorum Iuris Civilis Libri IV. in quorum fine concluſiones quaedam iuridicae ſubnotantur.

II. pag. 43. Eiuſdem Authenticae, ſeu Novellae Conſtitutiones. Prima, *Si heres legata ſolvere noluerit, de heredibus & lege Falcidia*, inc. *Occupatis nobis circa totius Reipublicae curas*. Vltima eſt Conſtitutio CXXIII. Collat. IX. Tit. VI. & deſinit in verbis: *tua igitur gloria, quae per praeſentem legem in perpetuum valituram noſtra tranquillitas ſancit per omnia cuſtodiri provideat*, ut in Tom. II. Corporis Iuris Civilis Iuſtinianei Auguſtae Taurin. MDCCLVII. 4. a pag. 881. ad pag. 1147. Tum pag. 140 alia ſubiicitur anepigrapha Conſtitutio, quae inc. *Idem A egenis pp. Nos quidem ſufficienter civiles ordinationes circa Pontificem doces in provinciis conſtituentes deſuper ipſa loca vicarium*. Deſ. *ſecundum quam ſubiecta eſt a nobis deſcriptio*.

In primo folio adſcriptum eſt: *Iſte Liber eſt Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Minorum. Liber Novellarum Inſtitutionum. Num. 464.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 140.

ROFFREDI BENEVENTANI DE ORDINE IVDICIORVM.

Cod. VIII. LIbellus de Ordine Iudiciorum compoſitus a Roffredo Beneventano (2) Iuris Civilis Profeſſore, in quo Opere continetur qualiter concipiantur Libelli, & fiant Confeſſiones, & de natura cuiuslibet actionis poterunt prudentes invenire. Prooemium inc. *Si conſiderarem ingenium & ſcientiae propriae facultatem, ego Roffredus Beneventanus Iuris Civilis Profeſſor ad petitiones & inſtantiam ſociorum meorum Nobilium de partibus Thuſciae, quum eſſem in civitate curialiſſima nobili Aretinu, auſus ſum componere &c.* Deſ. *ſciet etiam cetera iudicii pertractare*. Liber inc. *Tractaturus ergo de Libellis, & Ordine Iudiciario*. Deſ. *& multo plura ſunt addita per ſtudium & ſollicitudinem praeſens Opuſculum componentis. Deo gratias. Amen. Explicit Opus Libellorum Roffridi de Benevento in Iure Civili. Deo gratias. Amen.* Tum rubrica: *Explicit ſecunda pars, ſeu totus Liber Libelli Roffridi de Benevento in Iure Civili. Benedicamus Domino. Deo dicamus gratias. Amen.*

Initio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Summa Roffredi. Num. 465.* Tam in primis duabus, quam in ultima pagina, immo & in ipſo Codicis tegumento alia manu variae legales ſanctiones, praecipue ad regnum Neapolitanum pertinentes adſcribuntur.

Codex membranac. Ms in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 301.

GVILIEL. DVRANDI REPERTORIVM.

REpertorium Magiſtri Guilielmi Durandi (3), cum Epiſtola dedicatoria ita inſcripta; *Reverendo in Chriſto Patri ac Domino Matthaeo* (4) *Dei gratia Sanctae Mariae in Portica Diacono Cardinali Guil. Durantis Domini Papae Subdiaconus & Capellanus utriuſque boni ais ſoſpitatem*. Inc. *Protoplaſti rubigine humana contaminata conditio*. Deſ. *& quia ordo noſtrae reparationis a fide ſumpſit exordium, de ea igitur praemittamus*. Rubrica prima *De Summa Trinitate, & Fide Catholica* inc. *Quid ſit fides*. Rubrica ultima *De initiis, & effectu eorum, & de fine*, deſ. *ponens initium lauduhileque medium, finem feliciter conſummavit, ut de. Itl. de. l. nullus Epiſcopus. Explicit Repertorium Magiſtri Guillielmi Duranti. Deo gratias*. Tum adiiciuntur hi verſiculi: Cod. IX.

Quae pridem plura ſunt ſparſim tradita iura,
Haec nunc ſcriptura facili monſtrat tibi cura.

Se-

(1) Verſavit hunc Codicem Laurentius Theodorus Io. Friderici filius Gronovius, ut patet ex Cap. XXI. pag. 58. Libelli ſupra memorati.

(2) Hic eſt Roffredus Epiphanius de Benevento, ad quem exſtat Friderici II. Imperatoris Epiſtola ſcripta a Petro de Vineis Epp. Lib. III. num. 21. pag. 520. edit. Baſil. anni MDCCXL. 8. ut oſtendit Clar. Ioannes de Vita in Theſauro Antiquitatum Beneventanarum Tom. II. Diſſert. VI. Cap. VII. pag. 461. ſeqq. Bononiae autem docuit anno MCCXV. poſt Aretii, ac tandem in Aula Friderici II. Iudex primarius fuit. Vid. Sartium l. c. pag. 112 ſeqq. qui ſubiungit pag. 114. inter eius ſcripta maxime praeſtare Librum de Ordine Iudiciario. Eſt in octo partes diſtributus, in quibus omnia diligentiſſime conſequitur, quae ad Ordinem Iudiciarium pertinent; & quia formulas Libellorum tradit, quorum uſus eſſe poteſt in omni iudiciali actione, hinc factum eſt, ut paſſim iſtud Roffredi Opus *de Libellis* appelletur, aut etiam *Roffredi Libellus* ab antiquis Iuriſconſultis dicatur. Codicem Ms Bibliothecae Collegii Hiſpanorum ad Divi Clementis memorat noſtro huic ſimilem idem Sartius.

(3) Epiſcopus Mimatenſis fuit, & videtur in lucem editus A. MCCXXXVII. Obiit Kal. Nov. MCCXCVI. ut videre eſt apud Sartium pag. 386. ſeqq. Hoc autem Repertorium, ſive Breviarium aureum ſuper Corpus Iuris Canonici Libris V. prodiit Venetiis MCCCCLXXXV. & MCCCCXCVI Lugduni MDXVI. & MDLI. & Francofurti MDXCII. Vide de eo plura apud Fabric. Bibl. med. & inf. Latin. Tom. II. pag. 63. ſeqq.

(4) Eſt Matthaeus Rubeus de Urſinis creatus Cardinalis ab Vrbano IV. anno MCCLXII.

Sequitur deinde tabula Rubricarum, qua expleta, evaneſcentibus litteris legitur; *Anno milleſimo CCCLIII. Ind. IX. Nicoluccius Venturu, Ponte S. Suſannae, & Parrochiae S. Gorgonii, vendidit dictum librum Domino Guelfo Iudici &c. pro precio V. florenorum, praeſentibus Iuntino Martini, & Franco, & Mino Fatii teſtibus. Ser Nardus Domini Campi de Florentia Notarius.*

In prima pagina vacua legitur; *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Repertorium Magiſtri Guillielmi Durantis. Num.* 466. Tum a capite; *Ad uſum Magiſtri N. de Spinellis.*

Codex membran. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 87.

NOTABILIA EXCERPTA EX ARISTOTELE, SENECA, OROSIO, VALERIO MAXIMO, IVSTINO &c. IVSTINIANI INST. ET AVTH.

Cod. X. I. pag. 1. NOtabilia excerpta ex Ariſtotelis Ethicorum Libris. Inc. *Differentia inter actum & factum, vocabulo praxis IV. &c.* Deſ. *principes enim multos poſſunt beneficare, duces exercitus, rectores omnes, qui talia poſſent. Explicit de Lib. Eth.*

II. pag. 20. *b*. Notabilia ex Epiſtolis Senecae, & aliis eiuſdem Operibus. Inc. *Moleſtum eſt, inquis, carere aſſuetis voluptatibus.* Deſ. *adverſis rebus gaudent magni viri, non aliter quam fortes milites belli triumpho.*

III. pag. 51. Tabula rerum notabilium, quae in Libris Oroſii occurrunt, in cuius calce notatur alia, ſed antiqua manu: *Iſta tabula inferius habetur completa, quae eſt Oroſii.*

IV. pag. 52. Tabula rerum notabilium in Libros Hiſtoriarum Valerii Maximi.

V. pag. 65. Tabula ſuper Libros Iuſtini Abbreviatoris Trogi Pompeii.

VI. pag. 72. Tabula completa rerum notabilium hiſtoriarum Oroſii.

VII. pag. 78. Tabula rerum notabilium Solini.

VIII. pag. 84. Tabula rerum notabilium Macrobii.

IX. pag. 86. Iuſtiniani Imperatoris Inſtitutionum Libri IV. cum ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus, praeſertim in primis ſex paginis.

X. pag. 134. Eiuſdem Authenticae, cum ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus tantum in principio. Deſinunt autem in Collat. IV. Tit. I. de Nuptiis Novel. XXII. Cap. XLIV. & in verbis; *Niſi tantum modus ſacerdotii adveniens alteri perſonarum praebeat perceptionem utpote* . . . . quae in cit. edit. Auguſtae Taurin. incidunt in pag. 961. lin. 11.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Lectura in Civili, Num.* 467.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, varia manu. Conſtat foliis ſcriptis 157.

PLVTEVS VII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XI.

C O D E X I.

BVRCHARDI COLLECTIO CANONVM.

BRucardi Epiſcopi ſolo nomine Wormacienſis Collectio Canonum in Libros XX. diviſa. Praecurrit *Praefatiuncula* (1) *iſtius Libri*, ita inſcripta: *Brunichoni fideli ſuo, eiuſdem videlicet ſedis Praepoſito, in Chriſto Domino ſalutem*. Inc. *Multis iam ſaepe diebus.* Deſ. *bene valeas, & in ſacris orationibus tuis mei peccatoris memoriam deprecor ut habeas.* In hac Praefatione inter verba *& ſiquis diligens lector eos ſubtiliter perſcrutatus fuerit, multas utilitates noſtri miniſterii in eis invenerit*; & alia: *Unde, fratres, ſi regentibus plebes ſuas ex his omnibus unum defuerit, quomodo eas inſtruere & docere potuerint?* (2) inſeruntur Summaria rerum, quibus de agitur in ſingulis XX. Libris, in quos totum Burchardi Opus dividitur. Tum ſequuntur Capitula Libri I. quorum primum inſcriptum, *Quod in novo teſtamento poſt Chriſtum Dominum noſtrum a Petro Sacerdotalis caeperit Ordo*, inc. *In novo autem teſtamento &c.* ut in dicta editione, cum qua concordat uſque ad finem Libri III. ibi enim poſt Capitula CCXLI. *De illis, qui dum ſuae proprietatis loca alicubi dare voluerint &c.* ultima verba, *& ipſe ad emendationem Eccleſiaſticu coërcentur cenſura*, in quibus editio deſinit, ſequitur in Codice Caput inſcriptum: Or-

(1) Ita dicitur in Codice.

(2) Hic locus reſpondet alteri edito hiſce verbis; *ita ut quiſquis eos diligenter legerit fructum non vulgarem ſentiet ſe breui conſequi poſſe; perutilem quidem in docenda plebe, firmum autem propter ſcripturarum auctoritatem, honeſtum tamquam ſtudio, & diligentia acquiſitum &c.* quae habentur in Praefatione editionis Colonienſis MDXLVIII. fol. pag. 2. lin. 6. & ſeqq., unde apparet quam diverſa ſit lectio Codicis ab edita.

Ordo in Eccleſia qualiter ab Epiſcopo Synodus agatur, & inc. *Hora diei prima ante ſolis ortum &c.* Ex Libro X. deſiderantur in Codice Capitula a num. XLII. uſque ad num, XLVII. incluſive. Inter pag. 121. & 122. defectus occurrit quatuor paginarum, totidem enim vacuae ad illum ſupplendum inſertae ſunt; in quo quidem defectu excidit finis Libri XVII. & initium Libri XVIII. Ille igitur deſinit in Capite LVI. *de Sodomitica peccato*, & in verbis: *cum coinquinamento ſive amplexu X. ſuperpoſitio* . . . . . . (edit. cit. pag. 180. col, 2. lin, 4.) hic vero incipit a verbis . . . . . . *poſitus per presbyteros pura inquirenda eſt confeſſio peccatorum &c.* quae pertinent ad Cap. XIV. *De infirmis in periculo mortis conſtitutis &c.* (edit. pag. 184. t. col 1. lin. 22.) Libro XIX. nullus praemittitur Capitum elenchus. idemque Liber deſinit in Capite CVIII. *de eadem re* (1) & in verbis: *bonae autem cogitationes ſemper a Deo ſunt*. (edit. pag. 215. lin. 14.) Liber tandem XX. concordat cum editione uſque ad totum ferme Caput LVII. inſcriptum: *Quod ſacra oblatio poſt mortem animabus prodeſſe poſſit &c.* quod in Codice abſolvitur in verbis: *qua ex re quantum proſit animabus immolatio ſacrae oblationis oſtenditur, quando hanc & ipſi mortuorum* . . . . . . (edit. pag. 230. t. col. 1. lin. 6.) Deinde in Codice alia ſatis multa ſequuntur Canonicas ſanctiones continentia. & deſumpta ex Pio Romanae Vrbis Archiepiſcopo de clericorum erga ſuum Epiſcopum inobedientia; ex Auguſtino de moribus Chriſtianorum; ex Gregorio in Vita Patrum de ſacrificio pro mortuis; ex Hieronymo, quod Eccleſiae non ſint ſpoliandae; ex Gregorio de Decimis in Lege, de iure ſepulturae &c.; ex Hieronymo Epiſt. ad Damaſum Papam de panibus, & aliis altaris oblationibus; ex Decretis Leonis Papae, quod non habeantur Epiſcopi, quos nec clerus, nec populus elegit &c.; ex Decretis Caeleſtini & Ormiſdae PP. de eadem re; iterum ex Regiſtro Gregorii Papae, & ex Pelagio Papa ad Opilionem defenſorem. Inter haec autem pag. 152. habetur Damaſi Papae Epiſtola Aurelio Archiepiſcopo (2); pag. 153. Liber S. Ambroſii de vita & ordinatione clericorum, qui inc. *Siquis frater oraculum reminiſcatur*. Deſ. *ut eis una mecum tribuas caelorum regna, quae ſanctis in fine ſaeculorum dare promiſiſti perpetua. Amen.* Tum pag. 154. *b.* Epiſtola Leonis Papae ad Mauros Epiſcopos LII. (3); item pag. 156. Epiſtola Praeceptorum S. Clementis Papae miſſa Ia-

co-

(1) Nimirum *Quod diabolus internas cogitationes animae non videat. ſed ex motu corporis intelligat*, qui eſt titulus Capitis praecedentis.

(2) Hanc Damaſi Epiſtolam ex Iſidori Promptuario profert Harduinus (T. I. Conc. p. 759.) ſané apocrypham; ſed ubi in Harduini exemplo legitur *Datu XVI. Kal Iunii Gratiano & Cyricio VV CC. Conſulibus*, Codex datam exhibet *XVI. Kal. Iannurii Gratiano, & Siritio VV CC. Coſſ.* Monet autem ſcite Harduinus, Gratianum, & Cyricium Conſules non eſſe in faſtis; verum facile amanuenſis vitio *Equitii*, qui anno CCCCLXXIV cum Gratiano Conſulatum geſſit, corrumpi nomen facile potuiſſe.

(3) Haec Epiſtola in editis apud Queſnellum inſcribitur *ad Epiſcopos Africanos Provinciae Mauritaniae Caeſarienſis*. quodque praeſtantius eſt, non illa interpolata exhibetur in Codice hoc, quemadmodum apud Harduinum (Tom. I. Concil. col. 1771. ſeqq) legitur. alioſque Conciliorum Collectores, ſed ferme uti a Queſnello eſt evulgata. Contendat qui voluerit Queſnellianam editionem cum variis, quas ſubiicio, lectionibus Codicis noſtri ab Harduini exemplo.

Harduini editio.	Codex Ms.
ad nos commeantium ſermo perferret.	*fama narraret.*
ſtuderemus.	*ſtuduerimus.*
proficiſcenti a nobis.	omittit.
delegantes	*iniungentes.*
qui ſecundum ſcripta, quae per ipſum ad vos direximus.	*praecipimus quid.*
notitiae noſtras.	omittit.
plebes.	*plebs.*
habeantur.	*habentur.*
nunc.	omittit.
non offendat.	*non offendit.*
quis ergo diſſimulare.	*quis igitur diſſimulare.*
neſciat coniugis.	*neſciat coniugii.*
matrimoniorum caſtimoniam.	*matrimoniorum privilegia.*
omnis gradus . . . . . debeat	*omnes gradus . . . . . debeant.*
differit.	*dixit.*
diſcernitur.	*dividitur.*
Eccleſiaſtica diſciplina.	*obedientia.*
purgentur.	*purgemus.*
ultio competens proferatur.	*digna diſtrictione moveamur.*
ſi fuerit veſtro iudicio confutatus.	omittit.
ad nos relatum eſt.	omittit.
duarum ſimul.	*ſimul duarum.*
ſtatutum eſt, ne primum, vel ſecundum, aut tertium in Eccleſia gradum.	*conſtitutum eſt, ne primum, vel ſecundum in Eccleſia gradum. aut tertium.*
patimur eſſe veniale.	*veniabile eſt.*
fas erit amplius.	*amplius patiemur.*
cum itaque uſque *Donatum autem*,	omittit.
Sulicinenſem.	*Stiacenſem.*
volumus gregi.	*gregi volumus,*
Tiberiano.	*Liberiano.*
ſi quae vero alias uſque ad finem.	omittit; addit autem, quae Harduinus recitat num. 12. *cum itaque* uſque *ultionis plectimus*, omiſſis tamen his verbis *fere . . . . per David fratrem, & coepiſcopum noſtrum, qui & Sacerdotii merito nobis eſt probatus, & moribus . . . . fratres*, atque his aliis *contentionem . . . . parcatis* ſic correctis: *concertationem . . . . ſerviatis*.

cobo fratri Domini. Tum pag. 161. Sequuntur Excerpta ex Hiſtoria tripertita Socratis, & ex hiſtoria Sozomeni; pag. 162. ex Libro Athanaſii de ſatisfactione fugae; pag. 163. ex Theodorito; pag. ead. *b.* iterum ex Socrate; pag. 165. *b.* ex Epiſtola Innocentii Papae, & ex Concilio Chalcedonenſe. Vltimum tandem excerptum eſt ex Epiſt. Leonis Papae IX. ad Petrum Damianum.

Burchardus Wormatienſis Epiſcopus, hoc ingens Canonum volumen, quod a nomine ipſius *Burchardus* denominatur, multo ſtudio compoſuit; quum enim, ut in Praeſatione teſtatur, in ſua Dioeceſi Canones & poenitentium iura ita confuſa, immo diſcrepantia videret, ut aut ex toto neglecta, aut omni paene auctoritate deſtituta, vel modice in Eccleſiaſtica diſciplina inſtitutis apparerent, rogatu Brunichonis Praepoſiti Eccleſiae Wormatienſis, caepit congerere & digerere Iura Eccleſiaſtica, ut ita utilitati ſuae Eccleſiae provideret. Fontes inſuper indicat, ex quibus collectionem hanc adornavit, ut videre eſt apud Oudinum de Script. Eccleſ. Tom. II. pag. 525. qui etiam Summaria XX. Librorum, quibus conſtat tota Collectio in medium profert. Opus Decretorum Burchardi editum eſt primum Pariſiis A. MCCCCXCIX. & iterum Coloniae Agrippinae A. MDXLVIII. 8. & denique Pariſiis A. MDXLIX.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori ferme quadrato Saec. XI. binis columnis, diligentiſſime exaratus, cum titulis & initialibus pleriſque rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 165.

CONSTITVTIONES CONTRA HAERETICOS.

Cod. II. COnſtitutiones diverſorum Pontificum contra Haereticos, & de Officio Inquiſitorum Haereticae pravitatis, praevio Summario, quod priora integra octo folia complectitur. Hoc autem ordine Conſtitutiones progrediuntur:

I. pag. 9. Clemens (IV.) Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, Poteſtatibus, ſive Rectoribus, Conſulibus, Capitaneis, Antianis, Conſiliis, & Communitatibus Civitatum, aliorumque locorum per Italiam conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inc. *Ad exſtirpanda de medio populi Chriſtiani haereticae pravitatis zizania.* Deſ. *ne poſſint per falſarios in aliquo violari. Data Peruſii tertio Nonas Novembris Pont. noſtri anno primo.* Innuitur huius Conſtitutionis initium in Bullario Magno opera & ſtudio Caroli Coequelines Romae per Hier. Mainardum MDCCXL. fol. Tom. III. Part. I. pag. 437. Integra autem adfertur inter Innocentii IV. Conſtitutiones Tom. cit. a pag. 324. ad pag. 327.

II. pag. 24. *b.* Clemens Epiſcopus &c. (1) Inc. *Quum adverſus haereticam pravitatem quondam Fridericus, olim Romanorum Imperator, tunc in Eccleſiae Romanae devotione perſiſtens promulgaverit Paduae quaſdam Leges &c.* Deſ. *ab eis omne ius legitimum abdicamus. Data Peruſii ſecundo Kal. Novembr. Pont. noſtri Ann. I.* Ibid. a pag. 295. ad pag. 298. ſub nomine Innocentii IV.

III. pag. 33. Clemens Epiſcopus &c. dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis in adminiſtratione Romana deputatis auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputandis ſalut. & Ap. Ben. Inc. *Licet ex omnibus, qui Chriſtiana Religione cenſentur teneamur ex officii noſtri debito extirpare letiferam peſtem haereticae pravitatis.* Deſ. *& conſtitutione de duabus diaetis edita in Concilio generali. Data Peruſii XV. Kal. Octobris Pont. noſtri anno primo.* Ibid. a pag. 404. ad pag. 406. ſub nomine Vrbani IV. datum Viterbii XIII. Kal. April. Pont. An. I.

IV. pag. 40. Alexander (IV.) Epiſcopus &c. dilectis filiis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis in partibus Italiae praeſentibus & futuris &c. Inc. *Quod ſuper nonnullis quaeſtionum articulis.* Deſ. *proficiunt animarum. Data Anagniae IV. Idus Ian. Pont. noſtri ann. VI.* Ibid. pag. 389. Dat. Viterbii V. Kal. Octobr. Pont. Anno IV.

V. pag. 45. *b.* Clemens (IV.) Epiſcopus &c. dilectis filiis Fratribus Praedicatorum & Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis per Italiam &c. Inc. *Ad exſtirpanda de medio populi Chriſtiani haereticae pravitatis zizania, quae abundantius ſolito ſuccreverunt.* Deſ. *& conſtitutione de duabus diaetis edita in Concilio Generali. Data Peruſii XV. Kal. Febr. Pont. noſtri ann. I.* Ibid. pag. 449.

VI. pag. 47. Clemens (IV.) Epiſcopus &c. dilecto filio Miniſtro Provinciali Fratrum Ordinis Minorum in adminiſtratione Romana &c. Inc. *Licet ex omnibus mundi partibus* (2). Deſ. *concedimus tenore praeſentium facultatem. Data Peruſii V. Kal. Octobris Pont. noſtri anno I.*

VII. pag. 48. *b.* Alexander (IV) Epiſcopus &c. dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis in Vrbe, ac eius provincia ſal. &c. Inc. *Vt negotium fidei valeatis libentius promovere.* Deſ. *ſe noverit incurſurum. Data Laterani III. Non. Mart. Pont. noſtri anno II.* Ibid. pag. 408. ſub nomine Vrbani IV. Dat. apud Montem Flaſconem XI. Non. Aug. Pont. An. I.

VIII. pag. 49. Alexander &c. dilectis filiis Fra-

(1) Directio eadem ac ſuperior; praemittitur autem rubrica: *Conſtitutiones Imperiales.*

(2) Licet initium concordet cum Conſtitutione illa, quam recenſuimus ſupra §. III. ab ipſa tamen in progreſſu diverſa eſt, ut patet etiam ex ipſius inſcriptione.

Digitized by Google

Fratribus Ordinis Minor. Inquiſitoribus haereticae pravitatis in Vrbe, ac in adminiſtratione ipſius praeſentibus & futuris &c. Inc. *Exortis in agro fidei Chriſtianae per partes Italiae abundantius ſolito haereticae peſtis zizaniis &c.* Deſ. *Data Viterbii VI. Kal. Octobr. Pont. noſtri anno IV.* Ibid. pag. 392. Data Anagnae XVII. Kal. Dec. Pont. an. IV.

IX. pag. 51. Alexander &c. dilectis filiis Fratribus Ord. Minor. Inquiſitoribus haereticae pravitatis in Vrbe, & adminiſtratione ipſius &c. Inc. *Ne Inquiſitionis negotium &c.* Deſ. *Dat. Viterbii VI. Kal. Octobr. Pont. noſtri anno IV.* Ibid. pag. 408. ſub nomine Vrbani IV. Data apud Montem Flaſconem II. Non. Aug Pont. an. I.

X. pag. 52. Alexander &c. iiſdem. Inc. *Super eo quod ſcriptum legitur.* Deſ. *Eucharistia deneganda. Dat. Viterbii VI. Kal. Octobr. Pont. noſtri anno IV.*

XI. pag. ead. *b.* Alexander &c. iiſdem. Inc. *Quaeſiviſtis, an alicuius regni.* Deſ. *permiſſum. Data Laterani III. Kal. Martii Pont. noſtri anno VII.*

XII. pag. 53. *b.* Alexander &c. iiſdem. Inc. *Ad audientiam noſtram pervenit.* Deſ. *vel differri. Dat. Laterani XII. Kal. Martii Pont. noſtri an. VII.* Ibid. pag 393. Dat. Anagnae XIII Kal. Febr. Pont. an. VI.

XIII. pag. 54. *b.* Alexander &c. univerſis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis, & in poſterum deputandis &c. Inc. *Catholicae fidei negotium.* Deſ. *ſeu poteſtas. Dat. Laterani III. Kal. Martii Pont. noſtri anno VII.* Ibid pag. 395. Data Later. III. Id. Decembr. Pont. An. VI.

XIV. pag. 56. Alexander &c. dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis in Vrbe, & adminiſtratione ipſius &c. Inc. *Super extirpatione haereticae pravitatis.* Deſ. *computatio exponatur. Dat. Anagnae Id. Nov. Pont. noſtri anno IV.* Ibid. pag. 391.

XV. pag. 57. Alexander &c. iiſdem (1). Inc. *Notati & ſuſpecti de haeretica pravitate.* Deſ. *brachii ſaecularis. Dat. Anagnae X. Kal. Martii Pont. noſtri anno VII.*

XVI. pag. 58. Alexander &c. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis filiis electis Abbatibus, Prioribus, Miniſtris, Guardianis, & aliis Eccleſiarum Praelatis &c. per Italiam conſtitutis &c. Inc. *Exortis in agro fidei Chriſtianae per partes Italiae.* Deſ. *percelleres diſciplina. Dat. Anagnae Id. Septembr. Pont. noſtri anno V.* Ibid. pag. 392. Dat. Anagnae XVII. Kal. Decembr. Pont. Ann. IV.

XVII. pag. 59. Alexander &c. dilectis filiis Provinciali, Miniſtro, ac ceteris Cuſtodibus, & Guardianis, eorumque Vicariis Ordinis Minorum in Vrbe, & in adminiſtratione ipſius &c. Inc. *Ne catholicae fidei negocium.* Deſ. *ſuſcipiat incrementum. Dat. Anagnae Id. Februarii Pont. noſtri anno VII.*

XVIII. pag. 60. Alexander &c. univerſis Chriſtifidelibus &c. Inc. *Noverit Univerſitas veſtra.* Deſ. *conſtitit veritatis. Dat. Anagnae Id. Novembris Pont. noſtri anno IV.* Ibid. pag. 345. ſub nomine Innocentii IV. Dat. Anagnae XVII. Kal. Iul. Pont. An. XI.

XIX. pag. 62. *b.* Gregorius (X.) &c. dilectis filiis Fratribus Praedicatorum & Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis auctoritate Sedis Apoſtolicae deputatis &c. Inc. *Turbato corde audivimus.* Deſ. *auxilio brachii ſaecularis. Dat. Lugduni Kal. Mart. Pont. anno II.* Ibid. Tom. III. P. II. pag. 11.

XX. pag. 63. Nicolaus (III.) &c. dilecto filio Fratri Sinibaldo de Lacu Ordinis Fratrum Minorum Inquiſitori haereticae pravitatis in Romana Provincia a Sede Apoſtolica deputato &c. Inc. *Qui cuncta ſolus ordinaus.* Deſ. *dixeritis faciendum. Dat. Romae apud S. Petrum VIII. Idus Maii Pont. noſtri anno II.*

XXI. pag. 70. *b.* Alexander (IV.) &c. dilectis filiis Fratri Andreae Ordinis Minorum & aliis Inquiſitoribus haereticae pravitatis in Romana Provincia & adminiſtratione beati Franciſci &c. Inc. *Inter alia, quae nobis.* Deſ. *concedimus facultatem. Dat. Anagnae Non. Maii Pont. noſtri anno VI.*

XXII. pag. 72. *b.* Alexander &c. dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis in Provincia Thuſciae &c. Inc. *Ne commiſſae vobis contra haereticos Inquiſitionis officium.* Deſ. *edita in Concilio Generali. Dat. Laterani VI. Idus Februarii Pont. noſtri anno VII.*

XXIII. pag. 74. *b.* Alexander &c. Provinciali Miniſtro ac ceteris Cuſtodibus & Guardianis, eorumque Vicariis Ordinis Minorum &c. Inc. *Ne Catholicae fidei negocium.* Deſ. *ſuſcipiat incrementum. Dat. Laterani VII. Id. Februarii Pont. noſtri anno VII.* Eadem Conſtitutio ac ſuperior in §. XVII.

XXIV. pag. 75. Alexander &c. dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis in Vrbe &c. Inc. *Ex parte veſtra fuit propoſitum.* Deſ. *prae ceteris negociis procedendum. Dat. Laterani III. Idus . . . Pont. noſtri anno VII.*

XXV. pag. 76. *b.* Innocentius (IV.) &c. dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inquiſitoribus haereticae pravitatis praeſentibus & futuris in Vrbe Thuſcia, Patrimonio beati Petri, Ducatu Spoletan. &c. Inc. *Vt commiſſum vobis Inquiſitionis officium.* Deſ. *plena fides & auctoritas habeatur. Data Anagnae XI. Kal. Iulii Pont. noſtri anno XI. in cuius rei teſtimonium praeſentes litteras ſigilli noſtri appenſione munimus. Data apud Vrbem Veterem Id. Novembr. Pont. Domini Martini PP. III. anno I.* Tum ſequitur abſque ullo titulo Conſtitutio, quae inc. *Iubemus etiam ut Praelati, Barones, Milites.* Deſ. *prout Praelati ind xerint.*

XXVI. pag. 79. Alexander (IV.) &c. dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Inqui-

(1) Adeſt lacuna inter titulum, & initium.

quiſitoribus haereticae pravitatis in Vrbe &c. Inc. *Conſulat uos diſcretio veſtra*. Deſ. *dicere praeſumantur. Dat. Laterani V. Id. Februar. Pont. noſtri an. VII.*

XXVII. pag. 80. Sequitur ſine ullo titulo modus procedendi contra haereticos. Inc. *Quoniam illis, qui ſponte redeunt infra tempus gratiae promittitur & obſeruatur impunitas mortis*. Deſ. *& in perſonis & in bonis damnatorum*.

XXVIII. pag. 101. Gregorii Dei gratia Narbonenſis Archiepiſcopi, aliorumque Praelatorum Provinciae Narbonenſis Conſtitutio contra haereticos habita apud Bucerum in Provinciali Concilio &c. Inc. *Devotis precibus annuentes libenter*. Deſ. *per hoc poſſit veritas declarari*.

XXIX. pag. 110. *b*. Modus procedendi ab Inquiſitoribus contra haereticos. Inc. *In nomine Domini amen. Anno eiuſdem MCCLXX. Apoſtolica Sede vacante poſt obitum Sanctiſſimi Patris Domini Clementis PP. IV. Indictione XIII. die X. Menſis Aug. nos Frater S. de Lacu Ordinis Minorum Inquiſitor haereticae pravitatis in Romana Provincia, auctoritate Sedis Apoſtolicae conſtitutus univerſis in Chriſto fidelibus declaramus, quod talis citatus pro crimine haereſeos ad praeſentiam noſtram accedens exſiſtit &c.* Deſ. *& eos punire ſecundum Conſtitutiones & Canones ſanctos*.

XXX. pag. 214. Summarium Conſtitutionum diverſorum Pontificum de eodem argumento. Prima inſcribitur: *Conſtitutio Alexandri ſuper quibuſdam interrogationibus*. Vltima *Privilegium Innocentii, in quo continetur, quod Inquiſitores liberam habeant poteſtatem interpretandi, vel declarandi cum conſilio Dioeceſanorum, vel Vicariorum eius &c.* Vltima verba ſunt: *quod etiam ſabbato circa veſperas tenentur viſitare Eccleſias, & qui dicuntur dies feſtivi*. In fine videtur aliquid deſiderari.

In prima pagina notatum eſt: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minorum. Pontificale de Ordinibus Pontific. in celebratione Miſſae. Num. 469.* Inferius rubrica correctum eſt: *Summa de Officio Inquiſitoris*.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. ineuntis binis columnis grandiori littera exaratus, cum ſtemmate duplici in principio, initialibus auratis & coloratis, & titulis rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 223.

GVILIELMI DVRANDI RATIONALE DIVINOR. OFFICIOR.

Cod. III. GVillielmi Durandi, licet nomen non adpareat, Rationale Divinorum Officiorum Libris VIII. Procemium inc. *Quaecumque in Eccleſiaſticis Officiis ac ornamentis conſiſtunt, divinis plena ſunt ſignis, atque myſteriis*. Deſ. *in octava de Computo & Calendario*. Liber primus inc. *In hac ergo prima huius Operis parte, de quibuſdam generalibus tractare providimus, videlicet de Eccleſia, & eius partibus*. Liber VIII. deſ. *hic enim tam ex diverſis aliorum libellis & commentariis, more melliſicantis apis quam ex his quae mihi divina gratia propinavit fructuoſe collegi, & hanc doctrinam interno fluente nectare, velut ſavum mellis, in divinis Officiis ſpeculari volentibus, divino ſuffultus praeſidio, propinavi; hanc ſolum apud homines ex ingenti perpeſſo labore mercedem expectans, ut apud miſericordiſſimum iudicem pro peccatis meis devotas orationes effundant*. Vt in Speculo Iuris totam veluti Iuris molem ſtrictim ornareque collegit Guilielmus Durandus, ſic in Rationali Divinorum Officiorum, quae ad Eccleſiaſtica munera, & Divina Officia pertinent, diligenter exponit; unde hic Liber, non minus olim neceſſarius exiſtimabatur rerum Eccleſiaſticarum ſtudioſis, quam Speculum Iuris iis, qui Iuriſprudentiae ſtudia ſequebantur. Saepiſſime typis excuſum eſt, ut hinc etiam adpareat, quanto olim in pretio fuerit. Omnium rariſſima eſt editio facta Moguntiae anno MCCCCLIX.

In Codicis tegumento ſequens occurrit monitum: *Duodecim libros, ſuper lucam Beatus Cyrilius Alexandrinus Patriarcha compoſuit, ſed a quarto ad nonum, quatuor libri negligentia Graecorum deficiunt. Sciendum autem, quod ipſe capitula quaedam inter expoſitiones interiecit, atque ut facilius invenirentur notavit, quorum tabula haec eſt &c.* Tum ſequitur Tabula, quam praetermittimus; & paullo inferius: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minorum. Rationale Divinorum Officiorum. Num. 470.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus, cum titulis, & initialibus rubricatis, & recentiori manu variis in locis ſuppletus, in cuius prima pagina depictus eſt Epiſcopus quidam librum prae manibus ſuſtinens, & mitra caput redimitus, nimbo circumfuſo. Conſtat foliis ſcriptis 231.

SICHARDI MITRALIS.

MItralis de Officiis, editus a Sicardo (1) Cremonenſi Epiſcopo, cum Prologo, qui inc. *Qui neceſſarios ſuos ad coenam invitare voluerit*. Deſ. *ſit utilis charitati*. Caput primum *De caſtitatione Eccleſiae* inc. *In Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſraël*. Caput ultimum anepigraphum deſ. *languidus enim homo deſcendens de Ieruſalem in Iericho, incidens in latrones*. Oudinus de Script. Eccleſ. Tom. III. pag. 89. eius tantum recenſet Chronicon a creatione Mundi ad Cod. IV.

(1) Dicitur etiam Siccardus, vel Sighardus, qui fuit electus anno MCLXXXV. Epiſcopus Cremonenſis, & biennium Legatus Apoſtolicus per Inſubriam.

Annum Chriſti MCCXXI. incluſive, in quo agit de vita & actibus Romanorum Pontificum, quodque edidit Muratorius inter Rerum Italic. Scriptor. Tomo VII. pag. 523. illudque cum Mitrale confundit. Recte autem indicatur a Cl. Sartio pag. 284. & quidem his verbis: *Muratorius magnopere errat, quum Sicardi librum, qui Mitralis nomine celebrabatur, Chronicum quoddam fuiſſe dicit. Vel ipſa Mitralis appellatio repugnat, & infelices Muratorii coniecturas evertit. Eſt Mitralis Liber Sicardi, ei ſimilis, quem poſtea edidit Gulielmus Durantis* Rationale Divinorum Officiorum *ab eo appellatus. Eum vidimus in perutroque Codice Vaticano, cuius ſpecimen in Appendice exhibemus.* Citat hunc Codicem Cl. Franciſcus Antonius Zaccaria Excurſ. Litter. per Italiam pag. 221. eumque perperam ponit ſub Pluteo VI. num. CCCCLXXI.

Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Liber Mitralis Ricardi (ſic) *Cremonenſis. Num.* 471.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 58.

PONTIFICALE.

Cod. V. HVius Romani Pontificalis praecipua Capita ſunt ea, quae ſequuntur:

I. pag. 1. Ordo ſeptem Eccleſiaſticorum graduum, & in gradibus ordinandi, ſcilicet ante omnia clericum faciendi.

II. pag. 23. Ordo conſecrandi Epiſcopum.

III. pag. 47. Ordo qualiter Romanus Pontifex apud Baſilicam Beati Petri Apoſtoli debeat ordinari.

IV. pag. 50. Ordo coronandi Imperatorem, ſeu Reginam &c.

V. pag. 69. Benedictio Abbatis, vel Abbatiſſae.

VI. pag. 72. Ordo ad Monachum faciendum.

VII. pag. 75. *b.* Ordo ad Virginem benedicendam.

VIII. pag. 85. Ordo ad benedicendum vel Eccleſiam, vel Altare, vel ſupellectiles ſacras; nec non ad Eccleſiae quovis modo violatae reconciliationem.

IX. pag. 178. Ordo ad viſitandum, communicandum, & ungendum infirmum; ac tandem pag. 200. Ordo ſepeliendi Clericos Romanae fraternitatis &c. Ex hoc autem Capite excerpta quaedam, utpote ſingularia, ac lectoribus rerum Eccleſiaſticarum ſtudioſis non ingrata, adſert Ioannes Mabillonius in ſuo Muſeo Italico Tom. I. Part. I. pag. 162. qui Codicem hunc non inter infimos huius Bibliothecae cenſendum arbitratur.

In Codicis tegmine legitur; *Iſte Liber eſt Armarii Florentini Conventus Ord. Minor. Pontificale. Num.* 472. In ultima quoque pagina haec alia occurrunt: *Iſtud Pontificale pertinet ad Sacriſtiam Florent. Convent. Fratrum Minorum, deputatum ad uſum Fratri Illuminato de Caponſacchis eiuſdem Ordinis.* Tum ſequitur Alphabetum Graecum litteris maiuſculis expreſſum.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. grandiori littera diligenter exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, ac notis muſicis inſtructus. Conſtat foliis ſcriptis 226.

FR. IO. DE FRIBVRGO SVMMA CONFESSORVM.

I. pag. 1. SVmma Confeſſorum Fratris Ioannis (1) Ordinis Praedicatorum in quatuor Libros diſtributa, praevia Tabula, ſed alia manu exarata. Praecurrit hoc monitum: *Nota quod Lector iſte Ioannes ante compilationem huius Summae Confeſſorum fecerat tabulam ſuper Summam Raymundi, & Apparatum eius, verificationem quoque, ſeu declarationem plurium, quae in ipſa Summa & gloſſa ipſius habentur, nec non & quemdam libellum ſpecialem de Quaeſtionibus Caſualibus, cui libello hunc Prologum praepoſuit, & quia de prioribus iis Opuſculis mentio fit in ſequenti Prologo, ideo ad intellectum illius Prologi, hunc illi iudicavit praeponendum.* Praefatio inc. *Quoniam dubiorum nova quotidie difficultas emergit caſuum.* Deſ. *melius quam verbis lector poteris informari.* Tum ſequitur alter Prologus, qui inc. *Saluti animarum & proximorum utilitati ſecundum Ordinis mei profeſſionem fraterna charitate proficere cupiens.* Deſ. *quae adiunctae ſunt ſuis principalibus titulis ſupponendo.* Inde occurrunt Tituli ſingulorum Librorum. Liber I. inc. *Quoniam inter Eccleſiaſtica crimina, Simoniaca haereſis obtinet primum locum.* Liber IV. deſ. *prout eis videbitur opportunum. Gratias ago Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui collectionis meae laborem & animarum ſalutem tam de poenitentiis, quam de matrimoniis hic concluſit, cui eſt honor in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Tum rubrica: *Explicit Tractatus de matrimonio, & finitur per conſequens quaſi in quatuor Libros diſtincta Summa Confeſſorum.* Cod. VI.

II. pag. 193. *b.* Paragraphi Summae Fratris Raymundi per numerum, ſecundum quem ut plurimum in hac Summa Confeſſorum eorumdem fit aſſignatio.

III. pag. 196. *b.* Compendioſa collectio quorumdam Statutorum ex Sexto Decretalium addita ad Summam Confeſſorum. Inc. *Ne libri, qui de Summa Confeſſorum iam ſcri-*

pti

(1) Fr. Ioannes Lector, hoc enim agnomen ipſe affectavit, qui ab aliis de Friburgo vulgo, vel Vriburgo, ut plerumque ſcribunt Germani, nuncupatur, Friburgi Briſgoiae clara Dioeceſis Baſileenſis Civitate & arce munitiſſima natus eſt, & Dominicanum amplexus eſt Inſtitutum Saec. XIII.; ſcripſit prae reliquis hanc Summam, de qua conſulendus Quetif Script. Ord. Praedic. Tom. I. pag. 524.

ſti erant appoſitione Statutorum a Domino Bonifacio ſummo Pontifice nuper in ſexto ſuo Libro Decretalium collectorum, & de novo editorum deſtrarentur. Deſ. *contra legis oritur voluntatem*.

IV. pag. 203. *b*. Tabula copioſiſſima alphaberi ordine digeſta ſuper Summam Confeſſorum.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Minorum. Summa Confeſſorum Fratris Ioannis Ordinis Praedicatorum*. *Num*. 473.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum icone auctoris in littera initiali, reliquis autem tam Librorum quam Capitum diverſimode coloratis & figuratis. Conſtat foliis ſcriptis 233.

RAYMVNDI DE PENNAFORT S V M M A.

Cod. VII. SVmma Magiſtri Raymundi (de Pennafort) Fratris Ordinis Praedicatorum, quondam Domini Papae Poenitentiarii, Libris IV. Prooemium inc. *Quoniam, ut ait Hieronymus, ſecunda poſt naufragium tabula &c*. Deſ. *claritatis ſuperna corrigas & emendes*. Libri I. Caput I. *De Simonia* inc. *Quoniam inter crimina Eccleſiaſtica Simoniaca haereſis obtinet primum locum*. Liber IV. deſ. *praeterea illud eſt notandum, quod maritus in reddenda dote impenſas neceſſarias & utiles in rebus dotalibus factas, puta, quia domum refecit, poteſt retinere, ut ff. de impenſis in rebus dotalibus factis L. 1. voluptarias vero perdit, ſicut ibi dicitur*. Concordat cum editione Veroneni, curante P. Honorato Vincentio Laget Ord. Praed. anni MDCCXLIV. ex typographia Seminarii apud Auguſtinum Carattonium fol.

In Codicis tegumento legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum Summa Raymundi*. *Num*. 474. In altera autem pagina leguntur *Capitula contra Patarenos edita*, quae incipiunt: *Excommunicamus & anathematizamus univerſos haereticos Catharos, Patarenos, pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Ioſeppinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & aliis quibuſcumque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diverſas, ſed caudas ad invicem colligatas &c*.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. exeuntis binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 108.

FR. MONALDI SVMMA CASVVM &c.

Cod. VIII. I. pag. 1. SVmma generalis Caſuum compilata a Fratre Monaldo de Ordine Fratrum Minorum, alphabeti ordine digeſta, ac praevia tabula. Prologus inc. *Quoniam ignorans ignorabitur, ſicut ait Paullus egregius praedicator*. Deſ. *& diligenti ſollicitudine corrigas & emendes*. Caput I. *Quis poſſit eſſe Abbas*, inc. *Abbas debet eſſe vel fieri ſacerdos*. Opus deſ. *ita quod divina gratia, & Canonici iuris ſcientia plenas illuſtrans, quaſi ſtellae, in perpetuas aeternitates, cum his qui ad iuſtitiam multos erudiunt, in caeleſti gloria perenniter fulgeamus. Amen. Explicit Summa Monaldi*. Hic Monaldus fuit Iuſtinopolitanus, Dalmata, Ord. Minorum, defunctus anno circiter MCCCXL. Scripſit hanc Summam Caſuum conſcientiae, ſive Summam Iuris Canonici, idem enim Opus eſt, quae ab ipſo *Monaldina*, atque *Aurea* conſuevit appellari. Prodiit autem Lugduni MDXVI. 8. Vid. Fabric. Bibl. Med. Tom. V. pag. 85.

II. pag. 260. Quaeſtiones quaedam, quarum prima inſcribitur *Societas mercatoris*, & inc. *Nunc videndi ſunt quidam caſus, in quibus ſecundum quoſdam poteſt quis dare pecuniam ſuam, & licite recipere in lucrum &c*.

III. p. 267. Quaedam extracta ex Libris Fratris Riccardi de Mediavilla Ordinis Minorum.

IV. pag. 360. *b*. Summaria Privilegiorum a Romanis Pontificibus Fratribus Minoritis conceſſorum.

V. pag. 361. *b*. Tandem redeunt aliae quaeſtiones, quarum prima: *Quaeritur an mercatores poſſint licite plus recipere de eadem mercatione ab illo, qui non poteſt ſtatim ſolvere, quam ab illo qui ſtatim ſolvit &c*. quibus ſubſcribitur *Frater Clarus*.

VI. pag. 362. *b*. Caſus Fratris Clari de Sexto Ordinis Minorum.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Summa Monaldi*. *Num*. 475.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis, gloſſis, & additionibus marginalibus, & cum icone auctoris barbati in littera initiali. Conſtat foliis ſcriptis 263.

BARPTOLEMAEI DE S. CONCORDIO S V M M A.

SVmma alphabeti ordine diſpoſita, quae dicitur Bartoluzi, ſive Fratris Barptolemaei de Piſis Ordinis Praedicatorum, cum Prooemio, quod inc. *Quoniam, ut ait Gregorius ſuper Ezechielem*. Deſ. *pium poſtulo correctorem*. Summa inc. *Abbas*. *Abbas in ſuo Monaſterio conferre poteſt ſuis ſubditis primam tonſuram*. Deſ. *ſi vero aliquis doleret de bono alicuius, in quantum alter excedit ipſum in bonis, tunc eſt invidia, ut ſupra Invidia §. 2*. Cod. IX.
Tum rubrica: *Explicit Summa Fratris Barptolemaei de Piſis Ordinis Praedicatorum, quae dicitur Maeſtruzza. Deo gratias. Amen*. Inter hanc rubricam, & finem Operis iam relatum, legitur recentiori manu adſcriptum: *Liber Ser Viviani Nerii* (1), *quem emit a Iangi-*

(1) De hoc Ser Viviano Nerii (ſc. filio) pluribus egit Cl. Laur. Mehus in Vita Ambroſii Camaldul. Generalis pag. CCCXVIII. ubi hanc ipſam ſubſcriptionem adfert.

giſtro Antonio de Ordine Fratrum Servorum florenos quinque die XIII. Septembris MCCC-XCVIII.

Barptolemaeus de S. Concordio Piſanus Ord. Praedic. ac Decretor. Doctor, hanc Summam abſolvit Piſis anno MCCCXXXVIII. quae ab eo dicta eſt *Bartholina*, vel *Piſanella*, & *Mag ſtruccia*. Sine anni & temporis nota prodiit ſub incunabulis typographiae, & Pariſiis A. MCCCCLXX. & alibi pluries. Vid. Iac. Querif Tomo I. pag. 623. ubi etiam varios huiuſce Operis Mss. Codices in Bibliothecis deliteſcentes enumerat.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Minorum. Summa Poenitentiae per Magiſtrum Barptolemaei de Piſis. Num.* 476.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum litteris initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 163.

RAYMVNDI DE PENNAFORT SVMMA.

Cod. X. SVmma Magiſtri Raymundi (de Pennafort) Libris IV. ut in Codice VII. huius Plutei ſupra pag. 73. Heic quoque praecurrit Prologus, ac Libris ſingulis Index Capitum. Praeterea adſunt in margine ſcholia uberrima, eadem antiqua manu. In fine legitur:

Sit tibi laus Chriſte, quoniam liber explicit iſte.
Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,
Manus ſcriptoris ſalvetur omnibus horis,
Vivat in caelis cum Chriſto Ventura fidelis.
Deo gratias. Amen.

Tandem ſequitur Tabula accuratiſſima totius Operis, in cuius calce legitur: *qui ſcripſit hunc librum colloцetur in Paradiſum.*

In prima pagina adſcriptum eſt: *Iſta Summa eſt conceſſa ad uſum Fratri . . . . .* (1) *Florentino, dum vivit, & extracta ſuis de Armaria Florentino, & ideo poſt mortem eius ibidem debet reponi.*

Iſta Summa eſt Fratrum Minorum Conventus Flor. Summa Raymundi de Caſibus. Num. 93. & paullo infra: *Num.* 477.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. exeuntis binis columnis, diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 242.

WILLELMI ALTISIODORENSIS SVMMA.

Cod. XI. SVmma Magiſtri Willelmi Altiſiodorenſis Libris IV. cum Prooemio, quod inc. *Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum.* Deſ. *propter praedictum ordinem.* Libri I. Caput I. *De rebus divinis* inc. *Volentes autem oſtendere in rationibus res divinas.* Caput ultimum Libri IV. *De die iudicii* deſ. *nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit, quae praeparavit Dominus iis qui diligunt illum. Illa gaudia nobis praeſtare dignetur Ieſus Chriſtus &c. Explicit Summa Magiſtri Guilelmi Altiſiodorenſis.* Tum verſiculi:

Finito libro referamus gratia (ſic) *Chriſto.*
Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat,
Vivat in caelis Bonus Cambius in nomine felix.
Qui ſcripſit hunc librum anima eius portetur in Paradiſum

Magiſter Guilelmus Altiſiodorenſis, Archidiaconus Bellovacenſis, Theologus Pariſienſis, defunctus Romae anno MCCXXX. teſte Alberico pag. 538. Chronici, ubi laudat hanc Summam Theologicam, quae lucem adſpexit Pariſiis MD.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minorum. Summa Magiſtri Guilielmi Altiſiodorenſis. Num.* 478.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 232.

PLVTEVS VIII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. V.

C O D E X I.

FR. IOAN. SVMMA, DYNI DVBIA DISPVTATA.

SVmma Confeſſorum Fratris Ioannis Ordinis Praedicatorum, cum Summariis & indicibus in fine, etiam ex Sexto Decretalium, ut in Cod. VI. Plutei ſuperioris.

Partim in ipſo Codicis tegumento, partim in aliis duobus foliis in fine legitur: *Scriptum, ſeu Dubia diſputata per Magiſtrum Dynum de Florentia* (2) *in civitate Senarum anno primo ſtudii generalis.* In

(1) Eraſum omnino nomen.

(2) Is eſt, ut puto, Dinus, ſive Dynus de Roſonibus, a patria Mugello, agri Florentini Oppido, Mugellanus, qui Bononiae extinctus eſt A. MCCCIII. Vid. Pancirolum Lib. II. Cap. XLV. Nigrium pag. 147 & Sartium Tom. I P. I. pag. 233. ſeqq. apud quos tamen nulla de his Dubiis fit mentio.

Digitized by Google

In ultima tandem pagina haec alia legas: *Iſta Summa Confeſſorum eſt Armarii Conventus Flor. Fratrum Minor.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, ab eadem manu ac ſuperior Plut. VII. Cod. VI. deſcriptus. Conſtat foliis ſcriptis 283.

ANON. QVINTA PARS SVMMAE, ET TRACTATVS DE MATERIIS PRAEDICABILIBVS.

Cod. II. I. pag. 1. QVinta pars Summae de ſeptem Donis. Inc. *Quinta pars huius Operis eſt de eis quae pertinent ad quintum Spiritus Sancti Donum Conſilii, per quod ordinatur materia huius quintae partis, quae ſunt virtutes Cardinales.* Deſ. *impudentiſſime mihi arrogo, vel gloriam ſine victoria, vel victoriam ſine pugna. Explicit.*

II. pag. 103. Tractatus de diverſis materiis praedicabilibus ordinatis, vel diſtinctis in ſeptem partes, ſecundum ſeptem Dona Spiritus Sancti, vel eorum effectus, currens per diſtinctiones materiarum, per cauſas & effectus, refertus auctoritatibus, & rationibus, & exemplis diverſis ad aedificationem pertinentibus animarum. Prologus inc. *Quoniam multi mirabiliter, ſubtiliter, & utiliter elaboraverant auctores.* Deſ. *quae iudicavimus utilia eſſe animarum aedificationi & praedicationi.* Opus inc. *Et quia ſeptem ſunt Dona Spiritus Sancti.* Deſ. *qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo, vel a matre dicens hoc non eſt peccatum, pars homicidae eſt.* Tum ſubiicitur: *Ibi finit ſecundus Liber de Donis;* & paullo infra: *In iſto Volumine tractatur de tribus Donis, ſcilicet de Dono Conſilii, de Dono Timoris, de Dono Pietatis.*

In primo folio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Quinta pars Summae de ſeptem Donis. Num. 483.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 185.

FR. MONALDI SVMMA.

Cod. III. SVmma Fratris Monaldi de Ordine Fratrum Minorum, ut in Cod. VIII. Plutei ſuperioris §. I.

In prima pagina habetur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minor. Summa Monaldi. Num. 484.*

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum pictura in principio, & icone auctoris. Conſtat foliis ſcriptis 184.

FR. RAYMVNDI SVMMA.

Cod. VI. FRatris Raymundi Ordinis Praedicatorum Summa, cum uberrimis notis marginalibus, ut in Cod. VII. Plutei ſuperioris.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt Armarii Florentini Conventus Ordinis Minorum Fratrum. Summa Fratris Raymundi Ord. Praedicatorum. Num. 487.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 137.

GVILLIELMI PERALDI SVMMA DE VIRTVTIBVS ET VITIIS.

Cod. VII. SVmma de Vitiis, & Virtutibus in duas partes diviſa. Partis primae, in qua agitur de Vitiis, Prologus inc. *Dicturi de ſingulis vitiis, ut opportunitas ſe offert.* Deſ. *ordinem non habent.* Caput I. *De vitio gulae, & iis quae faciunt ad deteſtandum,* inc. *Hoc ordine dicemus de vitio gulae: proponemus ea, quae faciunt ad deteſtationem huius vitii.* Caput ultimum *De indiſcreta taciturnitate* deſ. *ultimo ad commendationem ſilentii poteſt valere illud ſapientis, loquutum eſſe aliquando poenituit, tacere vero nunquam. Explicit de lingua. Chriſto gloria, qui eſt benedictus in ſaecula.*

II. pag. 80. Parti ſecundae, in qua de Virtutibus agitur, praeit Summarium, ac Prologus, qui inc. *Quum circa utilia ſtudere debeamus.* Deſ. *de beatitudinibus.* Caput primum *De Virtute in communi,* inc. *Si ſeparaveris pretioſum a vili.* Caput ultimum *De patientia perſecutionum* deſ. *quibus obliguverunt parentes noſtri caeleſtem hereditatem. Benedictus Dominus qui incepit & complevit. Amen.* Auctor huius Summae eſt F. Guillelmus Peraldus, ſeu Peraltus Ordinis Praedicatorum, qui obiit anno circiter MCCLXXV. ut habet Quetif in Scriptor. Ord. Praedic. Tom. I. pag. 132. ſeqq. ubi de hoc Opere, variiſque eiuſdem Mss. Codicibus fuſius agit.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Summa de Vitiis & Virtutibus. Num. 488.* In Codicis vero tegumento alia haec notata ſunt: *Hic Vitiorum Virtutumque liber eſt mei Ser Pacis Nerii de Monteficalli, quem conceſſi Lectoribus maxima cum iucunditate.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum pictura in principio ſatis rudi, titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 206.

Digitized by Google

PLVTEVS IX. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. IX.

C O D E X I.

RAYNERII DE PISIS PRIMA PARS SVMMAE.

MAgiſtri Raynerii de Piſis prima Pars Summae, incipiens a littera A, & progrediens uſque ad litteram H, & vocem *Haereſi*. Poſt Capitum Tabulam, inc. *Abſolutio. Circa abſolutionem quatuor per ordinem ſunt notanda*. Deſinit in Capite inſcripto *Nota quod circa haereſim conſiderare debemus reatum ſupplicii*, & in verbis: *ſunt ab eis bona omnia auferenda. Haec Raymundus in Summa Lib. I. Cap. V. de Haereticis. Explicit prima Pars Raynerianae. Deo gratias. Amen.* Raynerius a Rivalto, quod Caſtellum eſt in Collibus Piſanis, unde Piſanus vulgo, vel de Piſis dictus eſt, Ordinis Praedicatorum, qui vixit Saeculo XIV. obiitque ann. MCCCLI. celebris eſt hoc Opere, quod in aliquibus editionibus *Pantheologia*, in aliis *Summa* (1) inſcribitur, in quo, quae ad Theologiam pertinent, ordine alphabetico pertractantur, quodque anno MCCCXXXIII. incepit. Raynerium hunc Pantheologiae auctorem, eumdem eſſe cum Raynerio Granchi, vel de Grancis, Piſano item Ordinis Praedicatorum, & Saeculi XIV. ſcriptore, qui compoſuit de Praeliis Thuſciae Libros VIII. carmine admodum obſcuro, & impolito, ſed hiſtoriarum ſtudioſis non inutili, conjicit Muratorius, qui Poëma hoc Tomo XI. Script. Rer. Ital. pag. 283. ſeqq. in lucem dedit, liberum tamen cuivis iudicium merito relinquit. Vnum tamen ab altero diſtinguunt Iac. Quetif, & Echard in Script Ord. Praedic. qui de primo agunt in Tomo I. pag. 635. & de altero, Tomo II. pag. 819. Quod vero ad primi Summam, qua de agimus, attinet, recte ipſi admonent loc. cit. purum hoc Opus, & quale ab auctore prodiit iam haberi non poſſe, niſi ex Codicibus Mss. qui plurimi exſtant, quum ita utile viſum fuerit ut ſtatim ac lucem vidit, eius exempla ſibi deſcribi curarint eruditi, & a nata typographia pluries praelum ſubierit, novis identidem additionibus locupletata; quare mirum non eſt, ſi cum editione Lugdunenſi anni MDCLXX. fol. tribus voluminibus, quam prae manibus habuimus, minime concordet; quum ſingulorum Capitum materiae in Codice brevius, quam in editione pertractentur.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. nitidiſſimus, cum perpulcra pictura in principio, auro variiſque coloribus diſtincta, initialibus coloratis, & effigie auctoris in littera initiali. Conſtat foliis ſcriptis 193.

RAYNERII DE PISIS SECVNDA PARS SVMMAE.

MAgiſtri Raynerii Piſani ſecunda Pars Summae, a littera H uſque ad litteram O, cum indice Capitum in principio. Cod. II.
Inc. *Habitus. Circa habitum vel ornatum nota, quod in habitu vel veſtitu, & in aliis rebus exterioribus*. Deſinit in Capite *Quod otium eſt cauſſa vel occaſio multorum, immo quaſi omnium peccatorum*, & in verbis: *nec agentes in poſterum, nec ſibi providentes; hoc dicit Hugo ibid.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis, nitidiſſimus, cum pictura in principio aurata, & icone auctoris in littera initiali. Conſtat foliis ſcriptis 131.

RAYNERII DE PISIS TERTIA PARS SVMMAE.

MAgiſtri Raynerii de Piſis tertia Pars Summae a littera P uſque ad litteram Z. Caput primum inſcriptum, *Quod peccatum definitur a beato Thoma convenienter, ut patet*, inc. *Peccatum &c. Circa Peccatum in communi conſideranda ſunt quatuor*. Caput ultimum *Quod quidam zelus eſt bonus, & quidam malus*, deſinit: *& per alia in locis ſuis. Laus Deo. Amen. Explicit ultimum Volumen Repertorii compilati per Venerabilem Magiſtrum Raynerium de Piſis ſacrae paginae Profeſſorem, Ordinis Fratrum Praedicatorum*. Tum ſequitur Capitum tabula. Cod. III.

In primo folio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Min. Tertia Pars Summae Magiſtri Raynerii Piſani. Num. 491.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. binis columnis, nitidiſſimus, cum pictura in principio, & icone auctoris, necnon initialibus diverſimode coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 114.

(1) Hoc nimirum titulo inſcriptum fuiſſe ab auctore ſuo Mss. Codices teſtantur.

FR. ANTONINI ARCH. FLOR. PRIMA PARS SVMMAE.

Cod. IV. FRatris Antonini Archiepiſcopi Florentini prima Pars Summae, cum Prooemio, quod inc. *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine*. Deſ. *non curavi nominare*. Tum ſequitur huius primae Partis Titulorum, & Capitum elenchus. Tituli primi *De anima in communi* Caput I. inſcribitur *De animae ſimilitudine ad Deum*, & inc. *Venite, & audite &c.* Tituli XX. & ultimi *de Regulis Iuris* Caput unicum, deſ. *vel dic, quod quando omnis cauſſa ceſſat impulſiva finalis efficiens & occaſionalis, tunc ceſſat conſtitutio. Amen.* Vt in edit. Veronenſi typis Seminarii MDCCXL. fol. Part. I a pag. 1. uſque ad pag. 902. ſed poſt verba, *& hoc ideo quia inſeparabilia ſunt opus bonum, & carentia mortalis, ad hoc ut ſit meritorium*, in quibus deſinit editio, in Codice ſequitur expoſitio ad ea verba *Ceſſante cauſa ceſſat effectus*, quae deſinit in verbis, quae mox retulimus. Tum ſubiicitur: *Ego presbyter Lottus de Bancoſis hanc praeſatum primam Partem ſcripſi, ac die primo menſis Novembris explevi MCCCCLXXI. Laus Deo.*

Liber Conventus Sanctae Crucis de Florent. Ord. Minor. Prima Pars Summae Fratris Antonini Archiep. Flor. Num. 492.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis, nitidiſſimus, cum initialibus coloratis, eleganti pictura in principio auro diſtincta, & icone auctoris cum mitra, & nimbo in capite. Conſtat foliis ſcriptis 205.

FR. ANTONINI ARCH. FLOR. SECVNDA PARS SVMMAE.

FRatris Antonini Reverendiſs. Archiepiſcopi Florentini ſecunda Pars Summae, cum Prologo, qui inc. *Tu contribulaſti capita draconum*. Deſ. *& confregit in aquis gratiae ſuae*. Prologum ſequitur Titulorum index. Tituli I. *De Avaritia* Caput I. *De Avaritia per modum praedicationis*, inc. *Filii hominum uſquequo gravi corde*. Tituli XII. *De Infidelitate* Caput ultimum *De fato*, deſ. *vel omnia ex neceſſitate evenire, vel non omnia ſubeſſe divinae Providentiae, quae omnia falſa ſunt. Finit. Laus Deo*. In cit. edit. Veronenſi Tom. II. a pag. 1. ad pag. 1200.

In primo folio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Secunda pars Fratris Antonini Archiep. Florentini. Num. 493.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis, ab eadem manu ac ſuperior diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 320.

FR. ANTONINI ARCH. FLOR. TERTIA PARS SVMMAE.

FRatris Antonini de Florentia Ordinis Praedicatorum Reverendiſs. Archiepiſcopi Florentini tertia pars Summae, praevia Capitum tabula. Prologus, qui in Codice inſcribitur *Caput primum per modum ſermonis*, inc. *Aſtitit Regina a dextris tuis*. Deſ. *& de horum ſingulis dicendum eſt, ab inferioribus inchoando*. Tituli primi Caput I. *De matrimonio per modum ſermonis*, inc. *Beatus es, & bene tibi erit*. Tituli XXXII. *De ſtatu comprehenſorum* Caput X. *De Confeſſoribus in quadruplici genere*, deſ. *quoniam nemo operari poteſt, ſcilicet meritorie Io. 9.* Vt in cit. edit. Tom. III. a pag. 1. uſque ad pag. 1614. ubi notandum in poſtremis Capitibus ordinem eſſe aliquantum immutatum. Qui enim in Codice eſt Titulus XXX. de *Poena Purgatorii*, in editione eſt XXXII. Titulus XXXI. *De ſtatu Comprehenſorum in communi* in Codice, eſt XXX. in editione, cuius quidem Tituli Caput I. in Codice inſcribitur *De Unitate divinae Eſſentiae & de Trinitate*, & inc. *Viderunt ingreſſus tuos Deus &c.* quod in editione eſt Caput II. quare deſideratur in Codice Caput I. Denique Titulus XXXII. in Codice, item inſcriptus *De ſtatu Comprehenſorum*, in editione eſt XXXI. Cod. VI.

In primo folio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Tertia pars Summae Fratris Antonini Archiep. Flor. Num. 494.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. binis columnis nitidiſſimus, ab eadem manu ac duo ſuperiores diligenter exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 358.

FR. GVILIELMI SVMMA DE VIRTVTIB. ET VITIIS.

I. pag. 1. SVmma de Virtutibus edita a Frate Guillelmo de Ordine Fratrum Praedicatorum, cum Summario, ac Prologo, ut in Cod. VII. Plutei ſuperioris pag. 78. §. II. Cod. VIII.

II. pag. 263. Eiuſdem Summa de ſeptem Vitiis Capitalibus, item praevio Summario, ut in dicto Codice I. §. I.

In fine legitur: *Explicit Summa Vitiorum edita a Fratre Guillielmo de Ordine Fratrum Praedicatorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, diligenter exaratus, cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 457.

SVMMA DE VIRTVTIB. ET TRACTAT. DE VITIIS.

Cod. IX. I. pag. 1. SVmma de Virtutibus & Vitiis, ut in Codice VIII. ſuperiori; heic autem ſecundae Parti, in qua agitur de Vitiis, praefixus legitur hic verſiculus:

Sit mibi porrecta Saperis inceptio recta.

In fine legitur: *Explicit Summa de Virtutibus, & de Vitiis . . . . . ,* (1) *deputata ad uſum . . . . . .* (2)

II. pag. 266. Sequitur alia manu Tabula uberrima ad inveniendum quidquid continetur in praedicta Summa, in cuius calce occurrunt hi alii verſiculi valde rudes:

Tu quicumque leges ſandes pro me Deo (ſic)
Et Chriſti matri, quae parcat huic tuo fratri,
Et pro me ſcriptor (ſic) *quod Deus mibi parcat.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minor. Summa de virtutibus. Num.* 497.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 325.

BARPTOLEMAEI DE PISIS SVMMA DE CASIBVS CONSC.

SVmma de Caſibus Conſcientiae ſecundum compilationem Fratris Barptolemaei de Piſis Ordinis Praedicatorum, praevia rerum notabilium tabula per alphabetum, ut in Cod. IX. Pl. VII. ſupra pag. 74. Heic in calce legitur: *Conſummatum fuit hoc Opus in Civitate Piſana anno Domini MCCCXXXVIII, de menſe Decembris tempore ſanctiſſimi Patris Domini Benedicti Papae XII. Explicit. Deo gratias. Amen.* Cod. X.

In primo ſolio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minorum. Summa de Caſibus Fratris Barptolemaei de Piſis. Num.* 498.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, Conſtat ſoliis ſcriptis 261.

PLVTEVS X. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VI.

C O D E X II.

WILLELMI ALTISIODORENSIS SVMMA,

SVmma Magiſtri Willelmi Altiſiodorenſis Libris IV. cum Prooemio, ut in Cod. XI. Plut. VII. ſupra pag. 76. In fine poſt ſcholia quaedam legitur: *Iſta eſt Summa magiſtri Guillelmi Altiſiodorenſis, quam aſſignaverunt Capitanei Horti Sancti Michaël. Armario Florentino Ord. Minor.* Et inferius: *M. Guill. Dacerne ceſt lentieur qui le ſiſt.*

In prima pagina: *Lib. Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Minorum. Summa Magiſtri Guillelmi Altiſiodorenſis. Num.* 501.

Codex membranac. Ms. in ſol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 213.

MAG. ALBERTI SVMMA,

Cod. IV. SVmma Magiſtri Alberti Libris IV. inc. *Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium.* Deſ. *& alibi oculus non vidit, nec auris audivit, quae praeparavit Dominus iis, qui diligunt illum. Ille gaudia nobis praeſtare dignetur, qui cum Patre &c.* Sequitur in fine Index Capitum.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Summa Magiſtri Alberti. Num.* 504. In ultima vero haec alia notata ſunt: *Summa Magiſtri Alberti in Theologia ſpectat ad Armarium Florent. Ord. Minorum, deputata ad uſum Fratri Illuminato eiuſdem Ordinis.*

Codex membranac. Ms. in ſol. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 94.

WILLELMI ALTISIODOR. S V M M A.

SVmma Magiſtri Willelmi Altiſiodorenſis Libris IV. cum Prooemio, ut in Cod. XI. Plut. VII. ſupra pag. 76. Praecurrunt Ca- Cod. V.

(1) Eraſa eſt ſcriptura.
(2) Heic quoque nomen eraſum eſt.

Capita & Summaria ſingulorum Librorum.

In prima pagina legitur *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Minor. Summa Guillelmi Autiſiodorenſis. Num.* 505.

Codex membranac. Ms in 4. Saec XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis & initialibus coloratis, Conſtat foliis ſcriptis 392.

FR. MONALDI SVMMA.

Cod. VI. SVmma Fr. Monaldi, praevia Capitum tabula, & eum additionibus ex variis Doctoribus, varia manu, ut in Cod. VIII. Plut. VII. ſupra pag. 73.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, eum titulis rubricatis, initialibus coloratis, & ſcholiis aliquot marginalibus, antiquitus num. 566. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 386.

MAG. RAYMVNDI SVMMA.

Cod. VII. SVmma Magiſtri Raymundi (de Pennaforr) Libris IV. cum Prooemio, quod inſcribitur *De animae iudicio & caſibus poenitentiae*, ut in Codice VII. Plut. VII. ſupra pag. 73. In hoc autem Codice totum Opus uberrimis marginalibus adnotationibus inſtructum eſt, & poſt finem in dicto Codice relatum, clauſulam illam haber, quae legitur in eitata editione pag. 536. col. 2. a verbis: *Licet autem &c.* Scholia vero marginalia videntur ut plurimum convenire eum iis quae in dicta editione habentur Summae intermixta, & curſivo, ut aiunt, charactere, ut ab ipſo textu diſtinguantur, impreſſa. In fine diſtichon ſequens legitur rubrica exaratum:

Finit Raymundus; iis qui ſua dicta tenebunt,
Nec caro, nec mundus, nec Daemonis arma nocebunt.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum duabus picturis in principio, quarum prima auctorem ſcribentem exhibet, altera Franciſcanum quemdam manum capiti imponentem cuidam iuveni ante ſe genuflexo. Conſtat foliis ſcriptis 158.

VITAE SS. PATRVM EREMITARVM AVCTORIBVS DIVERSIS.

Cod. IX. I. pag. 1. VIta S. Paulli Eremitae, edita a S. Hieronymo, cum Praefatione, ut in Cod. XVI. Plut. XIX. Catalogi Tum. I. pag. 553. §. I.

II. pag. 4. Vita B. Antonii, cum Prologo. Ibid. §. II Heic tamen poſt verba *corruptionis artifices*, in quibus deſinit in dicto Codice, ſubiungitur: *Igitur Beatus Antonius XVI. Kal. Februarias receſſit e ſaeculo & vivet ſemper cum Domino in ſaecula ſaeculorum. Amen.*

III. pag. 25. Vita S. Hilarionis, cum Prologo. Ibid. pag. 554. §. III.

IV. pag. 32. *b.* Vita Monachi Caprivi, cum Prologo, qui cum Vita ipſa coniungitur Ibid §. IV.

V. pag. 36. Vita Frontonis Abbatis cum breviſſimo Prologo, qui inc. *Ad aedificationem itaque veſtram.* Deſ. *ut ſalvi ſitis.* Vita inc. *Erat quidem ſenex Monachus, a prima aetate Deo devotus, nomine Frontonius.* Deſ. *benedictus Deus, qui opuſcula peccatori adimplet, & quidquid pro aedificatione eius, ipſo donante adgredimur, ſua ſanctificatione conſummat. Amen.* Diverſa eſt ab ea, quae legitur in Vitis Patrum Rutweidi, Antverpiae MDCXV. fol. pag. 238. & ſeqq.

VI. pag. 38. Vita S Ioannis, cum Prologo qui inc. *Benedictus Deus &c.* (1)

VII. pag 46. *b* De Apollonio.

VIII pag. 50 De Ammune.

IX. pag 51. De Comprete (2).

X. pag 53. *b.* De Abbare Syro.

XI. pag. 54. *b.* De Heleno.

XII. pag. 55. *b.* De Helia.

XIII. pag 56. De Eulogio.

XIV. pag. ead. De Apellem.

XV. pag. 57. De Paphnutio.

XVI. pag. 58. *b.* De Iſidori Monaſterio.

XVII pag. 59. De Serapione.

XVIII. pag. ead. *b.* De Apollonio.

XIX. pag. 60. De Dioſcoro Presbytero.

XX. pag. ead. *b.* Vita Monachorum ex Nitriae regione.

XXI. pag. 64. De Ammone.

XXII. pag. ead. *b.* De Paullo ſimplice.

XXIII. pag. 65. *b.* De Piamone.

XXIV. pag. 66. De Ioanne.

XXV. pag. ead. *b.* De Hor Abbate.

XXVI. pag. 67. *b.* De Ammone.

XXVII. pag. ead. De Beno.

XXVIII. pag. ead. De Theone.

XXIX. pag. 68. De Oxyrincho.

XXX. pag. ead. *b* De Abbate Macario Alexandrino.

XXXI. pag. 72. De Moyſe.

XXXII pag. 73. *b.* De Valente.

XXXIII. pag. 74. De Martino Monacho. Inc. *Sed & de famulo Dei Martino referimus. Soror namque eius &c.* Deſ. *ut ulterius numquam venirent ad eum.*

XXXIV. pag. ead. De Sancto Macario Aegyptio. Inc. *De magnis, & praecipuis Sanctis, ac beatis viris Macariis multa incredibilia piget me dicere.* Deſ. *& poſt haec ſumens ſenex caput illud, ſepelivit ipſum.*

(1) Hae Vitae uſque ad §. XXXII. incluſive progrediuntur eodem ordine cum illis praedicti Codicis XVI. a pag. 554. §. V. uſque ad pag. 555. §. XXXII. quare ea quae in illius recenſione adnotavimus, ad hunc etiam pertinere intelligas.

(2) In dicto Codice *Coprete*.

Digitized by Google

XXXV. pag. 80. De Abbate Antonio. Inc. *Quodam tempore quidam duo philoſophi audientes famam beati Antonii perrexerant ad eum.* Deſ. *niſi pro te ipſo ſollicitus fueris, & popoſceris a Deo.*

XXXVI. pag. 82. De Arſenio. Inc. *Abbas Arſenius quum adhuc ſaecularis in Palatio moraretur.* Deſ. *quia erat vir bonus, & plenus fide & Spiritu Sancto.*

XXXVII. pag. 84. De Abbate Paſtore. Inc. *Quum Abbas Paſtor eſſet in congregatione audiens de Abbate Neſtore.* Deſ. *curavit eum, ac reddidit patri ſanum.*

XXXVIII. pag. 85. *b.* De Abbate Beſſarione. Inc. *Abbas Beſſarion quum ambularet cum diſcipulo ſuo per eremum.* Deſ. *& ſanus effectus eſt ex illa hora.* Initium huius Vitae, ſeu narrationis uſque ad verba *receſſerunt de loco illo*, habes apud Roſweidum loc. cit. pag. 528. col. 2. §. CXCIV.

XXXIX. pag. 86. De Abbate Pemen. Inc. *Interrogavit quidam frater Abbatem Pemenen dicens: quid eſt, quod in Evangelio dicitur: Maiorem hac charitatem &c.* Deſ. *& continuo adhaeſit ei ſpiritus malignus, & ſuffocavit eum.* Quamvis in titulo unius Abbatis Pemen nomen occurrat, in progreſſu tamen narrationis aliorum etiam Seniorum & Abbatum dicta, ac facta referuntur.

XL. pag. 95. *b.* Dicta Sanctae Syncleticae. Inc. *Dixit ſancta Syncletica, ſicut magno, & forti medicamine aegritudo, ita aegritudine corporis vitia reciduntur.* Deſ. *& abſtine te a vitio, & tunc mens tua pacifica erit, & quieta.* Tum rubrica adiicitur: *Explicit Liber primus de vita Sanctorum Patrum.* Heic quoque non Syncleticae tantum dicta, quemadmodum habet titulus, ſed aliorum etiam plurimorum Seniorum ſententias in hac longiſſima enarratione ſcias contineri.

XLI. pag. 129 Liber ſecundus. Inc. *Sunt praeterea quaedam in ipſo Aegyptiorum habitu, non tantum ad curam corporis, quantum ad morum formulam congruentia.* Deſ. *at ille cognovit, quia iuſta ſunt iudicia Dei.*

XLII. pag. 166. *b.* Vita, & converſatio S. Macarii Romani. Inc. *Gloria, & magnificentia Deo ſoli benigniſſimo.* Deſ. *qui trinus in perſonis, ac una Deitate dominatur, & ubique regnat Deus &c.* Apud Roſweidum loc. cit. a pag. 224. ad pag. 231.

XLIII. pag. 172. Vita Sancti Abrahae a Sancto Effrem ſupple (*edita*). Inc. *Fratres mei, capio vobis enarrare converſationem bonam &c.* Deſ. *& dignare me benedicere cum omnibus qui placuerunt ante te, quoniam te decet gloria, & adoratio, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum &c.* Sunt duae Vitae, S. Abrahae nimirum Eremitae, & S. Mariae eius neptis, ſimul coniunctae, quae apud Roſweidum occurrunt ſeiunctim, prima nimirum a pag. 144. uſque ad pag. 150. altera a pag. 368. ad pag. 373.

XLIV. pag. 181. *b.* Vita Sancti Baſilii cum Prologo, qui inc. *Poſtquam Lucifer ille procax de caeleſti gloria demiſſus eſt.* Deſ. *gloria concors, maieſtas ſimilis per omnia ſaecula ſaeculorum.* Vita inc. *Baſilius igitur in civitate Cappadociae, ex Chriſtianiſſimis atque Deo dignis parentibus.* Deſ. *quos per cooperationem Sancti Spiritus ſcripſerat libros ad gloriam, & laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti &c.* Diverſa eſt ab illa, quae eſt apud Roſweidum loc. cit. pag. 151. ſeqq. auctore Amphilochio Iconii Epiſcopo.

XLV. pag. 196. Enarratio Leontii Epiſcopi Neapoleos Cypriorum Inſulae de vita & actione Sancti Patris noſtri Ioannis Archiepiſcopi Alexandrini, in Capita LV. diſtributa, cum Praefatione ad Dominum Nicolaum Sanctiſſimum Papam, ut in Codice XXXIII. Plutei XVII. Catalogi Tomo I. pag. 358. §. IV. In calce vero legitur eadem ſubſcriptio rubrica exarata, quam ex dicto Codice retulimus pag. 359.

XLVI. pag. 221. Legenda pulcherrima (1) de quadam ſanctiſſima muliere. Inc. *Narravit quidam ſenex, quod erat quaedam provecta aetate.* Deſ. *ut poſſimus beati fieri, ipſo adiuvante, qui vivit &c.*

XLVII. pag. 222. Vita Euphroſynae Virginis, ut in praefato Codice XVI. Plutei XIX. Catalogi Tom. cit. pag. 555. §. XXXVI.

XLVIII. pag. 226. Vita Beatae Odiliae (2) Virginis, cuius tranſitus colitur die paſſionis Sanctae Luciae. Inc. *Temporibus igitur Childerici Imperatoris erat quidam Dux illuſtris nomine Adalricus.* Deſ. *& ut ita dixerim, vitam melius mutavit Idib. Decembris, regnante Domino noſtro &c.*

XLIX. pag. 231. *b.* Vita Sanctae Euphraxiae Virginis. Inc. *In diebus Theodoſii Imperatoris piiſſimi fuit vir quidam in regia civitate ſenator, nomine Antigonus.* Deſ. *ut & nos ita Angelorum converſationem mereamur, ut & gaudium per magnum regem fruamur Salvatorem Dominum Ieſum Chriſtum &c.* Apud Roſweidum loc. cit. a pag. 351. ad p. 361. auctore incerto.

L. pag. 240. *b.* Vita Sanctae Pelagiae. Inc. *Magnas ſemper Domino gratias referre debemus.* Deſ. *cum qua nos omnipotens Deus faciat invenire miſericordiam in illa die, quoniam ipſi eſt honor &c.* Ibid. a pag. 376. ad pag. 380. auctore Iacobo Diacono.

LI. pag. 244. *b.* Actus, ſive poenitentia Beatae Thayſis, cum Praefatione, quae inſcribitur, & inc. *Domino chariſſimo mihi fratri Paſtori Abbati Dionyſius. Sanctae Thaiſiae, quondam meretricis mirabilem poenitentiam.* Deſ. *ſed ut convertatur, & vivat. Ora pro me, venerabilis frater.* Vita inc. *Salutis humanae aeterni regni aditus poenitentibus patet.* Deſ. *& pauſavit in pace, Domini protegente pietate.* Ibid. pag. 374. ſed ſine Praefatione, & aliquan-

(1) Ita in Codice inſcribitur, nullo proprio nomine appoſito, in indiculo Codici praefixo.
(2) In dicto indiculo ſcribitur *Odolia*.

quanto brevior in principio, quam in Codice.

LII. pag. 245. *b.* Vita, vel acta Sanctae Mariae Aegyptiacae, cum Prologo, qui inc. *Secretum Regis occultare bonum eſt*. Deſ. *tempus ergo ſacram illius initiare narrationem*. Vita inc. *Fuit quidam ſenex in Palaeſtinae monaſterio. vir vita, & verbo decoratus.* Deſ. *& repletus deſideriis, voluntate de hoc migravit ſaeculo*. Ibid. a pag. 382. ad pag. 392. auctore Sophronio Hieroſol. Epiſcopo, ſed admodum diverſa.

LIII pag. 253 *b.* Vita Sanctae Mariae Virginis, ut in dicto Codice XVI. Plut. XIX. Catalogi Tomo cit. pag. 535 §. XXXVII.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum. Vitae Patrum Sanctorum. Num.* 509.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis grandiori littera exaratus, cum initialibus, & titulis rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 255.

PLVTEVS XI. SIN. CONTINENS LATINOS CODD. MSS. IX.

CODEX I.

PORPHYRII ISAG. ET ARIST. LOGICA EX VETERI TRANSLAT.

I. pag. 1. Porphyrii Iſagoge, ſeu Introductio in quinque Voces Ariſtotelis, ut in Codice XIV. Plutei LXXI. Catalogi Tomo ſuper. pag. 5. §. IV.

II. pag. 15. *b.* Ariſtotelis Praedicamentorum Liber. Ibid. § I.

III. pag. 28. *b.* Eiuſdem Perihermeneias Libri II. ut in Cod. LXXXVI. Plut. LXXXIX. ſup. Catalogi Tom. cit. pag. 339. §. III. ubi unicus tantum Liber eſt.

IV. pag. 38. *b.* Fragmentum Libri I. Topicorum Boëthii. Inc. *Omnis ratio diſſerendi*. Deſinit in verbis: *addita igitur dubitatione* . . . .

V pag. 42. Ariſtotelis Liber ſex Principiorum, ut in cit. Cod LXXVI. pag. cit. §. IV. In fine legitur verſiculus:

Finis adeſt Operis, mercedem poſco laboris.

VI. pag. 50. Eiuſdem Topicorum ſyllogiſmorum Libri VIII. Ibid. §. VII. ubi unicus tantum Liber eſt.

VII. pag. 117. *b.* Eiuſdem Elenchorum. Libri II. Primus inc. *De ſophiſticis autem Elenchis*. Ultimus deſ. *de inventis autem multas habere grates*. Ibid. §. VIII. ubi in fine mutili ſunt.

VIII. pag. 137. Eiuſdem Priorum Syllogiſmorum Reſolutoriorum Libri II. ut ibid. §. IX.

IX. pag. 192. Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. ut ibid. §. XI. Interim notandum Logica haec Ariſtotelis Opera uberrimis ſcholiis marginalibus, & gloſſis interlinearibus varia manu eſſe referta.

In Codicis tegmine legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Textus Logicae Ariſtotelis. Num.* 510. Inde ſequitur arbor Porphyrii.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. cum initialibus figuratis, & pictura in principio, quae Porphyrium forte docentem exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 228.

PORPHYRII ISAG. ET ARIST. QVAEDAM EX VET. TRANSL.

I. pag. 1. Porphyrii Iſagoge, ut in Codice ſuperiori §. I. *Cod. II.*

II. pag. 9. Ariſtotelis Praedicamentorum Liber. Ibid. §. II.

III. pag. 25. Eiuſdem Perihermeneias Liber. Ibid. §. III. ubi in duos Libros diviſus eſt.

IV. pag. 34. *b* Eiuſdem Liber ſex Principiorum. Ibid. §. V. heic tamen in fine mutilus eſt; deſunt enim poſtremi verſus circiter decem.

V. pag. 43. Eiuſdem Topicorum Libri VIII. Ibid. § VI.

VI. pag. 115. *b.* Eiuſdem Priorum Reſolutoriorum Libri II. Ibid. §. VIII.

VII. pag. 166. Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. Ibid §. IX.

VIII. pag. 202. Eiuſdem Elenchorum Libri II. Ibid. §. VII. In hoc autem Codice ſcholia pauca occurrunt, eaque in principio tantum.

In Codicis tegmine legitur: *Iſta Loica eſt ad uſum Guidonis Dulcis de Florentia Ord. Minor.* In altera autem pagina occurrit verſio Epiſtolae Ovidianae I. Heroidum, cui praecedit Prologus, cuius initium eſt:

Caro meo Sere del Lovidio buono,
Che fece de le donne epiſtolate
Per comendar le buone, e per mandare
Quelle che fan de lor gir mal reſuono &c.

Tandem in altera, quae ſubſequitur pagina: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Floren-*

rentiu Ord. Minorum. Loica Ariſtotelis, ſcilicet Ars Vetus & Nova. Num. 511.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 225.

PORPHYRII ISAG. ET ARIST. QVAEDAM EX VET. TRANSL. BOETHII LIB. DIVISION. ET TOPICA.

Cod. III. I. pag. 1. Porphyrii Iſagoge, ut in Cod. I. huius Plutei §. I.

II. pag. 10. *b.* Ariſtotelis Liber Praedicamentorum. Ibid. §. II.

III. pag 27. Eiuſdem Perihermeneias Liber. Ibid. §. III.

IV. pag. 36. *b.* Eiuſdem Liber ſex Principiorum. Ibid. §. V.

V. pag. 44. *b.* Boëthii Liber Diviſionum, ut in Codice XIV. Plutei LXXI. Catalogi Tomo ſuper. pag. 5. §. III.

VI. pag. 56 Eiuſdem Topicorum Libri IV. ut in Codice LXXVI. Plutei LXXXIX. ſup. Catalogi Tom. cit. pag. 339. §. VI. ſed finis in hoc ab illo diverſus ita habet: *quos in Ariſtotelis Topica a nobis translata conſcripſimus, expeditum eſt.*

VII. pag. 90. Ariſtotelis Topicorum Libri VIII. ut in dicto Cod. I. huius Plutei §. VI.

VIII. p. 169. Eiuſdem de Sophiſticis Elenchis Libri II. Ibid. §. VII.

IX. pag. 195. Eiuſdem Priorum Reſolutoriorum Libri II. Ibid. §. VIII.

X. pag. 247. Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. Ibid. §. IX. Adſunt in margine adnotationes antiqua manu ſatis frequentes, necnon gloſſae interlineares.

In primo folio legitur: *Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Textus Logicae Ariſtotelis. Num.* 513.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum initialibus Librorum auratis & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 236.

ARISTOTELIS QVAEDAM EX VET. TRANSLAT.

Cod. IV. I. pag. 1. Ariſtotelis Topicorum Libri VIII. ut in Cod. I. huius Plutei §. VI.

II. pag. 67. Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. Ibid. §. IX.

III. pag. 87. Eiuſdem Elenchorum Libri II Ibid. §. VII.

IV. pag. 101. Eiuſdem Priorum Analyticorum Libri II. Ibid. §. VIII. Hic quoque Codex variis in principio marginalibus ſcholiis adſperſus eſt.

In prima pagina legitur: *Logica Ariſtotelis. Liber Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor. Num.* 512.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. & XIV. varia manu, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 139.

PORPHYRII ISAG. ET ARIST. QVAEDAM. BOETHII LIB. DIVISION.

I. pag. 1. Porphyrii Iſagoge, ut in Cod. I. huius Plutei §. I. *Cod. V.*

II. pag. 7. Ariſtotelis Praedicamenta. Ibid. §. II.

III. pag. 19. Eiuſdem Liber ſex Principiorum. Ibid. §. V.

IV. pag 25. *b.* Eiuſdem Perihermeneias Libri II. Ibid. §. III.

V. pag. 34. *b.* Boëthii Liber Diviſionum, ut in Cod. III. huius Plutei § V.

VI. pag. 43. Ariſtotelis Topicorum Libri VIII. ut in dicto Cod. I. §. VI.

VII. pag. 87. Eiuſdem Priorum Reſolutoriorum Libri II. Ibid. §. VIII.

VIII. pag. 122. Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. Ibid. §. IX.

IX. pag. 149. Eiuſdem Elenchorum Libri II. Ibid. §. VII.

X. pag. 164. *b.* Scholia quaedam in Ariſtotelem. Inc. *Sapiens, ideſt Ariſtoteles, ubi dialecticam incipit, dixit, quod ſcientia cuiuſque rei quae inquiritur, cadit, vel continetur ſub philoſophia &c.* Huiuſmodi autem ſcholiis, margini tamen appoſitis, totus fermo ſcatet Codex.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 166.

ARISTOT. QVAEDAM EX VETERI TRANSLAT.

I. pag. 1. Ariſtotelis Elenchorum Libri II. ut in Codice I. huius Plutei §. VII. *Cod. VI.*

II. pag. 16. *b.* Eiuſdem Topicorum Libri VIII. Ibid. §. VI.

III. pag. 63. Eiuſdem Priorum Analyticorum Libri II. Ibid. § VIII.

IV. pag. 101. Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. Ibid. §. IX. In hoc Codice occurrunt pauciſſima ſcholia, & ea tantum in principio, ac manu diverſa.

Codex membr. Ms. in 4. Saec. XIII. cum initialibus Librorum auratis & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 124.

PORPHYRII ISAGOGE. ET ARIST. QVAEDAM EX VET. TRANSLAT.

I. pag. 1. Porphyrii Iſagoge, ut in Cod. I. huius Plutei § I. *Cod. VII.*

II. pag.

II. pag. 5. *b.* Ariſtotelis Praedicamentorum Liber. Ibid. §. II.

III. pag. 14. Eiuſdem Perihermeneias Libri II. Ibid. §. III.

IV. pag. 19. *b.* Eiuſdem Liber ſex Principiorum. Ibid. § V.

V. pag. 24. Eiuſdem Topicorum Libri VIII. Ibid. §. VI.

VI. pag. 61. Eiuſdem Elenchorum Libri II. Ibid. § VII.

VII. pag. 73. Eiuſdem Analyticorum Priorum Libri II. Ibid. §. VIII.

VIII. pag. 100. *b.* Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. Ibid. §. IX.

In primo folio legitur: *Liber iſte eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Min. Textus Logicae Ariſtotelis. Num.* 517.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. exeuntis, cum ſcholiis marginalibus, & interlinearibus, varia manu. Conſtat foliis ſcriptis 116.

In calce legitur: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Iacobi Fey de Florentia Ord. Minorum, quem emit a Fratre Dominico de Luca eiuſdem Ordinis.* In primo autem folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minor. &c. Num.* 518.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec XIII. cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 134.

BOETHII LIB. DIVISION. ET TOPIC. ARIST. QVAEDAM EX VET. TRANSLAT.

Cod. IX. I. pag. 1. BOëthii Topicorum Libri IV. ut in Cod. III. huius Plutei §. VI.

II. pag. 14. Eiuſdem Liber Diviſionum. Ibid. §. V.

III. pag. 21. *b.* Ariſtotelis Topicorum Libri VIII. ut in Cod. I. huius Plutei §. VI.

IV. pag 78. Eiuſdem Elenchorum Libri II. Ibid. §. VII.

V. pag. 97. Eiuſdem Priorum Reſolutoriorum Libri II. Ibid. §. VIII.

ARISTOT. QVAEDAM EX VET. TRANSLAT.

I. pag. 1. ARiſtotelis Topicorum Libri VIII. ut in Cod. I. huius Plutei §. VI. Cod. X.

II. pag. 40 Eiuſdem Priorum reſolutoriorum Libri II Ibid. §. VIII.

III. pag. 70. Eiuſdem Poſteriorum Analyticorum Libri II. Ibid. §. IX.

IV pag. 89. Eiuſdem Elenchorum Libri II. Ibid. §. VII.

In primo folio legitur: *Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minor. Ars nova Ariſt. S. Topicorum, Priorum Analyticorum, Poſteriorum Analyticorum, Elenchorum. Num.* 519

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. cum icone Ariſtotelis in principio, & picturis quibuſdam monſtruoſis initio ſingulorum Librorum, inter quas praecipue eſt obſervanda ea, quae occurrit pag. 10 quae ſaltantem quemdam iuvenem exhibet ad ſonitum inſtrumenti cuiuſdam, quod conſtat tribus tantum chordis. Conſtat foliis ſcriptis 100.

PLVTEVS XII. SIN CONTINENS LAT. CODD. MSS. VIII.

CODEX II.

GVILL. ANGLICI LOGICA, BVRLAEY DE SVPPOS. GVALTERII QVAEDAM.

I. pag. 1. VEnerabilis Fratris Guillelmi Anglici Ocham Logica Libris VI. Praecedit Index Capitum ſingulorum Librorum, & Praefationes duae. Prima inc. *Quum magnos veritatis ſectatoribus afferat fructus ſermocinalis ſcientia.* Deſ. *ſed cunctis prodeſſe cupiens. eſt ita dicens.* Altera, quae inſcribitur *Epiſtola*, inc. *Dudum me frater, & amice chariſſime tuis litteris ſtudebas inducere.* Deſ. *tam philoſophica, quam theologica declarando.* Logicae Liber I. inc. *Omnes Logicae tractatores intendunt adſtruere.* Liber VI. deſ. *& haec de fallaciis dicta ſufficiant. Et hic concluditur Summa huius ſexti Libri Localis, ſecundum venerabilem virum Magiſtrum Guillelmum Anglicum.* Guilielmus Occamus, ſive Ochamus, Ord. Minorum, Ioannis Duns, ſive Scoti diſcipulus, atque inde oppugnator ſubtilis, claruit circa Annum Chriſti MCCCXXX. obiitque Monachii die X. Aprilis MCCCXLVII. Eius *Summa totius Logicae* edita eſt Venetiis MDVIII. 4. MDXCI. 4. Oxon. MDCLXXV. 8. & *Minor Summa Logica* Venetiis MDXXII.

II. pag. 167. Magiſtri Gualteri de Bourlaey (1) Tractatus de ſuppoſitionibus. Inc. *Sup-*

(1) De eo quaedam attigimus Catalogi Tomo ſuper. pag 7. not. 2. ubi pag. 8. alia eiuſdem Opuſcula Logica recenſuimus. Eius Scriptorum Catalogus longus exſtat apud Lelandum Cap. CCCLXXVIII. Pitſeum pag. 435. & Baleum V. 42.

Suppoſitis ſignificatis terminorum incomplexorum, in hoc Tractatu intendo perſcrutari de quibuſdam proprietatibus terminorum. Deſ. *ſicut in ſimplicibus cathegoricis dein eſſe &c.* Tum rubrica: *Explicit Tractatus de ſuppoſitionibus Magiſtri Gaulterii de Bourley ad laudem Fratris Venerabilis Berturdi de Provincia, de quo poteſt ſic dici. Verſus.*

Neſcio, nec valeo mentis conamine toto
Laudes Berturdi fratris monſtrare profundi,
Prudens hic, caſtus, ſpernens contagia faſtus,
Moribus inſiſtit, vitiis praviſque reſiſtit,
Qui ſine ſine manes rex Chriſtus in arce polorum,
Hunc vitiis liberet, tribuens ſibi gaudia florum.

De Fratre Bernardo. Tum ſequuntur exempla octo modorum Syllogiſmorum.

III. pag. ead. *b.* Eiuſdem conſequentiae. Inc. *Quia in ſermocinationibus probando, & improbando conſequentiis utimur.* Deſ. *quia non valet obiectio.*

IV. pag. 212. Eiuſdem propoſitiones, ſeu regulae ſuper totum librum Priorum univerſales & bonae. Inc. *Quaecumque uni & eidem ſunt eadem, inter ſe ſunt eadem &c.*

In prima pagina legitur: *Liber Conventus &c. Logica Occham. Num.* 524. In averſa autem pagina adſcriptum eſt: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Iovannici de Florentia Ordinis Fratrum Minorum.* Tandem in ultima pagina legitur: *Loica eſt ad uſum Fratris Iohannis Iuſti de Florentia Ordinis S. Franciſci, quam emit 6. florenis, ſtudentis in Loicalibus apud Cortonam.*

Si quis eamdem furatur, reddat, vel moriatur.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, perplexo charactere & breviato exaratus, cum titulis rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 213.

MAG. PETRI DE ALVERNIA QVAESTIONES IN VNIVERSAM LOGICAM VETEREM &c.

Cod. III. I. pag. 1. MAgiſtri Petri de Alvernia (1) Commentarius in Librum Porphyrii. Inc. *Circa librum Porphyrii quaedam primo quaerenda ſunt in generali, deinde in ſpeciali.* Deſ. *poteſt tamen intelligi ſine nigredine, quamvis ſit niger.*

II. pag. 3. *b.* Eiuſdem Quaeſtiones Praedicamentorum Ariſtotelis. Inc. *Aequivoca dicuntur &c. Circa Librum Praedicamentorum quaedam quaeruntur in generali.* Deſ. *neque univerſale, neque particulare. Expliciunt Quaeſtiones Magiſtri Petri de Alvernia ſuper Arte veteri Ariſtotelis.*

III. pag. 8. *b.* Eiuſdem Quaeſtiones ſuper Librum Perihermeneias. Inc. *Primum oportet conſtituere &c. Convenienter quaeritur circa Librum Perihermeneias &c.* Deſ. *& ſic apparet ſolutio ad argumenta.* Tum ſubiicitur: *Expliciunt Quaeſtiones magiſtri Petri de Alvernia ſuper Arte Veteri Ariſtotelis.*

IV. pag. 12. *b.* Eiuſdem Quaeſtiones ſuper Librum ſex Principiorum. Inc. *Forma eſt compoſitioni adveniens ſimplici &c. Circa iſtum Librum prius quaeritur, utrum Logica ſit ſcientia.* Deſ. *ſed ſub eſſe ſpirituali.*

V. pag. 16. Eiuſdem Quaeſtiones ſuper Libro (ſeu potius Libri VIII.) Topicorum. Inc *Quoniam honorandi viri, videlicet patres noſtri venerandi primi philoſophantes.* Deſ. *ſed bene ſervabit poſitionem ſuam.*

VI. pag. 28. Eiuſdem Quaeſtiones ſuper Libros II. Poſteriorum Analyticorum. Inc. *Omnis doctrina, & omnis diſciplina &c. Sicut ait Ariſtoteles p. & X. Ethicorum felicitas hominis eſt operatio perfecta hominis ſecundum veritatem.* Deſ. *procedunt enim ſuis viis.* Tum inferius: *Expliciunt Quaeſtiones ſuper Libro Poſteriorum compilatae a Magiſtro Petro de Ybernia.*

VII. pag. 39. Eiuſdem Quaeſtiones ſuper Librum Elenchorum. Inc. *De ſophiſticis autem Elenchis &c. Circa principium huius Libri plura poſſunt quaeri; & quia de non ente non eſt quaeſtio, ideo primo quaeram utrum ſyllogiſmus ſophiſticus ſit ens.* Deſ. *& haec de fallaciis dicta ſufficiunt.* Heic quoque ſubditur: *Expliciunt Quaeſtiones Magiſtri Petri de Ybernia ſuper Libro Elenchorum.*

VIII. pag. 50. Eiuſdem Quaeſtiones ſuper Libros II. Priorum. Inc. *Primum quidem oportet dicere. Circa librum Priorum primo quaerantur quaedam communia.* Deſ. *quia in ſe habent principia cognitionis ipſorum, ut ipſos terminos.*

IX. p. 61. Tractatus anepigraphus (forte eiuſdem) cuius initium eſt: *Incipiamus cum auxilio Dei tractare de generatione ſyllogiſmorum.* Deſ. *vel per ad impoſſibile deductionem.*

X. pag. 62. Tractatus anepigraphus, ſeu ſophiſmata varia diſputata a Magiſtro Petro de Alvernia, Boëcio de Dacia, Magiſtro Bono Daco, & Magiſtro Nicolao (2) de Normandia. Horum initium eſt: *Omnis homo de neceſſitate eſt animal. Circa iſtud de ſophiſmo quatuor quaeruntur; primum eſt de veritate huius &c.* Finis: *ad aliud etiam patet, quod nec ſimpliciter conceduntur reſtrictiones, nec ſimpliciter negantur, ſed ſecundum unum praedictam; igitur &c.*

In

(1) Petrus de Alvernia Gallus ab ea Regni provincia, in qua natus eſt nuncupatus, vir fuit Saeculo XIII. in Academia Pariſienſi Clariſſimus, S. Thomae auditor, certe eius doctrinae fautor ac ſectator ſtudioſiſſimus, de quo vide Iac. Quetif, & Echardum inter Script. Ord. Praedicat. Tom. I pag. 489. ſcripſit praeter alia multa, ſuper totam Logicam veterem.

(2) Forte eſt Nicolaus de Lyra Normannus, inter Franciſcanos nomen profeſſus ſuum circa A. MCCXCI. Vid. Fabric. Biblioth. Med. Tom. V. pag. 114.

In primo folio perperam adſcriptum legitur: *Iſte Liber &c. Occham. Num. 525.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, breviato & perplexo charactere exaratus, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 77.

GVILL. OCHAM LOGICA.

Cod. IV. MAgiſtri Fratris Guillielmi Anglici de Ocham, Ordinis Fratrum Minorum, Logica, cum indice Capitum in principio, & Praefatione unica, quae habetur ſecundo loco in Cod. II. huius Plutei §. I. In fine diverſa eſt ab illa dicti Codicis II. nam definit heic in Capite *de Inſolubilibus*, quod in illo eſt ultimum Libri IV. & heic ultimum Tractatus VI. Partis III. & in verbis: *niſi propter iſtius Summae complementum. & ne iſta pars Loycae totaliter dimitteretur intacta* (1). Tum legitur: *Explicit VI. & ultimus Tractatus tertiae Partis Loycae Ocham, & conſequenter tertia Pars. Deo dicamus gratias.* Et paullo infra: *Explicit Loyca, ſive Summa Loycae compoſita a Magiſtro Guillielmo Anglico de Ocham, Ordinis Fratrum Minorum. Benedicamus ſemper Domino. Deo gratias.* Occurrit tandem ſcholion, quod, ut ibi adnotatur, non pertinet ad hoc Opus.

Ante initium Operis rubrica legitur: *Iſta eſt Loyca eximii magnificique Doctoris Fratris G. Ocham Minor. Ordinis. Num. 526.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 116.

ALBERTI LOGICA.

Cod. VI. MAgiſtri Alberti de Saxonia (2) Logica. Inc. *Intentionis praeſentis eſt primo tractare, tam de terminis primae, quam ſecundae intentionis.* Deſ. *poteſt diligens ſcholaris videre quid ſit dictum circa alias duas, ſcilicet obligationem, ſeu dubitationem, & circa utramque. Explicit Loyca Alberti ad uſum Fratris Petri de Caſtro Sancti Ioannis Ordinis Minorum.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber &c. Loica Alberti. Num.* 528. & in eius averſa parte leguntur variae ſignificationes vocum *Heſperus*, & *Veſper*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & breviatis litteris exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 69.

ARISTOTELIS OPERA VARIA PHILOSOPHICA EX VETERI VERSIONE.

I. pag. 1. GEnus & Vita Ariſtotelis Philoſophi Inc. *Ariſtoteles Philoſophus de gente quidem fuit Macedo, de patria vero Stagiritanus.* Deſ. *proprium autem fuit Philoſophiae Ariſtotelis non diſcedere a manifeſtis, poſt demonſtrationes & multorum teſtimonia ferre.* Cod. VII.

II. pag. 3. Ariſtotelis Metaphyſicorum Libri XII. ut in Codice III. Plutei LXXXIV. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 237. §. I. ubi ſunt Libri XIV. heic enim deſiderantur Libri duo poſtremi. Praemittitur autem Libro I. ſequens monitum rubrica exaratum: *Hunc librum primum* Omnes homines natura ſcire &c. *Andronicus Hemippus* (ſic) *ignorant; neque enim ipſius memoriam faciunt omnino in enumeratione Librorum Ariſtotelis. Nicolaus autem in Theorica Metaphyſicae Ariſtotelis memoratur ipſius, dicens eum eſſe Theophraſti; & ſtylus eius in Graeco non aſſimilatur ſtylo Ariſtotelis. Quia tamen vulgus habet eum pro libro Ariſtotelis, & Olympiodorus in Commento ſuper Gorgiam Platonis inducit quaedam verba ipſius, tamquam ſint Ariſtotelis, nolumus eum a Metaphyſica Ariſtotelis hic deeſſe.*

III. pag. 76. Eiuſdem Ethicorum Libri X. ut in Codice XIII. Plutei LXXIX. Catalogi Tom. cit. pag. 174.

IV. pag. 143. Eiuſdem Politicorum Libri VIII. Primus inc. *Quoniam omnem civitatem videmus communitatem quamdam exſiſtentem, & omnem communitatem boni alicuius gratia inſtitutam.* Vltimus deſ. *quod medium, & quod poſſibile, & quod decens.* Tum ſubiungitur ab eadem manu: *Reliqua huius Operis in Graeco nondum inveni.*

V. pag. 259. Eiuſdem de Cauſſis Liber, ut in Codice III. Plut. LXXXIV. Catalogi Tom. cit. pag. 238. §. XVII. Tum ſubditur: *Explicit Liber de Cauſſis, quem Cunradus Napragarius ſcripſit.* Adſunt autem marginales, & interlineares, ſed non multum frequentes adnotationes.

In prima pagina legitur adſcriptum: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus MCCCCVI. Num.* 529.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. cum picturis ad initium ſingulorum Operum, auro, variiſque coloribus, ſed rudi pennicillo delineatis, & cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 266.

(1) In dicto Codice II. incidunt in pag. 93.
(2) Auguſtinianus circa annum MCCCLXXII. de quo vid. Fabric. Bibl. Med. Tom. I. pag. 49.

ARISTOT. ETHICA, POLITICA, ET OECONOMICA L. ARETINO INTERPR.

Cod. VIII. I. pag. 1. ARiſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X. Leonardo Arretino interprete, cum Praefatione, quae inſcribitur: *Praemiſſio quaedam ad evidentiam novae tranſlationis*. & Epiſtola Nuncupatoria ad Martinum PP. V. ut in Codice V. Plutei LXXIX. Catalogi Tom cit. pag. 172. ubi Epiſtola Nuncupatoria Praefationem praecedebat. Subiungitur heic in calce ultimi Libri: *Explicit Liber X. & ultimus Ethicorum Ariſtotelis. Leonardus Aretinus ex Graeco in Latinum tranſtulit*.

II. pag. 86. Eiuſdem Politicorum Libri VIII. eodem Leonardo interprete, praevia Epiſtola Nuncupatoria ad Eugenium PP. IV. & Praefatione, ut in Codice XVII. Plutei LXXIX. Catalogi Tom. cit pag. 177. §. III.

III. pag. 186. Eiuſdem Oeconomicorum Libri II. eodem Leonardo interprete cum Prooemio ad Coſmum Medicem, ut in Codice XII. Plutei LXXVII. Tomo cit. pag. 136. § II.

In primo ſolio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Fratrum Minorum. Num. 530.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ſupra quam dici poſſit elegantiſſimus, cum initialibus Librorum auro variiſque coloribus eleganter illuminatis. Conſtat foliis ſcriptis 191.

ARISTOT. ETHICA EX VETERI VERSIONE.

Cod. IX. ARiſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libri X. (1) ut in Codice VII. huius Plutei §. III. in quorum calce legitur: *Ad uſum Magiſtri N. de Spinellis.*

In prima pagina: *Liber Conventus Sanctae Crucis &c. Num. 531. Ethica Ariſtotelis ſecundum tranſlationem antiquam.*

Codex membranac. Ms. in 4 maiori, Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initiali littera aurata & colorata, & cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus alia manu. Conſtat foliis ſcriptis 71.

BVRLAEI COMMENT. IN POLITICA ARIST.

Cod. XII. BVrlaei Commentarius in priores VII. Libros Politicorum Ariſtotelis, quorum poſtremus etiam in fine videtur mutilus. Praecedit autem ſingulis Libris Summarium Quaeſtionum, quae in ipſis pertractantur. Commentarius in primum inc. *Subiectum libri Politicorum eſt civitas, in qua pro materia eſt multitudo hominum ſufficiens ad omnia exercenda, quae ad vitam requiruntur &c.* Commentarius in Librum VII. deſinit, ut videtur imperfecte in verbis: *ſed horum corpora prius diſponi, ne per laboris continuationem diſtruhantur* . . . . ac propterea in ea, quae ſubſequitur pagina vacua, antiqua manus adnotavit. *Aſi a mettere qui di rieto uno quinterno biancho*. Inter alios huius Scriptoris Commentarios, & Quaeſtiones in Ariſtotelem, hunc quoque memorat Fabricius Biblioth. Med. Tom. I. pag. 306. col 2.

In prima pagina legitur: *Liber Conventus S. Crucis &c. Burleo ſuper Libros Politicorum Ariſt. Num. 534.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, breviato charactere exaratus, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 84.

PLVTEVS XIII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XII.

CODEX I.

FR. AVGVSTINI DE ROMA SVPER I. ETHICOR. ARIST.

COmmentum Magiſtri Auguſtini (2) de Roma, Ordinis Fratrum Eremitarum ſuper primo Ethicorum Ariſtotelis. Inc. *Omnis ars, & omnis doctrina &c. Beatus Auguſtinus octavo Libro de Civitate Dei refert, Philoſophum, univerſam Philoſophiam diviſiſſe in tres partes, ſcilicet in Moralem, quam appellavit Ethicam; Naturalem, quam appellavit Phyſicam; Rationalem, quam appellavit Logicam &c.* Deſ. *habitum autem laudabiles virtu-*

(1) Conіecit Leonardus Arretinus in Prooemio ad Ethicam Ariſtotelis, a ſe Latine traductam, Auctorem veteris interpretationis fuiſſe fratrem neſcio quem Ordinis Praedicatorum.

(2) De hoc Auguſtino de Favaronibus Romano quaedam attigimus Catalogi huius Latin. Codd Tom. I. pag. 117. not. 1.

tutes dicimus, id eſt de numero habituum illos habitus dicimus virtutes eſſe, qui ſunt laudabiles. Et ſic finitur Summa primi Libri Ethicorum Ariſtotelis a Rever. Doctore Magiſtro Auguſtino de Roma Ordinis Sancti Auguſtini, dum legebat in Vniverſitate Florentiae ſub anni: Domini noſtri Ieſu Chriſti MCCCCXVI. quem ego Federicus Lodovici de Folchis ad ſcribendum, ſive copiandum duxi, propter mei ruditatem abluendum. Si ergo lector, quicumque lector, in ipſo adinveneris errorem quemdam, me culpabilem redde primitus, ſecundario exemplum, nam fuit breviaturis ſatis obſcurum, deinde ipſum corrige. Amen. Salus ſit nobis. Nullam de hoc Commentario mentionem facit Fabricius Biblioth. Med. Tom. I. pag. 150. col. 2. ubi paucis de ipſo auctore agit.

In prima pagina: *Commentum Magiſtri Auguſtini de Roma ſuper I. Ethicorum, Num.* 537.

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. binis columnis. Conſtat foliis ſcriptis 88.

FR. AVGVSTINI DE ROMA SVPER SECVNDO ETHIC. ARIST.

Cod. II. COmmentum Magiſtri Auguſtini de Roma Ordinis Fratrum Eremitarum ſuper ſecundo Ethicorum Ariſtotelis. Inc. *Duplici autem virtute exſiſtente &c. Poſt Tractatum de Felicitate, ſequitur Tractatus de Virtutibus, quibus tendimus ad ipſam felicitatem.* Deſ. *rectores puniunt ſubditos ignorantes aliquid eorum, quae in legibus mandantur, & ideo oportet ea ſcire, & non ſunt difficilia, ſicut quaedam ſubtilia iuris, quae reſervantur malium peritis.* Quatuordecim ſubſequuntur paginae vacuae, ad ſupplendum fortaſſe reliquum Commentarii ab amanuenſe relictae.

In prima pagina legitur: *Commentum Magiſtri Auguſtini de Roma in ſecundo Ethicor. Ariſt. Num. 536. Nicolaus de Spinellis.*

Codex chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. ab eadem manu, qua ſuperior exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 86.

FR. GERARDI ODONIS SVPER LIBROS ETHIC.

Cod. III. FRatris Gerardi Odonis de Ord. Minorum (1) ſcriptum ſuper Librum Ethicorum, ſeu potius ſuper Libros X. Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum. Praecurrunt Prolegomena quaedam, quorum initium eſt: *Quid eſt virtus, ſcrutamur, ut boni efficiamur, ait Ariſtoteles ſecundo Ethicorum &c.* Finis vero: *animas inſtruens artibus & doctrinis.* Commentarius in Librum I. inc. *Omnis ars, & omnis doctrina &c. Huic Libro ſuo Ariſtoteles praemittit prooemium, & ibi ſubdit tractatum.* In Librum X. deſ. *dicamus igitur incipientes; quoniam omnem civitatem videmus communitatem quamdam exſiſtentem, & omnem communitatem boni alicuius gratia inſtitutam; haec enim littera continuatur illi, & ita factum eſt, ut non incipit Liber Politicorum. Explicit Liber Ethicorum, cuius expoſitionem & ſententiam aliqualiter conſummavimus, praeſtante Domino, qui operatur omnia in omnibus, cui eſt honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Et paullo inferius: *Explicit Sententia & Expoſitio cum quaeſtionibus ſuper librum Ethicorum Ariſtotelis edita a Fratre Gerardo Odonis de Ordine Minor.* Tum ſubiicitur in fine ab alia manu tabula quaeſtionum. Teſte Fabricio Bibl. Med. Tom. III. pag. 43. col. 1. exſtat horum Commentariorum in X. Libros Moralium ad Nicomachum editio Veneta anni 1500. a quibus etiam *Doctoris Moralis* cognomen videtur tuliſſe, quod ei apud Waddingum tribuitur pag. 145.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Nicolai Caccini de Florentia Ordinis Fratrum Minor. qui pertinet Conventui Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minorum. Scriptum Magiſtri Gerardi Odon. ſuper Libris Ethicor. Num.* 535.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, ac prima inaurata. Conſtat foliis ſcriptis 262.

ARISTOT. DE CAELO ET MVNDO, DE PROPRIET. ELEM. &c. EX VETERI INTERPRET.

I. pag. 1. ARiſtotelis de Caelo & Mundo Libri IV. Primus inc. *Summa cognitionis naturae & ſcientiae ipſam ſignantis.* Vltimus deſ. *eſt ergo ſermo noſter in hoc libro, & venimus ſuper intentionem noſtram in eo. Explicit Liber de Caelo & Mundo Ar.* Diverſa eſt haec vetus interpretatio ab illa, quam exhibebat Codex III. Plut. LXXXIV. §. III. cuius recenſionem vide Catalogi Tomo ſuperiore pag. 237. Cod. IV.

II. pag. 61. Eiuſdem Liber de Proprietatibus Elementorum. Ibid. pag. 238. §. XV. Heic autem imperfectus eſt, & deſinit in verbis: *non dimiſimus aut rationem plurium regionum, quia vidimus, quod in eis, quae oſtendimus eſt ſufficientia ad . . . .*

III. pag. 69. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. Ibid. pag. 237. §. IV. ubi pro verbis *non generatorum*, legendum *natura generatorum*.

 IV. pag.

(1) Gerardus Odonis, ſive Oddonis Ruthenenſis Gallus, de Caſtro Rodulphi, Ord. Minor. & ab A. MCCCXXIX. Miniſter Generalis, & Patriarcha Antiochenus, defunctus Catanae in Sicilia A. MCCCXLIX.

Digitized by Google

IV. pag. 92. Eiuſdem de Anima Libri III. Ibid. § V.

V. pag. 128. Eiuſdem de Senſu & Senſato Liber. Ibid. §. VI.

VI. pag. 139. Eiuſdem de Memoria & Reminiſcentia Liber, Ibid. pag. 238. §. VII.

VII. pag. 143. Eiuſdem de Somno & Vigilia Liber. Ibid. §. VIII.

VIII. pag. 154. Eiuſdem Liber de Inſpiratione & Expiratione, & de Cauſſis mortis & vitae, & de Iuventute & Senectute. Inc. *De inventute autem & ſeneclate, & vita, & morte dicendam eſt, nunc ſimul autem & de reſpiratione neceſſarium eſt fortaſſis cauſſas dicere*. Deſ. *qualiter autem, & quomodo creſcant ſecundum hunc modum, magis dicendum eſt*. In edit. Pariſ. Graec. Lat. curante Guilielmo Du Val MDCXIX. fol. Tom. I. a pag. 714. ad pag. 718.

IX. pag. 156. Eiuſdem de Inſpiratione & Expiratione. Inc. *De Inſpiratione enim pauci quidem aliqui*. Deſ. *quae quidem ab aliis dicta ſunt, de eo quod eſt reſpirare huiuſmodi, & tales difficultates habent*. Ibid. a pag. 718. ad pag. 723. ubi deſinit Caput VII.

X. pag. 159. Eiuſdem de Cauſſis mortis & vitae Liber. Inc. *Quoniam quidem autem dictum eſt prius, quod vivere, & animae habitus cum calore aliquo eſt &c.* Deſ. *quando non amplius poſſunt movere, ſiunt reſpirantes. Generatio quidem igitur eſt prima participatio in calore vegetativae animae, vita, manſio huius*. Ibid. a pag. 723. Cap. VIII. ad pag. 730. ubi incipit Caput XVIII.

XI. pag. 163. *b*. Eiuſdem Liber de Iuventute & Senectute. Inc. *Iuventus vero eſt primae temperantiae partis augmentum, ſenium autem huius decrementum*. Deſ. *perſciunt ſeſe in principia medicorum*. Ibid. a pag. 730. paullo poſt initium Capitis XVIII. uſque ad pag. 732. Quae a §. VIII. hucuſque recenſuimus, habentur in dicto Codice III. ſub unico tantum Capite X. quod eſt *de Morte & Vita* comprehenſa, & quidem lectionis aliquantum diverſae, ac praeterea in fine ſex circiter verſibus breviora.

XII. pag. 165. Eiuſdem de Morte & Vita Liber, inc. *De eo autem quod eſt eſſe, alia quidem longae vitae, alia vero brevis vitae, & de vitae tota longitudine, & brevitate conſiderandum*. Deſ. *hoc quoque novum, illud vero vetus, parum autem eſt aliqua differentia in eo quod eſt, ſemper ſic eſſe longioris vitae*. Ibid. §. IX. ſub titulo *De Longitudine, & Brevitate Vitae*, item aliquantum diverſus.

XIII. pag. 167. *b*. Eiuſdem Liber de Differentia Spiritus & animae inc. *Interrogaſti me, honores te Deus, de differentia inter ſpiritum & animam*. Deſ. *& det tibi fatura* (1) *in hoc ſaeculo & in futuro*. Ibid. pag. 239. § XXIII. aliquantum diverſus.

XIV. pag. 174. *b*. Eiuſdem de Vegetabilibus, & Plantis Libri duo, cum Prologo interpretis, qui inc. *Tria, ut ait Empedocles, in tota rerum varietate praecipue excellentiſſimum divinae munificentiae donum, Philoſophiam ſcilicet, extollunt magnifice*. Deſ. *attentus ſcilicet inſpiciat*. In hoc autem Prologo adſerit ſe hoſce Libros ex Arabico in Latinum ſermonem tranſtuliſſe. Liber primus inc. *Vita in animalibus, & plantis inventa eſt*. Secundus deſ. *vinceutque calor & ſiccitas, & erit fructus amarus*. Ibid. pag. 239. §. XXII. ubi Prologus cum ipſo Opere coniunctus eſt.

XV. pag. 189. Eiuſdem Methaurorum (ſeu potius Meteorologicorum) Libri IV. Primus inc. *Poſtquam praeceſſit rememoratio noſtra de rebus naturalibus primis, & ſtellis ordinantibus mundum*. Quartus deſ. *hoc autem per liquefactionem non fit, ſed accidunt ei ex hoc res quaedam extraneae*. Tum ſubditur: *Explicit Liber quartus Methaurorum*. Ibid. pag. 238. §. XXI. ſed admodum diverſa eſt interpretatio; ac praeterea in fine diverſa, quia poſt verba: *& ad ultimum conſtantia, vel de homine planta, necnon cetera huius*, in quibus deſinit in dicto Codice, in hoc ſubſequuntur alia, quae tria circiter folia complectuntur, & inc. *Terra pura lapis non fit, quia commutationem non facit &c.* Finem vero iam dedimus.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Nicholai Cecini de Flor. Ord. Minor. Textus Philoſophiae Ariſt. Num. 538.* cum indiculo eorum, quae in hoc Codice habentur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis, & cum ſcholiis aliquot ad marginem, & inter lineas. Conſtat foliis ſcriptis 225.

(1) Sic eſt in Codice, ſed legendum *fortunam*.

ARIST. PHILOSOPHICA QVAEDAM EX VETERI INTERPRETATIONE.

I. pag. 1. ARiſtotelis Phyſicorum Libri VIII. ut in cit. Codice III. Plut. LXXXIV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 237. § II. Cod. V.

II. pag. 54. Eiuſdem de Caelo & Mundo Libri IV. ut in Cod. IV. huius Plut. §. I.

III. pag. 103. Eiuſdem de Anima Libri III. Ibid. § IV.

IV. pag. 124. *b*. Eiuſdem de Memoria & Reminiſcentia Liber. Ibid. § VI.

V. pag. 128. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. Ibid. § III.

VI. pag. 142. Eiuſdem de Somno & Vigilia Liber. Ibid. §. VII.

VII. pag. 149. *b*. Eiuſdem de Morte & Vita Liber. Ibid. §. XII.

VIII. pag. 151. Eiuſdem de Differentia Spiritus & Animae Liber, Ibid. § XIII.

IX. pag. 156. Eiuſdem de Senſu & Senſato Liber. Ibid. §. V.

X. pag. 163. Eiuſdem de Vegetabilibus Libri II. Ibid. §. XIV.

XI. pag. 174. Eiuſdem Metheororum Libri IV. Ibid. §. XV.

In primo folio legitur: *Frater Petrus Iohannis habuit mutuo hunc textum Philoſophiae ab Armariſta Conventus Flor. videlicet Fratre S. de Bucellis. Num.* 539. Tum ſequitur indiculus eorum, quae in Codice continentur.

Codex membranae. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus, varia manu, necnon rudi pictura in principio, quae Ariſtotelem docentem exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 203.

ARIST. PHILOSOPHICA QVAEDAM, ET RHETORICA EX VETERI VERSIONE.

Cod. VI. I. pag. 1. ARiſtotelis Metaphyſicorum Libri XIV. ut in dicto Codice III. Plut. LXXXIV. Catalogi Tomo ſuper. pag. 237. §. I. Tum ſubiicitur in fine: *Explicit Liber Metaphyſicorum Ariſtotelis ſecundum novam translationem.*

II. pag. 75. *b.* Eiuſdem Tractatus, ſeu Epiſtola ad Magnum Alexandrum de Diaeta, ſeu conſervatione humani corporis, *quam* (1) *Ioannes Hiſpanienſis inventam T. Hiſpanorum Reginae tranſmiſit*, poſtquam illam ex Arabico in Latinum convertit. Praecedit ipſius interpretis Epiſtola eidem *T. Hiſpanorum Reginae* inſcripta, quae inc. *Quum de utilitate corporis tractaremus olim.* Deſ. *quae viſitari non poſſunt.* Ariſtotelis Epiſtola inc. *Oportet ergo, Alexander, quum a ſomno ſurrexeris. modicum ambulare.* Deſ. *a cuius* (ſc. Decembris) *medio, uſque ad medietatem Martii hiems finiatur.* Haec Ariſtotelis Epiſtola occurrit etiam in Cod. LXXVI. Plut. LXXXIX. ſup. Catalogi Tom. III. pag. 339. §. X. ſed in fine admodum diverſa.

III. pag. 77. Eiuſdem Ethicorum ad Nicomachum Libri X. ut in Codice VII. Plutei ſuper. pag. 98. § III. Heic tamen ob defectum Codicis inter pag. 124. & 125. Liber X. in fine mutilus deſinit in verbis: *conſiderantem autem diligenter accidentia in unoquoque propter experientiam, quemadmodum & medi . . . .*

IV. pag. 125. Eiuſdem Politicorum Libri VIII. ut in dicto Codice VII. §. IV. Heic tamen ob praedictum defectum, in principio mutili ſunt, ac deſideratur totus Liber primus, & magna pars ſecundi, qui incipit a verbis . . . . *patu nunc autem quod & circa aliam politeiam legislator videtur faciens &c.* In calce legitur, ut in dicto Codice: *Reliqua huius Operis in Graeco nondum inveni.*

V pag. 173. Eiuſdem Oeconomicorum Libri II Primus inc. *Oeconomica & Politica differt, non ſolum tantum tamquam domus, & civitas.* Secundus deſ. *& multum ad ſuam uxorem, & filios. & parentes.*

VI. pag. 177. Eiuſdem Magnorum Moralium Liber primus, & initium ſecundi. Ille inc. *Quoniam elegimus dicere de moralibus, primum utique erit conſiderandum, mores cuius ſunt partes.* Hic deſinit in verbis: *ſed ſi ipſi bonum, non non quando, & qualiter . . . .* quae pertinent ad Caput IV.

VII. pag. 189. Eiuſdem Rhetoricorum Libri IV. (2) Primus inc. *Rhetorica aſſecutiva dialecticae eſt; ambae enim de talibus quibuſdam ſunt.* Vltimus deſ. *quatenus epilogus, ſed non oratio ſit. Dixi, audiſtis, habete, iudicate.* Tum ſubiicitur: *Explicit Rhetorica Ariſtotelis translata de Graeco in Latinum.*

VIII. pag. 231. *b.* Eiuſdem de Mundo Liber. Inc. *Multoties mihi, o Alexander, vere Philoſophia viſa eſt utilitas quaedam divina & felix.* Deſ. *beatus autem felix ex principio confeſtim particeps erit.* Diverſa eſt ab alia, item veteri interpretatione, quae habetur in Codice III. Plutei LXXXIV. Catalogi Tom. ſuper. pag. 238. § XVIII.

IX. pag. 238. Eiuſdem fragmentum Libri de coloribus Inc. *Simplicia colorum ſunt, quaecumque elementis conſeruntur.* Deſ. *& puniceus, & albus, & aliorum unuſquiſque, & ſecundum magis, & minus . . . .* quae pertinent ad Cap. III.

X pag. 239. Eiuſdem de Inundatione Nili Liber, ut in dicto Cod. III. Plut. LXXXIV. loc. cit. pag. 238. § XIII. Sequuntur in fine ſcholia quaedam, alia manu, in Libros Ethicorum.

In prima pagina inter alias epigraphas poſtea eraſas, haec una ſupereſt: *Iſte Liber fuit emtus a matre magiſtri Iohannis de Toſſo pretio Florenorum trium per Fratrem Monaldum Guardianum Florentiae Conventus pro Armario dicti Conventus anno Domini MCCCXIX.* In ultimae vero paginae averſa parte legitur: *Fratris Lapi, & Fratris Thedicii Fabri de Florentia de Ord. Minor.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. diligenter exaratus, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 241.

ARISTOTELIS QVAEDAM CVM COMMENT. FR. AVGVSTINI DE ROMA.

I. pag. 1. ARiſtotelis de Caelo & Mundo Libri IV. cum perpetuo Commentario Magiſtri Auguſtini de Favaronibus Ord. Eremit. S. Auguſtini. Textus Philoſophi concordat cum Codice IV. huius Plutei ſupra pag. 102. §. I. Commentarius inc. *In Libro praecedenti, qui intitulatur de Phyſico Auditu egit Ariſtoteles de corpore mobili ſimpliciter, in hoc autem Libro, qui intitulatur de Caelo, & Mundo, agit de corpore mobili concreto &c.* Deſ. *& ex eis &c. conſequen-* Cod. VII.

(1) Verba ſunt ipſius Codicis.
(2) Ita quidem in Codice dividuntur, ſed iidem ſunt, qui in editionibus III. numerantur.

quenter epilogat, & patet, & hoc eſt, iam ergo declaravimus. Tum legitur: *Completus eſt Liber de Caelo & Mundo. Amen. Finitae ſunt rationes Magiſtri A. ſuper Librum de Caelo & Mundo*.

II. pag. 75. Eiuſdem Metaphyſicorum Libri XI. cum Commentario forte eiuſdem. Primus Liber inc. *Omnes homines natura ſcire deſiderant; ſignum autem eſt ſenſuum delectatio; propter enim utilitatem, propter ſe ipſos diliguntur, & maxime aliorum*. Liber XI. deſ. *medicina enim eſt aliquando ſanitas, & implere eſt, non ponere contrarium boni & intellectus*: quae tamen verba non ad Librum XI. pertinent, ſed ad Librum XIV. iuxta ſupra citatam editionem Pariſienſem. Notandum igitur eſt in hoc Codice Librorum II. III. & partis Libri IV. duplicem haberi tranſlationem; nam poſt verba: *quare neceſſe eſt ipſis dicere, quod nullius erit huius ratio, ſed omnia ſecundum accidens; hac enim diffiniuntur ſubſtantia & accidens*, quae pertinent ad Cap. IV. Libri IV. (edit. cit. pag. 875. verſ. 6.) ſubiungi ab eadem manu: *Explicit Metaphyſica vetus*; tum pag. 99. ſequi Librum II. *Metaphyſicae*, ut ibi dicitur, *Novae*, cuius initium eſt: *Conſideratio quidem in veritate difficilis eſt uno modo, & facilis alio, & ſignum eius eſt, quod nullus hominum potuit pervenire in ipſam, ſecundum quod oportet &c.* (1) ac progredi reliquos Libros eodem ordine cum editione uſque ad totum Librum X. ac deinde omiſſis XI. XII. & XIII. continuari Librum XIV. qui in Codice inſcribitur XI. cuius poſtrema verba, quae retulimus ſpectant ad Caput X. dicti Libri XIV. & incidunt in cit. edit. pag. 1005. verſ. 34. adiecto in fine: *Explicit undecimus Metaphyſicae Ariſtotelis*. Commentarius in hoſce Libros inc. *Diviſio iſtius libri ſic poteſt artificialiter colligi*. Deſ. *quia impoſſibile erit bonum ponere eſſe principium, non ponendo ſuum contrarium eſſe principium*. Tum verſiculus:

Explicit iſta nota, capiat ſcriptor ſua tota.

III. pag. 191. Eiuſdem Meteororum Libri IV. item cum Commentariis. Textus Ariſtotelis concordat cum Codice IV. huius Plutei §. XV. Commentarius inc. *In hoc libro eſt intentio de corpore morali contracto*. Deſ. *& dicunt iſtam abſtractionem eſſe poſſibilem*. In calce legitur: *Iſte Liber eſt Fratris Calini. Num. 541.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. exeuntis, cum titulis rubricatis & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 243.

ARISTOT. PHILOSOPHICA QVAEDAM EX VETERI VERS.

Cod. VIII. I. pag. 1. ARiſtotelis Phyſicorum Libri VIII. ut in Cod. V. huius Plutei §. I.

II. pag. 91. Eiuſdem de Caelo & Mundo Libri IV. Ibid. §. II.

III. pag. 141. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. Ibid. §. V.

IV. pag. 169. Eiuſdem Metaurorum (ſeu potius Meteororum) Libri IV. ut in Codice III. Plutei LXXXIV. Catalogi Tom. III. pag. 238. §. XXI.

V. pag. 225. Eiuſdem de Anima Libri III. ut in dicto Cod. V. huius Plutei §. III.

VI. pag. 258. Eiuſdem de Senſu & Senſato Liber. Ibid. §. IX.

VII. pag. 270. *b.* Eiuſdem de Memoria & Reminiſcentia. Ibid. §. IV.

VIII. pag. 274. *b.* Eiuſdem de Somno & Vigilia Liber. Ibid. §. VI.

IX. pag. 283. *b.* Eiuſdem de Divinatione Liber. Inc. *De Divinatione vero, quae in ſomnis fit, & dicitur accidere in ſomnis*. Deſ. *& de ea, quae in ſomnis eſt divinatione dictum eſt*.

X. pag. 285. *b.* Eiuſdem de Motu Animalium. Inc. *De motu autem eo, qui animalium quaecumque quidem circa unumquodque genus ipſorum exſiſtunt*. Deſ. *& communi motu, diximus cauſſas. Reliquum autem de generatione dicere*.

XI. p. 292. Eiuſdem de Cauſſa longitudinis & brevitatis vitae Liber, ut in dicto Cod. III. Plutei LXXXIV. Tom. cit. pag. 238. §. IX.

XII. pag. 295. Eiuſdem de Iuventute & Senectute (2). Inc. *De iuventute autem & ſenectute, & vita, & morte nunc dicendum, ſimiliter autem & de reſpiratione neceſſarium forte cauſſas dicere*. Deſ. *de ſanitate autem & aegritudine, non ſolum eſt medici, ſed & naturalis uſas addicere cauſſas, qua autem differunt, & qua differentia conſiderant, non oportet latere*.

XIII. pag. 307. Eiuſdem de Greſſu Animalium Liber. In cit. Cod. III. Plut. LXXXIV. Tom. cit. pag. 238. §. XIV. ubi *De Motu Animalium* inſcribitur.

XIV. pag. 316. Eiuſdem de Spiritu, & Reſpiratione Liber. Inc. *De Reſpiratione enim aliqui quidem pauci*. Deſ. *de vita quidem igitur, & morte, & de cognatis huius ſpeculationis fere dictum eſt de omnibus*. Habebatur etiam ſupra in §. XII. coniunctus cum Libro *de Iuventute & Senectute*; heic tamen in fine tribus circiter verſibus brevior eſt.

XV. pag. 325. Eiuſdem Liber de Naturis & Proprietatibus Elementorum, ut in cit. Cod. III. Plut. LXXXIV. Tom. cit. pag. 238. §. XV.

XVI. pag. 335. Eiuſdem de Vegetabilibus & Plantis Libri II. cum Prologo, ut in Cod. IV. huius Plutei ſupra pag. 103. §. XIV.

XVII. pag. 350. Eiuſdem de Morte & Vita Liber. Inc. *Quoniam autem dictum eſt*

prius,

(1) In prima verſione ita legitur: *De veritate conſideratio, partim quidem difficilis, partim vero facilis eſt. Signum autem eſt neque digne nullum poſſe contingere ipſum &c.*

(2) In edit. cit. inſcribitur *De Iuventute & Senectute, Vita & Morte, & de Reſpiratione Liber*, & in fine quinque verſibus longior eſt.

prias, quod vivere, & animae habitus cum calidutate quadam eſt. Deſ. *de vita quidem igitur, & morte, & de cognatis hanc ſpeculationi fere dictum eſt de omnibus.* Eſt pars Libri *de Spiritu & Reſpiratione*, de quo ſupra §. XIV. & incipit a Capite VIII. (edit. cit. Tom I. pag. 723.

In ultima pagina legitur: *Iſte Liber eſt ad uſum Armarii Conventus Florentini, & eſt Philoſophia Ariſtotelis tota, excepta Metaphyſica. Deo gratias &c. Num. 542.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. diligentiſſime exaratus, cum indiculo, & gloſſis in principio. Conſtat foliis ſcriptis 356.

ARIST. DE ANIMALIBVS INTERPRETE MICHAELE SCOTO.

Cod. IX. I. pag. 1. ARiſtotelis de Animalibus Libri XIX. tranſlati de Arabico in Latinum a Magiſtro (1) Michaële (ſcilicet Scoto Imp. Friderici II. Archiatro) Praecedit brevis Prologus, qui inc. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Omnipotentis miſericordis, & pii, translatio tractatus primi Libri, quem compoſuit Ariſtoteles. In cognitione naturarum animalium &c.* Liber I. inſcriptus *De Partibus Animalium*, inc. *Quaedam partes corporum Animalium dicuntur non compoſitae, & ſunt partes, quae partiuntur in partes ſimiles.* Liber ultimus deſ. *ſed accidentium, quae accidunt, non ex neceſſitate, ſed propter aliquid, ſcilicet propter cauſſam finalem, & propter cauſam moventem.* Tum rubrica: *Completus eſt Liber Ariſtotelis de Animalibus tranſlatus a Magiſtro Michaële in Tolleto de Arabico in Latinum, & hic Liber ſcriptus eſt ſub anno Domini MCCLXVI. die Iovis, XXIV. Septembr. ℞. Deo gratias.* Verſio iſta complectitur eos omnes Libros, qui in cit. editione ſunt, de Hiſtoria Animalium Libri X.; de partibus Animalium, & earum Cauſſis IV., & de eorumdem Generatione V.

II. pag. 57. Eiuſdem Michaëlis Scoti Abbreviatio Avicennae ſuper Librum (ſeu potius Libros XIX.) Ariſtotelis de Animalibus. Praecedit hanc breviſſima adloquutio: *Frederice Domine mundi, Romanorum Imperator ſuſcipe devote hunc laborem Michaëlis Scoti, ut ſit gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Liber I. inc. *Et animalium quaedam communicant in membris, ſicut equus, & homo in nerva, & in carne.* Ultimus deſ. *ſed de decentium utilitatibus iam ſcis ex alio loco.* Tum rubrica: *Expletus eſt Liber Avicennae de Animalibus ſcriptus per Magiſtrum Henricum Colloniensem ad exemplar magnifici Imperatoris Domini Frederigi apud Meſſinam civitatem Apuleae, ubi Dominus Imperator eidem Magiſtro hunc Librum praemiſſum commendavit. Anno Domini MCCXXXII. in vigilia beati Laurentii. Iohannes medici Imperialis. Iſte vero Liber completus eſt ſub anno Domini MCCLXII. die Sabbati quartodecimo Novembris.* Tum verſiculi:

E re nata poena, finito nunc Avicena,
Libra Ceſareo, gloria ſumma Deo.

III. pag. 89. Ariſtotelis de Partibus Animalium Libri IV. eodem Michaële Scoto interprete. Liber I. inc. *Circa omnem theoriam & methodum, ſimiliter viliorem & honorabiliorem, duo videntur modi habitus eſſe.* Liber IV. deſ. *his autem determinatis, deinceps eſt ea, quae circa generationem ipſorum, pertranſire.* Tum rubrica: *Completus eſt Liber de Partibus Animalium Ariſtotelis ſub anno Domini MCCLXVI. die Dominico. anno Mai, ſub laude Dei, & eius auxilio, cuius nomen ſit benedictum in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Haec verſio diverſa eſt ab illa, quae habebatur ſupra in hoc ipſo Codice § I. Libri enim, qui ibi numero XI. XII. XIII. & XIV. deſignabantur, quatuor hiſce reſpondent; verſio autem diverſa; nam ibi ex Arabico, heic vero de Graeco in Latinum ſunt traducti.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis & titulis rubricatis, antiquitus num. 545. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 99.

ARIST. DE NAT. ANIMAL. INTERPRETE MICHAELE SCOTO.

ARiſtotelis de Natura Animalium Libri XIX. interprete Michaële Scoto, ut in Cod. ſuperiori §. I. In fine legitur: *Completus eſt Liber Ariſtotelis de Animalibus ſecundum extractionem magiſtri Michaëlis Scoti.* Cod. X.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori, Saec. XIII. binis columnis, minuto charactere exaratus, cum titulis, & initialibus rubricatis, antiquitus num. 544. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 82.

ARIST. METAPHYSICA, DE CAVSSIS, ET ETHICA.

I. pag. 1. ARiſtotelis Metaphyſicorum Libri XIV. ut in Codice VI. huius Plutei § I. Heic tamen, tam in hoſce, quam in ſequentes Libros gloſſae quaedam interlineares & marginales occurrunt. Cod. XI.

II. pag. 92 Eiuſdem de Cauſſis Liber, ut in Cod. VII. Plut. XII. ſupra pag. 98. §. V. In fine nomen forte poſſeſſoris his verbis in-

(1) Is eſt Michaël cognomento Scotus, patria Anglus, Dunelmenſis, Mathematicus & Aſtronomus, Frederico II. imperante clarus, qui obiit A. MCCXC. Inter libros Mss. Caroli de Montchal, Labbeus pag. 203. Bibl. Novae Mss. hoſce Libros XIX. Ariſtotelis ex Arabico in Latinum translatos a Michaële Scoto commemorat, quem ob hanc ipſam operam in libris Philoſophi poſitam, laudat Rogerus Baco Libro de Linguarum utilitate.

Digitized by Google

indicatur: *Antonius de Maſſa Maſſa, & Magiſter in Theologia, quod ad te?*

III. pag. 103. Eiuſdem Ethicorum Libri X. ut in Cod. VII. eiuſdem Plut. XII. ſupra pag. cit. §. III.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum initialibus coloratis, num. 546. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 179.

ARISTOTELIS QVAEDAM PHILOSOPHICA.

Cod. XII. I. pag. 1. ARiſtotelis de Anima Libri III. ut in Codice IV. huius Plutei ſupra pag. 103. §. IV.

II. pag. 23. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. Ibid. §. III.

III. pag. 39. Eiuſdem de Somno & Vigilia Liber. Ibid. §. VII.

IV. pag. 49. *b.* Eiuſdem Metaphyſicorum Libri duo priores integri, & initium tertii, qui deſinit in verbis: *& plurimum habet dubitationem, utrum unum, & quod eſt, non quidam alterum ſit, quemadmodum Pythagorici & Plato dixerunt* . . . . . quae incidunt in cit. edit. Tom. II. pag. 859. verſ. 48.

V. pag. 61. Eiuſdem de Vegetabilibus Libri II. cum Prologo, ut in dicto Codice IV. huius Plutei ſupra pag. 103. §. XIV.

VI. pag. 72. *b.* Iſaac de Elementis Liber. Inc. *Ariſtoteles in pleriſque libris* (1) *diffinit elementum, dicens: elementum eſt id, ex quo generatione primo aliquid generatur.* Deſ. *ſed aggregatio unitatis decies eſt eius forma & complementum; denarius igitur non eſt elementum.*

VII. pag. 85. Ariſtotelis de Phyſico Auditu, ſeu Phyſicorum Libri VIII. ut in Cod. V. huius Plutei ſupra pag. 104. §. I. In fine legitur: *Explicit octavus Liber Phyſicorum, ſcriptus per manus Fratris Riccardi de Pedemonte Corbino anno Domini MCCCLX. ſi ita eſt.*

VIII. pag. 141. *b.* Eiuſdem Ethica vetus, ſeu potius Ethicorum ad Nicomachum Liber II. & III. imperfectus in fine. Ille inc. *Duplici autem virtute exſiſtente, hac quidem intellectuali, hac quidem conſuetudinali; ea quidem, quae intellectualis eſt multum ex doctrina habet &c.* Hic autem deſinit in verbis: *nullus enim deſiderat incontinens eſſe; nomen autem incontinentiae, & ad puerilia tranſferimus peccata* . . . quae in cit. edit. incidunt in Tom. II. pag. 42. verſ. 38.

IX. pag. 155. Eiuſdem Meteororum Libri IV. ut in Codice IV. huius Plutei ſupra pag. 104. §. XV.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. cum initialibus coloratis, ut plurimum tamen Operum titulis deſtitutus, num. 543. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 192.

PLVTEVS XIV. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. III.

C O D E X I.

A R I S T O T E L I S Q V A E D A M.

I. pag. 1. ARiſtotelis Phyſicorum Libri VIII. ut in Codice V. Plutei XIII. ſupra pag. 104. §. I.

II. pag. 59. *b.* Eiuſdem Vegetabilium Libri II. cum Prologo interpretis, ut in Cod. IV. eiuſdem Plutei ſupra pag. 103. §. XIV.

III. pag. 72. Eiuſdem de Anima Libri III. Ibid. pag. cit. §. IV.

IV. p. 96. *b.* Eiuſdem de Memoria & Reminiſcentia Liber. Ibid. §. VI.

V. pag. 99. *b.* Eiuſdem de Somno & Vigilia Liber. Ibid. §. VII.

VI. pag. 108. Eiuſdem de Differentia Spiritus & Animae Liber, ut in Codice III. Plutei LXXXIV. Catalogi Tomo super. pag. 239. §. XXIII.

VII. pag. 112. *b.* Eiuſdem de Morte & Vita Liber, ut in dicto Cod. IV. Plutei XIII. ſupra pag. 103. §. XII.

VIII. pag. 114. Eiuſdem de Senſu & Senſato Liber. Ibid. §. V.

IX. pag. 122. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. Ibid. §. III.

X. pag. 140. Eiuſdem de Caelo, & Mundo Libri IV. Ibid. §. I.

XI. pag. 188. Eiuſdem Meteororum Libri IV. Ibid. §. XV.

XII. pag. 220. Eiuſdem de Cauſſis Liber, cum Commentario, ſeu potius Anonymi Commentarius in Librum de Cauſſis, prima enim tantummodo verba cuiuſque Capitis, quae ſunt XXXII. adſeruntur, iiſque expoſitio ſubiicitur. Haec igitur inc. *Quid eſt cauſa, quare univerſalis prima agit in cauſatum cauſae ſecundae, antequam agat in ipſum cauſa univerſalis ſecunda, quae ſequitur ipſam.* Deſ. *faciens acquirere non acquiſitum, ſicut oſtendimus.* Tum ſubiicitur: *Completus eſt Sermo* de

(1) Vide Io. Chriſtophorum Wolfium in Biblioth. Hebraea, Hamburgi apud Chriſtianum Liebezeit MDCCXV. 4. Tom. I. pag. 667.

Digitized by Google

de Cauſis, Textus, & Commentum. Vt in dicto Cod. III. Plutei LXXXIV. §. XVII. ubi tamen non animadvertimus diſcrimen textus a Commentario.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum ſcholiis marginalibus, & interlinearibus, & initialibus coloratis, nec non cum pictura in principio, quae Ariſtotelem docentem exhibet. Conſtat foliis ſcriptis 223.

ARIST. METAPHYSICA.

Cod. II. ARiſtotelis Metaphyſicorum Libri XII. ut in Cod. VII. Plut. XII. ſupra pag. 98. §. II.

Codex membran. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. cum ampliſſimo Commentario in primis duabus paginis. Conſtat foliis ſcriptis 84.

M. T. CIC. ORATIONES.

Cod. IX. MArci Tulli Ciceronis Orationes, cum indice earumdem in principio, rubrica exarato. Orationes autem hoc ordine progrediuntur:

I. pag. 1. Pro Lucio Flacco.
II. pag. 13. Pro Q. Ligario.
III. pag. 17. Pro Rege Deiotaro.
IV. pag. 22. Pro P. Sylla.
V. pag. 32. Pro P. Quintio.
VI. pag. 41. *b*. Pro Cn. Plancio.
VII. pag. 54. *b*. Pro Sexto Roſcio.
VIII. pag. 69. *b*. Pro A. Cluentio Habito.
IX. pag. 94. Pro L. Muraena.
X. pag. 107. Pro M. Coelio.
XI. p. 117. Pro P. Annio Milone. Prope finem huius Orationis lacunae quaedam occurrunt.
XII. pag. 128. Pro Cn. Pompeio.
XIII. pag. 136. *b*. Pro ſe, ne eat in exſilium.
XIV. pag. 138. *b*. Ad Senatum, gratias agens de reditu ſuo.
XV. pag. 143. *b*. Ad Populum, gratias agens de reditu ſuo.
XVI. pag. 146. *b*. De Provinciis Conſularibus.
XVII. pag. 152. Pro Lucio Cornelio Balbo.
XVIII. pag. 158. *b*. Pro Marco Marcello.
XIX. pag. 161. *b*. Pro A. Licinio Archia poeta.
XX. pag. 164. *b*. In Vatinium teſtem Invectiva.
XXI. pag. 167. *b*. de Haruſpicum Reſponſis in Clodium.
XXII. pag. 176. Pro A. Caecina.
XXIII. pag. 187. *b*. De Agraria Lege contra Rullum Tr. Pl. In fine legitur: *M. Tullii Ciceronis in Senatu Kal. Ian. de Agraria lege contra Rullum Liber primus explicit*.
XXIV. pag. 190. Contra Rullum Liber ſecundus.
XXV. pag. 202. In Conſulatu ad Populum contra Legem Agrariam.
XXVI. pag. 203. *b*. In L. Piſonem Invectiva.
XXVII. pag. 216. Pro C. Rabirio Poſtumo.
XXVIII. pag. 221. Pro C. Rabirio perduellionis. Heic quoque adeſt prope finem lacuna.
XXIX. pag. 223. *b*. Pro Roſcio Comoedo.
XXX. pag. 231. Criſpi Salluſtii in M. Tullium Ciceronem Invectiva.
XXXI. pag. 232. M. T. Ciceronis in Criſpum Salluſtium Invectiva.
XXXII. pag. 234. In L. Catilinam Invectivarum Libri IV.

In fine legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Fratrum Minorum*.

Codex membr. Ms. in fol. min. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, pictura in principio, quae totum complectitur marginem, & icone forte Ciceronis in littera initiali. Erat quoque ſtemma gentilitium, poſtea reciſum; num. 649. olim deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 249.

PLVTEVS XV. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. III.

CODEX I.

ARISTOTELIS PHYSICA.

I. pag. 1. ARiſtotelis Phyſicorum Libri VIII. ut in Codice V. Plutei XIII. §. I.

II. pag. 60. Eiuſdem de Caelo & Mundo Libri IV. ut in Cod. IV. Plutei XIII. §. I.

III. pag. 110. Eiuſdem de Generatione & Corruptione Libri II. Ibid. §. III.

IV. pag. 127. *b*. Eiuſdem Meteororum Libri IV. Ibid. §. XV.

V. p. 157. *b*. Eiuſdem de Anima Libri III. Ibid. §. IV.

VI. pag. 180. *b.* Eiuſdem de Morte & Vita Liber. Ibid. §. XII.

VII. pag. 182. Eiuſdem de Memoria & Reminiſcentia Liber. Ibid. §. VI.

VIII. pag. 185. *b.* Eiuſdem de Somno & Vigilia Liber. Ibid. §. VII.

IX. pag. 194. Eiuſdem de Senſu & Senſato Liber. Ibid. §. V.

X. pag. 202. *b.* Eiuſdem de Differentia Spiritus & Animae Liber. Ibid. §. XIII.

XI. pag. 208. Eiuſdem de Vegetabilibus & Plantis Libri II. Ibid. §. XIV.

In ſuprema primae paginae ora ſcriptum eſt: *Iſti Libri Naturales ſunt ad uſum Fratris Bartolomaei de Sancto Remigio de Florentia, de Ordine Fratrum Minorum.* In ultimo autem folio alia haec invenies: *Anno Domini MCCCLXXVI. XI. menſis Ianuarii Fratres de Conventu Sor . . . . . . remiſerunt ſtudentes propter chmeſtiam.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. cum ſcholiis marginalibus, & interlinearibus, varia manu, & cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 221.

ALBERTI MAGNI DE ANIMALIBVS LIBRI XXVI.

Cod. VII. ALberti Magni de Animalibus Libri XXVI. ut in Cod. XVIII. Plutei LXXXIV. Catal. Tom. ſuper. pag. 250. Heic autem praeit Capitum tabula.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, binis columnis, cum initialibus Librorum, auro, variiſque coloribus eleganter illuminatis, & pictura in principio, quae Albertum Magnum, cum mitra in capite bifariam diviſa repraeſentat, volumen prae manibus geſtantem, & Dominicana veſte indutum, num. 567. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 305.

ARISTOTELIS DE SECRETIS SECRETORVM LIBER

Interpr. Philippo Clerico, & alia; Boëthii Liber de Unitate, & Alguzelis Liber de Scientia Divina & Naturali.

Cod. IX. I. pag. 1. ARiſtotelis Liber de Secretis Secretorum, ſive de Regimine Principum, vel Regum, vel Dominorum ad Alexandrum Regem, praevia Epiſtola nuncupatoria traductoris Philippi Clerici ad Guidonem de Valentia, Tripolitanae Civitatis Pontificem, Capitum elencho, & duobus Prologis, ut in Codice II. Plutei LXXXIII. Catalogi Tomo ſuper pag. 205. Finis tamen huius cum illo non concordat, quia poſt verba: *declina ſemper ad meliorem, & probabiliorem partem*, in quibus hic deſinit, in illo ſequitur enumeratio, & curſus caeleſtium Signorum. His autem verbis clauditur Liber: *Completus eſt Tractatus de ſignis, & moribus naturalibus hominum ad Regem magnificum Alexandrum, qui dominatus fuit toti orbi, dictusque Monarcha in Septentrione.*

II. pag. 15. Eiuſdem de Bona Fortuna Liber, ut in Cod. III. Plutei LXXXIV. Catal. Tom. cit. pag. 238. §. XI. Heic autem dividitur in duo Capita; primum inſcribitur *De Bona Fortuna translat. de ſecundo Magnorum Moralium*; alterum *Ex octavo Ethicorum Eudimon.*

III. pag. 16. Eiuſdem de Lineis Liber. Ibid. §. XII.

IV. pag. 17. *b.* Eiuſdem de Inundatione Nili Liber. Ibid. §. XIII. ſed heic in fine mutilus, deſinit enim in verbis: *quam praedicti aſſignant, divinamus prius. Nunc autem* . . . . deſiderantur autem triginta circiter verſus.

V. pag. 18. *b.* Eiuſdem de Morte & Vita Liber. Inc. *De eo quidem quod eſt haec quidem eſſe longae vitae animalium.* Deſ. *fere dictum eſt de omnibus.* Tum repetitur titulus; *Explicit Liber de Morte & Vita.* In dicto Codice habetur ſub § IX. & X.

VI. pag. 23. Eiuſdem de Phyſionomia Liber, ſeu potius fragmentum. Ibid. pag. 239. §. XXIV. Heic autem deſinit imperfecte in verbis: *quoniam enim ea quae videntur in corporibus dicuntur* . . . . . .

VII. pag. 25. Eiuſdem de Mundo Liber. Ibid. pag. 238. §. XVIII.

VIII. pag. 28. *b* Sibyllina Oracula. Inc. *Exquiritis a me, o illuſtriſſima turba Danaûm, quatenus Graios eventus, Phrygiaſque minus in ſcriptis referam.* Deſ. *quintaedecimae diei eſt; omnes morientes, praeter eos, qui in hora ſepulcrorum erunt, ut ſurgant cum aliis longe ante defunctis.* Tam in principio, quam in fine huius Libelli titulus craſus fuit; habentur autem in ipſum gloſſae quaedam interlineares, & ſcholia marginalia. Aliud Exemplar huius Vaticinii occurrit etiam in Codice XVI. Plutei LIII. Catal. Tom. II. pag. 612. § I. ſed in fine diverſum.

IX. pag. 30. *b.* Anonymi Liber de Natura. Inc. *Natura multis modis dicitur; nam aliquando ſumitur in deſignatione cuiuslibet entis, & tunc ſic definitur.* Deſ. *unum omne motum eſt aliud a movente.* Tam hic, quam ſequentes quatuor Tractatus, auctoris nomine deſtituti, videntur Commentarii quidam in Ariſtotelem.

X. pag. 32. *b.* De Senſu & Senſato Liber. Inc. *Virtutes quaedam ſunt ſenſibiles, quaedam ſunt neceſſariae in eſſe animales, & quaedam ſunt propter melius.* Deſ. *quapropter figitur in adſpectu earum, quapropter difficile unitur eas.*

XI. pag. 36. De Somno & Vigilia Liber. Inc. *Ut tum iam diximus de hac virtute, dicendum eſt de ſomno & vigilia, & primo utrum appropriantur animae, vel corpori, aut utrique.* Deſ. *& de cauſis accidentium ſuorum dictum eſt.*

XII.

XII. pag. 38. De Morte & Vita Liber. Inc. *Et in hoc Tractatu perſcrutemur de cauſſis longitudinis, & brevitatis vitae. Dicamus ergo, quod conceſſum eſt hic, eſſe cauſſas naturales.* Deſ. *multitudo enim ſanguinis accidit in animalibus ex abundantia calidi & humidi. Dictum eſt igitur de cauſſis longitudinis, & brevitatis vitae ſecundum noſtrum poſſe & intellectum.*

XIII. pag. 39. Liber de Subſtantia Orbis. Inc. *In hoc tractatu intendimus perſcrutari de rebus, ex quibus componitur corpus caeleſte; declaratum eſt enim corpus caeleſte componi ex naturis duabus, quae ſunt corpora generabilia, & corruptibilia.* Deſ. *& eſt permanens per ſe, quia permanentia eſt privatio motus, & privatio non accidit niſi quia caret agente motum. Et ſcias quod haec quaeſtio eſt valde bona.* Citatur paſſim in hoc Tractatu Ariſtoteles.

XIV. pag. 43. Boëthii de Vnitate & Vno Liber, ut in Codice XII. Plutei LXXXIV. Catalogi Tom. III. pag. 245. §. IV. ubi pro *quae* legendum *qua*.

XV. pag. 44. Algazelis Liber de Scientia Divina, & Naturali in quinque Tractatus diviſus. Inc. *Viſus fuit apud Philoſophos praeponere naturalem ſcientiam; nos autem eligimus praeponere divinam, eo quod magis neceſſaria eſt, & maioris diverſitatis eſt.* Deſ. *hoc igitur eſt quod nos volumus inducere de ſcientiis Philoſophorum logicis, divinis, & naturalibus.*

In principio eſt prolixa adnotatio manu diverſa, ſed antiqua, qua oſtenditur Opus de Secretis Secretorum Ariſtoteli perperam adſcribi.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, optime ſervatus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, necnon raris aliquot ſcholiis, & cum indiculo in principio, num. 566. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 77.

PLVTEVS XVI. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VII.

CODEX II.

ALBERTI MAGNI QVAESTIONES DE HOMINE, ET LIB. DE CREATVRIS.

I. pag. 1. Clariſſimi Philoſophi Alberti Magni Commentatoris Latini ſummi Ordinis Praedicatorum Quaeſtiones de Homine, Capitibus CCL. praevia tabula. Caput I. *Vtrum primum diſputandum ſit de ſubſtantia animae, quam de partibus eius*, inc. *Conſequenter videndum eſt de Homine, de quo primo quaerendum eſt ſecundum ſtatum eius in ſe ipſo.* Vltimum: *Vtrum omnia ſint ordinata*, deſ. *ſed bene ſolſuit ſine tertia, & ſic de aliis. Et haec de Creaturis dicta ſufficiant.*

II. pag. 146. Eiuſdem Liber de Creaturis, in quo primo quaeritur de creatione, ſecundo de creatis, cum indice Capitum in principio Codicis. Inc. *Quaeritur de creaturis, & primo quaeritur de creatione, ſecundo de creatis. Circa creationem octo quaeruntur.* Deſ. *ſed horum amplior ratio habebitur in Tractatu de Praeceptis. Explicit. Deo gratias.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, & icone auctoris Dominicana veſte induti, cum pallio & mitra in capite, ac librum oſtendentis, cum initialibus item coloratis, ab eadem manu ac Codex VII. Plut. XV. exaratus. Conſtat foliis ſcriptis 134.

AEGIDIVS COLVMNA ROMANVS SVPER POSTER. ARIST.

Cod. IV.

SCriptum ſuper Libros Poſteriorum Ariſtotelis editum a Fratre Aegidio Romano Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, praevia Epiſtola Nuncupatoria, & Prologo. Epiſtola ita inſcribitur & inc. *Venerabili viro & Anglorum ſpectabili proſapia oriundo Domino Stephano de Maubey Frater Aegidius Romanus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ſalutem in eo, qui eſt fons ſapientiae in excelſis. In ſecundo Rhetoricorum Philoſophus volens de nobilitate aliqualem notitiam tradere.* Deſ. *prout excellens veſtra generoſitas poſtulavit.* Prologus inc. *Philoſophus in tertio de Anima volens oſtendere modum cognoſcendi intellectus noſtri.* Deſ. *per ea quae conſequenter in Librorum principiis traduntur.* Commentarius inc. *His viſis, ad intellectum dictorum quaedam communia dubitabimus.* Deſ. *tu ergo ſis omnium meorum laborum praemium, tu ultima mea merces, qui cum Patre, & Spiritu Sancto &c. Explicit Summa Libri Poſteriorum edita a Fratre Aegidio Romano Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini.* Sequebatur deinde ſcriptoris fortaſſe nota, quae nunc omnino eſt eraſa. Tandem Codicem claudit Capitum tabula. Non recenſetur hic Com-

Digitized by Google

mentarius a Caveo in Hiſt. Litterar. Baſileae per Io. Rodulph. Imhoff MDCCXIV. Tom. I. pag. 340. neque a Fabric. in Bibl. M. d. ubi de eo loquitur. Forte unum eſt ex plurimis iis Operibus, quae variis in Bibliothecis deliteſcere adhuc adfirmat Ioſephus Pamphilus in Chronic. Ord. Eremit. S. Auguſt. pag. 42. ſeqq.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum antiqua pictura in principio, ubi icones duas videre eſt, quarum una auctorem cum mitra & baculo, & Auguſtinianorum cuculla, altera Franciſcanum quemdam manibus iunctis repraeſentat, num. 571. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 158.

AEGIDIVS DE ROMA SVPER LIBROS ELENCHOR. ARIST.

Cod. VI. AEgidii de Roma Scriptum ſuper Libros Elenchorum, praevia Epiſtola Nuncupatoria *Ex illuſtri proſapia oriundo D. Philippo filio praeclari ac venerabilis Comitis Flandrienſis*, quae inc. *Nimirum ſagacitas ex eius operatione dignoſcitur*. Deſ. *componam, ut veſtra generoſitas poſtulavit*. Opus inc. *Alpharibius in Loica ſua volens quamdam notitiam tradere*. Deſ. *& in hoc terminatur ſententia libri Elenchorum, in quo traditur notitia rationum & obliquationum ſophiſticarum. Laus ſit ipſi Chriſto, quum ſit ars rectiſſima Omnipotentis atque ſapientis Dei per ipſum tamquam per ſumme rectum omne obliquum cognoſcitur. Qui cum Patre &c. Explicit ſententia ſuper Libro Elenchorum edita a Fratre Aegidio de Roma Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini. Deo gratias*. Tum legebatur ab eadem manu appoſita notula: *Iſte Liber eſt Fratris* . . . . . . reliqua eraſa ſunt. Haec Expoſitio una cum Auguſtini de Biella Tractatu de Medio Demonſtrationis in defenſionem Aegidii, prodiit Venetiis A. MD.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 572. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 66.

AEGIDIVS DE ROMA SVPER LIBROS RHETOR. ARIST.

Cod. VIII. AEgidii de Roma Scriptum ſuper III. Libros Rhetoricorum Ariſtotelis, cum brevi Prologo, qui inc. *Quia qualis unuſquiſque eſt, talis ſibi finis videtur*. Deſ. *aggrediar poſtulata*. Liber I. inc. *Sicut ſcribitur in III. Libro Artis Rhetoricae, cuius expoſitionem intendimus*. Liber III. deſ. *iudicante ſecundum eam. Et ſic finit ſententia ſuper Librum Rhetoricorum* . . . . . (1) *Laus ſit ipſi Chriſto &c.* Haec verſio, ſeu Expoſitio Rhetoricorum Ariſtotelis cum declaratione Alpharabii lucem adſpexit Venetiis A. MDXV.

In prima pagina legitur: *Praeſentem librum, videlicet Aegidium ſuper Rhetoricam Ariſtotelis, aſſignavit Fr. Sebaſtianus de Bucellis de Florentia armario Conventus Florentini, dum viveret, quem emit duobus ducatis aureis de ſuis eleemoſynis anno Domini MCCCCXLIX.* Eademque epigraphe etiam in fine Codicis repetitur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & cum ſcholiis marginalibus, praecipue in ultimis quatuor paginis, quae vacuae ſupererant, alia manu, num. 576. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 118.

AEGIDII DE REGIM. PRINC. ET D. THOMAE LIB. DE RATION. FIDEI CATHOL.

I. pag. 1. FRatris Aegidii Romani de Regimine Principum Libri III. Cod. IX.
praevia ſingulis Capitum tabula & Epiſtola Nuncupatoria in principio, ut in Codice VII. Plutei LXXIX. Catalogi Tom. III. pag. 161.

II. pag. 96. Fratris Thomae de Aquino Ordinis Fratrum Praedicatorum Liber de Rationibus Fidei Catholicae, ſeu brevis declaratio quorumdam articulorum Fidei, quos impugnant Graeci, & Armeni, & Saraceni, ad Cantorem Antiochenum (2). Caput I. *Quae ſit auctoris intentio*, inc. *Beatus Petrus Apoſtolus, qui promiſſionem accepit a Domino*. Deſinit in Capite inſcripto: *Qualiter ſit accipiendum quod dicitur Verbum Dei eſſe paſſum & mortuum, quod ex hoc nullum inconveniens ſequitur*. & in verbis: *& probatiſſimum genus mortis elegit*.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Armarii Conventus Florentini, quem Frater Sebaſtianus Iohannis de Bucellis de Florentia aſſignavit Conventui, dum viveret. Praeſentem Librum emit a Domino Nicolao Canonico Aretino ducatis quinque aureis cum dimidio. Continet autem Aegidium de Regimine Principum, & Librum de Rationibus Fidei Sancti Thomae.* Eadem inſcriptio adſertur etiam in fine primi Tractatus.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis, num. 577. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 98.

ALIVD EXEMPLAR.

AEgidii de Roma de Regimine Principum Cod. X.
Libri III. cum Epiſtola Nuncupatoria, & praevia ſingulis Capitum tabula, ut in Cod.

(1) Alia ſequebantur omnino eraſa.
(2) Vid. Quetifum Tom. I. pag. 332. n. 3.

Cod. ſuperiore. Subiiciuntur Praecepra poſitiva, & ſecundae tabulae veteris Teſtamenti, quibus expletis legitur: *Exſcriptus fuit hic Liber ſub anno Domini MCCCXVIII. apud Bargum.*

In prima pagina adnotatum eſt: *Ad uſum fuit Fratris Franciſci de Foraboſchis, qui pertinet Armorio Florentini Conventus Sanctae Crucis Ord. Minor.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 574. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 113.

AEGIDII DE REGIM. PRINC. CASSIODORI VARIARVM LIBRI XII. &c.

Cod. XI. I. pag. 1. AEgidii Romani Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini de Regimine Principum Libri III. ut in Codicibus ſuperioribus.

II. pag. 98. Magni Aurelii Caſſiodori Senatoris, viri Clariſſimi & Illuſtris, Exquaeſtoris Palatii, Exconſulis Ordinarii, Exmagiſtri Officii, Praepoſiti Officiorum, atque Patricii, Variarum Libri XII. cum Prologo. Horum nos Epiſtolas, Formulas, Edicta, & alia omnia, quocumque denotentur titulo, quoad initium & finem conferentes cum editione Ioannis Garetii Monachi Ord. S. Benedicti de Congregatione S. Mauri Venetiis typis Antonii Gruppi MDCCXXIX. fol. Tom. I. a pag. 1. uſque ad pag. 187. omnia inter ſe convenire comperimus; in titulis tantum nonnulla diſcrimina occurrerunt, quae heic per ordinem duximus ſubiicienda.

Editio,	Codex,
Libri I. Ep. II. *Theodo viro ſublimi.*	*Theodo viro Senatori.*
Ep. VI. *Agapito Praefecto urbis.*	*Agapito viro illuſtri Pontifici.*
Ep. VII. *Felici viro clariſſimo.*	*Felici viro conſulari.*
Ep. XIV. *Fauſto Praefecto Praetorio.*	*Fauſto Praepoſito.*
Ep. XVIII. *Domitiano & Vuiliae.*	*Domitiano & Vuliae* (1).
Ep. XXVII. *Fauſto Praefecto Praetorio.*	*Fauſto Praepoſito* (2).
Ep. XXX. *Senatui urbis Romae.*	*Populo Romano.*
Ep. XXXI. *Populo Romano.*	*Senatui urbis Romae.*
Ep. XXXII. *Agapito viro illuſtri.*	*Populo Romano.*
Ep. XXXIII. *Agapito . . . . . Praefecto urbis.*	*Agapito . . . . , Pontifici.*
Ep. XXXIV. *Fauſto Praefecto Praetorii.*	*Agapito viro illuſtri Pontifici.*
Ep. XXXIX. *Feſto . . . . .*	*Fauſto . . . . . .*
Ep. XL. *Aſſuio viro illuſtri Comiti.*	*Aſuim viro illuſtri Patricio.*
Ep. XLI. *Agapito . . . . . Praefecto urbis.*	*Agapito . . . . . Pontifici.*
Ep. XLII. *Artemidoro . . . . Praefecto urbis.*	*Artemidoro . . . . Pontifici.*
Ep. XLIV. *Populo urbis Romae.*	*Senatui orbis Romae.*
Libri II. Ep. IV. *Ecdicio viro honeſto.*	*Heodiclio viro honeſto.*
Ep. VII. *Sunoe viro Comiti.*	*Sanoe viro illuſtri Comiti.*
Ep. XI. *Provino viro &c.*	*Provido viro &c.*
Ep. XVIII. *Gudilae Epiſcopo.*	*Gadilae Ep.*
Ep. XXVIII. *Stephano viro Senatori Comiti primi Ordinis & Exprincipi noſtri Officii.*	Omittit verba *primi ordinis &c.* eaque adiungit titulo Epiſtolae ſequentis.
Ep. XXX. *Fauſto Praefecto Praetorio.*	*Fauſto Praepoſito.*
Ep. XXXI. *Dromonariis.*	*Dromonariis.*
Ep. XXXIV. *Artemidoro.*	*Archimedero.*
Ep. XXXVII. *Fauſto Praefecto Praetorio.*	*Fauſto Praepoſito*, & ſic in Ep. XXXVIII.
Ep. XXXIX. *Aloyſio Architecto.*	*Aloiſo Archiatro.*
Liber III. Ep. II. *Gondibado Regi Burgundionum.*	*Gundibaldo Regi Burgundiorum.*
Ep. IX. *Poſſeſſoribus . . . . Aeſtunis conſiſtentibus.*	*Poſſeſſoribus . . . . . Extimi exiſtentibus.*
Ep. X. *Feſto.*	*Fauſto.*
Ep. XVI. *Gemello.*	*Gegrello.*
Ep. XX. *Grimondae Saioni, & Ferrocincto apparitori.*	*Trivalae Saioni, & Ferro cinto apparitoribus.*
Ep. XXII. *Artemidoro.*	*Archimedoro.*
Ep. XXVI. *Oſuni.*	*Oſum.*
Lib. IV. Ep. III. *Senario viro illuſtri Comiti.*	*Seuario . . . . Comiti privatorum.*
Ep. IX. *Oſuin.*	*Oſium.*
Ep. XII. *Marabado.*	*Mirobado.*

Ep. Ge.

(1) Heic notandum ab Epiſtola XXI. huius primi Libri incipere brevia quaedam argumenta ſingulis Epiſtolis appoſita, quae uſque ad finem, paucis exceptis, progrediuntur.

(2) Animadvertendum eſt etiam, ubicumque in edit. legitur *Praefecto Praetorio*, in Cod. haberi *Praepoſito*; quod ſemel monuiſſe ſatis fuerit.

Digitized by Google

Editio.	Codex.
Ep. xx. *Geberic.*	*Geberio.*
Ep. xxiv. *Elpidio.*	*Elpido.*
Ep. xxv. *Argolico . . . . Praefecto urbis.*	*Argolico . . . Pontifici*, & ſic in Ep. xxix. ſeq.
Ep. xxvi. *Vniverſis Maſſiliae conſtitutis.*	*Vniverſis Aſſilia conſtitutis.*
Ep. xxvii. *Tezutzat.*	*Terzuzar.*
Ep. xl. *Actoribus Probini.*	*Actoribus Probini vel Plinii.*
Ep. xlii. *Argolico Praefecto Vrbis.*	*Argolico Pontifici.*
Ep. xlvi. *Marabado.*	*Mirabado.*
Lib. V. Ep. i. *Regi Vandalorum.*	*Regi Vuariorum.*
Ep. v. *Manilae . . . .*	*Maunilae . . . .*
Ep. vii. *Ioanni viro clariſſimo, Arcario.*	*Ioanni viro Conſulari.*
Ep. xii. *Theodabado.*	*Theodobada.*
Ep. xiii. *Eutropio & Acretio.*	*Eutropia* omiſſo *& Acretio.*
Ep. xv. *Vniverſis . . . . Suavia.*	*Vniverſis . . . . Suevia.*
Ep. xviii. *Vuiliae viro illuſtri Comiti patrimonii.*	*Viuloe Comiti Patrimonii.*
Ep. xxi. *Capuano viro Senatori.*	*Capuano viro ſublimi.*
Ep. xxv. *Bacaudae.*	*Racaudae.*
Ep. xxvii. *Gudum.*	*Gudium.*
Ep. xxx. *Gudui.*	*Gudium.*
Ep. xxxiii. *Vuilitaacbo.*	*Viulichanco.*
Ep. xxxv. *Luvirit.*	*Lirit.*
Ep. xxxix. *Ampelio & Liveriae.*	*Ampelio & Litruit.*
Lib. VI. Formula xiii. *Magiſtri Scrinii.*	*De referendis in Senatu.*
Formula xiv. *De referendis in Senatu.*	*Magiſtri Scrinii.*
Lib. VII. Formula xvi. *Comitivae Inſulae Curritanae.*	*De Comite Inſulae Turitanae.*
Formula xxiv. *Principis Dalmatiarum.*	*Ad commendandos Comiti Principes.*
Formula xxv. *Ad commendandos Comiti Principes.*	*Comitivae.*
Formula xxvii. *Honoratis poſſeſſoribus, & curialibus.*	*Bonorum poſſeſſionum.*
Formula xliii. *Probatoriae chartariorum.*	*Probotoriae calcariorum.*
Lib. VIII. Ep. ix. *Tulum viro.*	*Lulium vel Tylini viro.*
Ep. xviii. *Felici viro illuſtri quaeſtori.*	*Fideli viro Quaeſtori.*
Ep. xxiii. *Bergantino viro illuſtri Comiti patrimonii.*	*Bergamo viro Comiti Patricio.*
Ep. xxv. *Ioanni viro Illuſtri.*	*Ioanni viro Senatori.*
Ep. xxvii. *Dumerit . . . Comitiaco.*	*Dumedith . . . Comitiano.*
Ep. xxviii. *Cuugaſto.*	*Cungaſto.*
Ep. xxx. *Geneſio . . . . ſpectabili.*	*Geneſio . . . Senatori.*
Ep. xxxi. *Severo . . . ſpectabili.*	*Severo . . . Senatori*, & ſic in Ep. xxxii. & xxxiii.
Lib. IX. Ep. viii. *Oſiun.*	*Oſium.*
Ep. xi. *Gildiae.*	*Gudilae*, & ſic in Ep. xiv.
Ep. xvi. *Salventio.*	*Salventio*, & ſic in Ep. xvii.
Ep. xxii. *Paulino.*	*Salvino.*
Lib. X. Ep. i. . . . . *Amalaſuntha.*	. . . . *Amalathuiata*, & ſic in Ep. iii.
Ep. viii. *Amalaſuntha.*	*Amalaſuintha*, & ſic in Ep. x.
Ep. xviii. *Senatui urbis Romae.*	*Iuſtimona Auguſto.*
Ep. xix. *Iuſtiniano Imperatori.*	*Senatus urbis Romae.*
Ep. xx. *Theodorae Auguſtae Gudelina Regina.*	*Iuſtiniano Auguſto Theodobadus Rex.*
Ep. xxiii. . . . . *Gudelina Regina.*	. . . . *Theodahadus Rex.*
Ep. xxiv. *Iuſtiniano Imperatori.*	*Theodorae Auguſtae.*
Ep. xxix. *Vuinuſiado.*	*Vuſivado.*
Libri XI. Ep. xi. *Edictum de pretiis.*	*Edictum de prediis.*
Ep. xiv. *Gaudioſo.*	*Studioſo.*
Ep. xxxvii. *Lucino viro clariſſimo, Cancellario . . . .*	*Lucino vicecancellario . . . .*
Ep. xxxviii. *Ioanni Canonicario Thuſciae.*	Deeſt haec inſcriptio, & ponitur tantum argumentum, quod eſt *De inventione chartarum.*
Ep. xxxix. *Vitaliano viro clariſſimo, Cancellario . . .*	*Vitaliano vicecancellario . . . .*
Lib. XII. Ep. xi. *Petro viro clariſſimo erogatori . . . .*	*Petro v̄c̄ erogatori.*

Editio.	Codex.
Ep. xv. *Maximo viro clariſſimo, Cancellario Lucaniae.*	*Maximo Cancellario nunc Lucaniae,*
Ep. xvii. *Ioanni Siliquatario Ravennati Senator.*	*Iohanni liquatario Ravennati Athalaricus Rex.*
Ep. xviii. *Conſtantiniano,*	*Conſtantino.*

In fine huius Libri ſequuntur Epiſtolae IV. quarum prima inſcrib. *Sidonius Eleutherio ſuo.* Altera: *Sidonius Agricolae ſuo.* Tertia: *Epiſtola de forma Theodorici Regis.* Quarta: *Epiſtola de actionibus eius diurnis*, ut in Cod. XI. Plutei XLV. Catalogi Tom. II. pag. 344. §. II. Tandem ante tituli repetitionem in calce totius recenſiti Operis appoſitam legitur: *Liber Colucii Pierii de Salutatis.*

III. pag. 188. *b.* Innocentii Papae III. Epiſtola miſſa Ottoni Imperatori, qui exſtitit inobediens Eccleſiae. Inc. *Quamvis ad regimen Apoſtolicae Sedis.* Def. *nos quidem non poterimus evitare, ſi in tua diu duraveris pravitate, quin te mucrone anathematis feriamus.*

IV. pag. 189. Epiſtola, quam Dominus Papa miſit in Franciam Domino Archiepiſcopo Rotomagenſi, & Suffraganeis ſuis, quando Dominus Ludovicus Rex Franciae cum populo Chriſtiano paſſus fuit conflictum apud Manſuram. Inc. *Propinatum nuper ab Oriente dirae amaritudinis calicem cum lacrymis haurientes.* Def. *noſtram & Apoſtolicae Sedis gratiam obtineatis plenius & favorem.*

V. pag. 190. Epiſtola miſſa per Dominum Papam Reginae Franciae, quando Dominus Ludovicus Rex Franciae paſſus fuit conflictum apud Manſuram. Inc. *Tibi maeſtae, nos triſtes pagina lugubri triſtitiam deſtinamus.* Def. *ut non tardet ſuper his miſericorditer providere, ac in illata adverſitate conſolationis medelam apponere opportune.*

VI. pag. ead. *b.* Epiſtola miſſa per Dominum Papam Regi Franciae, quando idem Rex cum Chriſtianitate captus fuit a Saracenis apud Manſuram. Inc. *Guſtaſti plurimum, chariſſime fili, de amaritudinis calice.* Def. *a quibus audire velis & attendere benignitatis tuae clementia conſueta, quae per eos tibi proponenda providimus una voce. Datum Lugduni tertio Idus Auguſti Pontificatus noſtri anno VIII.*

VII. pag. 191. *b.* Expoſitio Salutationis Angelicae. Inc. *Ave Maria &c. Haec eſt ſalutatio Gabrielis Archangeli ad Mariam Virginem.* Exponitur ſic. *O Maria, quae plenitudinem gratiae in te habes &c.* Def. *ut digni ſimus hunc fructum recipere benedictum, quod ipſe praeſtare dignetur, qui vivit &c.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, diligenter exaratus, & non inelegantibus picturis in principio Operum Aegidii, & Caſſiodori decoratus, in quibus illum Philippo primogenito Regis Francorum, hunc neſcio cui Regi volumina ſiſtentes ſua videre eſt; praeterea primae paginae infimam oram, Mariae Virginis ab Angelo annunciatae exornat imago; tum ſingulorum Librorum initiales litterae ſunt illuminatae, num. 578. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 192.

PLVTEVS XVII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VI.

CODEX I.

HENRICI DE GANDAVO QVODLIBETA.

HEnrici de Gandavo (1) Quodlibeta XV. Primum inc. *Quaerebantur in noſtra diſputatione generali quaſi 47. quaedam circa pertinentia ad primum principium &c.* Vltimum def. *melius autem quod in iis faciamus invenire non poſſumus, quam orationes ad Dominum Deum noſtrum, ut miſereatur noſtri. Amen.* Tum ſequitur tabula Quaeſtionum, quas unumquodque continet ex quindecim Quodlibetis. Haec autem Theologica Quodlibeta, ſive Quaeſtiones Pariſiis diſputatae in IV. Libros Sententiarum, editae fuere apud Badium Pariſ. MDXVIII.

In ultimo folio legitur: *Iſtud Quodlibet Henrici de Gandavo aſſignavit Societas Horti Sancti Michaëlis Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, num. 580. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 372.

FR.

(1) Henricus Goedhals (Bonicollius) Gandavenſis, vel Mudanus etiam, a Muda, Gandavi Suburbio, Doctor Pariſienſis, Archidiaconus Tornacenſis, & inter ſcholaſticos *Doctoris ſolemnis* titulo celebratus, obiit Tornaci A. MCCXCIII. die VIII. Sept.

FR. IACOBI DE VITERBIO.

Cod. II. FRatris Iacobi de Viterbio Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Pariſienſis (1) Quodlibeta II. Primum inc. *In diſputatione de Quolibet praehabita, quaeſita ſunt in univerſo viginti duo.* Alterum deſ. *quarumcumque una Religio ab alia ſecundam perfectionem in inſtitutum non excedatur. Explicit ſecundum Quodlibet. Deo gratias. Amen.*

Explicit Liber totus, qui ſcripſit ſit benedictus.

Explicit hoc totum, Magiſter, da mihi potum.

Explicit ſecundum Quodlibet Magiſtri Iacobi de Viterbio Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Doctoris & Magiſtri in facultate Theologica Par. Sequitur deinde ab alia manu index quaeſtionum in unoquoque Quodlibeto contentarum. Inter huius Iacobi Scripta memorantur a Trithemio C. 534. Quodlibeta IV. Pariſiis diſputata. Vid. Fabric. Biblioth. Med. Tom. IV. pag. 22.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus litteris coloratis, num. 581. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 95.

ANON. QVAESTIONES DISPVTATAE, ET QVODLIBETA TRIA.

Cod. VI. I. pag. 1. ANonymi Quaeſtiones diſputatae numero XLVI. Prima inc. *Quaeritur utrum Deus ſit ſumme ſimplex? Videtur quod non, quia compoſitum nobilius eſt quam ſimplex, ut probabo.* Vltima deſ. *quae autem de iſta quaeſtione dicta ſunt, ſine temeraria aſſertione dicta ſunt. Expliciunt Quaeſtiones ſecundae partis, ſeu de homine.*

II. pag. 144. Anonymi Quodlibeta III. quorum primum continet Quaeſtiones XXII. ſecundum Quaeſtiones XXXI. tertium Quaeſtiones XXVIII. Primum inc. *In noſtra diſputatione de Quolibet, quaedam fuerunt de Deo, quaedam de Creaturis.* Vltimum deſ. *ſi in aliqua Quaeſtionum mearum inveniretur aliquid corrigendum, vel obſcurum, poſtquam mihi eſt oſtenſum, paratus eſſem corrigenda corrigere, & obſcura explanare prout ſcirem & poſſem. Expliciunt.* Tum ſequitur accuratiſſima tabula omnium Quaeſtionum, quae in hoc Volumine continentur.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, num. 585. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 200.

ANONYMI QVAESTIONES DISPVTATAE.

Cod. VII. ANonymi Quaeſtiones diſputatae. Inc. *Quaeritur utrum gaudium accidentale Beatorum continuetur in aeternum uniformiter, vel diſcontinuetur, vel remittatur.* Deſ. *& non ſequetur aliquod inconveniens, ipſe enim inſufficienter oſtendit in argumento.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 586. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 187.

ANONYMI TRACTATVS VARII.

Cod. VIII. I. pag. 1. ANonymi Tractatus de Numeris. Poſt breviſſimam introductionem, quae inc. *Omnia, Domine Ieſu, recte ſapientia, numero, menſura, & pondere diſpoſuiſti &c.* Caput I. inc. *Tractant quidem mundi ſapientes de numeris, Metaphyſicus, Arithmeticus, Geometra, & Muſicus.* Caput ultimum deſ. *contra ſcripturas nemo Chriſtianus, contra Eccleſiam nemo pacificus ſenſerit. Explicit.*

II. pag. 8. Explanatio in illa Evangelii verba: *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me &c.* Inc. *Ratione ab intellectu inventa, & experientia in ſenſu facta perpendimus, quod ubi actionis difficultas non retrahit, obiecti ſuavitas attrahit.* Deſ. *vel minor, cum eſt remotior ab oculo, quam res ipſa fuerit.*

III. pag. 30. *b.* Explanatio in illa Evangelii verba: *Simile eſt regnum caelorum homini qui ſeminat bonum ſemen in agro ſuo.* Matth. 14. & in alia: *detinebant illum, ne diſcederet ab eis &c.* Inc. *Iſtud verbum ultimum ſcribitur Luc. 14. ubi notatur, quod inter omnia officia hierarchia nobilis: ſuum officium eſt evangelizare regnum Dei.* Deſ. *a quo ſupplicio nos liberatos perducat Filius Dei ad regnum caelorum, quod nobis praeſtare dignetur &c.*

IV. pag. 35. Tractatus varii Theologico-Morales ſine ullo titulo. Inc. *Dicit Auguſtinus primo de Libero Arbitrio, quod docti & ſtudioſi quanto remotiores ſunt a labe terrena, tanto magis & numerum & ſapientiam cum ipſa virtute contuentur.* Deſ. *item hoſtis huius fortiter cavenda eſt & repellenda tentatio, quia non dimittet unumquemque noſtrum tentare, qui illum tentavit, qui erat virtute potentior, artis pugnae peritior, ſpiritualibus armis munitior, & non cecidit vulneratus, ſicut primus homo.* Agitur autem, praeter varias SS. PP. ſententias explicatas, de munditia cordis, de con-

(1) Cognominatus eſt *Doctor ſpeculativus*, & ex Beneventano Archiepiſcopus Neapolitanus ab A. MCCCIII. ad A. MCCCVIII. Vid. Vghellum Tomo VI. pag. 119. & Tom. VIII. pag 143.

conſcientiae puritate, de miſericordiae exhibitione, de poenitentia, de bona converſatione, de patientia, de gula, de extremo iudicio, de virtute fortitudinis &c.

V. pag. 71. Anonymi Quaeſtiones Theologicae diſputatae. Prima eſt, *utrum poſſit intelligi Hypoſtaſis Divina omni proprietate perſonali circumſcripta?* Solutio inc. *Quod ſic videtur, quia dicit Auguſtinus VII. de Trinit. ſi Pater non eſt aliquid ad ſeipſum &c.* Vltima, *Vtrum damnati, ſi daretur eis optio, mallent actuali electione omnino non eſſe, quam ſic eſſe?* Solutio deſ. *& ideo praemiat, & ſic glorificat ſine omni triſtitia, ſed non punit ſine omni delectatione.* Tum verſiculi:

Finito Libro ſit laus & gloria Chriſto.
Qui ſcripſit ſcribat & longo tempore vivat.

Omnis qui furatus fuerit illum librum anathema ſit, quoniam qui non cognoſcit ea quae . . . . . In his autem verbis abſolvitur pagina.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis. num. 587. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 176.

ANONYMI COMPILATIO DIVERSORVM ARGVMENTORVM &c.

Cod. X. ANonymi Compilatio diverſorum argumentorum recollectorum a diverſis auctoribus, praevio indice materiarum per alphabetum (1). Inc. *Lactans eſſe certum de excellentia alicuius.* Deſ. *ſed iſtud eget inquiſitione maiori, quam cauſa brevitatis omittam, in dictis finem imponam. Explicit Compilatio quaedam diverſorum argumentorum recollectorum a diverſis doctoribus in Univerſitate Oxoniae, ordinata ſatis utile per Reverendum Fratrem* . . . . . . (2) *Sacrae Theologiae Magiſtrum eiuſdem Univerſitatis de Ordine Carmelitarum, ſcripta per me F. I. Fey de Florentia Ordinis Fratrum Minorum in Conventu Oxoniae anno Domini MCCCXCIII. die ſequenti feſtum 40. Martyrum ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.*

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, intricatiſſimae ſcripturae, num. 590. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 113.

PLVTEVS XVIII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

C O D E X I.

A R Z A T Z E L I S A L M A N A C H.

ARzatzelis Almanach perpetuum. Inc. *Quia omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, & maxime res occultas.* Deſ. *a principio eclipſis uſque in finem eius. Explicit doctrina Canonum ſuper Almanach perpetuum omnium planetarum.* Tum ſequuntur Tabulae uſque ad finem Codicis. Anonymi Liber, ſeu ſcriptum ſuper Librum Tabulae Aſtronomicae, ſeu ſiderum Arzatzelis Philoſophi occurrit in Codice VI. Plut. XXIX. Catalogi Tom. II. pag. 8. quem vide.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, diligenter exaratus, cum titulis rubricatis, num. 591. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 60.

ANON. THEORICA PLANET. THEBITH. ET ARZATZELIS ASTRONOMICA QVAEDAM.

Cod. II. I. pag. 1. THeorica Planetarum. Inc. *Circulus eccentricus, vel egreſſae cuſpidis, vel egredientis centri dicitur.* Deſ. *& non corporaliter.* Tum ſubditur: *Explicit Theorica Planetarum.*

II. pag. 7. b. Liber Thebith Rencorah (3) de motu octavae ſperae. Inc. *Imaginabor ſperam aequatoris.* Deſ. *in linea numeri. Explicit Liber Thebith de motu octavae ſpherae, cuius motus figura deſignatur in hoc folio.* Inde ſequitur figura.

III. pag. 11. Sequuntur Tabulae plures, quarum primae inſcribuntur:

i. *Tabula inventionis temporis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

ii. *Tabula inventionis temporis Arabum.*

iii. *Tabula inventionis temporis Alexandri Regis Graecorum.*

iv. *Tabula inventionis temporis Gezdagirt Regis Perſarum &c.*

IV. pag. 89. Canones Arzatzelis ſuper tabulas Toleranas. Inc. *Quoniam cuiuſque actionis, temporis metitur ſpatium, caeleſtium motuum doctrinam quaerentibus, eius prima ratio occurrit inveſtiganda.* Deſ. *90. graduum.*

(1) Hunc Codicem memorat Cl. Laur. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. cccxli.
(2) Nomen eraſum eſt.
(3) De eo aliquid attigimus Catalogi Tom. II. pag. 5. not. a.

Digitized by Google

V, pag. 115. Almanaeh praeſati Iudaei de Monte Peſulano perpetuum, ut in Codice ſuperiore, ubi dicitur *Arzatzeli*, Tum ſubditur: *Explicit doctrina in Almanaccum perpetuum*. Inde ſequuntur tabulae pluꝛes uſque ad finem Codicis.

Codex membranae. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, eum initialibus aliquot auratis & coloratis, titulis rubricatis, num. 592. deſignatus. Conſtat foliis ſcripris 178.

ALGORISMVS, ET IO. DE SACROBOSCO TRACTATVS VARII.

Cod. III. I. pag. 1. ALgoriſmus, ſive ratio numerandi, ut in Codice XV. Plutei XXIX. Catalogi Tom. II. pag. 34 §. I.

II. pag. 8. *b.* Magiſtri Ioannis de Sacroboſco Tractatus de Sphaera, ut in Codice XXXVIII. Plutei XXIX. ibid. pag. 54. § I.

III. pag. 25. *b.* Eiuſdem Computus. Inc. *Computus eſt ſcientia conſiderans tempora ex Solis & Lunae motibus*. Deſ.

Eccleſiae Chriſti quod nos hinc fructificemus.

Explicit Computus Magiſtri Ioannis de Sacroboſco.

IV. pag. 51. Canon in Kalendarium Lincolnienſis. Inc. *Ad habendam notitiam huius Kalendarii ſciendum, quod 19. litterae alphabeti &c.* (1) Inde ſequuntur Tabulae duodecim Menſium.

V. pag. 59. Tractatus Quadrantis ſecundum modernos. Inc. *Geometricae duae ſunt partes, theorica, & practica*. Deſ. *& productam dabit capacitatem. Explicit Tractatus Quadrantis*, eui adiiciuntur Tabulae quaedam.

VI. pag. 68. *b.* Tractatus Aſtrolabii. Inc. *Scito, quod Aſtrolabium eſt nomen Graecum, cuius interpretatio eſt acceptio ſtellarum*. Deſ. *talis eſt comparatio ſtaturae tuae ad planiciem. Explicit Practica Aſtrolabii*.

VII. pag. 90. Theorica planetarum, & primo de theorica motus Solis & eirculi eius. Inc. *Circulus eccentricus vel egreſſae cuſpidis, vel egredientis centri dicitur*. Deſ. *conſiderata titulo aggregati, aut reſidui*. Habetur etiam in Codice ſuperiure §. I. ſed heic in fine longior Tractatus.

VIII. pag. 101. *b.* Liber Thebit Bencorath filii Chore de motu octavae ſphaerae, ut ibid. § II.

IX. pag. 106. *b.* Eiuſdem Liber de iis quae indigent expoſitione, antequam legatur Almageſtum. Inc. *Aequator diei eſt circulus maior, qui deſcribitur ſuper duos polos*. Deſ. *aut propinqui oppoſitioni Solis, erunt tunc retrogradi. Explicit Thebit*.

X. pag. 111. *b.* Eiuſdem de recta imaginatione Sphaerae Caeleſtis, ut in Codice III, Plut. XXIX. Catalogi Tom. cit. pag. 6. §. V.

XI. pag. 114. Eiuſdem de quantitatibus Stellarum. Inc. *Ptolemaeus & alii ſapientes poſuerunt corpus Terrae*. Deſ. *ſicut poteſt videri in ſphaera*.

Codex membranae. Ms. in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, eum figuris mathematicis & aſtronomicis, haud ineleganter delineatis, titulis rubricatis, & initialibus coloratis, in cuius prima pagina adeſt indiculus eorum, quae in Codice continentur, & tabula ſtellarum fixarum ſecundum diſtantiam earum ab ecliptica Solis, num. 593. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 116.

(1) Occurrit etiam in Codice XXIV. Plutei XXX. Catalogi Tom II. pag. 81. §. VII. De hoc auctore aliquid attigimus ibid. pag. 57. not. 2.

STATII THEBAIS.

STatii Papinii Surculi de Nervona, ſive Tholoſa digniſſime laureati Thebaidos Libri XII. ad Domitianum Imperatorem, praevio ſingulis argumento metrico, ut in Codice I Plutei XXXVIII. Catalogi Tomo II pag. 259. §. I, Adſunt marginales & interlineares notulae Fratris Thedaldi de Caſa, qui totius etiam Codicis videtur ſcriptor, quique nomen ſuum ita in fine prodit: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus MCCCCVI.* Cod. IV.

Codex partim membranac. (2) partim chartac. in fol. min. Saec. XV. ineuntis, figuris monſtruoſis ad ſingulos Libros ornatus, & cum icone Statii in principio, Imperatori opus ſuum offerentis, num. 662. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 115.

ANONYMI TABVLAE ASTRON.

TAbulae Aſtronomicae Anonymi. In Codicis tegumento legitur *Prophetia Merlini*, quae inc. *Poſt Galli fugam in Galliam, ſuperbis civitas nomine ſui fluminis appellata, obſidetur, tota Liguria fremit, deflorantur in Thuſcia proles laeſae matris &c.* Cod. V.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum titulis rubricatis, num. 594. notatus. Conſtat foliis ſeriptis 69.

GERLANDI, BALDOVINI, BEDAE, IO. THEBIT VARIA.

I. pag. 1. CAlendarium Aſtronomicum duodecim Menſium, praevio monito. Cod. VI.

II. pag. 9. *b.* Gerlandi Tabulae duae, quarum

(2) Eraſa in membrana antiquiore ſcriptura, haec nova ſuperinducta eſt.

rum una inſcribitur: *Haec eſt Tabula principalis, per quam fit Tabula Ceres Paſchalis*; altera: *Contratabula*. Tum pag. 10. *b*. ſubiicitur compoſitio iſtarum Tabularum, & primo *principalis*, quae inc. *Ad compoſitionem Tabulae principalis Gerlandi, & Cycli Solaris*. Deſ. *litteram Dominicalem reperies*.

III. pag. 11. *b*. Tractatus Computi manualis Magiſtri Baldovini de Mardochio continens tria Capitula. Primum inc. *Ad habendum in manu prompte in quo die menſis ſit*. Vltimum deſ. *in alio anno quolibet Chriſti dato*.

IV. pag. 17. *b*. Compoſitio Tabularum Sinigonis. Inc. *Sinigonis duae Tabulae ſubſcriptae ſic formantur*. Deſ. *uſque ad adventum Domini, & haec de Tabulis Suigonis* (ſic) *ſufficiant*.

V. pag. 19. Modus componendi Tabulam Bedaa Presbyteri. Inc. *Tabula Bedae ſic componitur. Ponantur in ſuperiori parte tranſverſaliter &c.* Tum ſubiicitur ipſa Tabula.

VI. pag. 20. Algoriſmus, ut in Cod. III. huius Plutei §. I.

VII. pag. 29. Computus Magiſtri Ioannis. Ibid. §. III.

VIII. pag. 59. *b*. Tractatus Quadrantis. Ibid. §. V.

IX. pag. 69. Theorica Planetarum, & primo de Theorica motus Solis &c. Ibid. §. VII.

X. pag. 79. *b*. Liber Thebit de motu octavae Sphaerae. Ibid. §. IX.

XI. pag. 85. Eiuſdem Liber de iis, quae indigent expoſitione, antequam legatur Almageſtum. Ibid. §. X.

XII. pag. 89. *b*. Eiuſdem de Imaginatione Sphaerae & Circulorum eius diverſorum. Ibid. §. XI.

XIII. pag. 92. *b*. Eiuſdem de Quantitatibus Stellarum & Planetarum. Ibid. §. XII. Finis tamen diverſus, definit enim: *modicum remanſit*.

XIV. pag. 94. Sequuntur alia manu:

I. *Tabula ſtellarum fixarum, quae ponuntur in Aſtrolabio, cum gradibus quibus caelum mediant, & cum diſtantia earum linea*.

II. *Tabula Magiſtri Petri de Datia ad ſciendum in quo ſigno ſit Luna, & quolibet die anni a media nocte ſui incepto*.

III. *Canon ad ſciendum diſpoſitionem Tabulae Gerlandi principalis &c.*

In principio Codicis alia item manu occurrit *Ars Cylindri*, & *Horologium itinerantium, ſive viatorum*.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, initialibus coloratis, & figuris mathematicis haud inelegantar depictis, num. 595. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 96.

ELBVLKASSEM ELMVTHAR TACVINVM SANITATIS.

TAcuinum Sanitatis in medicina ad narrandum ſex res neceſſarias, & in narratione iuvamenti ciborum, & potuum, & indumentorum, & nocumentis ipſorum, & in remotione nocumentorum, iuxta conſilia meliorum ex antiquis. Compoſuit autem hunc librum Elbulkaſſem Elmuthar filius Dahabdim filii Battilan medici de Beraldach. Praecedit Prologus, qui inc. *Tacuinum ſanitatis de ſex rebus quae ſunt neceſſariae cuilibet homini*. Deſ. *quae narrabimus in ultimo huius libri cum auxilio Altiſſimi*. Tum ſubiicitur Tabula Rubricarum, quae continentur in XL. paginis, quae totum Opus complectuntur, & materiarum index alphabeti ordine diſpoſitus. Rubrica prima, ſeu Caput primum inſcribitur: *De fructibus recentibus & eorum ſpeciebus*. Vltimum *De mutatione aëris per tempora, & regiones, & de corruptione aëris, & medicamento contra venena*. Illud inc. *Canones quibus noſcuntur naturae ciborum &c.* Hoc vero deſ. *rogamus igitur Deum, ut perducat nos ad viam congruitatis, & quod praebeat nobis intellectum habendi notitiam glorificandi & laudandi eum, ſicut pertinet maieſtati ſuae*. Inde declarantur nomina auctorum, quorum teſtimonia adferuntur. Concordat cum editione Argentoratenſi apud Io. Schottum MDXXXI. fol. a pag. 5. ad pag. 118. ubi varias lectiones Codicem inter ac editum animadvertimus. In calce Codicis ſcriptor ita ſe rubrica prodit: *Et ego Falivacius de Montenapoli hoc Opus Altiſſimi adiutorio ſcripſi. Deo gratias*. Cod. VII.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, cum titulis & initialibus rubricatis, & coloratis, ac monſtruoſa pictura in principio, num. 596. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 42.

AVICENNAE PRACTICA.

PRactica Avicennae in decem partes diſtributa, praevia ſingulis Capitum tabula, ex translatione Conſtantini Africani Montis Caſſinenſis Monachi de Arabico in Latinum. Partis primae Caput I. *De diſpoſitione regendorum ſanorum* inc. *Quia in prima particula noſtri Libri Pantegni, quae Theorica nuncupatur, diximus rationabiliter, quantum oportet medicum ſcire ac intelligere*. Partis decimae Caput ultimum *De vinis & aquis conficiendis* deſ. *cum opus fuerit, palatum & uvam liniet, aut gargarizandum. Explicit decima particula Practicae Pantegni, qui dicitur regularis diſpoſitio Haly filii Abae*. Tum ſequuntur ſynonyma Herbarum ordine alpha- Cod. VIII.

 be-

betico diſpoſita, item ex Conſtantini tranſlatione de Arabico in Latinum. Inc. *Aſſimiſia, ideſt matricaria. Acoſtia, ideſt Sucus prunellarum agreſtium &c.* Tandem occurrunt verſiculi:

Finito Libro ſit laus & gloria Chriſto.
Qui ſcribi fecit benefaciat Deus ei. Amen.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 597. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 90.

BARPTOLEMAEI ANGLICI DE PROPRIETATIBUS RERUM.

Cod. IX. FRatris Barptolemaei Anglici, licet nomen non appareat, Opus de Proprietatibus Rerum in Libros XIX. diviſum; in hoc tamen Codice deſinit in Libro XVIII. Primus Liber inc. *Quum proprietates rerum ſequantur ſubſtantias, ſecundum diſpoſitionem & ordinem ſubſtantiarum.* Liber XVIII. def. *venenum viperae ſanare conſuevit. Explicit XVIII. Liber de natura beſtiarum.* Barptolemaeus Anglicus de Glanvilla Ord. Min. anno circiter MCCCLX. auctor eſt huius Operis impreſſi Argentinae MCCCCLXXXVIII. & alibi. Vide Fabric. Bibl. Med. Tom. I. pag. 179.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. cum initialibus coloratis, num. 598. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 210.

FL. IOSEPHI ANTIQUIT. IUDAICAE, ET DE VETUSTATE IUDAEOR.

I. pag. 1. FLavii Ioſephi Antiquitatum Iudaicarum Libri XX. praevia ſingulis Capitum tabula, & Prologo in principio, ut in Codice II. Plutei LXVI. Catalogi Tom. II. pag. 783. §. I. Cod. X.

II. pag. 349. Eiuſdem de vetuſtate Iudaeorum Libri II. ut ibid. §. II.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Featris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms in fol. maiori Saec. XV. ſupra quam dici poſſit elegantiſſimus, cum initialibus Librorum auro variiſque coloribus eleganter illuminatis, & cum icone auctoris in littera initiali, num. 599. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 372.

PLUTEUS XIX. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. IX.

CODEX I.

FL. IOSEPHI ANTIQ. IUDAICAE, ET DE VETUST. IUDAEOR.

I. pag. 1. FLavii Ioſephi Antiquitatum Iudaicarum Libri XX. praevia ſingulis Capitum tabula, & Praefatione, ut in Codice II. Plutei LXVI. Catal. Tom. II. pag. 783. §. I.

II. pag. 210. Eiuſdem de vetuſtate Iudaeorum Libri II. ut in cit. Cod. §. II. In calce poſtremi Libri legitur: *Explicit Liber ſecundus Flavii Ioſephi de vetuſtate Iudaeorum.*

Codex membran. Ms. in fol. maiori Saec. XI. binis columnis, cum initialibus pictis, & titulis rubricatis, ab alia manu, ſed antiqua in fine ſuppletus, num. 599. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 224.

FL. IOSEPHI DE BELLO IUDAICO.

Cod. II. FLavii Ioſephi de Bello Iudaico Libri VII. cum Prologo, ut in Codice VI. Plutei LXVI. Catal. Tom. II. pag. 785. § II.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Featris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Florentini Conventus anno Domini MCCCCX. die XIV. Decembris.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. binis columnis, Saec. XV. ineuntis, com titulis & initialibus rubricatis, num. 601. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 132.

EGESIPPUS DE EXCIDIO HIEROSOL.

EGeſippi de Excidio Hieroſolymitano Libri V. anepigraphi, cum Prologo, ut in Codice I. Plutei LXVI. Catal. Tomo II. pag. 781. §. II. Cod. III.

In prima pagina adnotatum eſt: *Iſte Liber fuit ad uſum Featris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 4 Saec. XV. ele-

gantiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 219.

FL. IOSEPHI DE CAPTIVIT. IVD. ET DE VETVSTATE IVD.

Cod. IV. I. pag. 1. FLavii Ioſephi diſertiſſimi hiſtoriographi de Captivitate Iudaica, in quo ſeptem continentur Libri, ut in Cod. II. huius Plutei. In fine legitur: *Explicit Liber ſeptimus Flavii Ioſephi de Captivitate Iudaica IX. Kal. Novembris MCCCCLV. die Veneris de ſero per NB. Finis.*

II. pag. 203. Eiuſdem de Vetuſtate Iudaeorum Libri II. ut in Cod. I. huius Plutei §. II. Heic tamen praemittitur D. Hieronymi teſtimonium de Ioſepho.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum.*

Codex membranaceus Ms. in fol. Saec. XV. elegantiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, & Summariis aliquot marginalibus, num. 600. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 234.

EVSEBII HIST. ECCLES. RVFINO INTERPRETE, ET CHRONICA MARTINIANA.

Cod. V. I. pag. 5. EVſebii Caeſarienſis Epiſcopi Hiſtoria Eccleſiaſtica Libris XI. a Rufino Presbytero e Graeco in Latinum traducta, cum ipſius Rufini Praefatione, ut in Codice XII. Plutei LXVII. Catalogi Tom. II. pag. 823. §. I.

II. pag. 75. *b.* Hymnus ad Deiparam, & Ieſum verſibus xcvi. Inc.

Quid miraris, ſi Maria dominatur omnibus,
Ex qua nata eſt Sophia repromiſſa Patribus,
Quae lucerna, lux, & via eſt peregrinantibus?
Semper ergo benedicta ſit Regina Virginum,
Veſte Solis ens amicta, ferens ventre Dominum;
Nulla talis eſt confecta pro ſalute hominum.

Deſ.

Sit poſt Chriſtum laus Mariae ſingulari Virgini,
Stellae clarae, matri piae, genitrici Domini,
Per quam ſalus noſtrae viae patet omni homini.

III. pag. 77. Chronica Martiniana, ſeu Martini Poloni Ord. Praedicatorum, cui praemittitur Notitia Eccleſiarum Urbis, & Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani. Concordat quoad Prooemium, Prolegomena, & initium utriuſque Chronici, Pontificum ſcilicet, & Imperatorum, cum Codice XLVIII. Plutei LXV. Catalogi Tom. II. pag. 766. Finis vero diverſus; Chronicon enim Pontificum deſinit in Nicolao III. qui ibi dicitur ſediſſe annos III. & Chronicon Imperatorum deſinit in Frederico II. cuius ultima verba ſunt: *Rex etiam Navarrae, qui infirmus de Africa proceſſerat in Siciliam veniens, eſt defunctus.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, duplici manu exaratus, num. 603. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 118.

EVSEBIVS DE TEMPORIBVS CVM ADDITIONIBVS HIERONYMI ET PROSPERI.

COdex eſt anepigraphus, ſed continet Euſebii Chronicon, ſeu Opus de Temporibus, a D. Hieronymo Latine redditum, & cum Additionibus eiuſdem Hieronymi, & Proſperi. Praecedit autem obteſtatio exſcriptoris, & Hieronymi Epiſtola ad Vincentium & Gallienum, ut in Codice XI. Plutei LXVII. Catalogi Tom. II. pag. 821. §. I. cum quo mirifice omnia quoad initium & finem concordant. Hunc Codicem, quoad Proſperi Chronicon, perpendit clariſs. vir Franciſcus Antonius Zacharia (1) in Excurſ. Litter. per Italiam Venet. MDCCLIV. 4. Vol. I. pag. 223. ſeqq. & ex eo lectiones aliquot a Vallarſiana inter S. Hieronymi Opera editione, quacum Codicem contulit, diſcrepantes, adſcribit, Conſulatus omnes adiiciens, ut eas facile quis invenire poſſit. Has igitur variantes, utpote e Codice optimae notae deſumptas, hoc loco ſubiicere operaepretium duximus (2). Ita igitur habent: Cod. VI.

Vallarſii editio.	*Codex Ms.*
Secuta ſunt.	Conſecuta ſint.
Concremato, Romanorum XLI. Gratianus cum fratre Valentiniano.	Concremato; Gratianus cum fratre Valentiniano XLI.
Auſonio, & Olybrio.	
Et ei.	Eique.
Lon-	*Omit-*

(1) Male tamen indicatur, tamquam ad Pluteum XVIII. pertinens, & numero CCXXI. notatus. Saeculo deinde XIII. ad quod refertur, multo eſt recentior.

(2) Id nos eo libentius fecimus, quia Codicis lectionem in aliquibus locis a laudato Zacharia ſecus ac revera eſt, exhibitam fuiſſe comperimus.

Vallarſii editio.		*Codex Ms.*
Longobardi *uſque* agnoſcitur.		*Omittit.*
	Gratiano V. & Theodoſio.	
Ambroſius pro Catholica fide multa ſublimiter ſcripſit.		Pro Catholica fide multa ſublimiter Ambroſius ſcribit.
Theodoſius *uſque* eſſe negantem.		*Omittit.*
Evagrio & Eucherio Coſſ.		*Siagrio, & Eleucerio.* (Codex ſemper omittit *Coſſ.* niſi aliter monuero.)
Gregorius *uſque* obiit.		*Omittit.*
Antonio, & Syagrio Coſſ.		*Antonino, & Siagrio.*
XV. quo fuerat ſuſceptus, die.		XV. die, quo fuerat ſuſceptus.
	Merobaude II. & Saturnino.	
Petronius *uſque* moritur.		*Omittit.*
Ricimere, & Clearcho Coſſ.		*Ricomede, & Clearco.*
Syricius XXXVI.		XXXVI. Sericus.
	Arcadio, & Bautone.	
Toto iam mundo clarus habitat in Bethleem.		In Bethleem toto iam mundo clarus habitabat.
	Honorio Nepote, & Evodio.	
	Valentiniano III. & Eutropio.	
	Theodoſio II. & Cyneio.	
Interfectus eſt.		Eſt interfectus.
	Timaſio & Promoto.	
Longobardi uſque XXXIII.		*Omittit.*
Valentiniano IV. & Neoterio Coſſ.		*Valentiniano IV. & Neotheorio Coſſ.*
Signum *uſque* recondit.		*Omittit.*
	Titiano & Symmacho.	
Eugenius *uſque* uſurpavit.		*Omittit.*
	Arcadio II. & Rufino.	
Ductus.		Perductus.
Exitu.		Exercitu.
Regnat cum Arcadio.		Cum Arcadio regnat.
	Theodoſio III. & Abundantio.	
Honorium *uſque* factae ſunt.		*Omittit.*
	Arcadio III. & Honorio.	
Olybrio, & Cenſorino.		*Olybrio, & Probino.*
Eugenium.		Eugenium tyrannum.
Poeta.		Inſignis poeta.
Regnat.		Regnavit.
	Arcadio IV. & Honorio III.	
Terraemotus *ad* claret.		*Omittit.*
	Caeſario, & Attico.	
Flacilla *ad* inſignis.		*Omittit.*
Honorio IV. & Eutychiano Coſſ.		*Honorio IV. & Eutitiano.*
Anaſtaſius XXXVII. Romanae.		Romanae Eccleſiae epiſcopatum XXXVII.
Eccleſiae epiſcopatum tenet annos III. dies XXI.		Tenet Anaſtaſius A. III. diebus XXII.
Mallio Theodoro V. C. Coſ.		Mallio, & Theodoro II. Coſ.
	Stilicone, & Aureliano.	
Vincentio & Fravitta Coſſ.		*Vincentio, & Fabritio.*
Pars eorum.		Pars.
	Arcadio V. & Honorio V.	
Pugnatum eſt.		Pugnatum.
Innocentius XXXVIII. Romanae Eccleſiae praeeſt epiſcopus.		Romanae Eccleſiae XXXVIII. praeeſt Epiſcopus Innocentius.
	Theodoſio Auguſto, & Rumorido.	
Eudoxiae *ad* poſita eſt.		*Omittit.*
Honorio VI. & Ariſteneto Coſſ.		*Honorio VI. & Ariſtoneto Conſ.*
Eudoxia *ad* clauſit.		*Omittit.*
	Stilicone II. & Anthemio.	
	Arcadio VI. & Probo.	
	Honorio VII. Theodoſio II.	
Ex infima *ad* nominis.		*Omittit.*

Baſ-

Vallarſii editio.	*Codex Ms.*
Baſſo & Philippo.	
Honorio VIII. & Theodoſio III.	
Occupaverunt.	Occuparunt.
Flavio Varrone V. C. Conſ.	
Orbis quondam victrix.	*Omittit.*
Quod &	Quod in
Theodoſio Auguſto IV. Conſulatu ſuo.	
Honorio IX. & Theodoſio V. Coſſ.	
Cauſſa fuit.	Mareris fuit.
Luciano V. CL. Coſſ.	
Iovinus.	Lavinus.
In Gallis.	In Gallias.
Exeruit.	Exerit.
Conſtantio V. C. Conſule.	*Conſtantio vero Conſ.*
In Gallia.	In Galliis.
Honorio X. & Theodoſio VI.	
Ad Hiſpaniam.	Ad Hiſpanias.
Theodoſio VII. & Palladio.	
Reddidit.	Reddit.
Zoſimus xxxix. Romanae Eccleſiae Epiſcopatum ſuſcipit.	Romanae Eccleſiae Epiſcopatum xxxix. ſuſcipit Zoſimus.
Diebus VIII.	Diebus IX.
A Pontifice.	A Papa.
Honorio XI. & Conſtantio II.	
Triumphans Romam.	Romam triumphans.
Honorio XII. & Theodoſio VIII.	
Pelagianis devotiſſime.	Devotiſſime Pelagianis.
CCXVII.	CCXIV.
Sexto Nonas Iulias.	*Omittit.*
Bonifacius *ad* diebus VI.	*Omittit.*
Maximo & Pluta.	
Conſtantius.	Romae XL. Epiſcopatum agit Bonifatius A. III. menſ. VIII. dieb. VI. Conſtantius.
Ei	Eidem.
Aquitania ſecunda.	Aquitanica.
Agricola & Euſtathio.	
Honorio XIII. & Theodoſio IX.	
Mariniano, & Aſclepiodoto.	
Caeleſtinus XLI. Romanae Eccleſiae praeſidet Epiſcopus.	Romanae Eccleſiae XLI. praeſidet Epiſcopus Caeleſtinus.
Praefuit.	Praeerat.
Theodoſius regnavit.	Regnavit Theodoſius.
Caſtino, & Victore.	
Theodoſio XI. & Valentiniano.	
Aſſumere.	Praeſumere.
Arelas.	Archila.
Theodoſio XII. & Valentiniano Auguſto II.	
Ierio, & Ardabure.	
Cum Bonifacium.	Dum Bonifacium.
Obſiderent.	Obſident.
Tranſiit.	Tranſit.
Felice, & Tauro.	
Non Deum.	Non etiam Deum.
Florentio, & Dionyſio.	
Factus eſt. Agricola.	Factus eſt ex agricola.
Epiſcopi Pelagiani.	Pelagiani Epiſcopi.
Inſimulatione.	Inſinuatione.
Actione.	Ad actionem.
Theodoſio XIII. & Valentiniano III.	
Et Grumnitum.	Egrunnitum.
Baſſo & Antiocho.	
Aetio & Valerio.	
Superaſſet.	Superaviſſet.

Theo-

Vallarſii editio.	*Codex Ms.*
Theodoſio XIV. & Maximo.	
Maxima *ad* habetur.	*Omittit.*
Aſpare, & Areobinda.	
Theodoſio XV. & Valentiniano IV.	
Per trigetium.	Per trigentium.
III Idus Februarii Hippone.	Hippone III. Idus Februarias.
Iſidoro, & Senatore.	
Sedibus vicina ſuis.	Vicina ſedibus ſuis.
Vertit.	Verterit.
Implevit.	Impleverit.
Aetio II. & Sigiſvulto.	
Piraticam barbarorum.	Piraticum barbarum.
Eutychius.	Eutitius.
Eutychii.	Eutitii.
Nec ideo, ut apparet.	Ideo, ut apparet, non.
Theodoſio XVI. & Fauſto.	
Theodoſio XVII. & Feſto.	
Auxiliantibus.	Auxiliantibus.
Atelenenſis.	Hecelanenſis.
De reiectione.	Deiectione.
Fidelis.	Fidelis, &.
Habetur.	Habebitur.
Vaſibus.	Vaſis.
DXXCV. alias DXXCIII.	DLXXXV.
Valentiniano V. Auguſto, & Anatholio Coſſ.	*Valentiniano Auguſto V. & Anatholio,*
Gratia.	*Omittit.*
Adductus.	Abductus.
Barbaros.	Barbarum.
Cyro V. C. Conſule.	*Cyro vero Conſule,*
Areobinda & Anaxilla.	Ariobindo & Anſila.
Dioſcoro & Eudoxio Coſſ.	*Dyoſcoro, & Leudoſio Con.*
De populatione.	Populatione.
Partium.	Provinciarum.
Etiam aliis.	Etiam ab aliis.
Maximo II. & Paterno Coſſ.	*Maximo II. & Paterio Con.*
Turpitudinem.	Turpitudines.
Patefactum eſt.	Patefactum ſit.
Induſtriam.	Induſtria.
Imitati.	Mutati.
Theodoſio XVIII. & Albino.	
Bledam.	Blebam.
Valentiniano VI. & Nomo.	
	Hic ſinit Proſper poſt Hieronymum.

Interim monendus eſt Lector in hoc Codice annos mundi adſcriptos eſſe margini, Conſulibus nempe Antonio, & Syagrio annos V̄DLXX., Conſulibus Arcadio II. & Rufino annos Mundi V̄DLXXX. & ſic deinceps in ſingula decennia, quamobrem Coſſ. Maximo II. & Paterno, ſeu, ut habet Codex, Paterio, notantur anni mundi V̄DCXXX.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. exeuntis, nitidiſſimus, cum titulis rubricatis, num. 604. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 75.

T. LIVII DECAS I. III. ET INITIVM IV.

Cod. VII. I. pag. 1. TIti Livii Patavini ab Vrbe condita Libri X. ſeu Decas prima, ut in Codice I. Plutei LXIII. Catalogi Tom. II. pag. 685. Heic autem ad calcem legitur ſequens monitum ab alia, ut videtur manu adiectum: *Inter decem praecedentes, & decem ſequentes Libros, debent eſſe decem alii Libri, & forte XX, de hoc eodem bello Sannitico, quod duravit fere per centum annos, ex quibus reſtant adhuc prope quinquaginta, item de primo bello Punico, quod ſucceſſit Sannitico, & duravit annis XXIII. item de geſtis aliorum XXIII. annorum, qui fluxerunt inter praedictum primum bellum Punicum, & ſecundum, de quo agitur in iſtis decem Libris ſequentibus. Et ſic deſunt hic Hiſtoriae nonaginta ſex annorum, vel circa. Et quod ita ſit, collige ex his, quae leguntur ſupra Libro VII. ab urbe condita* Cap. Maiora iam hinc bella, *& Libro X. Cap.* Superſtes etiam nunc, *& ſequentibus. Et infra Lib. III. de Bello Punico Cap.* Hoſtes Populi Romani Hannibal, & Li-

Libro X. ad finem Cap. Ita dimiſſi, *& in Prooemio Libri primi de Bello Macedonico.*

II. pag. 118. Eiuſdem de ſecundo Bello Punico, ſeu Decas tertia, praevia Capitum tabula, ut in Cod. III. Plutei LXIII. Loc. cit. pag. 686.

III. pag. 238. Eiuſdem de Bello Macedonico, ſeu Decadis quartae Libri duo priores tantummodo, quorum ſecundus eſt imperfectus, deſinit enim in verbis: *neque ego Chium expugnavi, ſed . . . .* quae paullo ante finem occurrunt.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum Summariis, & correctionibus aliquot marginalibus, num. 605. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 254.

T. LIVII DECAS III.

Cod. III. TIti Livii Patavini Hiſtoriographi excellentiſſimi de ſecundo Bello Punico Libri X. ſeu Decas III. ut in Codice ſuperiore §. II.

In fine legitur: *Explicit decimus & ultimus liber tertiae Decadis Livii. Deo gratias. Amen. Finitu de XXIII. Martii MCCCCLV. Iterum Deo gratias. Amen.* In primo autem folio haec alia adſcripta ſunt: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum, & Capitum auro, variiſque coloribus luculenter depictis, num. 606. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 199.

L. ANNAEI FLORI, SEXTI RVFI, ET IVSTINI EPITOMAE.

I. pag. 1. LVcii Annaei Flori Epitoma de Tito Livio, ut in Cod. XII. Plutei LXIII. Catalogi Tom. II. pag. 690. § II. *Cod. IX.*

II. pag. 57. *b.* Alia Epitoma Titi Livii ab Vrbe condita, auctore Sexto Ruſo, licet in Codice nomen non adpareat, ut in Cod. IX. Plutei LXIII. Catalogi Tom. cit. pag. 689. §. II. Heic tamen poſt verba *plures honores dedit*, in quibus deſinit in dicto Codice IX. ſubſequitur Caput inſcriptum *Bellum Etruſcum, Sanniticum, Gallicum*, quod inc. *Hactenus Populo Romano cum ſingulis gentium &c.* Deſ. *in victoriae pretium redegit.*

III. pag. 103. Pompeii Trogi Abbreviatio, ſeu potius Iuſtini Epitoma Hiſtoriarum Pompeii Trogi Libris XLIV. praevio Prologo, ut in Codice XI. Plutei LXVI. Catalogi Tom. cit. pag. 787.

In primo folio ſcriptum eſt: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, & elegantiſſima pictura in principio, cum correctionibus, & additionibus in Trogum Pompeium, num. 607. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 238.

PLVTEVS XX. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XII.

CODEX I.

PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIA.

GAii Plinii Secundi Naturalis Hiſtoriae Libri XXXVII. praevia exactiſſima tabula Capitum ſingulorum Librorum, tribus argumentis, & Summariis praedictorum Librorum, quae omnia in prioribus XVIII. Codicis foliis comprehenduntur. A folio XIX. incipit Plinii Praefatio ad Veſpaſianum Imperatorem. Concordant omnia cum Codice III. Plutei LXXXII. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 183. Finis tamen totius Operis in hoc eſt duobus verſibus brevior, deſinit enim in verbis: *Experimenta pluribus modis conſtant, primum pondere*, adſcripto in margine ab alia manu: *deficit.* Tum ſubiicitur: *Gaii Plinii S. N. lib. XXXVII. & ultimus eorum qui continentur Librorum explicit feliciter.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. mirae pulcritudinis & elegantiae, cum initialibus Capitum, & Summariis in margine rubricatis, initialibus vero Librorum auro, variiſque coloribus mirifice illuminatis; & cum pulcherrima pictura in principio, quae totum ferme marginem implet, ubi titulus Operis aureis litteris totus eſt exaratus, num. 609. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 406.

PAULLUS OROSIUS, SOLINUS, ET EUTROPIUS.

Cod. II. I. pag. 1. PAulli Oroſii Hiſtoriarum antiquarum, ſive Romanorum adverſus Paganos Libri VII. ut in Codice XXXV. Plutei LXV. Catalogi Tom. II. pag. 756. §. XIV. Heic ſinguli Libri in Capita dividuntur, quorum Summaria rubrica ſunt exarata.

II. pag. 56. C. Iulii Solini, ſive Grammatici, Polyhiſtor ab ipſo editus, & recognitus de poſito orbis terrarum, & de ſingulis mirabilibus, quae in mundo habeantur. Praecedit Epiſtola anepigrapha, quae in editione alias citata inſcribitur *Auctio ſuo*; tum Capitum Tabula, & alter Prologus, ut in Cod. XIX. Plutei LXVI. Catalogi Tom. cit. pag. 791. §. VI.

III. pag. 81. Hiſtoriae Romanae Libri XV. quorum primi X. ſunt Eutropii, alii quinque ſunt Paulli Diaconi, quorum quintus eſt imperfectus, & deſinit in Capite de Imperatore Liecrio, & in verbis: *biſarie per Alaricum ac Fridigernum diviſi decreverunt, ut utramque rempublicam, ideſt Fridigernus* . . . . Habes integrum hoc Opus in Codice XXXV. Plutei LXV. Catalogi Tom. cit. pag. 755. §. XIII.

Codex membranac. Ms. in fol. max. Saec. XI. ineuntis, binis columnis, optimae notae, cum initialibus Librorum, & Capitum, & titulis rubricatis; & cum gloſſis marginalibus, quae videntur manu Fr. Thedaldi de Caſa, in quo puncta tantummodo, eaque frequentiſſima, pro virgulis adhibentur, num. 610. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 104.

SUETONII VITAE XII. CAESARUM.

Cod. III. CAii Svetonii Tranquilli de Vita duodecim Caeſarum Libri XII. ut alibi. Tum ſubiiciuntur verſus de eorumdem vita, longitudine regni eorum, & de finibus eorum, quos alibi notavimus, quique in hoc Codice nomen Sidonii praeſeferunt. Adſunt ſcholia brevia Fratris Thedaldi de Caſa (1), & Graeca verba, quae in textu maioribus litteris, & parum caſtigate conſcripta adſeruntur, in margine manu forte eiuſdem Thedaldi quam correctiſſime Graece & Latine repetuntur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, & quandoque figuratis. num. 611. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 112.

ALIUD EXEMPLAR.

Cod. IV. SVetonii Tranquilli Vitae XII. Caeſarum, ut in Codice ſuperiore; heic tamen ſunt anepigraphae, & ſpatia ad Graeca verba ſupplenda relicta ſunt.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XV. mirae pulcritudinis, cum initialibus auratis & coloratis, num. 612. antiquitus notatus. Conſtat foliis ſcriptis 131.

PLUTARCHI VITAE QUAEDAM, ET LEONARDI ARRETINI CICERO NOVUS.

Cod. V. PLutarchi Vitae XI. a variis auctoribus e Graeco in Latinum translatae, & quidem hoc ordine:

I. pag. 1. Demoſthenis Vita Leonardo Arretino interprete, ut in Codice XXVII. Plutei LXV. Catalogi Tom. II. pag. 747. §. XII.

II. pag. 11. Ciceronis Vita per eumdem Leonardum traducta (2) cum Prologo ad Nicolaum Niccolum, ut in Codice I. Plutei LII. Catalogi Tom. cit. pag. 541. §. I.

III. pag. 33. M. Antonii Vita per eumdem traducta cum Prologo ad Coluccium Salutatum, ut in Codice X. eiuſdem Plutei loc. cit. pag. 553. §. II.

IV. pag. 70. *b.* Pyrrhi Vita per eumdem traducta, ut in Codice XXVI. Plutei LXV. loc. cit. pag. 745. §. XXIV.

V. pag. 90. Paulli Aemilii Vita eodem interprete, ut in dicto Codice loc. cit. pag. 744. §. XXI.

VI. pag. 106. Tiberii & Caii Gracchorum Vitae, eodem interprete, ut ibid. pag. 745. §. XXIII.

VII. pag. 122. Q. Sertorii Vita eodem interprete, cum Prologo ad Antonium Luſcum, ut in Codice XXVII. eiuſdem Plutei loc. cit. pag. 746. §. IV.

VIII. pag. 135. Catonis Uticenſis Vita, interprete, licet nomen non appareat, Leonardo Iuſtiniano, ut in dicto Codice XXVII. loc. cit. pag. 747. §. X.

IX. pag. 164. *b.* Alexandri Magni Macedonum Regis Vita, interprete Guarino Veronenſe. ut in Codice XXIV. eiuſdem Plutei loc. cit. pag. 737. §. I.

X. pag. 207. *b.* C. Iulii Caeſaris Vita eodem interprete. Ibid. pag. 738. § II.

XI. pag. 242. Ariſtidis Vita interprete Franciſco Barbaro Veneto, cum Prooemio ad

(1) Memoratur hic Codex a Cl. Laur. Mehus in vita Ambroſii Camald. pag. cccxxxv.
(2) Ita eſt in Codice, ſed corrigendum *ſcripta*.

ad Zachariam Barbarum. Ibid. §. III.

XII. pag. 264. *b.* M. Catonis Cenſorini Vita, ſeu comparationis pars altera, & extrema, eodem interprete. Ibid. §. IV. & V.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. mirae pulcritudinis & elegantiae, cum initialibus Librorum litteris, auro, variiſque coloribus depictis, num. 613. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 287.

VITAE DIVERSORVM PRINCIPVM, ET TYRANNORVM AB HADRIANO VSQVE AD NVMERIANVM.

Cod. VI. GEſta Romanorum Imperatorum, & eorum qui tenuerunt, ſeu invaſerunt Rempublicam, conſcripta a diverſis auctoribus ab Hadriano uſque ad Numerianum, ut in Codice XXXI. Plutei LXIII. Catalogi Tom. II. pag. 703. Tum ſubiicitur epigraphe: *Explicitunt geſta diverſorum Principum, & Tyrannorum, qui Romanam Rempublicam tenuerunt, ſeu invaſerunt ab Hadriano uſque ad Numerianum*; ac praeterea Index Vitarum ſingulorum Principum adiecto auctorum nomine.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV, exeuntis, manu Fratris Thedaldi de Caſa exaratus, cum Summariis & notulis marginalibus eiuſdem, titulis & initialibus rubricatis, ubi animadvertas, vetuſtiori eraſa ſcriptura, hanc novam fuiſſe ſuperinductam. Conſtat foliis ſcriptis 105.

C. IVLII CAESARIS COMMENTARIA.

Cod. VII. I. pag. 1. C. Iulii Caeſaris Commentariorum Belli Gallici Libri VIII. appoſita Cenſoris nota, quae ita habet: *Iulius Celſus V. C. emendavit* (1), ut in Cod. X. Plutei LXVIII. Catalogi Tomo II. pag. 841. §. I.

II. pag. 117. *b.* Eiuſdem Commentariorum Belli Civilis Libri III. ut ibid. §. II.

III. pag. 142. *b.* A. Hircii Commentariorum Belli Alexandrini Liber. Ibid. § III.

IV. pag. 160 Eiuſdem Commentariorum Belli Africani Liber. Ibid. §. IV.

V. pag. 180. *b.* Eiuſdem Commentariorum Belli Hiſpanienſis Liber. Ibid. §. V.

Legitur ad calcem Codicis: *Manu Ser Franciſci Ser Bonfilii olim Domini Pieri de Contugis Not. Publ. c. Vulterran. eſt effectus*. In prima autem pagina adſcribitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bacelis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minorum*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. elegantiſſimus, cum initialibus auro, variiſque coloribus illuminatis, ubi erat ſtemma poſſeſſoris in calce primae paginae, quod deinde ab impia manu reciſum fuit, num. 615. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 190.

SALLVSTII BELLVM CATILIN. ET IVGVRTH. L. FLORI EPITOME.

I. pag. 1. C. Criſpi Salluſtii Liber de Coniuratione Catilinae, ut alibi. Cod. VIII.

II. pag. 19. Eiuſdem de Bello Iugurthino Liber, ut alibi. In fine legitur: *Explicit Liber Sallaſtii de Bello Iugurthino. Deo laus & gloria amen. Et ſcriptus per me Verdianum Ser Donati de Sancto Miniate Not. ſub anno Dominicae Incarn. MCCCCquarto de menſe Aprilis, dum officio fungebar in Caſtilione Florentino cum Antonio de Davanzatis, tunc Poteſtate & Protectore meo.*

III. pag. 57. L. Flori Epitome Hiſtoriae Romanae, ut in Cod. IX. Plut. XIX ſupra pag. 146. §. I. In fine leguntur hi verſiculi

Si poſſem, venerande parens, praecurrere Titi
Caſtra Livi, dum bella lego Pharſalica, vellem
Quo nullus melius, brevius, vel clarius inquit.
Ergo tuum Lucium digneris mittere Fiorum.

Iſte Liber eſt mei Verdiani Ser Donati olim Ser Iacobi de Sancto Miniate in Grammaticalibus ſtudentis.

Si quis inveniat, ei reddat pro amore Dei;
Et ſi non faciat, ambo ſua lumina perdat.

Inde adiiciuntur ſcholia quaedam, quibus explicatur quid ſit *legio*, *manipulus*, *cohors*, *turma &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, cum notulis marginalibus, num. 616. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 102.

VALERIVS MAXIMVS, ET VEGETIVS DE RE MILITARI.

I. pag. 1. VAlerii Maximi Factorum & Dictorum Memorabilium Libri IX. cum Praefatione, ut alibi innuimus. In fine legitur: *Valerii Maximi Dictorum Memorabilium, & Factorum Liber IX. explicit*. Tum haec adnotatio: *In hoc Libro Valerii Maximi ſunt mille LXX. Exempla, vel circa, parum plus, vel minus*. Inde ſequens diſtichon ita inſcriptum: *Verſus Diaboli contra Manfredum*: Cod. IX.

Charolus urbe ruet. ipſo non praeſule digna.

(1) Haec eadem Cenſoris ſubſcriptio etiam ſequentibus Libris appoſita eſt.

Mundus adorabit Aquilae victricia ſigna. Tandem poſt indicem Capitum Librorum IX. Valerii Maximi ſubiicitur explicatio ſupra adlatorum carminum.

II. pag. 107. Flavii Vegetii Renati viri illuſtris de Re Militari Libri IV. praevio ipſorum Summario, Capitum elencho, & Prologo, ut in Codice XXXIX. Plutei XXXIX. Catalogi Tom. II. pag. 316. §. I. In calce legitur: *Flavus* (ſic) *Eutropius emendavit ſine exemplario Conſtantinopolim Conſule Valentiniano Auguſto Septimo & Abieni* (ſic). Tum repetitur titulus: *Flavii Vegetii Renati viri illuſtris Liber IV. explicit feliciter. Deo gratias. Amen.*

Codex membranae. Ms. in 4. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, duplici manu, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis; necnon ſcholiis & correctionibus in margine, varia manu, num. 617. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 131.

VALERIVS MAXIMVS, ET SALLVSTII BELLVM CATILIN. ET IVGVRTH.

Cod. X. I. pag. 1. VAlerii Maximi Factorum & Dictorum Memorabilium Libri IX. cum Praefatione, & Capitum tabula, Libris ſingulis praemiſſa, primo excepto, ut in Codice ſuperiore §. I.

II. pag. 123. Salluſtii Liber Belli Catilinarii, ut in Codice VIII. huius Plutei §. I.

III. pag. 135. Eiuſdem Liber Iugurthini, cum Prologo, ut ibid. §. II. In fine leguntur verſiculi:

Qui cupis ignotum &c.

ut alibi: tum alia manu index Librorum Valerii Maximi.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & ſcholiis aliquot marginalibus, num. 619. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 160.

FLORI, RVFI, ET IVSTINI EPITOMAE.

Cod. XI I. pag. 1. LVcii Annaei Flori Epitoma de Tito Livio, ut in Cod. IX. Plutei XIX. ſupra pag. 146. §. I.

II. pag. 30. *b.* Titi Livii Epitoma ab Vrbe condita, a Libro I. ad CXXXIX. auctore Sexto Ruſo. Ibid. §. II. Heic tamen deſinit in verbis: *honores dedit.* Tum ſubditur: *Expliciunt Periochae omnium Librorum Titulivii* (ſic) *ab Vrbe Condita. Deo gratias. Amen.*

III. pag. 54. Pompeii Trogi Libri XLIV. Rerum Romanarum, ſeu Iuſtini Epitoma in Pompeium Trogum, cum Prologo. Ibid. §. III. In fine adſcriptum eſt: *Pompeii Trogi Liber XLIV. feliciter explicit, anno ab Incarn. Dei MCCCCV.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XV. ineuntis, nitidiſſimus, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 618. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 160.

QVAESTIONES DE PAVPERTATE CHRISTI, ET APOSTOLORVM.

I. pag. 1. PRoceſſus, & ordo acerrimae quaeſtionis de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum, ortae, ac diſputatae in Curia Apoſtolica Avenionenſi, inter Ioannem XXII. Romanum Pontificem, Ludovicum Bavarum Romanorum Imperatorem, Michaelem de Caeſena Miniſtrum Generalem Ordinis Minorum, & Gerardum Odonis, alterum, Michaele depoſito, eiuſdem Ordinis Miniſtrum Generalem, additis Ioannis Papae Decretalibus, Imperatoris Ludovici Diplomatibus, Michaelis, & Gerardi litteris, & allegationibus, ab anno Chriſti MCCCXXII. uſque ad annum MCCCXXXIV. (1) Praecedit origo huius quaeſtionis, quae inc. *Quoniam ſecundum Apoſtolum ignorans ignorabitur, & ſecundum Auguſtinum, & iura, ignorantia craſſa & ſupina, ſeu affectata, non excuſat potius, ſed accuſat, ideo ego Frater N. Ordinis Minorum, cupiens ea, quae de quaeſtione orta tempore Domini Ioannis Papae XXII. de paupertate Chriſti & Apoſtolorum eius geſta & facta ſunt, pro, & contra, & cauſſas geſtorum & factorum exprimere.* Deſ. *& publice promulgavit formam huiuſmodi continentem.* Tum ſequitur Bulla inſcripta: *Ioannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Quia nonnumquam, quod coniectura profuturum credidit, ſubſequens experientia nocivum oſtendit &c.* Tota haec collectio deſinit: *tamquam haereticum ab omnibus Catholicis evitandum, & poenas, & ſententias editas contra haereticos incurriſſe.* Inde ſequitur Summarium totius Operis, ſeu monumentorum omnium, quae huiuſce diſputationis cauſſa prodierunt, elenchus, qui quum recenſionis vicem gerat, in medium totus a nobis profertur. Ita igitur habet: *Cod. XII.*

In hoc volumine continentur omnia, quae hic inferius per ordinem deſcribuntur.

Primo ponitur motivum, unde quaeſtio de paupertate Chriſti & Apoſtolorum fuit ventilata in Curia Avinionis. Quoniam ſecundum Apoſtolum ignorans ignorabitur.

Suſpenſio Decretalis: Exiit qui ſeminat &c. *facta per Ioannem PP.* Ioannes Epiſcopus &c. Quia nonnumquam quod coniectura profuturum credidit.

De-

(1) Conſociandus eſſet iſte Codex cum altero, pariter membranaceo, eamdemque quaeſtionem continente, qui primitus fuerat Fratris Thedaldi de Caſa, quique poſtero tempore in Bibliotheca reconditus Medicea, in ea nunc conquieſcit Plut. XVII Cod. XXIX. membr. in 4. cuius recenſionem vide Catalogi Tom. I. pag 352. & ſeqq. Conſule Laurentium Mehus in Vita Ambroſii Camaldulenſis pag. CCCXLII.

Digitized by Google

Determinatio Capituli generalis Ordinis Minorum celebrati Peruſii de paupertate Chriſti & Apoſtolorum. Vniverſis Chriſtifidelibus &c. Frater Michael &c. Noveritis quod nos anno Domini MCCCXXII. &c.

Determinatio ſpecialis Generalis Miniſtri cum quibuſdam Magiſtris & Baccalariis in ſacra pagina de quaeſtione praedicta. Vniverſis praeſentes litteras inſpecturis Fratres Michaël Ordinis Fratrum Minorum Generalis, Guilelmus Angliae &c. Noveritis quod nos An. Domini MCCCXXII. Indict. II.

Prima Decretalis Domini Ioannis PP. XXII. improbativa determinationis praedictae. Ioannes Epiſcopus &c. Ad conditorem Canonum non eſt dubium pertinere.

Appellatio Fratris Bonagratiae Procuratoris Ordinis Minorum in Romana Curia contra dictam Decretalem. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno a Nativit. Domini MCCCXXIII Veſtrae ſignificat Sanctitati Frater Bonagratia.

Correctio & roboratio praedictae Decretalis Domini Ioannis Ad conditorem. Ioannes Epiſcopus &c. Ad conditorem Canonum &c.

Secunda Decretalis Domini Ioannis PP. XXII. Ioannes Epiſcopus &c. Quum inter nonnullos viros ſcholaſticos &c.

Appellatio Domini Ludovici ante Regis Romanorum a Ioanne PP. XXII. contra duas Decretales praedictas. Nos Ludovicus Dei gratia Francorum Rex ſemper Auguſtus proponimus contra Ioannem, qui ſe dicit PP. XXII.

Tertia Decretalis Domini Ioannis PP. XXII. Ioannes Epiſcopus &c. Quia quorumdam mentes ſic pater mendacii dicitur excaecaſſe &c.

Littera, quam miſit Ioannes PP. Fratri Michaëli Generali Minor. citando ipſum ad Curiam. Ioannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Michaëli &c. Quum propter aliqua negotia &c.

Quomodo Ioannes PP. reprehendit Fratrem Michaëlem Generalem Miniſtrum, maxime de littera facta in Capitulo Peruſino, & quomodo idem Generalis ſibi reſtitit in facie.

Appellatio ſolemnis Fratris Michaëlis Generalis Minorum a Ioanne PP. praedicto. In nomine Domini amen, anno Domini MCCCXXVIII. Indict. XI. in Civitate Piſana &c.

Quaedam lex generalis Ludovici ante Imperatoris, praecipue contra haereticos. Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus &c. Omnem totius Reipublicae curam &c.

Sententia, quam tulit Ludovicus ante Imperator contra Ioannem PP. XXII. deponens ipſum de Papatu. Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus &c. Vniverſis & ſingulis Eccleſiarum Praelatis &c.

Sententia depoſitionis Fratris Michaëlis ab officio Generalis Miniſterii, quam tulit contra eum Ioannes PP. praedictus. Ioannes Epiſcopus &c. Dudum ad noſtri Apoſtolatus auditum.

Littera excuſatoria Fratris Michaëlis Generalis, quam per totum Ordinem deſtinavit, explicando cauſſam ſui receſſus de Curia. Vniverſis Miniſtris, Cuſtodibus, Guardianis &c. Frater Michael eiuſdem Ordinis &c. Iuris Divini & humani legibus admonemur &c.

Appellatio abbreviata, extracta de appellatione prolixa ſuperius memorata. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti amen, anno Domini MCCCXXVIII. &c.

Oppoſitiones, quae factae ſunt, quod Generalis Minorum non potuit rite appellare a Papa, cum reſponſionibus ad eaſdem. Prima oppoſitio eſt. Quum ſecundum leges &c. Secunda oppoſitio eſt. Quum dicatur quod ſolummodo Concilium Generale &c. Tertia oppoſitio eſt. Quam faciunt adverſarii veritatis &c.

Littera, quam Frater Michaël Generalis miſit per ordinem ad impediendum Capitulum Pariſienſe. Vniverſis Fratribus Ord. Fratrum Minor. &c. Frater eiuſdem Ordinis &c. Quum ſecundum regulam noſtram &c.

Allegationes quorumdam Magiſtrorum, quod Congregatio facta Pariſius, & depoſitio Fratris Michaëlis Generalis, & inſtitutio Fratris Geraldi &c. facta in dicta Congregatione non fuerunt alicuius roboris, vel momenti, iudicio ſuo. Allegationes Religioſorum virorum Fratrum Henrici de Thalem, Franciſci de Aſculo Guillelmi &c.

Quarta Decretalis Domini Ioannis PP. XXII. reſpondenda ad appellationem factam contra eum per Generalem Minorum. Ioannes Epiſcopus &c. Quia vir reprobus Michaël de Caeſena.

Appellatio facta in Monacho contra dictas quatuor Decretales Domini Ioannis PP. XXII. In nomine Patris & Filii & Spiritu Sancti amen. Anno a Nativitate Domini MCCCXXX. Indict. XIII. in Monacho, in Domo Fratrum Minorum. Venerabilis & Religioſus vir Frater Michaël &c.

Quaedam publice predicata per Ioannem PP. XXII. cum improbationibus eorumdem. Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete &c.

Littera admonitoria, quam Frater Michaël ante Generalis Miniſter, miſit per totum Ordinem. Vniverſis & ſingulis Miniſtris &c. Frater Michaël &c. Chriſtianae fidei fundamentum, & fundator &c.

Littera excuſatoria & admonitoria, quam Frater Michaël miſit ad Congregationem factam Perpiniani per Fratrem Geraldum Generalem Miniſtrum. Vniverſis Fratribus Ordinis Minorum in proximo futuro Feſto Pent. in Perpiniano congregandis.

Littera, quam miſit Frater Geraldus Generalis Ordinis Minorum Fratri Michaëli eiuſdem Ordinis ante Generali. Quid niteris bonam oſtendere viam tuam.

Littera reſponſiva Fratris Michaëlis ad litteram Fratris Geraldi Generalis Miniſtri Ordinis Minorum. Teſte Salomone per patientiam cognoſcitur via viri.

Ap-

Appellatio Fratris Bonagratiae Procuratoris Ordinis Minorum, quod proteſtatio, quam dicitur feciſſe Ioannes PP. in Conſiſtorio de quibuſdam ab eo publice, & plures praedicatis, non excuſat eum ab haereſi quoquomodo. Anno a Nativitate Domini MCCCXXXIV. in domo Fratrum Minorum de Monacho ibi Frater Bonagratia de Pergamo &c.

II. pag. 169. *b.* Aliud ſcriptum de eadem re. Inc. *Quoniam, ut ait Leo Papa, qui alios, quanta poteſt, ab errore non revocat.* Deſ. *agnoſcit miſerias noſtras, orat pro nobis Patrem, quia beata illa praeſentia* . . . . . . Videtur aliquid deſiderari.

In calce Codicis hoc monumentum adiitum eſt: *Anno Domini MDXVII. die II. Iunii in feſto Pentecoſtes, ſedente Leone X. iuſſu eius congregatae ſunt omnes ſectae Beati Franciſci Romae, videlicet Minorum Conventualium, qui a Beato Franciſco originem vere traxerant, quaedam alia ſecta Fratrum de Familia, ſive de Bulla, vel de Obſervantia a vulgaribus nuncupata, qui tempore Eugenii IV. ſub quodam Fratre Alberto de Sarteano apoſtataverunt, & ſecta Amadeorum, Clarenorum, Capatiorum, Sancti Evangelii, & Minimorum, & hoc ſub ſpecie reformationis, & unionis Ordinis. Miniſtri Conventuales hortati ſunt a Pontifice, ut iudultis & privilegiis Ordini conceſſis per omnes anteceſſores renunciarent, qui renuentes, iuſſu ſuo elegerunt ſibi caput, qui libere & ſponte omnes convenerant in R. Magiſtrum Antonium Illyricum de Cherſo, tunc Provinciae Sancti Antonii Miniſtrum, quem Pontifex voluit appellari Magiſtrum Generalem Ordinis. Ceterae vero ſectae elegerant quemdam Fratrem Chriſtophorum de Forlivio, quem voluit nominari Miniſtrum Generalem totius Ordinis, & ſic factus eſt Ordo praepoſterus, ut qui erant Miniſtri, fierent Vicarii, & e contra, & qui erant primi fierent noviſſimi, & e contra. Haec autem omnia procuravit ſpiritus ſuperbiae & ambitionis, medio ſpiritu avaritiae; & ſic paullatim adimpletur prophetia a Rev. Magiſtro Bartholomaeo de Piſis in Conformitatibus deſcripta, quae talis eſt: venient Fratres ſub nomine Obſervantiae, ſecta diabolica, quae erit deſtructio Ordinis & Religionis. Rogetur ergo Deus, ut parvum gregem Conventualium praeſervet, & det ſibi regimen in diebus malis. Frater Petrus de Terranova Theologus indignus haec poſteris tradidit.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, breviatis litteris exaratus, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 172.

PLVTEVS XXI. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

C O D E X I.

S P E C V L V M P A V L L I N I.

SPeculum Paullini (1), ſive Satyrica rerum geſtarum Mundi, initio & fine mutila, cum indice Capitum, & Rerum notabilium ad calcem. Incipit a temporibus Abrahae, & a verbis . . . . *tam lata ſecundum Ioſephum, ut eam de prope adſpicientibus longitudo videretur in minus, fuit autem longitudo quatuor milia paſſuum, ſecundum id* . . . . . . *quanta vero turris elevabatur, tanto ſtringebatur, ne in parte aliqua declinaret.* Inde ſequitur Caput II. quod inſcribitur: *De diviſione linguarum & nationum in tres partes Mundi.* Vltimum Caput inſcriptum *De Muſica ad manum applicata, & quibuſdam incidentibus*, ita ſe habet: *Claruit tunc in Italia Guido Aretinus, inter muſicos notabiliſſimus, in hoc etiam philoſophis praeferendus, quod ignotos cantus, etiam pueri facilius diſcant per eius regulas, quam voce magiſtri, aut per uſum alicuius inſtrumenti; dum VI. vel ſyllabis modulationi appoſitis ad VI. voces, vel notas, quas muſica irregulariter recipit per flexuras digitorum laevae manus diſtinctis per integram dypaſon ſe oculis & auribus ingerunt in-*

ſtru-

(1) Appellat Paullinus hiſtoriam ſuam *Satyricam*, quaſi dicat hiſtoriam miſcellam, veluti per ſaturam congeſtam. Satyram Paullini memoravit Coluccius Salutatus in Epiſtola ad Ioannem Ferdinandum de Eredia Caſtellanum Empoſtae, de qua Cl. Laur. Mehus in vita Ambroſii Camaldulenſis pag. CCXCVI., CCCLII. & CCCLXIII. Excerpta quaedam ad Nicolaum IV. Pontificem ſpectantia in lucem protulit ex hoc Codice Vir Cl. Fr. Antonius Felix Mathaeius num. IV. pag. 108. ſeq. Appendicis Monumentorum Veterum, quibus eiuſdem Pontificis vitam ab Hieronymo Rubeo ſcriptam illuſtravit. Sunt qui putant, hunc Paullinum Ordinis Minorum, Satyricae, ſive Miſcellae hiſtoriae auctorem, fuiſſe illum Venetum, qui anno MCCCXXIV. electus fuit Epiſcopus Puteolanus, cuius mentionem facit Ferdinandus Vghellius Tom. VI. Italiae Sacrae pag. 279. edit. ſecundae, vitamque memoriae prodidit inter Scriptores Venetos vir Cl. Ioannes de Auguſtinis, Tomo II. pag. 301. Ego vero coniicerem, Paullinum hiſtoricum, Romanum fuiſſe ex Columnenſi familia. Legi enim in Codice membranaceo in Cl. Bibliothecae noſtrae D. Marci Epiſtolam Poggii Bracciolini ad Iacobum Bracellum Ianuenſem, datam Florentiae die XV. Martii MCCCCXXXIX. In hoc enim tractans de Ianua a Poeni [illegible] poſt Sigebertum Monachum Gemblacenſem ab eo allatum, inquit Poggius: *hoc idem & Paullinus hiſtoricus aſſerit, Ordinis Minorum ex ſe [illegible] Columnae [illegible], qui diverſis ex Libris collectam hiſtoriam [illegible] ad Bonifacium [illegible] Pontificem conſcripſit.* De hoc, aliiſque huius Hiſtoriae Codicibus agit laudatus Ant. Felix Mathaeius in Praefatione ad vitam Nicolai V. editam Piſis MDCCLXX. in 8. pag. 39. ſeq.

Digitized by Google

tenſe, & remiſſe, & elevatione, & depreſſione earumdem VI. vocum. In Apulia, ut ait Sigibertus, erat quaedam ſtatua marmorea, circa caput aheneum circulum . . . .

Poſt tabulam Rerum Notabilium p. 149. *b.* legitur: *iſte Liber fuit ad uſum Reverendi Patris Fratris Thedaldi de Caſa, quem dum viveret aſſignavit armario Fratrum Minorum de Florentia anno Domini MCCCCVI.* Ac tandem poſt aliam Tabulam, exhibentem Evangeliorum initia, quae per totum annum in diebus Dominicis ac Feriis leguntur, apponitur epigraphe: *Speculum Paullini, ſive Satyrica rerum geſtarum Mundi, eſt ad uſum Fratris Thedaldi de Mucello Ord. Minorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, cum picturis rudibus in calce paginarum, quibus acta veteris ac novi Foederis delineata exhibentur, quarum nonnullae ab impia manu reciſae ſunt, num. 620. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 150.

FR. BARPTOLEMAEVS ANGLICVS DE PROPRIETATIBVS RERVM.

Cod. II. FRatris Barptolemaei Anglici de Proprietatibus Rerum Libri XIX. ſine ullo tamen titulo. Liber I. inc. *Quum proprietates rerum ſubſtantias ſequuntur.* Liber XIX. deſ. *Hippocrates, Iſaac, Zeno, Zoroaſtres magus. Iſtorum, & multorum aliorum in iſtis libellis verba in diverſis locis ſummatim & breviter recitantur, ut patere poteſt intueati diligenter.* Tum ſequitur index Capitum. Aliud Exemplar occurrit in Codice IX. Plutei XVIII. ſupra pag. 135. ubi tamen in Libro XVIII. deſinebat.

Codex membranae. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, in quo defectus occurrit in Libro VIII. inter paginam 57. & 59. num. 621. notatus, Conſtat foliis ſcriptis 180.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. III. FRatris Barptolemaei Anglici de Proprietatibus Rerum Libri XIX. ut in Codice ſuperiore. In fine legitur: *Explicit Tractatus de Rerum Natura, & Proprietatibus a Fratre Barptolemaeo Anglico Ord. Minorum compoſitus.*

Me tibi devotam facias, Deus optime, totum.

Codex membranae. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum titulis & initialibus coloratis & rubricatis, num. 622. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 217.

VETERVM HISTORIAR. EPITOME.

Cod. IV. NOtabilium Hiſtoriarum Epitomata, tam in Teſtamento veteri, quam in novo, ab initio mundi uſque ad tempora Bonifaci VIII. ſeu potius ſpeculum Paullini (1), de quo ſupra Codice I. Prooemium inc. *Progreditur quaſi aurora conſurgens.* Deſ. *ſed inter aniles fabulas deputantur.* Chronicon inc. *In principio ſecundum Dionyſium XII. de Divinis Nominibus, laudare nos convenit eum, qui eſt infiniturum nominum,* Deſ. *hic Bonifacius duos Legatos miſit in Franciam, & in Angliam, videlicet Praeneſtinum & Albanenſem, quia guerra ſuperius dicta inter Regem Franciae & Comitem Flandriae armis creſcebat; dicitur namque habuiſſe ortum, eo quod Comes filiam ſuam filio Regis Angliae daret, Rege Franciae inrequiſito.*

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis & initialibus coloratis, in quo defectus occurrit poſt paginam 113. num. 623. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 190.

ANON. CHRONICA IMPERATORVM ET PONTIFICVM.

Cod. V. I. pag. 1. ANonymi Chronica Imperatorum ab Octaviano ad Rodulphum, in XIII. Centenaria diviſa. Praecurrit Prologus, qui inc. *Scripturi geſta Imperatorum ſublimium, necnon & Pontificum Romanorum, brevitatem ac prolixitatem devitare concupimus.* Deſ. *itaque, invocato Deo, ab Octaviano Caeſare, qui primus univerſale Romanorum eſt Dominium aſſequutus, ſub quo & Mundi Salvator Chriſtus Pontifex noſter Summus eſt temporaliter de Sanctiſſima Virgine natus, narrationis noſtrae initia capiamus,* Centenarium primum inc. *Octavianus de gente Octavia traxit originem.* Vltimum deſ. *anno Domini MCCLXXVIII. & in ipſo anno ab eodem Rodulpho, poſt fidem bis fractam, miſericorditer receptus.* Adiicitur nota decem perſecutionum contra Eccleſiam, quae per Imperatores excitatae fuerunt.

II. pag. 97. Chronica Romanorum Pontificum a S. Petro Apoſtolo ad Leonem ſecundum. Centenarium primum de Romanis Pontificibus inc. *Petrus namque Apoſtolus, Apoſtolorum praecipuus, Ioannis filius, fraterque Andreae, provinciae Galilaeae, vico Bethſaide, primus in Antiochena Eccleſia Praeſul.* Centenarium octavum deſinit in Leone ſecundo, tempore Caroli Magni, & in verbis: *Ad Sanctum Laurentium extra muros. Hic poſt innumeros hos, ſepultus eſt ad Sanctum Petrum.* In-

(1) Memorat hunc Codicem Cl. Ant. Felix Matthaeius in Praef. ad Vitam Nicolai V. Piſis apud Paullum Giovannelli 8. pag. XXXIX.

Inde alia manu additum: *Hic deficiunt quinque Centenaria Pontificum*. Tandem adſcribitur indiculus Imperatorum & Pontificum alia manu, cum epigraphe: *ad uſum Fratrum Minorum Provinciae Tuſciae*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, duplici manu, cum additionibus marginalibus, num. 624. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 134.

IACOBI ACCONENSIS HISTORIA HIEROSOLYMITANA.

Cod. VI. MAgiſtri Iacobi Acconenſis Epiſcopi Hiſtoria Hieroſolymitana, abbreviata, ſive de Mirabilibus Mundi, in fine mutila, praevia Capitum tabula, & Praefatione, quae inc. *Poſtquam divinae propitiationis munificentia*. Def. *diligens lector manifeſte poterit perpendere*. Hiſtoriae Caput I. inſcriptum: *Cur Dominus Terram Sanctam variis flagellis & ſubalternis caſibus expoſuerit*, inc. *Terra Sancta promiſſionis &c.* Caput ultimum, quod eſt XC. inſcriptum *De mirabilibus hominibus, & de ſcripturis Didymi Alexandrini*, deſinit imperfecte in verbis: *ut natura noſtra caeleſtis ſit, & quod Dei habent comitatem, vos autem fordidatis illam* .... Vide quae de hac Hiſtoria praefati ſumus in recenſione Codicis XXVIII. Plut. LXVI. Catalogi Tom. II. pag. 801. §. I.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. grandiori littera exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 625. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 125.

ANONYMI CHRONICA IMPERATORVM, ET PONTIFICVM.

Cod. VII. ANonymi Chronica Imperatorum, ab Octaviano ad Rodulphum, & Romanorum Pontificum, a B. Petro Apoſtolo incipiens, & deſinens in Leone II ut in Codice V. huius Plutei.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum additionibus marginalibus, alia manu, titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 626. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 150.

ADAM. CLERICI CLAROMONT. EPISC. CHRONICA, LEONTII EXCERPTA EX HOMERO &c.

Cod. VIII. I. pag. 1. ADam, Clerici Claromontani Epiſcopi (1), Chronica, cui titulus: *Speculum geſtorum mundi* (2), in tres Partes diviſa, quarum tamen ultima in hoc Codice deſideratur. Praecedit Epiſtola Sanctiſſimo Patri & Domino Gregorio (X.) Apoſtolicae Sedis Summo Pontifici, quae inc. *Quoniam inter cauſſas rationabiles*. Def. *ut quod voluerit eligat, vel relinquat* (3). Chronica inc. *Deus ante omnem diem duo creavit*. Def. *dicta igitur de Tartarorum geſtis, & eorum proprietatibus, nunc eſt ad hiſtoriam redeundum. Frederico itaque condemnato anno Domini MCCLIV. & ex hoc vacante Imperio ab ipſo anno uſque ad annum Domini MCCLXX. tempora vacationis Imperii duximus proſequenda; prius tamen omnium Imperatorum Romanorum, & Imperii invaſorum annos & nomina, a primo ſcilicet Iulio uſque ad ultimum, ſcilicet Fredericum ſecundum ſeriatim duximus hic ponenda*. Heic in margine Fr. Thedaldi manu adnotatum eſt: *Hic incipit tertia pars Operis huius, deſiciuntque multa pulcra & utilia*.

II. pag. 158. *b*. Excerpta quaedam Odyſſeae Homeri Latine traducta a Leontio Pilato Theſſalonicenſi, primo Graecae linguae in Academia Florentina Profeſſore, manu Fratris Thedaldi de Caſa (4) Inc. *In Odyſſea Homeri ſunt XXIV. Libri, quorum primus ſic incipit*:

Virum mihi pande, Muſa, multimodum, qui valde multum
Erravit, poſtquam ſacram Civitatem Troiae depraedatus fuit.
Multorum hominum vidit urbes, & intellectum novit &c.

III. pag. 161. Hieronymi Epiſtolae abbreviatae, & quaedam alia ex eius Epiſtolis recollecta.

IV. pag. 207. Notabilia ex M. T. Ciceronis Quaeſtionibus Tuſculanis &c.

In primo folio legitur; *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minor. de Flor. MCCCCVI.*

Codex chartac. Ms. in fol. minori Saec. XIV. duplici manu, quarum prior, nempe quae Chronicon deſcripſit, videtur Franciſci Petrarchae, teſte Laur. Mehus loc. cit. cum notulis aliquot Thedaldi de Caſa, num. 627. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 226.

HI-

(1) Is eſt Adam, Clericus Fratris Guidonis de Turre Ordinis Praedicatorum, de quo in Gallia Chriſtiana Tom. II. pag. 277. ſeq. editionis Parisienſis anni MDCCXX.

(2) Fallitur Ioannes Albertus Fabricius Biblioth. Med. Tom. I. pag. 8. ſcribens Adamum Clericum incepiſſe Chronicon ſuum ab anno MCCXVIII quum ex-orſus ſit ab ortu mundi. [illegible] Adami Chronicon et Hiſtoriarum Floribus [illegible] quo ſit Opus, Chronicon nempe [illegible] ex variarum hiſtoriarum floribus contextum. Conſule Cl. Laur. Mehus in Vita Ambroſii Camaldulenſis pag. CCXII.

(3) Huius Epiſtolae Excerpta quaedam in lucem protulere Iacobus Quetif, & Iacobus Echard Tom. I. Script. Ordinis Praedicatorum pag. 340. ubi multa habentur de Adamo Clerico, eiuſque Chronico.

(4) Ab eo forte prima hauſerat Graecae linguae elementa Fr. Thedaldus de Caſa. Vid. Ambroſ. Camald. Vitam pag. CCLXXIII. & CCCX. V.

Digitized by Google

HISTORIARVM EPITOME.

Cod. IX. NOtabilium Hiſtoriarum Epitomata, ſeu potius Speculum Paullini, ut in Cod. IV. huius Plutei. Heic tamen in principio multa deſunt, & incipit a verbis . . . , *Germanis profecta litoribus omnes Gallias inundans, ſaepiusſque caeſis Romanis exercitibus, apud Aquas Sextias a Mario ſtrato eſt &c.* Primum Caput integrum inſcribitur *De expulſione Physconis*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 628. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 137.

BENVENVTI DE RAMBALDIS DE IMOLA ROMVLEON.

Cod. X. LIber Romuleonis, ſive Compendium Hiſtoriarum Romanarum poſt excidium Troiae, & a condita Vrbe uſque ad Diocletianum Auguſtum, editum & compilatum a Magiſtro Benvenuto de Imola, & in Libros X. digeſtum, cum Praefatione, ut in Codice XXIX. Plutei LXVI. Catalogi Tomo II. pag. 802. cum tabula rerum notabilium in fine, quae his verbis explicit: *Iſta tabula eſt manu Fratris Thedaldi*. Sequitur deinde manu Fratris Sebaſtiani de Bucellis Ordinis Minorum hoc monumentum: *Nota etiam, quod in iſto Libro multa ſunt falſa, & incorrecta vitio ſcriptorum, quod Frater Thedaldus non tantum vixit, quoad potuiſſet corrigere.*

Codex membranac. Ms in 4. maiori Saec. XIV. exeuntis, cum initialibus coloratis, & notulis aliquot marginalibus, ubi eraſa priori ſcriptura, haec nova ſuperinducta eſt, num. 629. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 234.

PLVTEVS XXII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XII.

C O D E X I.

SERVIVS IN VIRGILIVM.

I. pag. 1. SErvii Honorati Grammatici Expoſitio in Virgilii Bucolica cum Prooemio, ut in Codice I. Plutei XLV. Catalogi Tom. II. pag. 333. §. I.

II. pag. 14. *b.* Eiuſdem Expoſitio in Virgilii Georgicorum Libros IV. item cum Prooemio, ut ibid. §. II.

III. pag. 39. *b.* Eiuſdem Expoſitio in Aeneidos Libros XII. pariter cum Prooemio, ut ibid. pag. 334. §. III. Codicem claudit adnotatio brevis grammaticalis de voce *Veſper*, qualis habebatur etiam in vetuſtiſſimo Codice XIV. eiuſdem Plutei XLV. loc. cit. pag. 350. §. VII.

Codex membranac. Ms. in fol. min. quadrato Saec. XI. duobus in principio foliis ab alia manu Saec. XIII. ſuppletus, cum titulis rubricatis, & charactere maiuſculo exaratis, necnon Graecis verbis maiori item littera expreſſis, quaternionibus conſtans XXII. cum dimidio, numericis notis in calce ſingulorum appoſitis, num. 636. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 181.

PRISCIANVS DE CONSTRVCTIONE.

Cod. II. I. pag. 1. PRiſciani de Conſtructione Liber XVII. ut in Codice I. Plutei XLVII. Catalogi Tom II. pag. 388. § II. ubi de Conſtructione, ſeu Ordinatione partium Orationis Libri II. inſcribuntur.

II. pag. 112. Epiſtola, ſeu potius formula teſtimonialium eorum qui ad Sacerdotium ſunt promoti, quae ita inſcribitur, & inc. *Chriſtianae Religionis cultori eximio Domino NN. Archipraeſuli Reverendiſſ. NN. Epiſcopus divinae hereditatis compendium ſempiternum, & obſequium noſtrae devotionis continuum. Dum eloquia omnium in fide Chriſti viventium diffuſione ſuae gratiae ad mutuo ſibi conſulendum corda inſtituat, invitet, & moneat, praecipue tamen nobis in domo diſciplinae Chriſti militantibus tantae admonitionis culturam ſpecialius credimus inculcandam & uberius exhibendam; quatenus grex ſub Paſtorum Eccleſiae cuſtodia poſitus noſtrae converſationis exemplis, & alterius provectibus inſtitutus, erudiatur, & ad promerenda divina chariſmata crebris ſucceſſibus informetur. Quoniam igitur paternitatis affectu a nobis petere voluiſtis, ut Eccleſiae noſtrae Cardinalem Subdiaconem nomine Petrum ad inſtaurandum Sanctae Redonenſis Eccleſiae proprio Paſtore deſtitutum ovile Dominicum veſtris petitionibus concedere & donativa exhibitione conferre dignaremur, aequum duximus veſtris votis quantocyus occurrere, & veſtris precibus efficaciter conſentire. Hunc igitur noſtrae Eccleſiae Subdiaconem vita & moribus adprime ornatum, ſapientiae ſtu-*

diis & divinis aſſertionibus, ut decet, pleniſſime eruditum, ſub iuvenilibus annis ſenilem animum gerentem, nobilitate pollentem, eloquio nitidum, mente ſanum, corpore integrum, liberitate diffuſum, Eccleſiaſticis gradibus cooptando, ad Sacerdotii culmen competentibus ſibi benedictionibus promovere curavimus &c. Reliqua, quae duas ferme paginas implent, ob evanidos characteres vix amplius legi poſſunt.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XI. cum ſcholiis marginalibus aeque antiquis, & prima pagina ab alia manu ſuppleta, in quo Graeca verba ſuis locis maiori littera adlata videre eſt, num. 633. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 113.

PRISCIANI ARTIS GRAMMATICAE LIBRI XVI.

Cod. III. PRiſciani Artis Grammaticae Libri XVI. praevio Prologo, & Librorum argumentis, ut in dicto Codice I. Plutei XLVII loc. cit. pag 387. §. I. Heic tamen Liber XVI. eſt imperfectus, & deſinit in verbis: *Nam equidem facio, equidem facis, equidem facit dicimus, & poteſt & ad primam, & ſecundam, & ad tertiam transferri perſonam; quod minime fieret, ſi eſſet compoſitum* . . . . quae in dicto Codice I. incidunt in pag. 214. lin. 5. In principio adeſt ratio numerandi Graecis litteris, ab unitate uſque ad DCCCC. necnon arbor Nominis varias diviſiones exhibens, tum hi verſiculi:

Me legat, & Partes, ſi tendere vult quis ad Artes,
Me legat, antiquas qui vult proferre loquelas;
Qui me non ſequitur, vult ſine lege loqui.

In littera vero initiali Priſcianus ſeribens repraeſentatur, adſcripto verſiculo:

Sum Romanorum praeceptor Grammaticorum.

Codex membran. Ms. in 4. min. Saec. XI. cum ſcholiis aliquot marginalibus, aeque antiquis, & initialibus aliquot rudi pennicillo delineatis, num. 634. deſignatus, Conſtat foliis ſeriptis 147.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. IV. PRiſciani Caeſarienſis Grammatici Inſtitutionum Grammaticalium Libri XVI. ut in Codice ſuperiore, Heic tamen Liber XVI. eſt integer, & concordat cum dicto Codice I. Plut. XLVII. loc. cit. Clauduntur vero epigraphe: *Priſciani Grammatici ſedecim Libri de octo partibus Orationis finiunt.*

In fine legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Tedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florent. Conventus* 1401. Inde alia manu: *Giuliano di Pumicano Girolami pra. . . . a avuto queſto Libro in preſto dall' Armario di Sancta Croce . . . . .* Reliqua ob evanidum characterem minime legi poſſunt.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. ineuntis, cum ſcholiis aliquot in margine, & gloſſis interlinearibus, & cum initialibus rubricatis, & Graecis verbis ſuis in locis maiori littera adiectis, num. 632. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 190.

QVINTILIANVS DE INSTITVTIONE ORATORIA.

FAbii Quintiliani de Inſtitutione Oratoria Libri XII. cum Prologo, ſeu Epiſtola *Victorio ſuo* inſcripta, quam ſubſequuntur Librorum ſingulorum argumenta, ut in Codice VI. Plutei XLVI. Catalogi Tom. II. pag. 381. *Cod. V.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum effigie auctoris in principio, & initialibus Librorum & Capitum litteris auro, variiſque coloribus eleganter illuminatis, & ſpatiis vacuis ad Graeca ſupplenda relictis, num. 635. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 285.

DONATVS SVPER TERENTIVM.

DOnati Expoſitio in Terentium, cum Prooemio, ut in Codice VIII. Plutei LIII. Catalogi Tom. cit. pag. 604. Heic quoque ad Graecas voces ſupplendas ſpatia vacua relicta ſunt. *Cod. VI.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus coloratis, pulcherrima pictura in principio, auro, variiſque coloribus diſtincta, & icone auctoris, num. 637. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 160.

VARRO DE LINGVA LATINA.

M. Terentii Varronis de origine Linguae Latinae Libri VI. ut in Codice V. Plutei LI. Catalogi Tom. cit. pag. 527. §. I. Spatia ad Graeca ſupplenda ubique, necnon lacunae quaedam occurrunt. *Cod. VII.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ni-

nitidiſſimus, cum initiali littera, auro, variiſque coloribus eleganter illuminata. Conſtat foliis ſcriptis 85.

QVINTILIANI ACTIONES. ET B AVGVSTINI LIB. DE VERA INNOCENTIA.

Cod. VIII. I. pag. 1. QVintiliani Actiones XX. quarum prima inſcribitur: *De adoleſcente caeco & noverca*, quae inc. *Ex incendio domus adoleſcens patrem exſulis*. Vltima: *De filio occiſo a patre propter infamiam inceſtus*, deſ. *ne quid amplius quaeras, tu infamiam ne dicas. Explicit.* Actiones iſtae, ſeu Declamationes Quintiliano tributae in hoc Codice, in aliis M. Floro adſcribuntur, quin etiam a nonnullis creduntur eſſe Poſthumii iunioris, unius ex triginta tyrannis, quem in Declamationibus diſertiſſimum teſtatur fuiſſe Trebellius Pollio, ut videre eſt apud Fabricium Biblioth. Lat. Tom. I. pag. 556. ubi fuſius hac ſuper re edifferit.

II. pag. 90. Beati Auguſtini Liber de Vera Innocentia, ut in Codice II. Plutei XII. Catalogi Tom. I. pag. 7. §. XII. Sunt autem, ut ibi iam monuimus, Proſperi Aquitani ſententiae ex Auguſtino delibatae, quae in hoc Codice ſunt num. CCCXCIII. in quarum principio notatur, *quod omnes illae ſententiae, quae ſignatae ſunt ſigno* (1) *ſunt illae quas Proſper metrice dictavit.*

In prima pagina occurrit indiculus argumentorum Declamationum Quintiliani, & Excerptum ex Auguſtini Libro II. contra Academicos circa principium, ubi loquitur Romaniano.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum notulis & correctionibus aliquot marginalibus, num. 639. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 106.

M. T. CIC. SOMNIVM SCIP. CVM MACROBII COMMENT.

Cod. IX. I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis Somnium Scipionis, excerptum ex Libro VI. de Republica, quod heic imperfectum in fine, & deſinit in verbis, *quippe a patritia veſtigiis ingreſſus patris & tuis, decori veſtro non defui. Nunc tamen tanto . . . . . .* Integrum occurrit iam ſupra pluribus in locis.

II. pag. 4. Macrobii Ambroſii V. C. & Inl. in Somnium Scipionis Commentariorum Libri II. cum Epiſtola ad Euſtachium filium, ut in Codice XIV. Plutei LI. Catalogi Tom. II. pag. 536. §. II. Heic inter primum & ſecundum Librum adſcripta eſt ſequens Cenſoris nota litteris maiuſculis & rubricatis: *Aur. Memm. Symmachus VC. emendabam VII. dis m ä Ravennae cum Macrobio Plotinio Eudoxio VC.* Ad calcem vero ſecundi legitur verſiculus:

Laus tibi, ſumme Deus, finem canit iſte libellus.

Tandem ſequuntur quaedam proprietates Planetarum, & ratio veterum menſurarum. In primo autem Codicis folio adiiciuntur tres principales Quaeſtiones Macrobii, & Circulus duodecim Zodiaci ſignorum.

Codex membranac. Ms. in 4. minori quadrato Saec. X. vere inſignis, cum Graecis verbis maiuſcula littera adlatis, ſcholiis interlinearibus & marginalibus ab eadem antiqua manu adiectis, num. 640. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 57.

PRISCIANVS DE CONSTRVCTIONE.

PRiſciani de Conſtructione Libri II. ut alibi. Heic autem Liber II. multo brevior. Cod. X.
deſinit in verbis: *Non mireris tamen omnia activa, & quaecumque voce actum ſignificantia cum tranſitione, Romanos accuſativo coniungere, quum Atticis quoque, tam in eis, quam in aliis conſtructionum pleriſque idem ſervetur.* Tum rubrica ſubiungitur: *Explicit Liber primus & ſecundus Priſciani. Amen.*

Qui ſcripſit hoc Opus Ioannes de Campizio nomine dictus.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. cum duabus picturis in principio Librorum, rudi penicillo delineatis, quarum prima Priſcianum repraeſentat, num. 641. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 58.

MACROBIVS COMMENT. IN SOMNIVM SCIPIONIS.

I. pag. 1. MAcrobii Commentariorum in Somnium Scipionis Libri II. Cod. XI.
anepigraphi, ut in Codice IX. ſuperiori.

II. pag. 107. Somnium ipſum Scipionis, & tabula Capitulorum Libri Macrobii ſuper idem Somnium.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bacellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minor.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. diligenter exaratus, cum initialibus pictis, num. 642. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 113.

PRISCIANVS DE CONSTRVCTIONE.

I. pag. 1. PRiſciani de Conſtructione Libri II. ut in Codice I. Plutei XLVII. Catalogi Tom. II. pag. 388. Cod. XII.
§. II.

(1) Signum quoddam in Codice videre eſt, quod exhibere in editione minime potuimus.

§. II. Tum adiiciuntur epitaphii verſiculi quidam elegiaei, quorum poſtremi hi ſunt:

Capri bis geminus repetebat cornua Phoebus,
Dum velit, ipſe videt, hanc tulit atra dies.
In ſe te ſpectes, legis haec quicumque ſuperſtes,
Quod cupis ipſe tibi tu prece ſolve ſibi.

In calee Libri primi rubrica legitur: *Artis Priſciani V. D. Grammatici Caeſarienſis, Doctoris Vrbis Romae Conſtantinopolitanae Liber XVII. de Conſtructione explicitus feliciter. Flavius Theodorus Dionyſii V. D. Memorialis Sacri Scrinii Epiſtolarum & adiutor u. m. Quaeſtoris ſacri Palatii ſcripſi manu mea in Vrbe Romae Conſtantinopoli tertio Kal. Iunii Mavortio V. D. C. Conſule imperantibus Iuſtino & Iuſtiniano Pap. Incip. Liber decimus octavus de Conſtructione.*

In ealce Codieis hoc monumentum occurrit, alia antiqua manu exaratum:

Summus Alexander ſanctus, quem mundus adorat,
Quum Paſtor mundi regnaret, Rexque Guielmus,
Et quum vir ſplendens, ornatus nobilitate
De Mediolano de Turri ſic Alamannus
Vrbem Florentem gaudenti corde regebat,
Moenia tunc fecit vir conſtans iſta futuris,
Qui praeerat populo Florenti Barptolemaeus,
Mantua quem genuit, cognomine de Nanlono,
Fulgentem ſenſu, clarum, probitate refultum,
Quem ſignant aquilae, reddunt ſua ſigna decorum,
Inſignem populi, quod confert gaudia vitae
Illis, qui cupiunt urbem conſurgere caelo,
Quam foveat Chriſtus conſuetae foedere pacis,
Eſt quia cunctorum Florentia plena bonorum,
Hoſtes devicit bello, magnoque tumultu,
Gaudet fortunis, ſignis, populoque potenti;
Firmat enim fervens, ſternit nunc caſtra ſalute,
Quae mare, quae terram, quae totum circuit orbem,
Per quam regnantem ſit felix Thuſcia tota,
Tamquam Roma ſedet ſemper ductura triumphos,
Omnia diſcernit certo ſub iure cohaerens.
Annis millenis bis centum ſtantibus orbe
Pentadecem iunctis Chriſti ſubiungite quinque,
Cui ternamdecimam tunc temporis indictionem.

In primo folio: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Florent. Convent. Fratrum Minor. 1406.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII, eum gloſſis aliquot marginalibus & interlinearibus, necnon Graecis verbis ſuis in locis inſertis, num. 644. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 116.

PLVTEVS XXIII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

C O D E X I.

M. T. CICERONIS VERRINAE, ET PHILIPPICAE.

I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis ſplendidiſſimi Oratoris in Caium Verrem Orationes VII. ut in Codiee XIV. Plutei XLVII. Catalogi Tom. II. pag. 442.

II. pag. 143. Eiuſdem Philippicarum in Marcum Antonium Orationes XIV. ut alibi.

In prima averſa paginà habet de more inſeriptum: *Ihc Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minor.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, eum initialibus auratis & coloratis, & eleganti pictura in principio, num. 650. notatus, & ab Hier. Lagomarſinio Florentiae collatus 27. Decembris MDCCXL. & num. II. 45. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 208.

M. T. CICER. EPISTOLAE AD M. BRVTVM, AD Q. FRATREM, ET AD ATTICVM.

I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis ad M. Brutum Epiſtolarum Liber ſingularis, ut in Codice XVIII. Plutei XLIX. Catalogi Tom. II. pag. 474. §. I. *Cod. II.*

II. pag. 11. Eiuſdem ad Q. Fratrem Epiſtolarum Libri III. ut ibid. §. II.

III. p.

Digitized by Google

III. pag. 35. *b.* Eiuſdem Epiſtola fictitia ad Octavianum, ut ibid. §. III.

IV. pag. 57. Eiuſdem Epiſtolarum ad Atticum Libri XVI. ut ibid. §. IV. Graeca verba plerisque in locis cynnabari adferuntur, ſed alia manu, & ſatis caſtigate.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Flor, Ord. Fratram Minor.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus Librorum auro oblitis, pictura in principio, & Summariis in margine, num. 651. notatus, & ab Hieronymo Lagomarſinio collatus die 27. Decembris 1740. & num. III. 23. diſtinctus. Conſtat foliis ſcriptis 210.

M. T. CICERONIS TVSCVL. QVAEST. DE SENECTVTE, PARADOXA, ET ORATIONES.

Cod. III. I. pag. 1. MArci Tullij Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum Libri V.

II. pag. 38. Eiuſdem de Senectute Liber.

III. pag. 46. Eiuſdem Paradoxa Stoicorum, quibus praecedit haec adnotatio: *In hoc Opere Tullius praecipuum oſtendit robur eloquentiae, ubi quod aliis videbatur impoſſibile, beata ſua oratione reddit poſſibile. Intendit igitur de Paradoxis, videlicet de glorioſis ſententiis in Senatu a Catone datis tractare, & obſcure a Philoſopho traditas modo oratorio dilucidare; ut quod modo erat in neceſſitate, omnibus videatur probabile, non quidem arroganter de ſe praeſumendo, ſed diligenter amico ſatisfaciendo. Incipit ergo Prologus ſic* Animadverti &c.

IV. pag. 49. Eiuſdem Invectivarum in Catilinam Libri IV. ubi notandum ante Librum ſecundum praeponi argumentum illud, quod alibi notavimus.

V. pag. 59. Eiuſdem Invectiva in Salluſtium.

VI. pag. 60. *b.* Salluſtii Invectiva in Ciceronem.

VII. pag. 61. *b.* M. T. Ciceronis Oratio pro Marco Marcello.

VIII. pag. 64. Eiuſdem pro Q. Ligario.

IX. pag. 67. *b.* Eiuſdem pro Rege Deiotaro.

X. pag. 72. Eiuſdem de laudibus Cn. Pompeii, ſeu pro Lege Manilia.

XI. pag. 80. Eiuſdem pro Aulo Licinio Archia Poëta.

XII. pag. 83. *b.* Eiuſdem pro ſe ipſo ad Populum Romanum pro perſecutione, quam Tribunus Plebis eidem inſerebat iniuſte.

XIII. pag. 85. Eiuſdem pro ſe ad Senatum. Haec Oratio mutila eſt, & deſinit in verbis: *ut quoniam occulte veſtrum malum gereretis* (ſic) *nihil* . . . . . . quae pertinent ad Cap. XII. appoſito in margine: *Hic videtur deficere ad finem concionis.*

XIV. pag. 86. *b.* Eiuſdem pro Milone.

XV. pag. 95. Eiuſdem pro Plancio, ſed ſine titulo.

XVI. pag. 104. Eiuſdem pro Sylla.

In primo folio notatum eſt: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Fratram Minor.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, cum adnotationibus quibuſdam marginalibus eiuſdem antiquae manus valde bonis, num. 655. notatus, & ab Hier. Lagomarſinio collatus Florentiae 27. Decembris 1740. & num. II. 43. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 111.

M. T. CICERO DE ORATORE.

Cod. IV. MArci Tullii Ciceronis de Oratore Libri III. Etſi non antiquus ſit hic Codex, in eo tamen antiquiſſimorum Codicum conſuetudinem ſervat, quod diphthongorum vocales fere diſſolvit, ut *graeculus*, *praeſtare*, *quae* &c.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Fratrum Minor.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum litteris initialibus Librorum auratis & pictis, num. 648. notatus, & ab Hier. Lagomarſinio collatus die 27. Decembris 1740. & num. I. 5. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 105.

M. T. CICERO DE NATVRA DEORVM, DE FATO, ET DE DIVINATIONE.

Cod. V. COdex eſt anepigraphus, ſed in eo continentur:

I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Natura Deorum Libri III. ut in aliis Codicibus.

II. pag. 115. *b.* Eiuſdem Fragmentum de Fato, ut alibi.

III. pag. 129. Eiuſdem de Divinatione Liber primus tantum.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum littera initiali Libri primi aurata & colorata, num. 656. notatus, & ab Hier. Lagomarſinio collatus die 27. Decembris 1740. & num. IV. 9. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 166.

M. T. CICERONIS ORATIONES PHILIPPICAE.

Cod. VI. M. T. Ciceronis Orationes Philippicae anepigraphae XIII. In ſexta & in quinta

ta contigit huic Codici idem, quod Codici Mediceo XVII. Plut. XLVIII. (1) ſiquidem heic quoque ſexta Philippica deſideratur, praeter extremae particulam ex illis Capitis XVIII. verbis: *numquam vidi tantam, quanta nunc veſtra eſt &c.* quinimmo & ex ipſa quinta poſteriora interciderunt, ex Capitis XXXI. illis verbis: *nullam cenſeo faciendam &c.* qui idem defectus occurrit iis omnibus Codicibus, in quibus ſexta eadem Oratio deſideratur.

In primo folio adſcriptum eſt: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minor.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. pulcherrimus, cum initialibus ſingularum Orationum aureis & coloratis, & pictura in principio, quae totum ferme primae paginae marginem ambit, num. 652. notatus, & ab Hier. Lagomarſinio collatus die 27. Decembris 1740. & num. II. 44. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 120.

M. T. CICERONIS DE OFFICIIS, DE AMICITIA, DE SENECTVTE, PARADOXA, ET SOMNIVM SCIPIONIS.

Cod. VII. I. pag. 1. M. T. Ciceronis de Officiis Libri III.

II. pag. 77. Eiuſdem de Amicitia Liber.

III. pag. 98. Eiuſdem de Senectute Liber.

IV. pag. 115. *b.* Eiuſdem Paradoxa.

V. pag. 124. *b.* Eiuſdem Somnium Scipionis, quae quidem omnia ſunt anepigrapha.

In primo Codicis folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ord. Fratrum Minor.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. nitide exaratus, cum initialibus Operum aureis & pictis, num. 654. notatus, & ab Hier. Lagomarſinio collatus die 27. Decembris 1740. & num. IV. 8. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 129.

M. T. CICERO DE ORATORE.

Cod. VIII. M. T. Ciceronis de Oratore ad Quintum Fratrem Libri III. Habet hoc praecipuum atque inſigne, quod encliticam *que* ferme ſeparat a dictionibus, ut *diſciplinam que* pro *diſciplinamque*: qua de tota re uberius diximus ad Codicem XXVI. Plutei XLVIII. Catalogi Tomo II. pag. 454. §. VIII. Quaedam in hoc Codice aliquando iterantur, ut Capite XXII. Libri II. In eodem ſecundo Libro pagina quaedam in illis Capitis 365. verbis abſolvitur, *de iis rebus diſputares*: inſequens autem ab illis inchoatur *invidiam Senatui; non ſceleris nefarii principes civitatis reos &c.* quae pertinent ad Caput VIII. Libri III. progrediunturque ad Caput LVII. eiuſdem Libri III. & deſinunt in illis *ingeniis uberrimis affluentes*: quibus omnibus interiectis, poſt novem omnino paginas ea, quae primo omiſſa fuerant reperiuntur.

In primo Codicis folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minor.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum pictura in principio, & litteris Librorum initialibus auratis & coloratis, num. 646. notatus, & ab Hier. Lagomarſinio collatus die 27. Decembris 1740. & num. I. 6. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 146.

M. T. CICERONIS DE INVENTIONE, ET AD HERENNIVM LIBRI.

I. pag. 1. MArci Tullii Ciceronis de Inventione Libri II. Cod. IX.

II. pag. 68. Eiuſdem ad Herennium Libri IV.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minorum.*

Codex membr. Ms. in 8. Saec. XV. cum initialibus utriuſque Operis aureis, num. 647. notatus, & nulla Lagomarſinianae collationis epigraphe, ſed num. tantum I. 7. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 144.

M. T. CICERO DE OFFICIIS.

M. T. Ciceronis de Officiis ad Marcum filium Libri III. in quorum calce legitur diſtichon, ut alibi, Cod. X.

Excellunt Libros cunctorum Philoſophorum,

Hi quos compoſuit tres Tullius Officiorum.

Tum paullo inferius: *Hieronymus ſcripſit anno Domini MCCCCLII. die VI. Iun.*

In primo folio legitur: *Ad uſum fuit Fratris Franciſci de Foruboſchit, qui pertinet Armario Florentini Conventus Sanctae Crucis Ord. Minorum.*

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum Summariis in margine, ac titulis rubricatis, pictura in principio, & initiali littera primi Libri aurata & colorata, num. 653. notatus, & ab Hier. Lagomarſinio collatus die 27. Decembris 1740. & num. IV. 7. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 46.

PLV-

(1) Vide Catalogi Tom. II. pag. 443.

PLVTEVS XXIV. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XI.

C O D E X I.

V I R G I L I I A E N E I S.

P. Virgilii Maronis Mantuani Aeneidos Libri XII.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Fratrum Minor.*

Codex membranac. Ms. in fol. oblongo Saec. XV. nitidiſſimus, cum correctionibus aliquot, ſed perquam raris, num. 658. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 125.

TERENTII COMOEDIAE.

Cod. II. P. Terentii Afri Comoediae VI. & quidem eodem ordine, quo habentur in Codice XIII. 2. Plutei XCI. ſuper. Catalogi Tom. III. pag. 750.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Minorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. ineuntis, nitidiſſimus, cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus, minutiſſimo charactere exaratis, & cum pictura in principio, quae Poëtam ipſum repraeſentat, cum ornamentis auro, variiſque coloribus eleganter depictis, quae totum marginem implent, ubi erat quoque poſſeſſoris ſtemma gentilitium, nunc omnino eraſum, num. 659. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 61.

LVCANI PHARSALIA.

Cod. III. LVcani Pharſaliae Libri X. cum Epitaphio Poëtae in principio, ut in Codice I. Plutei XXXV. Catalogi Tom. II. pag. 201. §. I.

Codex membranac. Ms. in 4. oblongo Saec. XI. cum ſcholiis aliquot marginalibus, & interlinearibus, & variis in locis manu Saec. XIII. ſuppletus, num. 661. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 95.

SENECAE TRAGOEDIAE.

Cod. IV. LVcii Annaei Senecae Tragoediarum Liber, videlicet Tragoediae X. ut infra:

I. pag. 1. Hercules Furens.
II. pag. 19. Thyeſtes.
III. pag. 33. Thebais.
IV. pag. 42. Hippolytus.
V. pag. 58. *b.* Oedipus.
VI. pag. 72. Troas.
VII. pag. 85. Medea.
VIII. pag. 98. *b.* Agamemnon.
IX pag. 112. Octavia.
X. pag. 125. *b.* Herculis mors, ſive Hercules Oetaeus. In fine rubrica adnotatum eſt: *Lucii Annaei Senecae Tragoediarum Liber explicit. Scriptum per manum Fratris Thedaldi de Mucello, Piſis, & Florentiae infra duos menſes, anno Domini MCCCLXXI. completum quarta die Decembris.* Tum ſequitur Epitaphium, quod dicitur fuiſſe, vel eſſe ſuper tumulum Senecae, quodque inc.

Cura, labor &c.

Inde ſcriptor addidit: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Thedaldi*, nec non diſtichon inſequens:

Marmoreo tumulo iacet hic Nero, ſed Cato parvo,
Pompeius nullo, credimus eſſe Deos?

In primo folio adſunt verſus Sidonii, per quos probatur, quod auctor Tragoediarum non eſt idem Seneca, cum Seneca Morali. Inc.

Non quod Corduba praepotens alumnis &c.

Tandem alia haec leguntur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia 1406. & de ſua manu ſcriptus.*

Codex partim membranac. partim chart. in 4. oblongo Saec. XIV. cum adnotationibus marginalibus & interlinearibus, titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 663. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 153.

L. ANNAEI SENECAE TRAGOEDIAE.

L. Annaei Senecae Cordubenſis Tragoediae X. quae eodem ordine procedunt, ac in Codice ſuperiore. Adſunt marginales & interlineares aliquot adnotationes, non admodum frequentes. Cod. V.

In primo folio ſcriptum eſt: *Ad uſum ſuit Fratris Franciſci de Foraboſchis, qui pertinet Armario Florentiae Conventus Sanctae Crucis Ord. Minorum.*

Co-

Digitized by Google

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. cum initiali prima littera colorata, num. 664. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 169.

FL. VEGETIVS DE RE MILITARI, ET PALLADIVS DE AGRICVLTVRA.

Cod. VI. I. pag. 1. FLavii Vegetii Renati viri illuſtris de Arte Bellica Libri IV. ad Valentinianum Auguſtum, praevio ipſorum Summario, Capitum elencho, qui ſingulis deinde Libris praefigitur, & Provemio, necnon Cenſoris nota in fine ultimi Libri, ut in Cod. IX. Plut. XX. ſupra pag. 151. §. II.

II. pag. 27. Palladii Rutilii Tauri Aemiliani viri illuſtris Opus Agriculturae Libris XIII. cum Prologo, ut in Codice XXIII. Plutei XLVII. Catalogi Tom. II. pag. 413. Heic vero ab alio recentiore quatuor Capita ſubiiciuntur, in quorum primo quaeritur, *quot vellera conveniant ducentis hominibus veſtiendis*; in ſecundo, *quo tempore debeant dimitti arietes ad oves*; & reſpondetur, *in feſtivitate S. Michaëlis*; in tertio agitur *de cucurtis, earumque plantationis ratione*; & in quarto *de paſtu equorum*. Tandem claudit Codicem Capitum tabula, quibus totum Palladii Opus diſtinguitur.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. binis columnis, cum ſcholiis aliquot. & correctionibus marginalibus. & titulis rubricatis, num. 665. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 61.

OVIDII EPP. HEROIDVM.

Cod. VIII. P. Ovidii Naſonis Epiſtolae Heroidum XXI. ut in Codice II. Plutei XXXVI. Catalogi Tom. II. pag. 228. §. III Vltima tamen huius Codicis, quae inſcribitur *Cydippe Acontio*, eſt imperfecta, & deſinit in verſu:

Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi.

In ultima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus* 1406.

Codex membranac. Ms in 4. oblongo Saec. XII. cum gloſſis aliquot marginalibus, in principiu manu Fr. Thedaldi. Conſtat foliis ſcriptis 46.

MACROBII SATVRNALIA.

Cod. IX. MAcrobii Saturnaliorum Liber VII. cum Prologo. & Liber II. in quorum fine legitur tetraſtichon, quod alibi occurrit, & inc.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis &c.

Alterum ſex verſibus inc.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo &c.

Iſte Liber Macrobii de Saturnalibus eſt ad uſum Fratris Thedaldi, qui in principio Codicis haec alia adnotavit: *In iſto Libro, qui eſt ad uſum Fratris Thedaldi Octaviani de Pulicciano continetur primo ultimus Liber Macrobii de Saturnalibus, item ſecundus Liber euſdem, qui incipit hic:* Vbi modeſtus edendi modus. *Primus tamen Prologus, qui ponitur in principio dicti Libri de Saturnalibus incipit:* Multas. *Sed ubi incipit:* Primus menſis, *eſt ultimus Liber Macrobii de Saturnalibus, & durat uſque ad illum locum:* hic ubi modeſtus, *& ubi incipit ſecundus Liber, in quo continentur ſcomata pulcra & varia. De primo autem Libro de Saturnalibus nihil eſt hic, qui eſt utilis Liber, & in quo tractantur multa de diebus, menſibus, & anno, & de Chalendario plurima. Item in tertio, vel ſecundo Libro multa tractantur de Libro Virgilii, & Eneri poëtae, de quo nihil hic. Primus tamen Liber Macrobii, & ultimus, & Liber ille, in quo ſunt ſcomata, ſunt magis utiles; ideo qui vult, ſcribat hic primum Librum, & habebis ſufficienter bona totius Libri; qui tamen vellet in multis paſſibus bene intelligere Virgilium, habeat tertium Librum iſtius Macrobii, qui non eſt hic.*

Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florent. Convent. 1406.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. exeuntis, num. 658. notatus, Conſtat foliis ſcriptis 41.

CAPELLA DE NVPTIIS PHILOLOGIAE CVM COMMENT. ET SENECAE QVAEDAM.

I. pag. 1. MArtiani Mynaei Felicis Capellae Afri Carthaginenſis de Nuptiis Philologiae & Mercurii Libri II. quibus ſubiicitur Commentarius, ut videtur Remigii Antiſiodorenſis, ut in Codice XV. Plutei LI. Catalogi Tom. II. pag. 537. § I. & II. Cod. X.

II. pag. 78. Lucii Annaei Senecae ad Neronem de Clementia Libri II. ut in Codice XXXV. Plutei LXXVI. Catalogi Tom III. pag. 106. §. III.

III. pag. 80. Divi Paulli Epiſtolae ad Senecam, & Senecae ad Paullum, praevio teſtimonio Hieronymi in Catalogo Virorum Illuſtrium, quibus ſubiicitur eiuſdem Senecae Epitaphium, ut in Codice II. Plutei XLV. Catalogi Tom. II pag. 335. §. I.

IV. pag. ead. Senecae Proverbia. Inc. *Conſilio melius vinces, quam iracundia*. Deſ. *intuleris*. Alibi etiam occurrerunt, ſed aliquantum diverſa.

V. p.

Digitized by Google

V. pag. ead. Eiuſdem ad Neronem de quatuor Virtutibus Liber, ut in Cod. IV. eiuſdem Plutei loc. cit. pag. 339. §. III.

VI. pag. 82. *b.* Eiuſdem ad Gallionem de Remediis Fortuitorum Liber, ut in Codice XXIV. eiuſdem Plutei loc. cit. pag. 361. § II.

VII. pag. 83. *b.* Eiuſdem ad Aebutium Liberalem de Beneficiis Libri tantum VI. quorum ultimus deſinit imperfecte in verbis: *non enim vires habere, ſed pondus immodica numquam regi poſſe, nec diu durare quidquid regi. . . . .*

Codex membran. Ms. in 4. Saec. quoad Martianum XI. in principio per quinque plagulas recentiore manu ſuppletus, quoad Senecam Saec. XIII. cum ſcholiis aliquot, & Graecis verbis maiuſcula littera adlatis, num. 669. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 93.

L. APVLEII PLATONICI METAMORPHOSEOS, ET FLORIDORVM LIBRI.

Cod. XI. I. pag. 1. LVcii Apuleii Platonici Madaurenſis Metamorphoſeos de Aſino Aureo Libri XI. ut alibi.

II. pag. 112. Eiuſdem Floridorum Liber I. & initium II. uſque ad verba: *gemino voto, pari ſtudio. ſimili ſtylo amen*, ubi in margine adnotatum eſt: *Non complevi, quia corruptum exemplar, nec intelligebam.*

In prima pagina recentiori manu ſcriptus legitur Prologus quidam in aliquam Comoediam, qui inc.

Et ego tibi ſermone iſto Mileſio &c.

Codex membran. Ms. in 8. maiori Saec. XIV. manu Thedaldi de Caſa exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 671. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 117.

SEDVLII, STATII, ET CLAVDIANI CARMINA QVAEDAM.

Cod. XII. I. pag. 1. SEdulii Catholici Poëtae de ſingulis utriuſque Teſtamenti miraculis ad Macedonium Presbyterum Libri IV. anepigraphi carmine heroico, cum Praefatione, quae inc.

Paſchales quicumque dapes &c.

ut in Cod. XV. Plut. XXIII. Catal. Tom. I. pag. 723. §. IX.

II. pag. 43. *b.* Eiuſdem item ſine titulo Carmen, quod in editione inſcribitur: *Veteris & Novi Teſtamenti Collatio, in qua carmine reciproco dimidium verſus primi, finem complectitur verſus ſecundi.* Ibid. §. X.

III. pag. 46. Eiuſdem Epigramma, quod ex antiquo Codice Caſp. Barthius Lib. X. Adverſ. Cap. IX protulit. Inc.

Haec tua perpetuae quae ſcripſi dogmata vitae &c.

IV. pag. ead Sequitur ſine titulo Hymnus iambicus dimeter de Chriſto, ſuccincte ab Incarnatione uſque ad Aſcenſionem, eius opera complectens, qui in Codice adinſtar proſae perſcribitur. Inc.

A ſolis ortus cardine.

Deſ.

Seſeque Caelis reddidit.

Habes in Biblioth. Patrum Pariſ. ſumptibus Aegidii Morelli A. MDCXL. fol. Tomo VIII. a pag. 679. ad pag. 680.

V. p. 47. *b.* Liber Sedulii, ſeu potius Epiſtolae fragmentum fugientibus litteris exaratum ad Macedonium Presbyterum. Inc. *Domino Sancto meo Patri Macedonio Presbytero Sedulius ſalutem in Domino* (1). *Ianuenſes Conſules Conſulibus Terdonenſium, necnon & omni populo maiori & minori amicitiam ſalutem in Chriſto. Rogamus. & rogando deprecamur, ut quam citius poteſtis conveniatis nobiſcum, ut conſilium capiamus, qualiter ſtratam, ſi ſecuram, & ſi benignam ſine damno alicuius facere poſſumus, faciamus. Sin autem nequiverimus, vos ex parte veſtra . . . . veſtrum exercitum. & nos habebimus noſtrum fortiter, aſpere inſiſtimus, nullus apretus maleſactor audeat aliquem diſturbare . . . . . .*

VI. pag. 48. Quaedam ſuperſtitioſa ad ſalvandum Chriſtianos, & ſubmergendum Saracenos.

VII. pag. 49. Statii Achilleidos Liber, cum notitia auctoris in principio, & ſcholiis marginalibus & interlinearibus. Eſt autem in fine mutilus, & deſinit in verſu:

Fuſa novi, lacrymas iam ſolvit, & occupat artus.

VIII. pag. 70. Claudiani de Raptu Proſerpinae Libri III. cum Prologis in ſingulos carmine elegiaco, ut alibi; heic quoque adſunt gloſſae interlineares, & ſcholia marginalia.

Codex membran. Ms. in 8. Saeculi, quoad Sedulium XI. quod reliqua XII. triplici manu exaratus, & num. 672. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 91.

FINIS PLVTEI XXIV.

(1) Ita prorſus eſt in Codice.

PLVTEVS XXV. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

C O D E X I.

NICOLAI TREVETH EXPOSITIO SVPER BOETHIO.

NIcolai Treveth ſuper Boëthii Libris V. de Conſolatione Philoſophiae Expoſitio, cum duobus Prologis, ut in Codice III. Plutei LXXVII. Catalogi Tom. III. pag. 129. §. I. Praeceditur verſiculo:

Plaſmator rerum mihi praeſtet ſcribere verum.

& clauditur epigraphe: *Quanto ſit labore completum ſcriptum iſtud novit auctor.*

In Codicis tegmine huiuſmodi inſtrumentum legitur: *Anno Nativitatis Domini milleſimo treceteſimo quinquageſimo quinto, indictione octava, die vigeſima prima Iunii. Quam deceat quoslibet praeſides, quibus ſalus Communitatis eminet gubernanda adhibere curam praecipuam, quatenus ſubditorum commoditas ſalubriter ordinetur, ideo ſapientes & diſcreti viri Dominus Iohannes Domini de Piſis iuris peritus, Vicarius & Rector Lucae &c. & Domini Antiani Lucani Communis numero octo, ſtantes ad Conſilium in aula maiori palatii Eccleſiae S. Michaëlis in Foro, una cum ſapientibus & diſcretis viris Domino Guilielmo Mercati iuris perito, Domino Barptolomaeo Mantini Iuriſperito, Ser Arrigo Guidi Sartoy, Iohanne Domini Franciſchini Honeſti, Ser Nicolao de Ghivizano, Betto Bombellinghi, Ser Marcheſe Gilii, Franciſco Mordecaſtelli, Barptolomeo Acceptantis, & Thomaſino Cagnoli civibus Lucanis, per ipſos Dominos Antianos electis ad haec, una cum praefatis Dominis Vicario & Rectore, & Antianis agendo & providenda, iuxta deliberationem Conſilii celebrati die undecima Iunii praeſentis, & ipſi cives Lucani, una cum eiſdem Dominis Vicario & Rectore, & Antianis, conſiderantes, quod propter accidentia, quae in Civitate & Comitatu Lucano proxime ſunt occurſa, oportet eos circa conſervationem & ſtatum pacificum, & quietem ipſius Civitatis & Comitatus neceſſaria providere ex baylia & auctoritate eis attributa per Conſilium ſupradictum, ipſa baylia & auctoritate utentes, & omni alia via iure & modo, quibus melius potuerunt, providerunt & ordinaverunt. Quod omnes & ſinguli imbanniti Lucani Communis & condemnati pro maleficio, qui fuerunt imbanniti, vel condemnati a Kalendis Ianuarii proxime praeteriti retro, exceptis imbannitis pro incendio, robbaria ſtratae, ſive aſſaſinata, vel proditione facta contra Commune Piſanum, vel Lucanum, rebanniri poſſint & debeant, & liberentur a bannis eis, & cuique eorum datis, & condemnationibus de eis factis, ſolvendo prius, prout, & ſicut infra dicetur, videlicet. Quod quicumque fuerit, ſive reperitur imbannitus de perſona, ſive etiam condemnatus per unum bannum, ſive plura quotcumque fuerint banna, ſolvere debeat libras viginti quinque denariorum Lucanae bonae monetae Camerario Lucani Communis, qua ſolutione ſic facta, ſit, & eſſe intelligatur praeſentis proviſionis auctoritate liber, & abſolutus ab ipſis bannis, & condemnationibus &c.*

Ego Niccoloſus Michaëlis de Luca Notarius &c.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus rubricatis, num. 673. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 40.

BOETHIVS DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE.

Cod. II. BOëthii de Conſolatione Philoſophiae Libri V, ut alibi pluries.

In Codicis tegumento legitur: *Iſte Boëthius eſt Lodovici Duccii de Sancto Miniate, quem ipſe praeſtavit mihi Franciſco Ser Biondi, moranti in Scholis Magiſtri Nicolai de Aretio die VII. menſis Februarii MCCCCI. Indictione* .... In altero autem folio: *Ego Fr. Franciſcus de Foraboſchis hunc librum audivi a D. Magiſtro Franciſco de Collina anno D. MCCCCXXV.* Tum paullo inferius: *Antonius Iacobi de Giovanninis, Papias Ser Iacobi de Giovanninis.* Ac tandem: *Iſte Liber fuit ad uſum Fr. Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit armario Fratrum Minorum Floren. Convent. 1406.*

Codex membran. Ms. in 4. Saec. XIII. cum litteris coloratis, & ſcholiis aliquot marginalibus & interlinearibus, num. 674. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 55.

NICOLAI BONAIVTI SANCTA IERVSALEM.

Cod. III. NIcolai Michaëlis Bonaiuti Florentini Sanctae Ieruſalem Libri XII. ut in Codice XVIII. Plutei XCI. ſuper. Catalogi Tom. III. pag. 863. Tum repetitur in calce titulus: *Nicolai Michaëlis Bonaiuti Florenti-*

tini Liber XII. Sanctae Ieruſalem explicit.

In Codicis tegumento legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fr. Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Convent. Sanctae Crucis de Flor. Ord. Minorum.*

Codex membran. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum titulis & initialibus rubricatis. num. 675. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 213.

LIBER DICTAMINIS, FR. IO. AEGIDII

De Proſodia Liber, Anonymi gloſſae in Sacram Scripturam, & Vitae Sanctorum.

Cod. IV. I. pag. 1. Liber Dictaminis, praevia Epiſtola, quae ita inſcribitur & inc. *Dilectiſſimo amico ſuo A. Fr. B. ſalutem & perfectionem operis & ſermonis. Dictatam tibi, charissime, dictatoriae inſtitutionis epiſtolam, meritoque Romanorum Dictaminum formulam capiens dubii qualecumque ſui exemplo materia.* Deſ. *noveris hoc ordine diffinitum.* Liber inc. *Dictamen eſt, injunctum, congruus & appoſitus cuiuslibet rei tractatus ad rem ipſam convenienter applicitus.* Deſ. *tuum erit amodo diligenti ſtudio noſtris iſagogis intendere, ſi orationem tuam volueris dictatoria lege exponere compoſitam, non ſuis floribus odoratis. Explicit.* Subiiciuntur pag. 6. exempla plura Litterarum Summorum Pontificum, Imperatorum, & Regum, nec non variorum Privilegiorum, Diplomatum, Inſtrumentorum &c. juxta diverſa negotia expedienda. Primum inc. *Si Dominus Papa ſcribat Archiepiſcopo vel Epiſcopo, vocat eum Venerabilem Fratrem ſic: Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri Lugdunenſi Archiepiſcopo vel Epiſcopo.* Vltimum deſ. *& ego Guido praedictus Sacroſanctae Romanae Eccleſiae auctoritate Notarius praedictis interfui, & ea propria manu ſcripſi, & in publicam formam redegi vocatus ſpecialiter & rogatus, ſignum quoque factum in loco ubi ſcriptum eſt Nicoſienſis propria manu feci.* Sunt autem omnia numero CXII. quorum poſtremum, cuius finem dedimus, ita inc. *In nomine Domini anno eiuſdem milleſimo CCLXX. Indictione XIII. VIII. die menſis Iunii intrantis, Apoſtolica Sede vacante, in praeſentia mei Guidonis Ballanis Parmenſis Not. & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum &c.*

II. pag. 33. Gloſſae, ſeu Expoſitiones quorumdam vocabulorum Biblicorum, auctore Anonymo, ſed forte Ioanne Aegidio Auguſtiniano, cui ſimile Opus tribuit Fabricius Biblioth. Med. Tom. IV. pag. 46. col. 2. Inc. *Deſiderii mei deſideratas accepi epiſtolas. Alluſio nominis; Deſiderius enim vocabatur quidam Epiſcopus familiaris Beati Hieronymi, qui obnixe deprecatus eſt, ut Pentateucum de Hebraeo in Latinum transferret ſermonem, ad quem ſcribit hanc Praefationem. Praefatio, vel Proloquutio Latine, Graece Prologus dicitur, vel Prooemium.* Deſ. in Apocalypſi in verbis: *Alleluia, cantate et, qui eſt; Alle cantate; luia, qui eſt, ſive benedic nos ſimul in unum.*

III. pag. 43. Fratris Ioannis Aegidii Tractatus de Accentu, ſive Proſodia, praevia Epiſtola nuncupatoria, quae inſcribitur, & inc. *Suo ſuus, dilecto dilectus, Hiſpano Hiſpanus, Zemorenſi Zemorenſis, Fratri Facundo Frater Ioannes Aegidii, pacis concordiam, charitatis fragrantiam, & aeternam gloriam poſt hanc vitam miſeram & caducam. A pluribus autem ductus plures & rogatus, ut Tractatum de Accentu ſive Proſodia, & de aliis difficultatibus, quae ante incidunt correctoribus, & lectoribus in Biblia, probationibus mediantibus compilarem, nullatenus eorum precibus acquievi.* Deſ. *& ſupplico ipſi Ieſu, ut noſtrum valere cito transferat in gaudere.* Poſt Epiſtolam ſequitur quaedam veluti Praefatio, in qua agitur *de diviſione ſcientiarum, ſermocinalis, rationalis, & doctrinalis, nec non magicae artis & mechanicae*, & inc. *Recolentes quod omne bonum pulcrius elucescit.* Deſ. *ut ergo quod quilibet quaeſierit poſſit facilius invenire, totum Opus per Capitula eſt diſtinctum.* Tum ſubiicitur Capitum elenchus, quae ſunt num. XXXIII. Primum *de vocis diffinitione & eius explanatione* inc. *Primis rudimentis artis grammaticae inſiſtentes, a primis, hoc eſt a litteris ſumamus exordium.* Vltimum *de cognoſcenda dubia ſententia. ſive loquutione ſecundum Auguſtinum*, deſ. *ſi autem veritatis teſtimonio roboratur, quod nos rationabiliter ſcripſiſſe aeſtimamus, & circa quod teſte Deo feliciter deſudavimus, Deo, non nobis attribuere debemus, qui eſt benedictus in ſaecula ſaeculorum. Amen. Explicit Proſodion, id eſt Liber de Accentu.* Vni eidemque Ioanni Aegidio Auguſtiniano Tractatum hunc de Accentu, & recenſitas Expoſitiones Vocabulorum Biblicorum tribuit Fabricius loco ſuperius citato; ſed ex inſcriptione Epiſtolae nuncupatoriae huic Operi praemiſſae colligitur auctorem eſſe alterum Ioannem Aegidium, Zimorenſem. Hiſpanum, Ordinis Minorum, qui ab Alphonſo X Sapiente, Hiſpaniae Rege praefectus fuit filio Sancio, cui adhuc infanti anno MCCLXXIV. dicavit Librum *de praeconiis ſive laudibus Hiſpaniae*, quem citat Toſtatus Quaeſt. XVIII. Prologi in Ioſuam, ut notavit Waddingus pag. 189.

IV. pag. 101. Aliae Gloſſae in Sacram Scripturam, quae incipiunt a Geneſi, & progrediuntur uſque ad Librum Machabaeorum, auctore Anonymo, quemadmodum etiam alia omnia, quae ſubſequuntur. Praeeunt Prolegomena, quorum initium eſt: *Quum animadverterem quamplurimos ſe miſcere quaeſtionibus infinitis &c.* Expoſitio in Geneſim inc. *Litterarum Sacrarum Latino interprete Beato Hieronymo &c.* Vltima verba in Machabaeos ſunt: *Item G. ſi ſemper exactus ſit, non erit gratus.* Tum poſt enumerationem Librorum expoſitorum hi verſiculi adiiciuntur:

 Vs

Vt tibi ſacrorum ſint nomina nota librorum,
Et quis fons horum, compagove quae ſit eorum,
Hanc ope doctorum doctrinam trado meorum.

V. pag. 175. *b*. Tractatus brevis de Nominibus Librorum divinae paginae, unde ſuam trahant originem, tam apud Hebraeos, quam Graecos, & Latinos. Inc. *Quoniam cognito rei nomine habetur de re aliqualis notitia &c.* Deſ. *ſicut uſtio ferro ardente latroni inuritur*.

VI. pag. 179. Tractatus de litteris & vocabulis Hebraeis & Graecis. Inc. *Quoniam quaedam gloſſae mentionem faciunt de litteris & vocabulis Hebraeis & Graecis*. Deſ. *de his habes in gloſſa Ge. XLVII.*

VII. pag. 185. Aliae Explanationes in varia loca Librorum Sacrae Scripturae. Inc. *Fons adſcendebat de terra. Hebr. habet: nubes adſcendebat de terra &c.* Deſinunt in explicatione menſium: & in verbis: *Thiſſeleu, November*.

VIII. pag. 211. Alia tandem gloſſarum uberior collectio in libros Sacrae Scripturae, & primo in Epiſtolam S. Hieronymi ad Paullinum, cuius initium: *Incipit Epiſtola S. Hieronymi ad Paullinum de omnibus divinae Hiſtoriae libris i. a. detulit &c.* Deſ. *cuius diſtinctio illud, uſque in Domino*.

IX. pag. 260. Vitae Sanctorum, videlicet I. Andreae Apoſtoli, II. Nicolai Epiſcopi, III. S. Ambroſii, IV. S. Luciae Virginis, V. Sancti Thomae Apoſtoli, VI. Stephani Protomart. VII. Ioannis Evangel. VIII. Innocentium, IX. Thomae Epiſc. & mart. X. Silveſtri, XI. Felicis in Pincis, XII. Sancti Marcelli PP. & mart. XIII. Agnetis, XIV. Sanctorum Vincentii & Anaſtaſii, XV. Emerentianae, XVI. Agathae, XVII. Sanctorum Quadraginta martyrum &c. Praecurrit brevis Prologus, qui inc. *Vtilitatem comparis praedilecti confratris B. mihi charitatis vinculo ſpiritualiter copulati, ac propriam attendens, ſubſtratum Opuſculum compilare decrevi, in quo quidem de Virginis Mariae Genitricis Altiſſimi meritis glorioſis reverenter confidens ad Conf. eximii glorioſi Franciſci ſtigmatizati in corpore ob Crucis amorem patrocinio ſperans mirifico, nec non in ſuffragiis altiſſimis angelicae Martyris Caeciliae Virginis glorioſae audacter figens ſpem omnem, ſtatui utiliter inſudare.* Deſ. *ut enim invenire valeas, chariſſime, facilius quod requiras, rubricae Legendarum hic poſitarum inferius ſubſcribuntur.* Vita prima inc. *Paſſionem Sancti Andreae Apoſtoli*. Vltima Sancti Matthaei deſ. *ne forte ſervus videatur maior domino ſuo, prima tamen ratio videtur melior. Explicit.*

In ultima adverſa pagina legitur: *Iſte Liber ſpectat ad Conventum Fratrum Minorum Flor. deputatus ad uſum Fratri Illuminato de Caponſacchis eiuſdem Ordinis*.

Codex membran. Ms. in fol. min. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, duplici manu, & intricatiſſimis litteris exaratus, cum initialibus coloratis, num. 676. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 279.

IO. GARLANDII OPVS SYNONYMORVM, ET DE MYSTERIIS ECCLESIAE, ALEXANDRI DE VILLADEI DOCTRINALE.

Cod. V.

I. pag. 1. IOannis Garlandii (1), licet nomen reticeatur, Opus Synonymorum, ſive multivocorum verſibus expreſſum, cum ſcholiis & gloſſis marginalibus & interlinearibus. Inc.

Ad mare ne videar latices deferre, camino
Ignes, in denſis vel frondes addere ſilvis,
Hoſpitibuſque pyra Calabris dare, vina Lyaeo,
Aut Cereri fruges, apibus mel, vel thima protis,
Poma vel Alcinoo, vel molli thura Sabaeo,
Nil veterum certis curo ſuperaddere dictis,
Sed dare lac pueris, proponens parva puſillis,
Quos ſolum ditant maternae munera linguae,
Sermonis tribuo pueris elementa Latini.

Deſ.

Ex utero dicti germani ſunt uterini.

Conſtat verſibus hexametris DCCVII. Ex Codice Guelpherbytano edidit Polycarpus Leyſerus in Hiſtor. Poëtar. Medii aevi pag. 312. ſeqq.

II. pag. 12. Eiuſdem de Myſteriis Eccleſiae Carmen item cum gloſſis uberrimis marginalibus & interlinearibus, & cum Prologo ad Fulconem Epiſcopum Londinenſem (2), qui inc.

Anglia quo fulget, quo gaudent Praeſule claro
Londoniae, quo Pariſius ſcrutante ſophiam
Florebat ſtudium, baſis aurea, fulgide Fulco,
Firmae iuſtitiae, Myſteria ſuſcipe ſacrae
Eccleſiae, ſtudio diſtincta metroque lominis,
Tutius ut veniant in apertum iudice tanto
Myſtica, Pariſius licet haec recitata probentur
Expoſcunt ſubtile tuum, pie Paſtor, acumen,
Qui ſacer inſtituis ſacros ad ſacra miniſtros,

Li-

(1) Nomen auctoris ex ſcholio eruitur ad Carmen inſequens, qui eſt Io. Garlandius, ſive de Garlandia, Anglus, Grammaticus, & Poeta clarus circa annum MXL. de quo vide Fabric. l. c. Tomo III. pag. 18.

(2) Hunc Prologum, & primum Caput affert Polycarpus Leyſerus loc. cit. pag. 339.

Liber inc.

Eſt domus Eccleſia Domini, ſummus faber illam,

Deſ.

Lucida turribulum redolens campana ſonora.

III. pag. 25. Occurrunt Rhythmi plures, qui videntur initio mutili. Inc.

Sine faecis ſcoria
Clerique praeconia,
Ob quanta praeconia,
His obiectionibus,
His concluſionibus &c.

IV. pag. 26. Quaedam Grammaticalia praecepta in forma Dialogi, quorum initium eſt: *Magiſter, quae pars eſt? Nomen. Quare? quia ſignat &c.*

V. pag. 28. Alexandri de Villa Dei, licet nomen non adpareat, Doctrinale cum uberrimis ſcholiis, ut in Codice XLVII. Plutei XXXIV. Catalogi Tom. II. pag. 164. Heic tamen in principio ſeptem verſus longius eſt, & inc.

Informans pueros, & Doctrinale reformans
Quae proſunt formo ſub metri paupere forma,
Oblatrat livor, ſtolidus rides puerilis,
Obſtat ſimplicitas, inſcitia nuda reclamat,
Ne quaedam niteant ſtudia correcta fideli,
Sed licet aegrotent qui non ſundantur in iſtis,
Scribere clericulis paro Doctrinale novellis &c.

Finis quoque diverſus eſt: ita enim habet:

Et quamvis parvus humili cervice reluctor,
Non haec abſconda velamine tecta canoris,
Par ſius quaeſita diu, collecta, relecta,
Sicut Doctorum novis venerabilis ordo.

In fine pag. 187. *b.* hoc monumentum adſcriptum eſt: *Anni Domini MCCCCXLIII. die III. menſis Februarii potentiſſima Communitas Florentinorum Petrum Ioannem Paulum de Vrſinis elegit & creavit Capitaneum Generalem, cui praedicta die cum maxima ſolemnitate, hora tertiarum, datum fuit ſceptrum, me praeſente, & haec omnia vidente.*

VI. pag. 188. Tractatus anepigraphus, ſed eſt contra Hypocritas. Inc. *Contra Hypocritas B. volunt eſſe pauperes ſine defectu; humiles ſine deſpectu; bene induti ſine ſollicitudine &c.* Deſ. *Troianos equus ideirco ſefellit, quia formam muneris imitatus eſt.*

In ſummo margine ultimae paginae legitur: *Iſte Liber ſpectat ad Conventum Floren. Ord. Minor. deputatus ad uſum Fratris Illuminati de Capanſacchis eiuſdem Ordinis.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum initialibus coloratis, num. 677. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 189.

NICOLAVS DE TREVETH SVPER DECLAMATIONES SENECAE.

NIcolai de Treveth, Ordinis Praedicatorum, Scriptum ſuper Declamationes Senecae, praevia Epiſtola inſcripta: *In Chriſto ſibi dilecto Fratri Ioanni de Lentheim Illuſtris Regis Angliae Confeſſori*, quae inc. *Exacto ſeptenarii annorum natalium quadrata.* Deſ. *& peccatorum redemptio copioſa.* Expoſitio inc. *Sicut docet Tullius Cicero in Rhetorica II.* Deſ. *nec in convenientiam trahendus, & ſic terminatur Liber decimus Declamationum Senecae ad honorem Dei Omnipotentis. Amen.* Memoratur a Fabricio Biblioth. Med. Tom. V. pag. 133. col. 2. *Cod. VI.*

In averſa ultima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minor. Florent. Convent. A.* 1406.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV ineuntis, duplici manu, cum initialibus rubricatis, num. 678. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 88.

FR. BERNARDINI FLOR. DIALOGVS DE LAVDIBVS CASTITATIS.

REligioſi viri Fratris Bernardini Florentini, Ordinis Minorum, Dialogus de laudibus Caſtitatis atque Virginitatis ad Reverendiſs. Dominum Franciſcum tituli Sancti Petri ad Vincula olim Cardinalem digniſſimum, nunc vero Pontificem Summum. Praefatio inc. *Quum ſaepe mecum ageres, Reverendiſs. Domine, ut quaſdam veluti litterarum primitias, & quamdam, ut ita loquar, quaſi ſtudiorum meorum degustationem, ad te ſcriberem, viſum eſt Libellum quemdam de Virginitatis atque Caſtitatis laudibus a me nuper, Dei ope, editum tranſmittere, in quo omnes ſtudii mei labores, atque omnem induſtriam, quoad mei ingenioli acumen, litterarumque copia uſuſque exercitationis mihi facultatem ſubminiſtrare potuerunt, conſumpſi ac diligentius elaboravi. Etſi id quod temporis datur, libentius in Philoſophiae ac Theologiae praeceptionibus terere malui, tamen quidquid otii nactus fui, in hoc meo Opuſculo, quodam ſcholaſtico flore depingere conſuevi; & ideo iucundius ac gratius perfeci, cum ut morem tuae gererem voluntati, tum etiam, ut haec prima velut quaedam litterarum praeludia atque parva munuſcula, variis ac permultis ex locis excerpta, tuae Reverendiſſimae dignitati offerrem, tibique dedicarem. Nulli etenim accommodatius, dignius, ac gratius meas vigilias tradendas eſſe iudicavi, quam illi, qui hac tempeſtate, & quam maxima rerum geſtarum gloria prae ceteris floreres, & ſumma apud beatiſſimum Pontificem auctoritate plurima-* *Cod. VII.*

que

Digitized by Google

que inter ceteros doctrina valeret. Nam quum ſaepenumero mecum ipſe memoria repeto, primum, Dei gratiam, deinde te longe mihi principem, & ad ſuſcipiendam, & ad ingrediendam bonum ſtudiorum rationem exſtitiſſe; hoc nempe ab optimarum artium ſtudio ac diſciplina profectum quantumcumque eſt, quod eſt certe vel minimum. hoc inquam, totam quod polliceri poſſum, tuae dignitati, ex qua dependet conferre debeo = *Accipies igitur nunc Reverendiſs. Domine hoc parvum Opuſculum ac perexiguum Dialogum, non equidem tua ſumma & excellentiſſima doctrina dignum, in quo varias atque perpulcras auctorum, eorumque illuſtrium de Caſtitate diſputationes atque ſententias hyc atque illuc diffuſas collegi, meoque arbitratu hoc in libello diſtinxi. Atque ut huic meae inſtitutioni plus gravitatis atque ponderis accederet, te cum Georgio Antonio Veſpuccio, atque Chriſtophoro Calciano clariſſimis viris diſputantem introduxi.* Deſ. *ſed iam te ipſum diſputantem audiamus. Georgius Antonius & Chriſtophorus Calcianus, qui ſeſe Religioni dedicare percupiunt ad conſulendum Franciſcum veniunt, quonam pacto Caſtitatis integritatem conſervare poſſint, ab his proficiſcitur ſermo. Reſpondet Franciſcus, cuius tota diſputatio eſt de Caſtitatis laudibus, quam tua Reverendiſſima Dominatio perlegens, facile omnia cognoſcet.* Dialogus inc. *Georgius Antonius. Animadverte, o Calciane, qualem nunc diſputationem a Franciſco maximae auctoritatis viro acceptaras ſit.* Deſ. *haec habui, quae vobis nunc impraemeditatus de Virginitatis atque Caſtitatis laudibus dicerem, quaeque ipſe meo iudicio ſentirem. Si qua vero reſtare videntur, quae permulta ſunt, in aliud tempus differemus, & de his inter cunandum, etiam ſi placuerit, nobiſcum colloquemur.* Τέλος. Tum rubrica: *Finit Opuſculum editum atque completum per me Dei gratia Fratrem Bernardinum Florentinum Ordinis Minorum anno Domini milleſimo CCCCLXXI. Kalendis Auguſti. Deo gratias ſemper. Amen.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XV. cum perpulcra pictura in principio. & icone auctoris, Summariis in margine; & Graecis quibuſdam verbis, rubrica quam correctiſſime adlatis, num. 683. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 27.

COLVCCII SALVTATI EPISTOLAE.

Cod. VIII. COlucii Salutati Epiſtolae num. XXVIII. quarum prima inſcripta *Ser Andreae de Vaterris* inc. *Vir inſignis, frater, & amice chariſſime. Audiveram prius &c.* Vltima *Domino Vbaldino Priori Sancti Stephani*, deſ. *vale felix. & me Domino noſtro ſuppliciter recommenda. Florentiae die vigeſimo quarto Novembris.* Tum ſequitur Epitaphium Lapi a Caſtelliunculo verſibus elegis decem, quod inc.

Caſtilionchiades hoc ſera & poſthuma Lapi
Progenies Lapus marmore ſubtegitur &c.

Praedictae Epiſtolae eodem ordine procedunt in Codice ac in editione Florentina, curante Laurentio Mehus, typis Petri Caietani Viviani MDCCXLI. Part. I. a pag. 1. ad pag. 144. ubi tamen in Epiſtola XXIV. pag. 130. pro *octavo Kal.* legit *ſeptimo Kal.* Vide eius Praefationem in dictas Epp. pag. XX. ſeqq.

In primo folio legitur: *Iſte liber fuit ad uſum Fr. Sebaſtiani de Bacellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Minorum.*

Opera Magiſtri Andreae de Vulterris, ubi alia manus adnotavit: *immo Colucci Salutati, ut apparet ex Epiſtola quarta.*

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XV. ineuntis, cum initialibus coloratis, num. 682. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 50.

ARISTEAS DE LXX. INTERPRETIBVS, IAC. ANGELI, LEONARDI ARRETINI, LVCIANI, PETRI DE CANDIA, ET PALLADII QVAEDAM.

I. pag. 1. ARiſteas de Septuaginta Interpretibus e Graeco in Latinum traductus ſine titulo. Praecurrit Epiſtola nuncupatoria ad Thedaldum de Caſa, quae ita inc. *Rem a me quaeſiviſti, Religioſe vir, Pater Thedalde, tua humanitate, tuoque habitu dignam; etenim, quum Septuaginta Interpretum continuo ad aures tuas nomen occurrat, quae ve a clariſſimis nonnullis viris iuxta illorum traditionem in ſcripturarum campo declarata ſint, hominis diligentiſſimi arbitror, ad id provocari deſiderium, quod ad complendum tua mihi mandavit charitas* = *Quamobrem non invitus iuſſiones tuas accepi, animadvertens etiam maxime, quod hoc Ariſtei munus, quod ex Graeco vertimus in Latinum, ſoliti ſunt Graeci ante principium Geneſis ponere, quo loco nos binas illas Hieronymi lucubratiſſimas Epiſtolas adiungimus; in qua re non mediocris laetitiae expers ſum, quod inter primos laboris mei fructus Deo primitias dedi.* Deſ. *ſed ne ſuis a deſideriis tuam humanitatem moror, ſileatium agam, ut ipſum Ariſteum iam Latine loquentem ad fratrem intelligas.* Liber inc. *Cogitans, o Philocrates, quanti exiſtimes cognoſcere quae nobis acceſſerint ex profectione, quum agimus ad Eleazarum Iudaeorum Pontificem.* Deſ. *dabo etiam operam cetera reſcriptione digna tibi deſtinare, ut per haec proficiſcens, tui deſiderii praemium feras.* Diverſa omnino eſt haec verſio ab illa Codicis XVII. Plut. LIV. Catalogi Tom. II. pag. 637. § I. Cod. IX.

II. pag. 22. Iacobi Angeli Epiſtola de morte Pontificis (Innocentii VII), & electione Gregorii XII. ad Chryſoloram Civem Conſtantinopolitanum. Inc. *Dum deſideria tua, vir elegantis ingenii, de celebratione Pontificis Maximi implere per epiſtolam cogito.*

Deſ.

Digitized by Google

Deſ. *u quis hic eſt, cui tanta ſunt data! Attonitus hic mutuſque ſio.* Hanc publici iuris fecit Cl. Mehus in Sylloge Epiſtolarum Leonardi Dathi, quae lucem Florentiae adſpexere A. MDCCXLIII. 8. Multa autem ad Iacobi Angeli vitam contexendam anecdota congeſſit in Vita Ambroſii Camald. toties citata pag. CCCLV.

III. pag. 30. Xenophontis Philoſophi Tyrannus a Leonardo Arretino Latine verſus ad Nicolaum Niccolum, cum Prologo, ut in Codice XV. Plutei LXV. Catalogi Tom. II. pag. 733. §. III.

IV. pag. 42. *b.* Vita Marci Bruti ſine titulo, auctore Plutarcho & interprete Iacobo Angelo, ut in Codice XXVII. Plutei LXV. Catalogi Tom. cit. pag. 747. §. XIV.

V. pag. 69. Baſilii Magni Oratio ad Nepotes de utilitate ſtudii in libros Gentilium, cum Epiſtola nuncupatoria Leonardi Arretini interpretis ad Coluccium Salutatum, ut alibi.

VI. pag. 77. Luciani Dialogus anepigraphus, ſed qui inſcribitur in editione *Timon, ſive Miſanthropos*, interprete Anonymo. Inc. *O Iuppiter amabilis, hoſpitalis, amicabilis, Veſtalis, fulgurator, adiuvabilis, collector nubium, tonitruum opifex, & ſi quid aliud te altiſoni poëtae vocant, praeſertim quum tuo ad eorum carmina favore indigent.* Deſ. *ſed nec incruenti, neque vulneribus ſine.* In edit. Gr. Lat. Amſtelaedam. ſumptibus Iacobi Wetſtenii in 4. Tom. I. a pag. 98. ad pag. 175.

VII. pag. 86. Eiuſdem alter Dialogus, item ſine titulo, ſed qui inſcribitur *Charon, ſive Contemplantes*, interprete item Anonymo. Inc. *Quid rides, a Charon?* Deſ. *de Charone vero nullus eſt ſermo. Explicit feliciter.* Ibid. a pag. 487. ad pag. 524. Tum adtexitur verſiculus:

Finxerunt Graeci ſemper mendacia caeci.

MCCCCIII. 26. *Maii ſcripta ſunt haec Florentiae. Frater Thedaldus tunc vacuuſt.*

VIII. pag. 93. Officium Viſitationis beatiſſimae Virginis Mariae compilatum per Reverendiſſimum Dominum Petrum de Candia (1) tunc Epiſcopum Novarienſem, nunc autem Cardinalem Mediolani Apoſtolice Sedis Legatum digniſſimum.

IX. pag. 99. *b.* Proſae, vel Sequentiae quinque Domini Fratris Petri de Candia Ordinis Minorum, *qui* (ita habet titulus quintae) *tunc Archiepiſcopus Mediolanenſis erat, & poſtea fuit Cardinalis, & tandem anno MCCCCIX. tempore Generalis Concilii Piſis celebrati electus eſt concorditer in Summum Pontificem, & vocatus Alexander Quintus.* Prima anepigrapha, quae tamen eſt *ad SS. Triadem*, inc.

Trinitas omnipotens, lex univerſorum &c.

Secunda item anepigrapha, ſed quae eſt *in SS. Euchariſtiam*, inc.

Fratres peramabiles ob amorem Chriſti &c.

Tertia *de Beneficus Dei* inc.

Mentis cum iubilo cantemus Domino &c.

Quarta *in Circumciſione* inc.

Carnis cum gaudio lingnatur eſca &c.

Quinta *pro Sancta Clara* inc.

Sanctae Clarae filiae Chriſto deſponſatae &c.

X. pag. 103. Fragmentum Operis Palladii Rutilii Tauri Aemiliani viri illuſtris de Agricultura, incipiens a verbis: *melius tamen erit omnibus remediis, ſi aquarius ſulcas noxium deducat humorem &c.* quae pertinent ad Caput III. menſis Septembris, & progrediens uſque ad finem Decembris; quo abſoluto ſubſequuntur Capita illa quatuor, item ad rem agrariam pertinentia, quorum titulos, & initia dedimus in Codice VI. Plutei XXIV. ſupra pag. 175. §. II. Clauditur Codex verſiculo:

Explicit Liber iſte, tibi ſit laus & gloria Chriſte.

In ultima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem aſſignavit vivens Armario Conventus Florentini anno MCCCCX. die XIV. Decembris.*

Codex membran. Ms. in 4. min. Saec. XV. ineuntis, varia manu, ſed praeter duo priora, & ultimum Opuſculum, a Fratre Thedaldo exaratus (2), & num. 734. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 111.

EBERHARDI GRAECISMVS.

Cod. X.

EBerhardi Graeciſmus, ut ex ſine eruitur, cum ampliſſimo Commentario Anonymi. Praecedit Prooemium ipſius Commentatoris, quod inc. *Beatus vir qui timet Dominum, nec a mandatis eius deviat &c.* Hoc ſubſequitur alter Prologus, & quidem auctoris, cuius initium eſt: *Quoniam ignorantiae nubilo turpiter excaecati &c.* Finis: *ſecundum ordinem Donati exſequutus.* Poſt diviſionem Operis, Liber inc.

Eſt proprie metaplaſmus Graece, formatio pluſima.

Deſ.

Verbaque cum motu ſibi iungant diptota tum, tu.

Explicit Ebrardi Graeciſmus nomine Chriſti.

Qui dedit alpha & Ω, ſit laus & gloria Chriſto.

Poſt Commentatoris clauſulam alia haec occurrunt:

Finitas eſt liber, qui ſcripſit ſum nomine Lambert,

Natus fuit de Caſtro qui vocatur Viegero.

Explicit Graeciſmus (3) . . . . . *Anno Domini*

(1) Pontifex ſub nomine Alexandri V. ab A. MCCCCIX. die XXVI. Iunii. ad A. MCCCCX. die III. Maii.

(2) De hoc Codice verba facit Cl. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. CCCXXXV.

(3) Verba eraſa ſunt.

ai MCCLXX. quinto; fuit actum prima die menſe Februarii.

Eberhardus Bethunienſis Arteſius, dictus Graeciſta, quia

Anno milleno centeno bis duodeno (1124)
Condidit Ebrardus Graeciſmum Bethunienſis.

Vid. Henricum Gandavenſem Cap. LX. & ad eum notas Miraei, & Cangium Praef. ad Gloſſar. Latin. §. XLV. Oudinum Tomo III. pag. 37. Hic Graeciſmus, ſive Liber carmine hexametro ſcriptus de figuris, deque octo partibus Orationis &c. Capitibus XXVII. cum Expoſitionibus Ioannis Vincentii Mehilini, in Pithavienſi Vniverſitate Regentis, fol. ſine anno & loco prodiit, & cum Alexandri de Villadei Grammatica Latina, Lugduni MCCCCXC. 4.

Codex membr. Ms. in 4. Saec. XIII. cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 117.

PLVTEVS XXVI. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VIII.

C O D E X III.

FRANCISCI PETRARCHAE EPISTOLAE METRICAE.

FRanciſci Petrarchae Poëtae laureati Epiſtolarum metricarum Libri III. ut in Codice VII. Plutei LIII. Catalogi Tom. II. pag. 604. In fine legitur: *Explicit feliciter die XXIV. Ianuarii anno Domini MCCCLXXXII.* (1).

Codex membranaceus (exceptis duobus ultimis foliis) Ms. in 4. Saec. XIV. manu Fratris Thedaldi de Caſa. Conſtat foliis ſcriptis 70.

FRANC. PETRARCHAE AFRICA, M. T. CIC. SOMNIVM SCIP.

Cod. IV. I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae Africae Libri IX. ut in Cod. XXXV. Plutei XXXIII. Catalogi Tom II. pag. 131.

II. pag. 96. Somnium Scipionis excerptum ex Libro VI de Republica M. T. Ciceronis, ut alibi.

In primo folio adſcriptum eſt: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, aſſignatus Armario Conventus Fratrum Minorum de Florentia.*

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XIV. manu Fratris Thedaldi de Caſa, num. 689. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 99.

FRANC. PETRARCHAE DE REMED. VTRIVSQ. FORTVNAE.

Cod. V. FRanciſci Petrarchae laureati de Remediis utriuſque Fortunae Libri II. per modum Dialogi, cum Prologo, & praevia ſingulis Capitum tabula, ut in Codice IV. Plutei LXXVIII. Catalogi Tom. III. pag. 157. In fine legitur: *Liber Angeli Zenobii de Gaddis de Florentia num. XIX.*

In primo folio haec alia adſcripta ſunt: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum.*

Codex membran. Ms. in 4. Saec. XIV. exeuntis, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, reliquis autem Capitum rubricatis. cum pulcherrima auctoris effigie in principio. & ſtemmate Gaddiorum familiae, in cuius diſco caeruleo aurea crux adfulget, num. 690. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 243.

BOCCACCIVS DE CASIBVS VIRORVM ILLVSTRIVM.

IOannis Boccaccii de Certaldo de Caſibus Virorum Illuſtrium Libri IX. cum Praefatione ad Mainardum de Cavalcantibus, ut in Codice XXIX. Plutei LII. Catalogi Tom. II. pag. 568. §. I. In fine plures verſus rubrica exarati fuerant, nunc omnino eraſi; ſuperſunt tamen, qui ſequuntur ...... *ſenectutem quia ultra modum fuit ſibi grave MCCCXCIII. IIII. Iunii completus.* Cod. VI.

Pellibus & plumis, digitis, manibuſque papyris
Parcere promiſit poſthac tibi Chriſte ....
Eſt damnoſa nimis ſcribendi paſſio multis.

In Codicis tegmine alia haec occurrunt: *Queſto Libro manda Frate Thedaldo della Chaſa dell' Ordine de Frati Minori di Sancta Croce da Firenze a Frate Tomaſo da Signa cuſtodie d' Arto de Frati Minori della Provincia di Schiavonia MCCCLXXXXIIII. a dì XII. di Marzo, e mandalo a ladra per mano di Pau-*

(1) De hoc, aliiſque Petrarchae Codicibus a Fratre Thedaldo de Caſa exſcriptis agit Cl. Laur. Mehus in Vita Ambroſii pag. CXCIII. CCXVI. & alibi.

Digitized by Google

Paulo Berti, e compagni di Guido di Meſſer Thomaſo. In altero autem folio haec alia: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia anno Domini MCCCCVI.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, a Fratre Thedaldo, ut ſupra, exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 693. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 120.

IO. BOCCACCII GENEALOGIA DEORVM.

Cod. VII. IOannis Boccaccii de Certaldo ad Illuſtrem Principem Hugonem Ieruſalem, & Cypri Regem, de Genealogia Deorum Gentilium Libri XIII. tantum, praevia rerum notabilium tabula per alphabetum diſpoſita, manu Fratris Thedaldi de Caſa. Habes Opus integrum in Codice IX. Plutei LII. Catalogi Tom. II. pag. 553.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minor. Florentini Conventus* 1406.

Codex partim membran. partim chartac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. duplici manu exaratus, quarum una eſt Fratris Thedaldi, num. 692. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 121.

FRANC. PETRARCHAE DE VITA SOLITARIA, INVECTIVAE IN MEDICVM, DE REMEDIIS VTRIVSQVE FORTVNAE, ET EPISTOLAE.

Cod. VIII. I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae de Vita Solitaria Libri III ut in Codice II. Plutei LXXVIII. Catal. Tomo III. pag. 153. §. I. In calce ultimae paginae minutis litteris legitur: *Scriptus in 14. continuis diebus 16. Decembris, die 29. & ultimus expliciitus feliciter.*

II. pag. 38. Eiuſdem Invectivarum in Medicum Libri IV. cum Praefatione, ut ibid. §. II. Tum rubrica:

Iam tace penna precor, nempe labore necor.

Explicit Liber Invectivarum Domini Franciſci Petrarchae contra Medicum feſtinanter ſcriptus, nec multum correctus.

Scriptus per manum Fratris Thedaldi de Mucello Ord. Minorum Florentiae MCCCLXXIX. ſexta die Octobris.

III. pag. 65. Eiuſdem de Remediis ad utramque Fortunam Libri II. cum Prologo, & indice rerum notabilium in fine, ut ſupra in Codice V. huius Plutei.

IV. pag. 204. Eiuſdem Epiſtola ad Ioannem Boccaccium contra ignaros & invidos reprehenſores ſuorum carminum, ut in Codice I. Plutei LXXVIII. Catal. Tomo III. pag. 153. §. IV.

V. pag. 210. Eiuſdem Fabula anepigrapha, de Griſelda, ſeu de fide, & obſervantia uxoria, praevia Epiſtola ad Io. Boccaccium, ut in Codice II. eiuſdem Plutei Tom. cit. pag. 154. §. IV.

VI. pag. 215. Eiuſdem alia Epiſtola anepigrapha, quae tamen eſt ad Gerardum Monachum Cartuſienſem germanum ſuum, ut ibid. §. V. Tum ſubiungitur: *Liber iſte Do. Franciſci Petrarchae de Vita Solitaria, Invectivarum in Medicum, de Remediis utriuſque Fortunae, & quibuſdam aliis, eſt ad uſum Fratrum Mathaei, Guidonis, & Thedaldi, remanſurus cuique eorum ſupervivienti.*

In principio legitur poſt indiculum eorum, quae in Codice continentur, ſcriptum de more: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Florentini Conventus* 1406.

In tegmine Codicis quaedam de millenariis a Fr. Thedaldo obſervantur tali modo: *Primus millenarius annorum, ſecundum computationem Magiſtri Ioannis de Parma, quam dicit ſe accepiſſe a Speculo Vincentii, duravit a primo anno Mundi &c.* poſt vero paullo: *ſextus millearius: quum ſimus in ipſius millenarii 340 anno Domini vero tunc 1377. quando ipſe ſcripſit, nunc vero, quando iſta reſcribo & colligo 1383. &c.* Haec autem ſua manu adnotabit Thedaldus. Pone ſequitur monumentum illud praeclariſſimum, atque aere perennius, quo Florentini nominis dignitas ac gloria poſt hominum memoriam clarius adſerta eſt, ac perpetuo amplificata. Exponit enim Legationem XII. Florentinorum a totidem Regibus, Principibus, Rebuſque publicis miſſam ad Bonifacium VIII. Romanorum Pontificem, verum populorum ac Regum, orbiſque ſtuporem univerſi. Hoc autem monumentum quum truncum ſit, atque undecumque corruptum ea in editione, quae nuper (1) facta eſt, ſedulo recenſitum rurſus effero.

Nota qualiter Papa Bonifacius VIII. dixit, quod civitas Florentina eſt melior civitas de Mundo, & quod Florentini ſunt quintum elementum.

Anno Domini MCCC. tempore magnae Indulgentiae, dum eſſet Papa Bonifatius VIII. in Sancto Ioanne Laterano, miſſi ſunt ad eum de univerſo mundo a diverſis Regibus & Principibus XII. Ambaſciatores ſolemnes omnes Florentini, quorum primus fuit:

I. Dominus Muciattus de Franceſibus de Florentia cum LXXX. equitibus ſolemniter indutis Ambaſciator Regis Franciae.

II. Dominus Ugolinus de Vicchio de Florentia cum comitiva multum ſolemni Ambaſciator Regis Angliae.

III. Dominus Raynerius Langra miles ſolemnis de Florentia cum magna & ſolemni

(1) Pag. 300. ſeq. Libri, cui titulus: *La Toſcana Illuſtrata.*

comitiva Ambaſciator Regis Boemiae.

IV. *Dominus Vermiglius Alphani de Florentia cum comitiva ſolemni & magna, Ambaſciator Regis Alamaniae.*

V. *Dominus Simon Rubeus magnus miles de Florentia cum magna ſocietate, Ambaſciator Regis Graſciae* (1).

VI. *Dominus Bernardus Eruas de Florentia cum ſolemni & magna comitiva, Ambaſciator Domini Alberti de Scala.*

VII. *Dominus Guiſciardus de Baſtaribus de Florentia Ambaſciator Magni Tartari, cum centum ſociis omnibus Tartarice indutis.*

VIII. *Dominus Mannus Fronte de Adimaribus de Florentia Ambaſciator Regis Caroli, cum ſolemni comitiva.*

IX. *Dominus Guido Talanche de Florentia Ambaſciator Regis Federigi de Sicilia, cum magna & ſolemni comitiva.*

X. *Dominus Lapus Farinata de Vbertis de Florentia Ambaſciator civitatis Piſanae, cum comitiva ſolemni.*

XI. *Cinus di Ser Dietiſalvi de Florentia Ambaſciator Domini Gerardi de Camerino, cum magna & ſolemni comitiva.*

XII. *Bencivenni Folchi de Florentia Ambaſciator Magiſtri Hoſpitalis Sancti Iohannis, cum ſolemni & magna comitiva.*

Igitur inſpectis ſupradictis Ambaſciatoribus a Romana Curia, & ab eo, pro quo venerant, ſupradictus Papa Bonifatius quodam die, dum deambularet ad ſolium in Conſiſtorio, recogitans ſupradictos Ambaſſiatores, convertit ſe ad magnos Praelatos, qui eum ſequebantur, & dixit; Qualis civitas eſt civitas Florentina? & quia interrogatio ipſius non dirigebatur ad aliquem in ſpeciali, idcirco nullus ſibi reſpondebat. Tandem poſt tertiam interrogationem turbatus, quia nullus ei reſpondebat, dixit: niſi mihi reſpondeatis, omnes vos poni faciam in mulcta, ſive in carcerem. Tunc Cardinalis Hiſpanus reſpondit dicens: Domine, civitas Florentiae eſt una bona civitas. Cui Papa Bonifatius ait: O Mule Hiſpane, quid eſt hoc, quod dicis? Imo eſt melior civitas huius Mundi. Nonne qui nutriunt nos, & regunt, & gubernant, & Curiam noſtram ſunt Florentini? Etiam totum Mundum videntur regere & gubernare. Nam omnes Ambaſciatores, qui iſtis temporibus ad nos per Reges, Barones, & Communitates ſunt directi, Florentini fuerunt, ut patet: Nam Rex Franciae miſit ad nos Dominum Muciattum de Florentia, Rex Angliae Dominum Vgolinum de Florentia &c. ut patet ſuperius. In fine quoque concluſit, & dixit; & ideo quum Florentini regant & gubernent totum Mundum, videtur mihi, quod ipſi ſunt quintum elementum. Nam quatuor ſunt elementa, quae regunt univerſum Mundum, videlicet Terra, Aqua, Ignis, & Aër. Ego autem addo quintum, ſcilicet Florentinos, qui videntur regere Mundum.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. fere totus manu Fratris Thedaldi exaratus, cum titulis rubricatis. & initialibus coloratis, num. 688. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 215.

FRANC. PETRARCHAE OPERA VARIA, PARTIM PROSAICA, ET PARTIM METRICA.

I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae Rerum Memorandarum Libri IV. ut in Codice II. Plutei LXXVIII. Catalogi Tom. III. pag. 154. §. VI. Tum rubrica ſubiungitur: *de Chaldaeis Mathematicis, & Magis ſequebatur titulus, ſed ultra nihil plus; nam iſtud incompletum dimiſit Dominus Franciſcus Petrarcha, quia ego Frater Thedaldus de Mucello tantum ſcripſi Paduae ab exemplari de manu dicti Domini Franciſci.* *Cod. IX.*

II. pag. 93. Eiuſdem Epiſtola ad Fratres Chartuſienſes introductoria ad Librum, ſeu Tractatum *de Otio Religioſo.* Inc. *Signum erat, o felix Chriſti familia, ut eo temporis ſpatio &c.* Deſ. *ſola brevitas adverſata eſt.* Inde ſequitur Capitum, in quae dividuntur ſinguli ex praedictis Rerum Memorandarum Libris, elenchus.

III. pag. 104 Eiuſdem Itinerarium de Ianua uſque in Ieruſalem, & Alexandriam, ut in dicto Codice II. loc. cit. pag. 154. §. VII.

IV. pag. 113. Eiuſdem Epiſtolae quaedam metricae, ex tribus ipſarum Libris ſelectae.

V. p. 154. *b.* Eiuſdem Bucolicorum pars, ſcilicet Eclogae novem priores, diverſo tamen ordine, atque exſtant in editione; prius enim occurrunt VII. VIII. & IX. ac deinde vacuo ſpatio relicto quatuor paginarum, ſequuntur I. II. III. IV. V. & VI.

VI. pag. 173. Eiuſdem de Ignorantia ſui & aliorum Liber, ut in dicto Codice II. loc. cit. pag. 154. § VIII. Tum ſubiungitur: *Hunc Libellum dicit ſe ſcripſiſſe, & ad finem perduxiſſe Arquadae inter colles Euganeos MCCCLXX. Iunii XXV. vergente ad occaſum die.*

VII. pag. 193. Eiuſdem de ſecreto conflictu curarum ſuarum Libri III. cum Prooemio, ut ibid. pag. 155. §. IX.

VIII. pag. 229. Eiuſdem Liber de Sine nomine. Ibid. §. X Tum rubrica: *Explicit Libellus Sine nomine intitulatus Domini Franciſci Petrarchae Paduae ſcriptus MCCCLXXVIII. per Fratrem Thedaldum de Mucello Ord. Minorum.*

IX. pag. 251. *b.* Eiuſdem Epiſtola, quae intitulatur Invectivarium contra Gallicum, in fine mutila, ut ibid. §. XI. Tandem in ultimo folio additum eſt: *Iſte eſt ad uſum Fratris Mathaei Guidonis.*

In primo folio indiculus occurrit eorum, quae in Codice continentur, & ſequens monumentum: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris*

(1) Perperam legit Cl. Mehus *Franciae* in Vita Ambroſii Camaldulenſis pag. ccxxxiv.

tris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Florentini Conventus Fratrum Minorum 1406. In ultimo autem additum eſt: *Iſte eſt ad uſum Fratris Mathaei Guidonis.*

Codex partim chartac. partim membranac. in 4. min. Saec. XIV. cum titulis & initialibus rubricatis, manu Fratris Thedaldi exaratus, & num. 696. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 254.

FRANC. PETRARCHAE ITINERAR. ET EPISTOLAR. LIBRI XIII. POSTERIOR.

Cod. X. I. pag. 1. FRanciſci Petrarchae Itinerarium ad Terram Sanctam Ieruſalem, ut in Codice ſuperiore §. III. Tum legitur: *Tydericus ad Adveroti ſcripſit.*

II. pag. 8. Eiuſdem Epiſtolarum Rerum Familiarium Libri XIII. poſteriores, cum notulis Lapi de Caſtiglionchio, iidem, quos recenſuimus diligentiſſime in Codice IV. Mediceo Plut. LIII. Catalogi Tom. II. pag. 579. ſeqq. qui ex hoc profluxit exemplari. In fine legitur: *Franciſci Petrarchae laureati Rerum Familiarium Liber XXIV. explicit feliciter.*

In prima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minor. Florentini Conventus* 1406. In ultimo autem folio, litteris ferme deletis, alia haec libuit expiſcari: *Dominus Lapus de Caſtiglionchio nobiliſſimus, ac ſapientiſſimus, & excellentiſſimus Decretorum Doctor*; & inferius: *Magnifi. ac Dominae Comitiſſae & Lenellae Abbatiſſae Monticellae matri meae in Chriſto.*

Codex chartac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, manu Fratris Thedaldi exaratus, & num. 695. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 174.

PLVTEVS XXVII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. IX.

CODEX I.

HVGVCCIONIS LEXICON.

MAgiſtri Huguccionis Vocabuliſtae Lexicon, cum tabula derivationum in principio, alphabeti ordine digeſta. Prooemium inc. *Quum noſtri protoplaſti ſuggeſtiva praevaricatione humanum genus a ſuae dignitatis culmine quam longe deciderit.* Deſ. *hic eliminabitur quidquid a longo tempore male uſurpatum eſt* (1). *Si quis quaerat huius Operis quis auctor, dicendum, quia Deus; ſi quaerat huius Operis quis fuerit inſtrumentum, reſpondendum eſt, quod patria Piſanus, nomine Vgucio, quaſi Eugecio, ideſt bona terra, non tantum praeſentibus, ſed etiam futuris, vel Vguicio, quaſi vegetio, ideſt virens terra, non ſibi ſolum, ſed etiam aliis. Igitur Sancti Spiritus aſſiſtente gratia, ut qui eſt bonorum omnium diſtributor, nobis copiam verborum auctius ſuppeditare dignetur, a verbo augmenti noſtrae aſſertionis auſpicium ſortiamur.* Incipit igitur a littera *A*, nimirum:

Augeo, auges, auxi, auctum. Amplificare, augmentum dare; inde hic auctor, ideſt augmentator, & debet ſcribi cum u *&* c; *quando vero ſignificat autenticum, ideſt auctoritatem, eſt communis generis, & debet ſcribi ſine* c, *ut hic & haec autor, & derivatur ab autenti.* Deſinit in littera *Z*, & quidem ita:

Zorobabel apud Hebraeos ex tribus integris nominibus dicitur eſſe compoſitum, zo, iſte; ro, magiſter; Babel proprie Babyloniam ſonat, & efficitur nomen Zorobabel; iſte magiſter de Babylonia; in Babylone enim ortus eſt, ubi & princeps Iudaeae gentis exſtitit.

Zoraſtrum, vivum ſidus.

Explicit Liber Magiſtri Vgucionis. Deo gratias.

Pro cuſtodia Codicis compactum eſt fragmentum veteris Breviarii, in quo prae reliquis habetur Officium pro Sancto Bernardo, cum Hymnis & Orationibus.

Huguccio Epiſcopus Ferrarienſis, patria Piſanus, Bononiae maxime floruit circa annum MCLXXVIII. de quo adeundus Cl. Sartius de Cl. Archigymnaſii Bonon. Profeſſor. Tomo I. Parte I. pag. 296. ſeqq. Magnum ſibi nomen comparavit inter ſuae aetatis Grammaticos, edito hoc Gloſſario, ſive Lexico Etymologico, quod appellatur etiam *Derivatorius Liber*. De eo, & eius auctore ita Ricobaldus Ferrarienſis in Caeleſtino III. *Hugo natione Piſanus, Epiſcopus Ferrarienſis agnoſcitur, qui datus adiutor a Sede Apoſtolica Abbati Nonantulano, homini prodigo & indigno, ex Libro Papiae, qui illic eſt, Librum Derivationum compoſuit* (2). Servant hunc Librum manu exaratum Bibliothecae paullo inſtructiores, ſed tamen numquam typis excuſus eſt, quia quum typographica ars eſt in-

(1) His verbis abſolvitur Praefatio in alio Codice ſub num. V.

(2) Ricobald. apud Eccard. Corpus Hiſtoric. Med. Aevi Tom. I. col. 1281.

inventa, paſſim in Scholis obſoleverat, ſuffecto in eius locum Lexico Ioannis Ianuenſis, quod ex ipſo Huguccionis Libro, & Papiae item, confectum fuerat (1), quodque occurrit in Codice ſequenti.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, grandiori littera exaratus, cum initialibus coloratis, num. 700. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 454.

IOANNIS DE IANVA CATHOLICON.

Cod. II. Liber, qui dicitur Catholicon, compoſitus a Fratre Ioanne de Ianua (2), Ordinis Fratrum Praedicatorum. Eſt autem Opus in quinque Partes diſtributum, quarum priores quatuor, de Proſodia, ſeu Grammatica tractant, quinta vero Lexicon uberrimum continet. Grammatica inc. *Proſodia, quaedam pars Grammaticae nuncupatur*. Deſ. *& quantum ad accentum aliquando*. Lexicon vero Latinae linguae a littera A uſque ad Z. incipit a pagina Codicis 57. *b.* & quidem ita; *Alma, interpretatur virgo abſcondita, vel abſconſio virginitatis, ſicut dicitur in interpretationibus*. Deſ. *Zucarum zucari ne. ge. vel zucara rae fe. ge. id eſt ſucre, Vide in mel.* Inde legitur: *Immenſas omnipotenti Deo, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, gratiarum referimus actiones, qui noſtrum Catholicon ex multis, & diverſis Doctorum texturis elaboratum atque contextum, licet per multa annorum curricula, in MCCLXXXVI. anno Domini, Nonis Martii ad finem uſque perduxit, pro quo hoc ſolum mihi admodum neceſſarium a vobis humiliter depoſco, Fratres, & Domini mei, in quantum peccatores fratres mei; in quantum iuſti Domini mei, quamvis pro me peccatore, phialcalo tamen, ad Deum preces porrigere vos velitis, ut veſtrarum precum interventu, omnium a Deo percepta venia peccatorum, ad terram apricam, ad terram elyſiam, ideſt extra laeſionem poſitam, ad Paradiſi videlicet gaudia, una vobiſcum valeam pervenire, ubi regnat examuſſim Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei Filius benedictus, in cuius nomine flectitur omne genu caeleſtium, terreſtrium, & infernorum, cui eſt honor, & gloria &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori, Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, cum litteris initialibus coloratis, & pictura in principio, quae mulierem quamdam lac puerulo prima litterarum elementa geſtanti exprimentem repraeſentat, num. 698. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 324.

PAPIAE VOCABVLARIVM, ET SERIES PONT. ROMANOR.

I. pag. 1. Liber Papiae, qui fuit Lombardus (3), ſeu Papiae Vocabularium, cum Prologo, qui inc. *Chariſſimi, debui ſi potuiſſem*. Deſ. *Plato, Fulgentius*. Lexicon incipit a littera A, & quidem ſic: *A in omnibus gentibus ideo prior eſt litterarum, quod ipſa prior naſcentibus vocem aperit*. Deſinit in littera Z, ita; *Zoziaticum, ſiderale, zozia ſigna*. Tum ſequens concluſio ſubiungitur: *Infinitas benedictionis gratias iam Deo Patri referimus, qui per coëternum ſuum Filium in Sancti Spiritus gratia noſtrum Opus ex multis & diverſis texturis elaboratum, atque contextum, licet per multorum annorum curricula, ad finem tamen uſque perduxit. Si tamen adhuc ad eiuſdem perfectionis cumulum ex totius artis Grammaticae utilitate valde neceſſarium, & ex compendio, quam potuimus breviſſimum, appoſuimus libellum.* Cod. III.

Vt cito quiſque velit, totum tranſcurrere poſſit;
Et qui vult partem per totam vendicet artem.

Pro quibus omnibus vos invito, exoro, & adiuro, fratres mei, quicumque iam flagratis ex deſiderio regni Dei, quique huius noſtri laboris ſcientiae doctrinam, quaſi refugii domum, tutiſſimumque portum, ad Chriſti laudem, gloriam, & benedictionem obtinere cupitis, hoc ſolum, ſummumque mihi rependatis, immo ex divina gratia acquiratis, quatenus veſtris orationibus, eleemoſynis, ceteriſque ſpiritualibus auxiliis perpetuo adiutus, omniumque meorum percepta venia peccatorum, vobiſcum ad aeterna valeam pervenire gaudia, iam ubi revelata facie, illa vera & coëterna perfruamur ſapientia, cum Patre, & Spiritu Sancto per infinita ſaecula. Amen.

Ergo, fratres, mente pia pro me rogitate Papia.

Alius verſus ſequebatur, ſed inde omnino eraſus.

II. pag. 305. Romanorum Pontificum ſeries, quae ita inc. *Hoc Opus Damaſi Papae ad Hieronymum Preſbyterum, eiuſdem rogatu. Beatus Petrus Apoſtolus, filius Ioannis Provinciae Galilaeae, de vico Bethſaida, primum ſedit Cathedra Epiſcopali Antiochiae annos VII. ſedis autem in urbe Roma annos XXV. menſes I. dies VIII. Hic ingreſſus Romam eſt ſub Nerone Caeſare &c.* Vltimus Pontifex, *Nicolaus Romanus an. IX. M. VI. D. XX. doctus in verbo, loquela] humili, ieiuniis, vigiliiſque di-*

(1) Vid. Du-Cangium Praef. ad Gloſſar. Med. & Inf. Latin. §. XLVI.

(2) Ioannes iſte Ianuenſis de Balbis floruit exeunte Saeculo XIII. & hoc Opus abſolvit anno Chriſti MCCLXXXVI. quod in ipſis typographiae primordiis a Ioanne Fauſto Moguntiae MCCCCLX. editum fuit, ac deinde Venetiis, & alibi ſaepius recuſum. Vide Oudinum Tomo III. pag. 579. ubi de aliis eius ſcriptis diſſerit.

(3) Hic titulus recentiore manu initio Praefationis appoſitus eſt. Fuit autem Papias iſte, Grammaticus pro ſua aetate non incruditus, qui ſcripſit hoc Vocabularium, ſive, ut ipſe in Praefatione illud nuncupat, *Elementarium*, medio circiter Saeculo XI. de quo plura apud Fabricium Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 462. ſeqq. & Biblioth. Med. Tom. V. pag. 194. qui varias huiuſce Operis editiones recenſet.

ditatus, & divino vultu intentus, pauperibus largus, orphanorum protector, & viduis fautor, populique, civitatis defenſori, qui etiam praeſente Caeſare conſecratus eſt &c. Inde alia Pontificum ſeries occurrit, incipiens ab Hadriano II. & ab eadem antiqua manu, quae Codicem ſcripſit continuata uſque ad Honorium III. Ad nomen Innocentii III. alia manus in margine adnotavit: *ſub hoc incepit Ordo Fratrum Minorum, & Ordo Praedicatorum ſub beatis Franciſco, & Dominico.* Diverſis deinde manibus deducitur eadem ſeries uſque ad Sixtum IV. in quo abſolvitur hiſce verbis: *Sixtus IV. natione Savonenſis, aſſumptus ex Ordine Minorum, Theologus inſignis, electus Romae anno Domini MCCCCLXI. die IX. Auguſti vixit annos.*

Codex membranac. Ms. in fol. minori Saec. XIII. binis columnis, diligenter exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 697. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 311.

HVGVCCIONIS LIBER DE DERIVATIONIBVS.

Cod. V. Liber Huguccionis de Derivationibus, praevio Prologo, ut in Codice I. huius Plutei. Heic tamen in calce paginarum adſcruntur Summaria quaedam verſibus conſcripta. Primi ſunt ſequentes:

C ſive, metra ligat, hic & haec autenticat autor,
Amplias hic auctor, ab agendo dicitur actor &c.

In fine legitur: *Anno Domini MCCXXXVI. Indictione nona, die Iovis V. exeuntis Iunii. Haec in pagina finita eſt ſcribi, & in Menſe Martii undecimo, anno Domini MCCXXXIV. inceptum fuit Opus iſtud.* Tum ſequuntur Rhythmi quidam contra Romanam Curiam, quorum initium eſt:

Frigeſcente charitatis in terris igniculo,
Univerſae vanitatis fons inundat ſaeculo.

Finis:

Ergo recte dicitur
Roma, quaſi rodens manus, per quam mundus roditur.

Tandem in averſa pagina occurrunt Explicationes vocum quarumdam, videlicet *Praterna, Onix, Bolis, Bohitb, Mamona, Manna &c.* & menſium denominationes apud Hebraeos & Latinos.

In ultimo folio legebatur: *Iſte Liber Huguccionis fuit deputatus ad uſum . . . . .* (1) *Fratri Bonanno Florentino . . . . . Hoc factum fuit anno Domini milleſimo CCCſecundo . . . . fuit autem accommodatus praedictus Liber dicto Fratri Bonanno de auctoritate Fratris Illuminati Cuſtodis, & de conſilio Diſcretorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 701. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 90.

HVGVCCIONIS LIBER DE DERIVATIONIBVS.

Liber Huguccionis de Derivationibus, cum Prologo in principio, & tabula Derivationum in fine, ut in Codice I. huius Plutei. Cod. VI.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, cum Summariis in margine, & initialibus coloratis, num. 702. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 209.

ISIDORI ETYMOLOGICI PARS I.

Iſidori Etymologicon, in duas partes diviſum. Prima Pars, quae in hoc continetur Codice, praevias habet Epiſtolas Iſidori ad Braulionem, & Braulionis ad Iſidorum, ut in aliis Codicibus. Incipit autem a Libro I. Capite I. *de Grammatica, & partibus eius,* & a verbis: *Diſciplina a diſcendo nomen accepit &c.* & deſinit in Libro undecimo (2), cuius ultima verba ſunt: *quatuor autem ſunt venatorum officia, veſtigatores, indagatores, alatores, preſſores.* Cod. VII.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ineuntis, grandiori, ſed perplexa litera exaratus, cum titulis rubricatis, & Summariis aliquot in margine, num. 703. notatus, & perperam pro ſecunda Etymologici Parte antiquitus indicatus. Conſtat foliis ſcriptis 256.

ISIDORI ETYMOLOGICI PARS II. ET ANONYMI TRACTATVS ASTRONOMICVS.

I. pag. 1. Iſidori Etymologici Pars ſecunda, quae incipit a Libri XII. (in edit. XI.) Titulo I. qui eſt *de Homine, & partibus eius,* & a verbis: *Natura dicta, eo quod naſci aliud faciat &c.* & deſinit in Libro XXII. (in edit. XX.) & in verbis: *ut vis morbi, ignis ardore ſiccetur.* Tum ſubditur Excerptum quoddam de lapidibus pretioſis. Cod. VIII.

II. pag. 230. *b.* Anonymi Tractatus Aſtronomicus in Capita varia diviſus. Inc. *Caelum circulis quinque diſtinguitur.* Deſ. *quorum nihil eſt aliud ſcire, quam charitatem; debemus unum noſſe, uni ſacrificare, uni ut ſimus, ſinamur uno, & permaneamus in unum. Amen.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. ab eadem, qua ſuperior manu exaratus, num. 704. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 244.

ISI-

(1) Ubi puncta appoſuimus, ſcriptura eraſa fuit.

(2) In editione Matriti, ex Typographia Regia anni MDCCIX. fol. eſt Liber decimus, propter ipſorum diverſam diviſionem.

ISIDORI ETYMOLOGIARVM LIBRI XXII. ET ALIA QVAEDAM.

Cod. IX. I. pag. 1. ISidori Etymologiarum Libri XXII. omiſſis tamen Epiſtolis, quas innuimus in Codice VII. huius Plutei. Praecurrit autem tabula rerum, & vocabulorum notabilium, quae in ipſis Libris continentur, alphabetice diſpoſita, in cuius fine legitur rubrica: *Explicit tabula ſuper Iſidorum Etymologiarum, ſcripta per Fratrem Thedaldum de Mucello Florentine MCCCLXXXIV. XX. Octobris*. Hanc recentiorem tabulam, quae priora octo Codicis folia complectitur, alia vetuſtior conſequitur, argumenta ſingulorum Librorum repraeſentans, ſubiecto hoc monito: *Poſt hos Etymologiarum Libros eſt in hoc Volumine Liber Sancti Iſidori ad Siſebutum de Aſtronomia, de diebus, & noctibus, & temporibus, de ſolſtitio, de mundo & eius partibus, de caelo & partibus eius, ac omni ornatu eius, de ſole & luna, & ſtellis, de tonitru, de fulminibus, de arcu, de nubibus, & pluviis, de nive, & grandine, de ventis, & nominibus eorum, de tempeſtate, & ſerenitate, de peſtilentia, de Oceano, & amaritudine aquae maris, de Nilo flumine, de terraemotu, de monte Aetna. Item quidam Tractatus de natura avium, & animalium*. Tandem pag. 10. *b.* hoc aliud monumentum occurrit: *Iſte Liber Etymologiarum Iſidori antiquus, in quo eſt Iſidorus Iunior de Computo & Mundo, & Catalogus ſummorum Pontificum uſque ad tempora Hermetis, & Catalogus Generalium uſque ad Michaëlem de Caeſena, cum tabula optima per alphabetum, fuit Fratris Thedaldi de Caſa, qui eum donavit Conventui anno Domini MCCCCX. die XIV. Decembris*. A pag. 11. Etymologiarum Opus incipit, cum breviſſimo Prologo ad Braulionem Epiſcopum, & Capitum tabula, quoad initium & finem cum editione Matriti ſupra citata mire concordans; in cuius calce legitur; *Explicit Liber Etymologiarum Sancti Iſidori Epiſcopi*.

II. pag. 69. *b.* Libellus anepigraphus, forte eiuſdem, de quibuſdam animalibus. Caput primum *de Nocticorace* inc. *In Pſalmo CI. dicit David, factus ſum ſicut Nocticorax in domicilio. Phyſiologus dicit, Nocticorax immunda avis eſt, & magis tenebras amat, quam lucem*. Caput ultimum *de Pellicano* deſ. *ita & Dominus noſter Ieſus Chriſtus per Eſaiam prophetam dicit; filios genui, & exultavi; ipſi autem ſpreverunt me*.

III. pag. 175. Iſidori iunioris illuſtris Libellus de Aſtronomia, ſive de Natura rerum (1). Praecedit Prologus, qui inſcribitur, & incipit *Domino & filio Siſebuto &c. Dum te praeſtantem ingenio, facundiaque &c.* Deſ. *fidem efficiat*. Tum ſequitur tabula Capitum XLV. Caput I. *de Diebus* inc. *Dies eſt ſolis orientis praeſentia*. Vltimum *de Monte Aetna* deſ. *ad puniendos peccatores, qui cruciabuntur in ſaeculum ſaeculi*. Concordat cum dicta editione a pag. 63. ad pag. 90. ubi in fine quinque verſus eſt longior. Subiiciuntur deinde in Codice pag. 185. Capita quatuor, quorum tituli ſunt: I. *de nominibus Stellarum, quibus ex cauſis nomina acceperunt*, II. *de praecedentia, & antegradatione Stellarum*. III. *de remotione, vel antegradatione* (2). IV. *de ſtatu Stellarum*; quae ſunt poſtrema quatuor Capita Libri III. Etymologiarum, in cit. edit. a pag. 67. ad pag. 69. quamvis in Codice diverſus ſit ordo. Hiſce quatuor Capitibus ſuccedunt pag. 186. *b.* alia Capita, quorum primum eſt *de Mundo &c.* & ſunt priora X. Libri XIII. ibid. a pag. 249. ad pag. 253. Ac tandem pag. 188. occurrit totus Liber X. earumdem Etymologiarum, ut ibid. a pag. 185. ad pag. 204. In Codice tamen in fine longius aliquanto producitur. Atque haec quidem omnia idcirco heic fuerunt adſcripta, quia ſuis in locis fuerant praetermiſſa.

IV. pag. 198. Sequitur manu, ut videtur Fratris Thedaldi Catalogus Apoſtolorum, & Diſcipulorum Chriſti, in cuius calce legitur:

Anno Domini MCCVI. incepit Ordo Fratrum Minorum a Beato Franciſco inchoatus, cuius Regulam primo approbavit Innocentius III. poſtea confirmavit Honorius IV.

Anno Domini MCCXXVI. Beatus Franciſcus tranſivit ex hoc mundo ad Patrem, MCCXXVIII. canonizatus a Gregorio IX. & ab eodem tranſlatus MCCXXX.

A. D. MCCXII. incepit Ordo Beatae Clarae apud Aſſiſium a Beato Franciſco inchoatus, & anno Domini MCCXXI. incepit Ordo Tertius Fratrum de Poenitentia a Beato Franciſco inchoatus.

Anno Domini MCCXVIII. acceptus fuit locus ſacri Montis Alverniae in anniverſario Virginis glorioſae.

V. pag. 199. Catalogus Generalium Miniſtrorum Ordinis Beati Franciſci, uſque ad Michaelem de Caeſena, qui electus fuit anno Domini MCCCXVI. deductus manu Fratris Thedaldi, ubi haec de Fratre Elia traduntur: *Iſti* (ſcilicet S. Franciſco) *ſucceſſit Frater Elias, qui & ante ipſum aliquanto tempore Miniſtri locum tenuerat; vir adeo in ſapientia etiam humana famoſus, ut raros in ea pares Italia pateretur habere. Hic miſſis Viſitatoribus ſuis fecit ſub arctitudine magna Provincias viſitari, tam in capite, quam in membris. Tunc quidem Generalis Miniſter inſtituebat paſſim, & deſtituebat Provinciales Miniſtros, non exſpectato Capitulo generali. Sic Miniſter Provincialis Cuſtodem, & Cuſtos Miniſtrum loci, prout congrue-*

(1) Hic eſt *Liber rotarum* in Chronico Fontanellenſi; Trithemio Cap. CCXXXI. *Coſmographia*; aliis *de Mundo*, vel *Aſtronomicus*, ſive *de Aſtris*; & in editione Auguſtana A. MCCCCLXXII. ſol. *de reſponſione Mundi, & ordinatione Aſtrorum*. Vid. Nic. Antonium Tom. I. Bibl. Vet. Hiſpan. pag. 253.

(2) Ita eſt in Codice, ſed legendum *retrogradatione*.

Digitized by Google

graere videbat, abſolveat, de alio providebat. Ipſe collectas pecuniae induxit Provinciis, occaſione Baſilicae Beati Franciſci, quam opere ſumptuoſiſſimo conſtrui faciebat; & vocato Romae Capitulo generali, fuit a Miniſterio abſolutus, cui Capitulo ſanctae memoriae Dominus Gregorius Papa nonus praefuit, Miniſtri ceſſionem admiſit, & ſucceſſorem in ſua electum praeſentia confirmavit. Hic, orta diſcordia inter Summum Pontificem & Imperatorem Romanum, ſcilicet Fridericum, apud quos maximus habebatur, in partem Imperatoris viſus eſt declinare. Iam tamen a Miniſterio abſolutus, in quo tantum Ordini ſcandalum ſuſcitavit, ut quod Sanctus de proxima tribulatione praedixerat, tunc videretur impletum, quod multis Fratrum lacrymis maxime moriens expiaſſe, (ſic) *ac Sancti Patris gratia in ſuo excideret ſucceſſore*.

VI, pag. 201. Catalogus Protectorum Ordinis, qui inſcribitur & inc. *Venerabili in Chriſto Patri, Fratri Gonſalvo Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Frater Philippus de Peruſio ſenectutis ſuae qualeſcumque reliquias cum affectu reverentiae filialis. Reverendus in Chriſto Frater Alexius, Magiſter Provinciae Bononienſis, mihi notificare curavit, quod voluntatis veſtrae erat, immo quod mihi per ipſum Paternitas veſtra mandabat, ut de modo petendi Cardinalem a Domino Papa, iuxta quod Miniſtris in regula praecipitur, vobis ſcriberem, ſiquid noſſem, quod videlicet antiquorum patrum conſuetudo hactenus habuiſſet*. Deſ *Paternitatem veſtram conſerves incolumem clementia Salvatoris. Amen*. Inde ſubiicitur; *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Thedaldi Ser Octaviani de Mucello, quem emit a quodam ſaeculari pro pretio ſex florenorum, anno Domini MCCCLXXI. circa finem menſis Novembris*.

Poſt adlatam inſcriptionem legitur manu eiuſdem Thedaldi notitia de ſeptem orbis miraculis, & tabula Librorum & Capitulorum Libri Iſidori Etymologiarum.

Codicem eludit ſequens monumentum de Electoribus Imperatoris, litteris evaneſcentibus exaratum. *Anno Domini MXXX. iubente Papa Gregorio V. natione Theutonico, advocatis, & requiſitis Principibus Alamanniae, inſtituti ſunt Electores Imperatoris, videlicet Officiales Curiae Imperialis, qui quidem ſunt ſeptem; quatuor Laici, & tres Clerici. Primus Rex Boemiae, qui Imperatori propinat de cuppa; ſecundus Dux Saſſoniae, qui coram Imperatore portat enſem; tertius Comes Palatinus, qui eidem de ſcutella miniſtrat; quartus Marchio Brandemburgenſis, qui eſt Camerarius eius. Inter Clericos primus Archiepiſcopus Maguntinus, qui eſt Cancellarius in Germania; ſecundus Archiepiſcopus Colonienſis, qui eſt Cancellarius in Italia; tertius Archiepiſcopus Treverenſis, qui eſt Cancellarius in Gallia. Quod ſi quaeratur, quare de ſola Germania aſſumpti ſunt Electores, multae fuerunt cauſſae; ad praeſens tamen tres aſſignari poſſunt. Una eſt principalis, quia de Germania fuerunt Principes, qui liberaverunt Eccleſiam de ſervitute Longobardorum, & Imperatorum Romanorum, ut patet de Pipino, qui venit in Italiam contra Regem Aſtulfum, qui armis gravabat Eccleſiam. Item de Karolo filio eius, qui venit contra Regem Deſiderium; & hi duo Principes fuerunt de Germania inferiori circa Rhenum, quae antiquitus Gallia vocabatur Braccata. Item Otho, qui liberavit Eccleſiam de manu Alberici Romani; & hic fuit de Germania ſuperiori. Secunda ratio fuit devotio illius populi ad S. Petrum & Paullum, quod apparet in eorum peregrinatione. Tertia autem cauſſa fuit voluntas Summi Pontificis, qui tunc erat Theutonicus, & conſanguineus Othonis. Iſta ergo electio uſque modo perſeverat, & perſeverabit, quamdiu Eccleſia Romana permiſerit, cuius eſt regna transferre, & Principes de ſede deponere*.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XI. vere Inſignis, cum Summariis in margine, & initialibus coloratis, ubi animadvertendum eſt priores quatuor Etymologici paginas manu Saec. XIII. fuiſſe ſuppletas, num. 705. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 204.

ISIDORI ETYMOLOGICON.

ISidori Etymologicon, praeviis Librorum Summariis, Epiſtolis, & Libris ſingulis Capitum tabula, ut in Codice I. huius Plutei. *Cod. X.*

In primo folio legitur; *Iſte Iſidorus Etymologiarum eſt ad uſum Fratris Andreae Urſini de Florentia Ordinis Minorum; Poſt mortem vero eius debet poni in Armario Florentini Conventus, & in eodem manere, quia ad hoc principaliter emptus eſt*.

Codex membranac Ms. in fol. maiori Saec. XII. binis columnis, vere inſignis, cum litteris, & titulis rubricatis, nec non Graecis verbis maiori littera adlatis, num. 706. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 144.

FINIS PLVTEI XXVII.

PLV-

PLVTEVS XXVIII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. IX.

CODEX I.

DICTIONARIVM.

ANonymi Dictionarium, a littera *A* uſque ad *Z*. Inc. *Aaron. Quod iubet Aaron in auribus, demi ab auribus uxorum, & filiarum, unde illis faceres Deos, non abſurde intelligitur, difficilia illis voluiſſe praecipere, ut hoc modo eos ab intentione idololatriae revocaret. Rab. ſuper Exod.* Deſ. *Zelus Dei, Deus deſtruit ſuperbiam, aut zelum incendendo, aut immittendo. R. de ſuperbia.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, & de manu propria, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minor. de Florentia anno Domini MCCCCVI.* In ultimo autem haec alia detritis litteris legas: *Hunc Librum mutuavit mihi Frater Thedaldus de Caſa Miniſter ...... vult autem idem Frater Thedaldus, prout per ſuas litteras mihi ſcribit, quod hunc Librum reddam Armario Conventus Florentini, & ideo ſupradicto Armario redditur. Scriptum anno Domini 1373. die 15. Novembris.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 707. notatus, Conſtat foliis ſcriptis 243.

DICTIONARII PARS I.

Cod. II. ANonymi Dictionarium, a littera *A* uſque ad totam litteram *E*. Inc *Abiicere eſt abiectio hominis, ideſt qua homo abiicit, & haec eſt aliquando culpabilis, ſcilicet qua homo abiicit a ſe Deum, unde ipſe conqueritur in Pſalm. Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Deſ. *noli laetari Iſraël, noli exſultare ſicut populi, quia fornicatus es a Deo tuo.*

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum tabula dictionum ſingulis litteris praemiſſa, nec non initialibus coloratis. num. 708. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 351.

DICTIONARII PARS II.

Cod. III. DIctionarii ſuperioris pars altera, a littera *F* uſque ad litteram *N*. Inc. *Fabricatio. Fabricat Deus, fabricat homo, fabricat Diabolus.* Deſ. *miſimus ad vos fratrem noſtrum, ne forte tentaverit vos.*

Codex membranac. Ms. in 4. minori Saec. XIV. ineuntis, ab eadem manu ac ſuperior exaratus, num. 709. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis, 316.

DICTIONARII PARS III.

DIctionarii ſuperioris pars tertia, continens tantummodo litteras *O* & *P*, & hanc quidem imperfectam. Inc. *Obedientia, ſive obedire. Primo ponendae ſunt deſcriptiones obedientiae, ſecundo de multiplici obedientia, tertio de commendationibus eius, quarto de comitibus bonae obedientiae, quinto de iis, quae obedientiae averſantur &c.* Vltimum vocabulum eorum, quae ad litteram *P* pertinent, eſt *Pulvis*, cuius poſtrema verba ſunt: *Pulvis, culpa, ſive in operatione mala. Iob VII. Induta eſt caro mea putredine & ....* Cod. IV.

Reliqua deſiderantur. Manu deinde poſteriori a pag. 112. uſque ad finem Codicis ſuppletae ſunt litterae *Q*, & *Z*, cuius ultima dictio eſt *Zona*, quae deſinit in verbis: *quia nulla iſtarum virtutum a temporali pretio dependet. Vide Prov. non eſt digna ponderatio continentis animae. Deo gratias.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 710. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 122.

DICTIONARIVM.

ANonymi Dictionarium (1), ſeu Dictionarii pars continens litteras *O*, *P*, *Q*, & *R*. Inc. *O in divina Scriptura aliquando eſt adverbium vocandi, aliquando interiectio exhortantis.* Deſ. *Rubus, genus ligni ſpinoſi.* Inde ſequitur elenchus dictionum incipientium a littera *S*. Cod. V.

Codex membranae. Ms. in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 711. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 303.

DI-

(1) In primo folio a manu illa recentiore, quae huius Bibliothecae Codicum inſcriptiones appoſuit, inſcribitur *Dictionarium Rerum*.

DICTIONARIVM.

Cod. VI. PArs altera Lexici ſuperioris incipiens a littera *R* (1), & deſinens in littera *Z*. Inc. *Rabi, ſive Raboni Hebraeum eſt, & interpretatur Magiſter. Io. 1. Rabi quod dicitur interpretatum Magiſter*. Deſinit in verbo *Zoaa*, ut in Codice IV. huius Plutei.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Bernardi de Guaſconibus de Flor. Ord. Minor.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, num. 713. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 466.

PARS LEXICI.

Cod. VII. PArs Lexici a ſuperioribus diverſi, incipiens a littera *E*, & deſinens in littera *M*. Inc. *Aedificare. Nota, quod aedificare, conſtruere, componere, & facere, idem ſignificant; aedificare autem dicitur proprie aliquem locum vel domum pro habitatione conſtruere, & ſic dicitur aedificatio ab aedes, & facio, facis, quaſi aedis facio. Eſt igitur moraliter loquendo multiplex aedificatio, ſcilicet temporalis &c.* Vltimum vocabulum *Mors*, inc. *Mors, mori, mortuus eſt*. Deſ. *veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viventes. Et haec de morte ſufficiant gratia veritatis. Explicit M.* Tum in calce paginae adponuntur prima duo verba ſequentis litterae *N*, ſcilicet *Navicula, navis*, a quibus incipit ſequens Volumen.

Codex membranac. Ms in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis coloratis, num. 715. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 208.

PARS LEXICI.

Cod. VIII. COntinuatio ſuperioris Lexici incipiens a littera *N*, & deſinens in *V*. Inc. *Navicula, navis. Nota, quod navis eſt vas, ſeu inſtrumentum ad tranſeundum mare, vel flumina ordinatum &c.* Vltimum vocabulum eſt *Vivere, & vita*, quod inc. *Nota quod vita aliquando accipitur pro ipſa naturali diſpoſitione, aliquando pro morali converſatione. Generaliter ergo ſumendo, dico, quod invenitur vita naturalis, virtualis, triumphalis, noxialis, gehennalis &c.* Deſinit imperfecte in verbis: *ſi pro ſua, vel ſuperiorum inſcitia flagellatur, tempeſtas tantum tribulationis, & frigus poenitentiae iuſtae correctionis calorem interiorem, & fervorem affectuum non . . . . .* Reliqua deſiderantur. In pagina 180. quae ſubſequitur, occurrunt alia vocabula a littera *C* incipientia, & ad idem, ut videtur, Lexicum pertinentia. Horum initium eſt: *Cadaver. Nota quod cadaver ſecundum Iſidorum dicitur a cadendo &c.* Vltimum vocabulum eſt *Charitas*, & deſinit in verbis: *quam inhabitat charitas, ſuperbia non inflat, invidia non devaſtat, avaritia non excaecat, gula non inflammat.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, ab eadem manu, ac ſuperior exaratus, & num. 712. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 191.

PARS LEXICI.

Cod. IX. LExici pars quaedam, continens tantummodo duas litteras, nimirum, *A*, & *R*. Littera *A* inc. *A in omnibus gentibus prima littera, ab A denominatur. Nam Hebraice Aleph, Graece Alpha, Latine A, Aeolice As, prima littera dicitur. Ideo autem prima eſt litterarum apud Latinos, & apud omnes alios prima littera ab A incipit, quia omnes naſcentes primo in hanc vocem erumpunt; unde Iſidorus l. Etymol. c. III. A littera in omnibus gentibus ideo prima eſt litterarum, quia prior naſcentibus vocem aperuit*. Littera *R* deſ. *Rabus, genus ligni ſpinoſi*. Videtur eiuſdem auctoris atque illa pars Lexici, quae habebatur in Codice V. huius Plutei. Habes partim in principio, partim in fine Codicis indicem vocabulorum ſub hiſce duabus litteris contentorum.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus rubricatis, num. 714. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 175.

FINIS PLVTEI XXVIII.

(1) Littera *R* tota repetitur.

PLVTEVS XXIX. ſIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VII.

C O D E X I.

L E X I C O N.

PArs Lexici continens tantum litteras *S*, & *T*. Prima dictio eſt *Sabbatum*, ſed eius nulla adſertur interpretatio, media pagina vacua ad illam exſcribendam relicta. Altera eſt *Sacerdos*, cuius explicatio ita inc. *Sacerdos primo dicitur de Chriſto Sacerdote, ſecundo de aliis Sacerdotibus. Sacerdos dicitur Chriſtus Magnus Eccl. XLI. Ecce Sacerdos magnus &c.* Vltima dictio eſt *Turris*, quae ita explanatur: *Turris dicitur Beata Virgo propter eminentiam virtutum &c.* Vltima verba ſunt: *Turres dicuntur ſuperbi. Gen. XI. faciamus nobis civitatem & turrem. Hic eſt Mundus, qui ſe aedificavit contra Deum in civitatem contradictionis, & turrem elationis: hanc turrem impugnant praedicatores, unde ſignificantur in Abimelech Iudic. IX. qui accedens iuxta turrem pugnabat fortiter, Dominus vero in iudicio deſtruet eas. Iſaias II. & viſitabo ſuper omnem turrem excelſam &c. Hic ſit finis huius litterae T, ipſo auxilium concedente, qui eſt nobis turris fortitudinis a facie inimici, cui eſt honor in ſaecula &c.* Tum dictionum ipſarum a littera T incipientium elenchus adiungitur, & quidem manu diverſa. Hanc autem Lexici partem eiuſdem auctoris eſſe arbitramur, atque illam Codicis V. Plutei ſuperioris, & illius continuationem eſſe; vocabula enim a littera *S* incipientia, quae in hoc explicantur, eumdem prorſus ordinem ſervant cum elencho illo, qui dictum Codicem claudebat.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum litteris initialibus rubricatis, & indice vocabulorum in principio. Conſtat foliis ſcriptis 208.

PETRI BERCORA LEXICON.

Cod. II. LExici pars, auctore Petro Bercora, ut ex Codice VII. huius Plutei infra recenſendo eruitur, a littera *A* uſque ad totam litteram *G*. Incipit; *A a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum, ſicut dicit Bernardus in quodam Sermone.* Vltimum vocabulum a littera *G* incipiens eſt *Guttur*, cuius interpretatio deſinit imperfecte in verbis: *in cuius gutture formatur vox fortis, quae eſt terror avium aliarum, iuxta illud Oſee VIII. in gutture tuo, ſicut tuba, quaſi aquila ſuper domum Domini* . . . . . . Videtur autem eſſe prima pars Lexici illius, cuius alteram partem Codex VII., tertiam vero Codex VIII. Plutei ſuperioris continebant; eamdem enim ſcriptoris manum tria haec praeſeferunt Volumina.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & pictura in principio, quae S. Franciſcum, ſtigmatibus transfixum, ac volumen clauſum dextra tenentem, necnon diademate redimitum exhibet. ad cuius pedes Franciſcanus manibus iunctis, ac genuflexus adparet. Erat quoque ſtemma poſſeſſoris in calce, nunc autem omnino deletum; Codex num. 718. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 290.

TABVLA ORIGINALIVM.

Cod. III. TAbula Originalium de quibuſdam communibus vocabulis per alphabetum facta, de diverſis voluminibus, & libris authenticis compilata, ac etiam cum additionibus poſt compilationem eiuſdem ſuperadditis, & ſuo loco inſertis, auctore Anonymo. Praecurrit vocabulorum index, quo expleto, figura quaedam calamo delineata Chriſtum repraeſentans, cui Franciſcanus auctor huius Operis genuflexus Volumen offert, adparet, adſcriptis ſupra hiſce verſiculis cum titulo rubricato: *Verſus iſti ſunt loco Proemii huius Libri, cum clauſula eis annexa.*

Regia maieſtas, pie ſuſcipe quod dat egeſtas.
Hunc difficultas preſſit, quem iam premit aetas.
. . . . (1) *eſt iſte, quem tu rex collige Chriſte.*
Eſt minimus nempe . . . . *ipſe*
. . . . *ſiat ipſi Chriſto renatus.*

Inde in margine haec declaratio occurrit: *Opus iſtud principaliter continet duas partes; in quarum prima ponuntur multorum Sanctorum Originalia quamplurima, & quorumdam Philoſophorum dicta eiſdem Originalibus conſona; in parte vero ſecunda per modum cuiuſdam additionis & ſupplementi eorum, quae in ipſa prima parte ſunt poſita, ſubnectuntur aliqua notabilia de Decretis, & Decretalibus aſſumpta, &* quan-

(1) Vbi puncta appoſuimus, verba omnino ſunt eraſa.

quandoque de dictis Doctorum, maxime in Iure Canonico aliqua inferuntur ad declarandum ea, de quibus principaliter in hac ſecunda parte tractatur. Vt autem inveniatur facilius, quidquid quaeri continget de his, quae continentur in Libro iſto, praedicta omnia inferius adnotata ſunt per alphabetum, in iſto Libro conſequenter ordinata & ſcripta; & quamvis de pluribus vocabulis, de quibus agitur in huius Operis parte prima, agatur etiam in ſecunda, non tamen eſt iſtud ſuperfluum, quia non eodem modo, ſed diverſimode tractatur de iſtis in duabus partibus ſupradictis. Opus inc. *Abrenuntiatio terrenorum. Vocabulum primum. Ioannes Caſſianus in Collatione Abbatis Moyſi. Prima abrenuntiatio eſt, qua corporaliter univerſas divitias mundi voluptateſque contemnimus.* Definit in vocabulo *Zizania*, ubi poſtrema auctoritas ita ſe habet: *Gregorius XV. libro Mor. Niſi tormentorum ſumma, meritorum acta dirimerent, & nequaquam index veniens dicturum ſe meſſoribus* . . . . Videtur in fine aliquid deſiderari.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armorio Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum pulcherrima icone auctoris in littera initiali, ſub Franciſcana Reformatorum, ut aiunt, veſte induti, cum initialibus rubricatis, & coloratis, num. 724. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 554.

GVILIELMVS BRITO DE VOCABVLIS BIBLIAE.

Cod. IV. I. pag. 1. BRito (1) de Vocabulis Bibliae, praevio Prologo, & indice vocabulorum per alphabetum. Prologus ita ſe habet:

Difficiles ſtudeo partes, quas Biblia geſtat
Pandere, ſed nequeo, latebras niſi qui manifeſtat
Auxiliante Deo, qui cui vult ſingula praeſtat.
Dante iuvamen eo, nihil inſuperabile reſtat,
Propria ponuntur hic nomina pauca, ſed oro,
Qui legis, indulge, quoniam brevis eſſe laboro.
Si quem profectum tenet hoc Opus, eſt Deitatis,
Quae dat perfectum, ſine qua nihil eſt bonitatis.
Quidquid non rectum patet hic, quidquid duritatis,
Quidquid neglectum, vel quidquid inutilitatis,
Supplens defectum lector ſtudio pietatis,
Corrige, correctam ſic in uſum poſteritatis.
Schematis ignaras ſtylus eſt, non abnuo limam;
Nam pollere facit operam correctio prima.
Deſuper irradia ſcribenti gratia dia,
Sis dux, ſis ſocia, mera lux, & vera ſophia.

Opus inc. *A littera, ſicut dicit Iſidorus in primo Libro Etymologiarum, ideo in omnibus linguis eſt prior, quia ipſa naſcentium vocem aperit, unde dicitur in hiſtoriis: maſculus recenter natus eiulando dicit A.* Def. *Zorobabel apud Hebraeos ex tribus integris nominibus traditur eſſe compoſitum: Zo, iſte; ro, magiſter; babel, proprie Babyloniam ſonat, & efficitur nomen Zorobabel, iſte magiſter de Babylone; in Babylone enim ortus eſt, ubi & Princeps Iudae exſtitit. Verba ſunt Iſid. Etymol. VII.* Tum hi verſiculi adiiciuntur:

Hic ego Doctorum compegi ſcripta ſacrorum,
Floribus auctorum loca certa notanda librorum,
In ſerie quorum, textus patet hic poſitorum.
Praevie cunctorum conſumatorque bonorum,
Lux occultorum, via veri, dux dubiorum,
Sis tibi, caelorum Rex, gloria, culmen honorum,
Quod completorum datur hic mihi meta laborum;
Aegie egenorum, numero quia dego Minorum,
Deprecor ipſorum comitem me fac meritorum,
Sorte beatorum, quod ſim velut unus eorum,

II. pag. 103. *b.* Eiuſdem ſcholia quaedam ſuper Libros Bibliae, quibus pro titulo hi verſus praemittuntur:

Partibus expoſitis textus, nova cura cor auget,
Et fragiles humeros onus importabile frangit,
Biblia praetendit obſcura prooemia quaedam,
De quibus ignoro, quid ut expedit, & decet, edam.
Mens Opus hic horret, ſenſus ignara; laborem
Iuſſa ſubit, ſed iuſſa nequit removere timorem.
Cur? quia vota ſibi metuit ſuc umbere moli (2).
Plus aliis de te, quam tu tibi credere noli.
Immoror obſcuris, leve tranſvolo, ſic brevitati
Haereo, quod brevitas non deroget utilitati.

(1) Guilielmus Brito, Camber, Ord. Minor. quem A. MCCCLVI diem obiiſſe notant Poſſevinus, Pitſeus pag. 481. & ex eo Waddingus pag. 158. varia ſcripſit, pleraque lucis expertia, de quibus vid. Fabric. Biblioth. Med. Tom. I. pag. 281.

(2) Gloſſa habet: *ideſt gravitati Operis.*

Omnipotens Opifex, Operis dator huius, & auctor.

Ut ſtet Opus, fer opem, calamum rege, ſis mihi fautor.

Gloſſae incipiunt: *Frater Ambroſius &c. Ad evidentiam huius Epiſtolae, quam ſcribit Hieronymus ad Paulinum Presbyterum, notandum quod Paulinus Presbyter elegantis fuit ingenii.* Deſ. *Ioannes ſeptem Eccleſiis &c. quo praetermiſſo, accedit ad narrationem. Ibi ego Ioannes frater veſter &c. VII. viſiones, ſcilicet ſecundum VII. Eccleſias, quibus ſcribit VII. ſtatus Eccleſiae generalis,*

Finitur labor iſte, laus Chriſto ſit gratia oris (ſic),

Qui ſit ſcriptoris requies, merceſque laboris. Amen.

III. pag. 147. *b.* Eiuſdem aliae gloſſae, ſeu correctiones ſuper Sacram Scripturam, Praecurrit Prologus, qui inc. *Quoniam ſuper omnes ſcripturas, verba ſacri eloquii neceſſe eſt ut in fundamento veritatis firmiter innitantur, quatenus ſuper textum litterae certioris ſanctorum ſtudiorum aedificia ſecurius componantur, quantum in brevi potuimus ex gloſſis Beati Hieronymi, & aliorum Doctorum, & ex Libris Hebraeorum & antiquiſſimis exemplaribus, quae etiam ante tempora Caroli Magni ſcripta ſunt, bene in breviſſima notula ſcripſimus ea, quae ex novis & diverſis Bibliis per varias litteras magis dubia, vel ſuſpecta credebamus; nec enim, ut dicit Hieronymus, ſic nova cudimus, ut vetera deſtruamus; ſed magis vetera ſtatuentes, quaedam nova vitio ſcriptorum in textu de gloſſis & poſtillis inſerta, vel etiam per quorumdam imperitiam depravata, non noſtra, ſed aliorum maiorum auctoritate reſecanda monſtramus.* Deſ. *quia etiam in libris antiquioribus, & in ipſorum expoſitorum libris de diverſis confuſa tranſlationibus continentur.* Liber inc. *Frater Ambroſius C. VI. quaſi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas, id eſt Carmen Homericis, & Virgilianis verſibus compoſitum, quod Proba uxor Adelphi Proconſulis, quae & Centona dicta eſt, in laudem Chriſti verſibus compoſuit.* Deſ. *octingenta milia.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. exeuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & ſcholiis aliquot marginalibus, num. 720. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 156.

DICTIONARIVM.

Cod. V. DIctionarii pars a littera *H* uſque ad litteram *O*. Inc. *Habere. Nota quod habere ſignificat poſſeſſionem, & ideo ſecundum quod res, quae habetur poteſt eſſe bona vel mala, ſecundum hoc nos poſſumus diſtinguere quod habere, in bono ſumitur & in malo; ſumitur enim in bono, quando habentur res utiles & fructuoſae; ſumitur in malo, quando habentur res damnabiles & vitioſae.* Vltimum vocabulum eſt *Obſervare*, & deſinit in verbis: *Obſerva eum, & audi vocem eius. Item obſerva, id eſt attende ad ſtatum plebis & gregis, quod maxime pertinet ad Praelatos. II. Parab.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus rubricatis, num. 721. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 255.

IOANNIS MARCHESINI MAMMOTHREPTVS.

I. pag. 1. IOannis Marcheſini, quamvis nomen reticeatur, Mammothreptus de vocabulis Bibliae cum Prologo, qui inc. *Impariens propriae imperitiae ac ruditatis, compatiens pauperum Clericorum, qui ad praedicationis officium promoventur, decrevi Bibliam perlegendo diſcurrere; necnon & alia, quae in Eccleſiis recitantur, ſi vitationes* (ſic) *fuerint, inſpicere diligenter, & partium difficilium ſignificantias, & accentus, & genera inſinuare lectori paupercula ſecundum quod pro captu intelligentiae colligere potero ex laboribus aliorum, ut ſic etymologia ſenſata aedificet intellectum, & aures demulceat debita ſonoritas profodiae.* Deſ. *& quia morem gerit talis decurſus paedagogi, qui greſſus dirigit puerulorum, Mammotrectus poterit appellari.* Liber inc. *Frater Ambroſius &c. Frater, ſcilicet in fide. perferens, id eſt portans, mediam corripe, & ſic fero, fers, in omnibus ſuis participiis deſinentibus in ens.* Deſ. *veni Domine Ieſu. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis. Amen.* Cod. VI.

II. pag. 122. Explicationes notabilium vocum, & phraſium, quae occurrunt in Legendis Sanctorum. Incipiunt a Feſto Sancti Andreae Apoſtoli, & progrediuntur uſque ad Feſtum Sanctae Caeciliae. In principio illarum Legendarum alia antiqua manus praemiſit hoc monitum: *Non ſcribas ultra, quia mittam alias Legendas.*

III. pag. 139. *b.* Index uberrimus vocum occurrentium in Mammothrepto, ordine alphabetico digeſtus.

IV. pag. 156. Eiuſdem explicationes vocabulorum, quae occurrunt in Homiliis Dominicarum totius anni, a prima Dominica de Adventu, uſque ad Dominicam XXIV. poſt Pentecoſtem.

Mammothreptus, μαμμόθρεπτος, mamma, ſive lacte nutritus, ſive a trahenda, vel tractanda mamma *Mammotractus*, vel *Mammotrectus*, titulus eſt huius Libri, in gratiam rudium Clericorum, exponentis ordine Biblico voces, vocumque ſignificationem, orthographiam, accentus in Bibliis Latinis, Prologiſque Hieronymi, deinde in antiphonis, reſponſoriis, & hymnis; in Legendis Sanctorum, Homiliis, & declaratione Regulae S. Franciſci &c. Opus abſolutum Saeculo XV.

Au-

Auctor Ioannes Marcheſinus Ord. Minor. de quo videndus Oudinus Tomo III. pag. 2562. Prodiit primum hoc Opus per Petrum Schoiſſer de Gernſehem in Civitate Moguntina, anno Dominicae Incarnationis MCCCCLXX. in vigilia Martini, & alibi pluries.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XV. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 722. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 167.

PETRI BERCORA REPERTORIVM MORALE.

Cod. DIctionarium continens litteram *A*, cui inſequens praemittitur titulus: *Repertorium Morale, quod alio modo dicitur Dictionarium, editum a Fratre Petro Bercora Monacho Ordinis Sancti Benedicti in Galliarum finibus oriundo ſub ditione Francorum, patria Pictavienſi*. Inc. *A a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum, ſicut dicit Bernardus in quodam Sermone*, Vltimum Vocabulum: *Averte, id est, quaſi contra aliquem ſe vertere*, deſinit imperfecte in verbis: *avertiſti adiutorium gladii eius, & non es auxiliatus ei in bello; in quibus verbis oſtendit quod Deus a peccatoribus tripliciter ſe avertit, videlicet, quia ceſſat corrigere, quia non vult . . . . .*, Petrus Berchorius Pictaviensis Gallus, Monachus Benedictinus, Prior S. Eligii Pariſienſis, defunctus A. MCCCLXII. ſcripſit teſte Fabricio l. c. Tom. V. pag. 245. egregium hoc Opus in tribus Voluminibus diſtinctum, quod Repertorium Morale inſcripſit, ad Ioannem de Prato Praeneſtinum Epiſcopum.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, & correctionibus aliquot marginalibus, num. 723. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 144.

PLVTEVS XXX. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VI.

C O D E X I.

HOMILIAE DIVERSORVM PATRVM
A Dominica I. de Adventu Domini, uſque ad Sabbatum Sanctum.

IN hoc antiquiſſimo Codice continentur diverſorum Patrum, videlicet, Auguſtini, Gregorii Papae, Leonis Pontificis, Ioannis Chryſoſtomi, Fulgentii, Ambroſii Mediolanenſis Archiepiſcopi, Severini, Hieronymi, Remigii, Bedae &c. Homiliae in Evangelia, quae leguntur apud Latinos, ad uſum fortaſſe Eccleſiae alicuius Monaſticae, a Dominica I. de Adventu uſque ad Sabbatum Maioris Hebdomadae incluſive, quibus inſeruntur Vitae quaedam Sanctorum per id tempus occurrentium.

I. pag. 1. Dominica I. de Adventu in nocte. Lectiones Sacrae Scripturae. Inc. *Viſio Iſaiae filii Amos, quam vidit ſuper Iudam, & Ieruſalem in diebus Oziae, Ioatham, Achaz, & Ezechiae Regum Iudae. Audite Caeli*. Deſ. *in tabernaculo David*.

II. pag. 6. Dominica eadem. S. Auguſtini Episc. Sermo, ut in Cod. XLI. Plut. XVI. Catal. Tom. I. pag. 296. §. I. ubi S. Ambroſio adſcribitur.

III. pag. 6. *b*. B. Gregorii Papae Homilia, ut ibid. § III.

IV. pag. 8. Paſſio S. Andreae Apoſtoli, ut in Cod. I. Plut. XX. Catalogi Tom. cit. pag. 583. §. I. finis autem diverſus.

V p. 10 *b*. In Natale S. Andreae. B. Gregorii Papae Homil. in Ev. Matth. *Ambulans iuxta mare Galilaeae &c.* ut in Cod. XXXVI. Plut. XVII. Catal. Tom. cit. pag. 379. §. CLXXVII.

VI. pag. 11. *b*. Lectiones ex Sacra Scriptura. Inc. *Iudicans & quaerens iudicium, & velociter reddet quod iuſtum eſt*. Deſ. *& filia areae meae, quae audivi a Domino exercituum Deo Iſraël adnuntiavi vobis*.

VII. pag. 12. *b*. Anonymi Sermo anepigraphus, ut in Codice XLI. Plutei XVI. Catal. Tom. cit. pag. 297. §. VIII. ubi S. Auguſtino Epiſcopo tribuitur.

VIII. pag. 13. Alius Sermo anepigraphus, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 69. §. IX. ubi S. Auguſtino tribuitur.

IX. pag. 14. Dominica II. de Adventu Domini. B. Gregorii Papae Homilia, ut in Cod. XXXVI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 262. §. II.

X. pag. 15. *b*. Vita S. Nicolai, ut in Cod. I. Plut. XX. Tom. cit. pag. 583. §. III. Heic tamen ſine Prologo, & in fine diverſa.

XI. pag. 19. *b*. Anonymi Homilia in Ev. Luc. *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam*. Inc *Homo nobilis iſte ille eſt, cui caecus ſupra clamabat: Fili David*. Deſ. *quod in die videlicet iudicii futurum eſt, exiſtimatur*.

XII.

Digitized by Google

XII. pag. 21. Vita S. Ambroſii Archiepiſcopi, ut in Cod. I. Plut. XX. Tom. cit. pag. 583. §. IV. Heic tamen ſine Prologo, & in fine diverſa.

XIII. pag. 23. *b.* Anonymi Homilia in Ev. Matth. *Gaudete in illa die, & exſultate &c.* Inc. *Deinde ait, vos eſtis ſal terrae. Dominus Apoſtolos ſuos ſal terrae cognominat.* Deſ. *magna illic totius plebis ſanctae laetitia, atque exſultatio fuit, poena Daemonum confitentium martyrum merita.*

XIV. pag. 24. *b.* Natale S. Zenonis Veronenſium Praeſulis, ut in Cod. I. Plut. XX. Catal. Tom. cit. pag. 583. §. V. Heic autem initio diverſa; incipit enim a verbis: *Licet omnia miracula, quibus claruerit, idonei non inveniamur poſſe vobis narratione tradere competenti &c.*

XV. pag. 25. *b.* Natale S. Syri, ut in cit. Cod. §. VI. ſed heic in fine diſcrepat.

XVI. pag. 27. *b.* Paſſio S. Luciae Virginis, ut in cit. Cod. §. VII. in fine aliquantum diverſa.

XVII. pag. 28. *b.* S. Gregorii Papae Homilia in Ev. Matth. *Simile eſt regnum caelorum theſauro &c.* ut in Cod. XLII. Plutei XVI. Tom. cit. pag. 321. §. LXIX.

XVIII. pag. 30. In Natale martyrum. Anonymi Homilia in Ev. Matth. *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum &c.* ut in Cod XXIV. Plutei XVIII. Tom. cit. pag. 501. §. CXL. ubi Joanni Chryſoſtomo tribuitur. Heic autem in fine diverſa.

XIX. pag. 32 In Feſto S. Thomae Apoſtoli. Anonymi Homilia in Ev. Io. *Thomas autem unus &c.* Inc. *Iſte unus diſcipulus defuit, reverſus quod geſtum eſt audivit.* Deſ. *quia tanto altius a conſpectu Dei omnipotentis pertingitis, quanto mediatorem Dei & hominum ſingulariter amatis. Qui vivit &c.*

XX. pag. 33. *b.* Dominica III. de Adventu. Praecedunt lectiones Sacrae Scripturae, quae inc. *Onus dum ad me clamat.* Deſ. *quum aegrotaſſet & convaluiſſet de infirmitate ſua.*

XXI. pag. 39 S. Leonis Papae Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 70. §. XV.

XXII. pag. 40. Vnde ſupra. S. Leonis Papae Sermo de Ieiunio menſis decimi, ut ibid. §. XVI.

XXIII. pag. 40. *b.* Sermo anepigraphus, ut ibid. §. XVII. S. Leoni adſcriptus.

XXIV. p. 41. *b.* Eadem Dominica III. de Adventu Domini B. Gregorii Papae Homilia in Ev. Matth. *Quum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti &c.* ut in Cod. XXXVI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 362. §. II.

XXV. pag. 42. *b.* Feria IV. in quatuor Tempora. Anonymi Homilia lectionis eiuſdem in Ev. Luc. *Eodem autem tempore miſſus eſt Angelus Gabriel &c.* ut in dicto Cod. XXXVI. Pl. XVII. Tom. cit. pag. 365. §. XXXI. S. Ambroſio adſcripta.

XXVI. pag. 44. Feria VI. Homilia lectionis eiuſdem in Ev. Luc. *Exſurgens autem Maria &c.* ut in Cod. XXXVIII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 394. §. XII. eidem S. Ambroſio tributa.

XXVII. pag. 45. Homilia lectionis eiuſdem in Ev. Luc. *Factum eſt Verbum Domini &c.* ut in cit. Cod. §. XIV. ubi S. Gregorio Papae tribuitur.

XXVIII. p. 46. Dominica IV. de Adventu Domini. S. Auguſtini Epiſc. Sermo de Incarnatione Domini contra Iudaeos, & Manichaeos, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 69. §. XI.

XXIX. pag. 47. Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo. ut ibid. §. XII.

XXX. pag. 48. Eiuſdem Sermo de Incarnatione Domini contra Iudaeos, ut ibid. § X.

XXXI. pag. 49. B. Gregorii Papae Homilia in Evang. Luc. *Anno quintodecimo &c.* ut in Cod. XXXVI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 363. §. VIII. Heic tamen in fine diverſa.

XXXII. pag. 50. *b.* In Vigilia Nativitatis Domini. S. Ioannis Oraurei Sermo in Ev. Matth. *Quum eſſet deſponſata &c.* ut in Cod. XXXVIII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 395. § XIX.

XXXIII. pag. 52. In Natale Domini. Lectiones Sacrae Scripturae. Inc. *Primo tempore alleviata eſt terra Zabulon.* Deſ. *haec dicit Dominus: convertimini ad me, & ſalvi eritis.*

XXXIV. pag. cad. *b.* Homilia anepigrapha, ut in Cod. XLI. Plut. XVI. Catal. Tom. cit. pag. 297. §. XI. ſub nomine S. Leonis Papae.

XXXV. pag. 54. S. Leonis Papae Sermo, ut in Cod. XLI. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 297. § XII.

XXXVI. pag. 55. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 70. §. XVIII.

XXXVII. pag. 56. *b.* Vnde ſupra. Anonymi Sermo. Inc. *Omnes ſcripturae, quas nunc audivimus, chariſſimi, laetitiam nobis publicam, & commune gaudium nuntiarunt. Pſalmiſta enim dicit: exſultate Deo adiutori noſtro.* Deſ. *feſtivitatem cum Angelis celebrabit in caelo.*

XXXVIII. pag. cad. Item unde ſupra. Anonymi Sermo. Inc. *Fratres dilectiſſimi, hodie dies illuxit, in quo Chriſtus ex Virgine carnem ſuſcepit, humilitatis voluit induere formam, ut a peccatis liberaret animas noſtras.* Deſ. *& ventris hoſpitium ingreditur Deus, qui cum Patre &c.*

XXXIX. p. 57. S. Fulgentii Sermo de Nativitate Domini. Inc. *Cupientes aliquid de huius diei ſolemnitate narrare.* Deſ. *ad illum quoque diem omnes cum gaudio & pace perducat, populumque ſuum in fide & charitate cuſtodiat Ieſus Chriſtus Deus, & Dominus noſter, qui vivit &c.* Inter Opera Venet. per Auguſtin. Savioli MDCCXLII. fol. a pag. 250. ad p. 252.

XL. pag. 58. B. Gregorii Papae Homilia in Ev. Luc. *Exiit edictum &c.* ut in Cod. XLI. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 298. §. XVII.

XLI.

XLI. pag. 59. Anonymi Homilia lectionis eiuſdem in Ev. Luc. *Paſtores loquebantur ad invicem &c.* Inc. *Verba paſtorum, quam ſint rationabilia, & paſtoribus Eccleſiae digna, diligenter inſpice.* Deſ. *ſtata ſublimiore donabat.*

XLII. pag. 59. *b.* S. Ioannis Oſaurei Sermo in Ev. Matth. *Liber generationis I. C. &c.* Inc. *Matthaeus, ut diximus, Nativitatem Domini ſecundam carnem enarrat.* Deſ. *tertio vero ordine ſic refert Evangeliſta, a transmigratione, inquit, Babyloniae, uſque ad Chriſtum generationes quatuordecim.*

XLIII. pag. 60. *b.* B. Auguſtini Epiſcopi Homilia in Ev. Io. *In principio erat Verbum &c.* Inc. *Hic enim animalis homo non percipit; quid ergo fratres? Silebimus hinc?* Deſ. *ipſum dico ego autem Filium Dei.*

XLIV. pag. 62. In Feſto S. Stephani Protomartyris. Lectiones S. Scripturae. Inc. *In diebus autem illis, creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur Graecorum adverſus Hebraeos.* Deſ. *& erat potens in verbis, & in operibus ſuis.*

XLV. pag. ead. *b.* Sermo anepigraphus, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 73. § XL. ubi S. Auguſtino tribuitur.

XLVI. pag. 63. *b.* Vnde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut in Cod. XLI. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 298. § XX.

XLVII. pag. 65. Homilia lectionis eiuſdem in Ev. Matth. *Ecce ego mitto &c.* ut in Cod. XXXVI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 363. § XIII. S. Ioanni Chryſoſtomo adſcripta; heic tamen in fine diverſa.

IACOBI DE VORAGINE VITAE SANCTORVM.

Cod. VI. IAcobi Voraginis Vitae Sanctorum, cum Prologo, qui inc. *Vniverſum tempus praeſentis vitae, in quatuor dividitur*. Deſ. *a Pentecoſte uſque ad Adventum*. Incipiunt ab Adventu Domini, & quidem ita: *Adventus Domini per quatuor ſeptimanas agitur*. Deſinunt in Dedicatione Eccleſiae, & in verbis: *in quo Chriſtus nunc habitet per gratiam, ut tandem dignetur habitare per gloriam, ipſo donante &c.* Tum hi verſiculi:

Qui legis haec dicta ſanctorum ſanguine picta,
Fac ut ſis ita, ne fallax haec tua vita
Alliciat vanis mendacibus & male ſanis,
Plorans exora, patiens ſic eſſe labora.

Concordant hae Legendae quoad ordinem cum edit. Veneta, quam exhibet Codex XII. Plut. XX. Catalogi Tom. I. pag. 622. ubi tamen poſt illam de Dedicatione Eccleſiae, aliae ſequuntur, quae XXII. integra folia complectuntur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, diligenter exaratus, cum titulis & initialibus coloratis, & figuratis, & indiculo in principio, num. 730. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 215.

PLVTEVS XXXI. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VIII.

C O D E X I.

RABANVS DE NOMINIBVS DEI.

RAbani Mauri de Nominibus Dei, & de Naturis Rerum Libri XXII. praevia Capitum tabula. Liber I. inc. *Adonai eſt ſeptimum nomen Dei apud Hebraeos*. Vltimus deſ. *quia ſanctae Trinitatis unum velle, una poteſtas, una cooperatio. Explicit Deo gratias Liber XXII. Rabani Magiſtri*. Concordant cum editis inter eius Opera curante R. D. Iacobo Pamelio Coloniae Agripp. A. MDCXXVI. fol. Tom. I. a pag. 51. ad pag. 272. Initium vero Libri I. incidit in pag. 56. col. 2. li. 34. Natus fuit Rabanus A. DCCLXXXV. Moguntiae, ac ſcripſit prae reliquis *De Vniverſo* Libros XXII. ſive *Etymologiarum Opus* ad Ludovicum Regem A. DCCCXLIV. quod idem eſt atque illud, quod habes in hoc Codice, licet ſub titulo diverſo. Sententiam eius ſingularem de damnatione Catechumenorum ante baptiſmum defunctorum diiudicat Mabillonius pag. 44. Vid. Fabric. Biblioth. Med. Tom. VI. pag. 26.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 732. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 203.

IACOBI DE VORAGINE VITAE SANCTORVM.

IAcobi Voraginis Vitae Sanctorum, cum indice in principio alia manu, & Prologo, ut in Codice VI. Plutei ſuperioris. Adſunt in fine *Feſtivitates, quae in noſtro Calendario non habentur, quae infraſcripta tabula continentur &c.* Clauditur Codex hoc monito: *Nota quod plures ſunt Legendae, quam in tabula contineantur, & optime ordinatae in libro*. Cod. II.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum titulis, & initialibus coloratis, num. 733. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 269.

COLLECTIO QVAESTIONVM DE PAVPERTATE CHRISTI.

COllectio Quaeſtionum de Paupertate Chriſti (1), quarum ſummam licet intricatiſ- Cod. III.

R 2 ſimis

(1) Huius controverſiae ſeries exponitur in Annalib. Eccleſ. Odorici Raynaldi Tomo XV ad annum MCCCXXII. num. 53. & in Annalib. Minorum Lucae Waddingi, ex recenſione Ioſephi Mariae Fonſeca ab Ebora Romae typis Bernabò MDCCXXXIII. fol. pag. 306. ſeqq. quae tamen ope huius, & alterius Codicis Medicei XXIX. Plutei XVII. cuius recenſio habetur Tom. I. pag. 352. ſeqq. multum locupletari poſſet.

ſimis litteris, quum circa medium Codicis, pagina ſcilicet 127. deſcripſerit manu ſua Frater Thedaldus de Caſa, hanc nos integram recenſionis loco adſerre voluimus. Ita igitur habet:

Tabula de contentis per ordinem in Libro hoc.

Decretalis Domini Ioannis Papae XXII. Quorumdam exigit.

Item alia eiuſdem: Ad conditorem Canonum.

Item alia: Quum inter nonnullos.

Item alia incompleta: Quia quorumdam mentes.

Quaeſtio, utrum profeſſio, qua cuilibet rei renuntiatur, tam in proprio, quam in communi, ceteris paribus ſit perfectior.

Quod cum dominio Chriſti reſpectu rerum temporalium, in quantum Deus, ſtetit ſumma paupertas, excludens omne dominium humanum.

Quaedam impugnationes Gulielmi Ocham contra Conſtitutiones Papae Ioannis XXII.

Item Decretalis dicti Papae Ioannis XXII. quae incipit: Ioannes &c. Quia vir reprobus &c. *Incompleta videtur.*

*Impro*b*atio dictae Decretalis prolixa, ſeu appellatio facta per dictum Michaëlem cum ſociis, edita per Fratrem Franciſcum Rubeum de Aeſculo, quae inc.* De patre impio queruntur filii.

Quod dominium rerum temporalium eſt de iure poſitivo, non naturae, ſic enim omnia ſunt communia.

Vtrum Apoſtoli habuerint dominium rerum temporalium in communi. Cuius ſit haec quaeſtio ignoto.

Expoſitio rationum Fratris Michaëlis edita a Fratribus Guaffredo Cuſtode Peruſii, Alexandro de Hales, Ioanne de Rupella, Roberto de Baſtia, & Rigaldo, quae inc. Reverendo &c.

Littera Bonaventurae ad innominatum Magiſtrum.

Canticum pro dilecto, Pulcra concertatio de introitu ad Religionem, edita a Fratre Ioanne de Pecciano.

Tractatus utilis & pulcer Ioannis de Pecciano de perfectione Evangelica in XVI. Capitulis diſtinctus.

Quaeſtiones quae ſequuntur ſunt Petri Ioannis.

Vtrum ſit melius aliquid facere ex voto, quam illud idem ſine voto.

Vtrum vovere alteri homini obedientiam &c.

Vtrum appellare ab inferiori &c. Imperfecta, & incompleta.

Quod trium votorum, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiae ſit perfectius.

Vtrum Papa poſſit in omni voto diſpenſare.

Vtrum Romano Pontifici ſit in fide & moribus ab omnibus obediendum.

Item ſine argumento, an promittere alteri obedientiam in omnibus univerſaliter, ſit Evangelicae perfectionis.

Expoſitio Regulae Fratrum Minorum.

Quaeritur, an ſtatus altiſſimae paupertatis ſit ſimpliciter melior omni ſtatu divitiarum.

Ad oppoſitum quaeſtionis arguitur. Quaeſtio eſt pulcra.

Videtur, quod ſtatus habens aliquid in communi ſit melior.

Quaeritur, an uſus pauper includatur in conſilio, ſeu voto paupertatis.

Vtrum profeſſoribus paupertatis Evangelicae uſus pecuniae ſit totaliter interdictus.

Quaeritur, utrum praedicti pauperes teneantur viliſſimis veſtibus indui.

Vtrum Epiſcopi, & Praelati, qui ad perfectionem Evangelicam ſunt ex voto adſtricti, teneantur ad pauperem uſum.

Vtrum liceat profeſſoribus Evangelicis aliquid repetere per ſe, vel per alium.

Vtrum liceat profeſſoribus Evangelicis debita contrahere quacumque ex cauſſa.

Vtrum eis liceat annualia convivia, ſeu pietantias recipere, ſeu procurare.

Vtrum Virginitas, vel Caſtitas, abſtrahens ab omni concubitu, ſit ſimpliciter melior matrimonio.

Vtrum votum vitandi ſuſpectum conſortium, vel colloquium includatur in voto Evangelico.

Vtrum Religioſus vovens ea, quae non abſunt obſervantiae Regulari, teneatur votum illud adimplere.

Vtrum ſit conveniens ad profeſſionem Religionis, vel ſolemnis voti Caſtitatis multos recipi.

Vtrum vovens ingredi Religionem, ſi ducat uxorem, peccet ſemper mortaliter petendo debitum.

De antiqui hoſtis verſutia contra ſtatum Evangelicae paupertatis Seraphici viri Franciſci multiformi.

Vtrum perfectio Evangelicae paupertatis poſſit ad talem modum vivendi reduci, quod ſufficienter vivat de poſſeſſionibus, & contradicitur a Papa, vel Patribus.

Contra Fratrem Petrum Ioannem a Narbona Ordinis Minorum invehitur &c. Hic articulus videtur expunctus.

Reſponſio prolixa Fratris Vbertini de Caſali contra eos, qui nefandas haereſes impoſuerunt Fratri Petro Ioanni, quae nullo modo, ut dicunt, poſſunt excuſari, & multa de uſu paupere.

Articuli accepti de Regula, contra quos relaxationes fiunt, quos tradiderunt Fratres venerabiles famoſi in vita, & .... Papae Clementis Quinto ſuper ſtatu Ordinis. & de obſervatione Regulae, requiſiti ab eodem per iuramentum & obedientiam ſalutarem, ut ſuper iis ſuam ſententiam plenius explicarent.

Littera Bonaventurae miſſa Miniſtris, & Cuſtodibus Ordinis in principio accepti Officii, ſed incompleta.

Reſponſio Petri Ioannis in Capitulo generali, quando fuit requiſitus quid de uſu paupere ſentiret.

De obitu dicti Fratris Petri Ioannis, & quid, receptis ſacramentis, dixit, quando & ubi recepit ſcientiam ſuam, & quid ſenſerit de uſu paupere.

Articuli abſtracti de ſcriptis ſuis ab aemulis, & impugnatoribus.

Item

Item Tractatus eius de uſu paupere in fine quinti Capituli.

Quaeſtio pulcra, ſeu Tractatus eiuſdem Petri de vita activa & contemplativa.

Animadvertendum interim eſt, bibliopegi incuria ita male compactum fuiſſe Volumen iſtud, ut vigintitria folia initium Quaeſtionum iuxta adlatum elenchum continentia, in ipſius calcem fuerint reiecta, ac propterea in ſummo margine paginae 212. legi de more monumentum illud: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia anno Domini MCCCCVI.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, compendiariis litteris, & lectu difficillimis exaratus, & num. 734. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 232.

S. BONAVENTVRAE VITA S. FRANCISCI, ET ANON. VITA S. CLARAE.

Cod. V.

I. pag. 1. VIta Sancti Franciſci auctore, licet nomen non adpareat, S. Bonaventura, cum Prologo, & Capitum tabula. Prologus inc. *Apparuit gratia Dei*. Deſ. *inſertus adnotatis*. Vita inc. *Vir erat in civitate Aſſiſii Franciſcus nomine, cuius memoria in benedictione eſt, pro eo quod Deus ipſum in benedictionibus dulcedinis benigne praeveniens, & de praeſentis vitae periculis clementer eripuit, & caeleſtis gratiae donis affluenter implevit &c.* Adiciuntur in fine, eiuſdem S. Franciſci Miracula, necnon Privilegia, ſeu Litterae de Stigmatibus, & de Canonizatione a Romanis Pontificibus editae, ac tandem Officium in eius feſto recitandum. Exſtat inter Opera S. Bonaventurae editionis Venetae A. MDCCLIV. per Ioan. Bapt. Albrizium 4. Tom. V. a pag. 478. uſque ad pag. 548.

II. pag. 67. Vita Sanctae Clarae, ſeu Lectiones in eius feſto recitandae (1). Inc. *Venerabilis Chriſti ſponſae, Deoque dicatae Virginis Clarae natalitium diem*. Deſ. *tuis etiam interventivis praeſidiis poſt te trahas ad gaudium & gloriam ſempiternam, quo nos perducat rex noſter & dux Chriſtus Ieſus Crucifixus, cui cum Patre & Spiritu Sancto eſt omnis honor & gloria &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis, necnon cum icone Beati Franciſci, & Clarae in litteris initialibus, num. 735. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 74.

LEONIS FRANCISCI DE PRATO SERMONES DE SANCTO FRANCISCO.

Cod. VI.

I. pag. 1. LEonis Franciſci de Prato Legum Doctoris (2) de ſancta illuminatione & clarificatione Beati Franciſci, & de eius Stigmatibus ſacris ad Fratres Minores de Florentia Sermo primus. Inc. *Glorioſam, & refulgentem imaginem Ieſu Chriſti Crucifixi in Beato Franciſco adhuc ipſo vivente & multi viderunt*. Deſ. *& anima eius ibi vivat, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens per infinita ſaecula ſaeculorum. Amen.* Tum ſubiungitur: *Explicit Sermo primus Leonis &c. die XV. Decembris MCCCCLII.*

II. pag. 20. Eiuſdem Sermo ſecundus de miro ordine vocationis Franciſci, & de eius virtutibus & ſanctitate. Inc. *Iam quidem de illuminatione & clarificatione Franciſci, & de eius Stigmatibus ſacris, Deo iuvante, abundantius diximus quae credidimus*. Deſ. *& clareſcent uſque ad conſummationem ſaeculi.*

III. p. 45. *b*. Eiuſdem Sermo III. de approbatione geſtorum Franciſci, tam a Papa Regulam confirmante, quam a Chriſto Franciſcum Stigmatibus vulnerante, & de eius tranſitu glorioſo ad Fratres Minores. Inc. *Poſtquam itaque Franciſcus iam quaſi opus ſuum conſummaſſet*. Deſ. *ſuſcipite igitur hos Sermones, dilectiſſimi fratres, quoniam has glorioſi Franciſci laudes in tenore Bonaventurae auctoris certiſſimi & beati, recte ſubcecini. Deo gratias, & Beatae Mariae, & omnibus ſanctis eius.*

In ultima pagina legitur: *Hic Liber eſt Conventus Fratrum Sanctae Crucis de Florentia, donatus illis a Domino Leone de Prato auctore Libri anno MCCCCLIII. die ſecunda Maii in vigilia Sanctae Crucis in laudem Sancti Franciſci*. In ſummo vero primae paginae margine minutis & detritis litteris adſcriptum eſt: *Hoc Opus die III. Novembris MCCCCLII. prius inceptum ordinavi in vigilia Aſſumptionis Virginis Mariae.*

Codex membranac. Ms in 4. Saec. XV. nitidiſſimus, cum initialibus auratis & coloratis, titulis rubricatis, & icone Beati Franciſci cum diademate radiato in capite, num. 736. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 52.

LEONARDI PISTORIENSIS TRACTATVS VARII MORALES.

Cod. VII.

I. pag. 1. TRactatus de decem Praeceptis Decalogi ſecundum Fratrem Leonardum Piſtorienſem de Ordine Fratrum Praedicatorum (3), cum brevi Prologo, qui inc.

(1) Extractae ſunt ex Vita S. Clarae, auctore Anonymo coaevo, quam adferunt Bollandiſtae Tomo II. Auguſti pag. 754.

(2) Nihil de eo habes apud Litterariae Hiſtoriae Scriptores.

(3) Praeter Tractatus *De Arithmetica, de Practica Geometriae, & de Computo Lunae, ſecundum Doctores Eccleſiae*, dicitur ſcripſiſſe *Summam Theologiae*, tomis duobus diſtinctam. Vid. Iac. Quetif Tom. I. pag. 473.

inc. *De Praeceptis Decalogi tractaturi*. Deſ. *octavo de excellentia ipſorum*. Caput primum *De diſtinctione Praeceptorum* inc. *Praecepta Decalogi diſtinguuntur diverſimode a diverſis*. Caput ultimum *De decimo Praecepto* deſ. *mortuus eſt dives & ſepultus eſt in inferno*. *Explicit Tractatus de decem Praeceptis Decalogi ſecundum Fratrem Leonardum Piſtorienſem de Ordine Fratrum Praedicatorum*.

II. pag. 105. *b*. Eiuſdem Tractatus ſuper expoſitione Orationis Dominicae in duas partes diviſus, praevia Capitum tabula. Inc. *Sic ergo orabitis*. Deſ. *ut per adimpletionem petitiorum perveniamus ad regna caelorum*. *Explicit Tractatus Fratris Leonardi Piſtorienſis ſuper expoſitione Orationis Dominicae*.

III. pag. 141. *b*. Eiuſdem Tractatus de Praeſcientia & Praedeſtinatione Dei, cum Prologo, & Operis diviſione. Prologus inc. *Inſtantiſſime rogaſtis me*. Deſ. *ſunt autem haec, quae in hoc Opuſculo breviter perſtringuntur*. Caput I. *Quid ſit Praeſcientia & Praedeſtinatio Dei, & in quo a ſe invicem differant*, inc. *Sciendum eſt igitur, quod iſta quatuor, videlicet Scientia, Praeſcientia, Providentia, & Praedeſtinatio diverſimode, ſive diverſis reſpectibus de Deo dicuntur*. Caput ultimum: *Quare Deus fecit hominem, quem ſciebat eſſe damnandum*, deſ. *eſt Rex Regum, & Dominus dominantium, cuius poteſtas non auferetur, & regnum non corrumpetur in ſaecula ſaeculorum. Amen. Explicit Tractatus Fratris Leonardi de Praedeſtinatione, & Praeſcientia Dei*. Tandem tabula rerum notabilium totius Operis Codicem claudit.

In tegumento hoc monumentum legitur: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Iacobi Ser Pacci de Conventu Florentino. Deus igitur ſemper collaudetur cum omnibus ſanctis ſuis. Amen*. Praeterea pro Codicis cuſtodia in primis duobus foliis extat fragmentum quoddam cum hoc titulo: *Incipiunt Conſtitutiones primi Ordinis Humiliatorum per generale Capitulum approbatae*, manu ſaeculi XIV.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 738. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 151.

AEGIDIVS DE REGIMINE PRINCIPVM.

Cod. VIII. I. pag. 1. FRatris Aegidii de Regimine Principum Libri III. ut in Codice VII. Plut. LXXVIII. Catalogi Tom. III. pag. 161. Heic tamen ob mutilationem Codicis in principio deſideratur Epiſtola Nuncupatoria, & magna pars Libri I. incipit enim a verbis: *Poſtquam determinavimus de virtutibus reſpicientibus exteriora bona &c.* quae ſunt prima Capitis XXXVII. In calce adſcribitur: *Explicit Liber de Regimine Principum editus a Fratre Aegidio Romano, Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini*.

II. pag. 144. Anonymi Opuſculum anepigraphum in ſex Particulas diviſum, ut ex brevi Prologo adparet, quem integrum adſerimus. Ita igitur habet: *Vt facilius occurrant ea quae in ſequenti Opuſculo, in ſex Particulas ipſum cenſui dividendum. In prima ponuntur ea, quae pertinent ad Principes, & Praelatos, in ſecunda ea, quae pertinent generaliter ad clericos, in tertia ea, quae pertinent ſpecialiter ad Religioſos, in quarta ea, quae pertineat ad mulieres, in quinta ea, quae ſe extendunt ad omnes, in ſexta vero ponuntur quaedam hiſtoriae diffuſiores, quae non ſolum attinent ad aedificationem legentium, ſed etiam ad honeſtatem temporis occupandi*. Heic tamen quinque tantum Particulae habentur, praevis unicuique Capitum elenchis. Primae Particulae Caput I. *De pueris non promovendis*, inc. *Primo igitur, quia iugum praelationis eſt graviſſimum &c.* Caput ultimum Particulae quintae *De ſuffragiis mortuorum*, deſ. *rurſus eidem apparens indicavit ſe fratrum liberatum orationibus. Deo gratias*.

III. pag. 171. Anonymi Tractatus Moralis de Oculo in Capita XV. diviſus, ut ex Prologo eruitur, qui inc. *Si diligenter voluntas in lege Domini meditare*. Deſ. *quintumdecimum de oculo ſeptemplici*. Caput I. *De numero partium oculum componentium*, inc. *Sciendum igitur, quod ſicut patet elici ex ſcientia Conſtantini, in Libro quem facit de Oculo*. Caput ultimum *De oculo ſeptemplici* deſ. *collocat in perpetuum, & illae eriguntur; ad illud regnum nos perducat, qui ſine fine vivit & regnat. Amen*.

IV. pag. 210. *b*. Praedicabilia in quaedam Evangeliorum loca &c.

V. pag. 214. Libellus prorſus anepigraphus, qui tamen, ut ex initio Prologi eruitur, inſcribi poteſt *Eruditio Regum ac Principum*. Prologus ac diviſio Operis inc. *Iſte Libellus, qui dicitur Eruditio Regum & Principum, fundatur ſuper quatuor, quae ſunt neceſſaria Principibus*. Deſ. *princeps ordinis dominationum*. Prologum ſequitur Epiſtola, quae inſcribitur, & inc. *Clementiſſimo Domino ſuo L. Dei gratia Illuſtriſſimo Regi Francorum Frater G.* (1) *decorum de regno momentaneo migrare feliciter ad aeternum. Gratias ago gratiarum omnium gratuito largitori*. Deſ. *veſtrae communico Maieſtati*. Liber inc. *Regibus igitur atque Principibus quatuor mihi videntur neceſſaria ad ſalutem*. Forte eſt imperfectus in fine; deſinit enim in verbis: *apibus aculeus, dentes ferinis, ſicut arma naturalia correſpondent, ſolus autem* . . . .

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, varia manu, ſed perplexis litteris exaratus, cum titulis & initialibus coloratis, num. 739. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 216.

RA-

(1) Forte eſt Guilelmus Carnotenſis Ord. Praedic. Ludovici IX Gallorum Regis Capellanus, cui anno MCCLXX. die XXV. Auguſti morienti praeſens adfuit; de quo vide Quetif Tom. I. pag. 381.

RABANVS DE LAVDIBVS S. CRVCIS, ET ANON. EXPOS. EVANG.

Cod. IX. I. pag. 1. RAbani Mauri de laudibus Sanctae Crucis Libri II. In principio figura quaedam ſtans Crucem geſtans dextra, ac ſiniſtra clypeum, occurrit verſibus XLVIII. maiori littera adſcriptis, qui totam implent paginam, quique incipiunt:

Rex Regum, Dominus mundi ditione gubernans.

Deſ.

Stans armata fide victorem monſtrat ubique.

Tum declaratio praedictorum verſuum, quae inc. *O Chriſte Salvator, Rex Regum.* Deſ.

Illaeſum ſemper caſtra inimica fugat.

Deinde Prologus, cuius initium: *Hortatur nos lex divina.* Finis: *ſibi magis noceat, quam mihi.* Succedunt alii verſus XXXVI. quibus hic praefigitur titulus: *Et dum Sanctae Crucis gloriam per meam humilitatem audire non ſuſtines, Crucifixi Regis offenſam incurrens. Redemptionis gratiam, quae in Cruce eſt non conſequatur* (1). Inc.

Muſa cito ſtudio gaudens nunc dicere Numen.

Deſ.

Sint ſua facta, pie hic, cunctaque hic rapiat.

Subſcribitur rubrica: *Magnentius Rabanus Maurus hoc Opus fecit.* Poſt Capitum tabulam, Crucifixi effigies cum quatuor clavibus, femorali, & diademate in capite delineata eſt aliis XLVII. adſcriptis verſibus, qui inc.

Aſt ſoboles Domini, & Dominus dominantium ubique hic.

Deſ.

Qui eſt ſator aeternus Chriſtus benedictus in aevum.

Tandem Liber I. inc. *Ecce imago Salvatoris.* Secundus deſ. *ubique ſibi laus perpetua per cuncta ſonabit ſaecula. Amen. Explicit Rabanus de Cruce.* Concordant omnia cum editione, quam citavimus in Codice I. huius Plutei, ubi habentur in Tom. I. a pag. 278. uſque ad pag 348.

II. pag. 41. Anonymi Expoſitio quaedam Evangelica, alia recentiori manu, in fine mutila. Inc. *In nomine Domini. Amen. Dicebat Ieſus ad eos: Iudaei erunt ex magna parte inimici, ſed etiam amici ex quadam parte iam facti & futuri &c.* Tandem in ſex poſtremis foliis chartaceis, alia item manu adſcribuntur Canones Evangeliorum, iuxta Hieronymum. In primo autem folio occurrunt alphabetum Graecum, ac deinde ratio numerandi per Graecas litteras, ab unitate uſque ad DCCCC. Denique in alio folio, quod ſubſequitur, notatur: *Iſtum librum emit Frater Guicciardinus de Sancto Geminiano, & eſt ſibi deputatus ad uſum in vita ſua, & poſt mortem debet redire ad Conventum Flor. &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. & XIV. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis, ac figuris variis, quae Crucem repraeſentant exornatus, num. 740. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 52.

PLVTEVS XXXII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VI.

CODEX II.

FR. IOANNIS WALLENSIS OPERA VARIA.

I. pag. 1. SVmma Collectionum, ſive Communiloquium a Fratre Ioanne Wallenſi de Ordine Fratrum Minorum compoſitum. Prologus, & Summarium Operis inc. *Quum Collectionis huius, quae poteſt dici Summa Collectionum.* Deſ. *deprehendere proceſſum & ordinem.* Communiloquium inc. *Quum doctor, ſeu praedicator Evangelicus ſapientibus & inſipientibus debitor ſit.* Deſ. *ſic inſpiciens proceſſum huius Collectionis, ſubtiliora, & doctiora, & utiliora, Salvatoris gratia illuminante, ſtudeat advenire. Explicit Collectio Fratris Ioannis Magiſtri in ſacra pagina de Wallia de Ordine Fratrum Minorum.*

II. pag. 96. Eiuſdem Tractatus de Poenitentia, praevio Prologo, qui inc. *Quoniam provida ſollertia eſt iugiter meditari neceſſaria ad ſalutem.* Deſ. *de Poenitentiae per diſcretionem regulatione, ſive modificatione.* Opus inc. *Inprimis vero notandum, quod Poenitentia deſcribitur &c.* Deſ. *ipſe memoriae, continuatio aeternitatis; & haec ad praeſens ſufficiant de praedictis.*

III. pag. 129. Eiuſdem Breviloquium de Vita & Moribus Philoſophorum, praevio brevi Prologo, cuius initium: *Quum enim debeamus apes imitari.* Finis: *ideo primo de Philoſophia in generali.* Tum ſequitur Summarium. Opus inc. *Quum ex vita honeſta Gentilium, & ex operibus virtuoſis eorum merita redargui debeat imperfectio Fidelium minus perfe-*

(1) Haec verba inſtar tituli appoſita in Codice, in edit. ſunt poſtrema Prologi praecedentis.

ſeſte viventium. Deſ. *qui ſolus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum &c. Explicit Breviloquium de Vita, & Moribus Philoſophorum Gentilium Magiſtri Ioannis Wallenſis, Ordinis Minorum.*

IV. pag. 152. Eiuſdem Breviloquium de Sapientia & Scientia Sanctorum Doctorum & Philoſophorum Chriſtianorum. Inc. *Quum vani ſunt omnes homines, in quibus non eſt ſcientia Dei*. Deſ. *divina vero appetenda & acquirenda, quia amicos Dei & prophetas conſtituit ſapientia, & haec ad praeſens de iis ſufficiant.* Is eſt Io. Guallenſis, ſive Valleis Ord. Minor. Pariſienſis Doctor, qui A. MCCLXXVI. maxima erat in exiſtimatione. de cuius Operibus, tam editis, quam ineditis vide Oudinum Tom. III. pag. 494. ſeqq.

Codex membran. Ms. in 4. maior. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis. & initialibus coloratis, num. 744. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 155.

ALIVD EXEMPLAR OPERVM IOANNIS WALLENSIS.

Cod. III. I. pag. 1. FRatris Ioannis Wallenſis Summa Collectionum, ut in Codice ſuperiore §. I.

II. pag. 134. Eiuſdem Compendiloquium de Vita & Moribus illuſtrium Philoſophorum, ut ibid. §. III.

III. pag. 185. *b*. Eiuſdem Breviloquium de Sapientia & Scientia Sanctorum Doctorum, & Philoſophorum Chriſtianorum, ut ibid. §. IV.

IV. pag. 205. Eiuſdem Magiſtri Ioannis de Vallibus Sacrae Theologiae Doctoris inſignis, ac Ordinis Minorum Profeſſoris humilis & devoti de Vita Religioſa Libri II. cum Prologo. & Summario. Prologus inc. *Numquid noſti ordinem caeli, & rationem eius ponis in terra? Iob* 38. Deſ. *& capitula diſtinguuntur ſecundum diſtinctionem horarum, temporis, & occupationum*. Liber I. inc. *Circa primum notandum, quod conſideratio provida qualitatis temporis debet movere virum religioſum, ne ſuo tempore abutatur*. Liber II. deſ. *ut quod pondus proprium deprimit, sui meriti munus levet; & in hoc finis iſtius Collectionis. Explicit.*

V. pag. 241. Eiuſdem Libellus ſine titulo, ſed eſt de quatuor Virtutibus Cardinalibus ad inſtructionem Regum & Principum. Poſt breviſſimum Prologum, cuius initium eſt: *Quoniam miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem &c.* inc. *Remota enim iuſtitia quid ſunt regna niſi magna latrocinia &c.* Deſ. *ego via. quo vis ire; ego veritas, ubi vis permanere; ego vita. Amen.*

VI. pag. 257. Eiuſdem Tractatus de decem Praeceptis, vel Legiloquium. Inc. *Scribam eis multiplices. leges meas. Oſee VIII. Omnipotens creator omnium, ac omniſapiens gubernator*. Deſ. *ipſe auctor praedictarum legum diffundat legem charitatis, ut per ipſam ad eam perveniamus, & ipſo fruamur, & ſatiemur in aeternum.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, cuius ultima pagina aevi diuturnitate detrita eſt, num. 745. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 274.

IACOBI VORAGINIS SERMONVM DE FESTIS PARS PRIMA.

IAcobi Voraginis Sermones Feſtivi cum tabula ipſorum in principio, manu Fratris Thedaldi de Caſa. Sermo I. de Sancto Andrea Apoſtolo inc. *Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodivi, & non declinavi ex ea. Iob XXIII. Sunt qui ſequuntur Dominum per fidem*. Vltimus pro Sancto Iacobo Apoſtolo deſ. *ad fundum calicis ſaporis bibiſti, & potaſti uſque ad faeces*. Tum elicitur ſcriptoris nomen ita, *Simon ſcripſit*. Cod. IV.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis. & varia manu conſcriptus, num. 747. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 335.

IACOBI VORAGINIS SERMONVM DE FESTIS PARS ALTERA.

FRatris Iacobi de Voragine, provinciae Ianuae, Ordinis Praedicatorum, Sermones de Feſtis, a Feſto Beati Petri ad Vincula uſque ad Adventum. Sermo primus inc. *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis &c. Sancta mater Eccleſia repraeſentat hodie quadruplex beneficium*. Vltimus & quintus Sermo in Feſto Sanctae Catharinae deſ. *a negligentia & torpore, quia circa cultum Dei fervens & ſollicita ſemper fuit.* Cod. V.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, manu Fratris Thedaldi variis in locis ſuppletus, qui etiam propria manu indicem in principio praemiſit, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 748. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 256.

MARTINI POLONI SVMMA IVRIS CANONICI.

MArtiniana Decreti, & Decretalium a Fratre Martino Ordinis Praedicatorum, Domini Papae Poenitentiario & Capellano, per alphabetum compilata, cum Prologo, qui inc. *Inter alia, quae ad fidelium Chri-* Cod. VI.

ſti

Digitized by Google

ſti doctrinam ſcripta ſunt &c. Huius Operis aliud Exemplar occurrit in Codice VIII. Plutei III. ſin. ſupra pag. 38. cum quo concordat. Haec ſumma Iuris Canonici, quae *Martiniana* dicitur, & *Margarita Decreti*, ſive *Concordantiae*, & *Tabula Decretorum*, & *Decretalium alphabetica*, poſt primam editionem Argentoratenſem A. MCCCCLXXXVI. ſaepius recuſa eſt, ac Pariſiis una cum Decreto, & Decretalibus.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 135.

IACOBI DE VORAGINE SERMONES DOMINICALES.

Cod. VII. FRatris Iacobi de Voragine Sermones Dominicales. Primus in Dominica prima de Adventu Domini inc. *Praeparare in occurſum Dei tui Iſraël. Amos IV. Quando Rex, vel aliquis Princeps maximae dignitatis ad civitatem aliquam eſt venturus.* Sermo ultimus, & ſecundus in Dominica XXIV. poſt Pent. deſ. *quod nullus deinceps recordatus hominis illius pauperis.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, grandiori littera exaratus, & cum initialibus quibuſdam pictis, & duplici icone, forte auctoris in principio, num. 749. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 424.

PLVTEVS XXXIII. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VII.

C O D E X I.

FRIDERICI VICECOMITIS ARCHIEPISCOPI PISANI SERMONES.

SErmones, quos Dominus Fridericus Piſanus Archiepiſcopus habuit diverſis temporibus, quorum ſeries ſequens eſt:

I. pag. 1. Poſt ſuam promotionem in Quadrageſima ad Clerum in Synodo, cum primo pro themate (*ſic*) anno primo ſuae conſecrationis. Inc. *Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.* Pſ. c *Quia verbum breviatum fecit Dominus ſuper terram Ro. IX. nos cum ipſius adiutorio intendimus proponere verbum Dei breviter &c.* Deinceps brevitatis gratia, initio & fine Sermonum omiſſo, titulos tantum ſingulorum uti iacent in Codice recenſebimus.

II. pag. 3. *b.* Hunc Sermonem fecit in Pentecoſten in Synodo anno III. ſuae conſecrationis, & duravit Synodus per tres dies. Notanda quae in eo tradit de concubinariis Sacerdotibus pag. 5. *b.*

III. pag. 6. Brevis Sermo recapitulationis in tertia die Synodi, quando licentiavit Synodum.

IV. pag. ead. Sermo, quem fecit ſupradictus Dominus Archiepiſcopus in Concilio Provinciali, conſecrationis ſuae anno IV. (1)

V. pag. 8. Brevis Sermo recapitulationis, quem fecit idem Dominus, quando licentiavit Synodum.

VI. pag. ead. Dominica IV. in Adventu. Hunc Sermonem fecit praedictus Dominus in Capella Domini Papae Innocentii IV. apud Lugdunum, dum eſſet Capellanus eiuſdem.

VII. pag. 10. Sermo, quem praedictus Dominus fecit in fraternitate Capellanorum apud Sanctum Sixtum Miſſa ab eo ibi cantata.

VIII. pag. 11. *b.* Eiuſdem ad Clerum, vel Populum, vel in Natale Domini, ſive in Adventu, ſeu pro defuncto Clerico. Videndum quid praeſcribat de modo cantandi in Eccleſia frangendo voces pag. 12. itemque pag. 13. allegantur in margine Frater Hugo in Summa ſuper Sententiis, & Magiſter Guilielmus Antiſiodorenſis in Summa.

IX. pag. 13. *b.* Sermo in Converſione Beati Paulli ad Fratres Minores, vel Praedicatores, ſeu alios Religioſos. Loquitur pag. 14. *b.* de ordinatione Planetarum, & Platonem citat.

X. pag. 16. Sic reſpondit praedictus Dominus Magiſtro Theologiae Fratri Praedicatori, volenti regere (2) illo anno apud Piſas, ſermocinanti in curia ſua coram eo, & toto Clero Piſano.

XI. pag. ead. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in morte Archipresbyteri Maſſani; poteſt etiam eſſe ad Clerum, & ad Confeſſores, quibuſdam omiſſis, vel mutatis. Pag. 17. *b.* Hugonem citat ſuper Sententias.

XII. pag. 19. Sermo in Dominica X. poſt Pent. item ad Clerum, item in viſitatione, item in conſecratione Eccleſiae. Allegatur in mar-

(1) Matthaeus legit *III.* ſed perperam.
(2) Legit *Regem*.

Digitized by Google

margine Innocentius III. in Sermonibus ſuis de Dedicatione Eccleſiae, quorum unus inc. *Introibo in domum tuam &c.* & alius: *Egreſſus Ieſus &c.*

XIII. pag. 20. *b.* Sermo eiuſdem Domini, quem fecit Capellanis fraternitatis Civitatis apud Sanctum Petrum ad Vincula, conſecrationis ſuae anno VIII.

XIV. pag. 22. Sermo, quando idem Dominus monuit Poteſtatem & Conſilium Maius Piſanum ex parte Domini Papae Clementis, ut mitterent Syndicos ad Regem Carolum pro pace Thuſciae iuranda apud Podium Bonitii A. D. MCCLXVIII. In hoc Sermone notanda ſunt iſta; quae occurrunt pag. 23. *Et quia ſuper hac pace temporis & in tota Thuſcia reformanda non potuerunt Summi Pontifices noſtri temporis aliquid obtinere, ſuos collaterales & familiares, utpote Cardinales, Notarios, atque Capellanos pluries deſtinando, tandem Sanctiſſimus Papa noſter Clemens IV. proſequutor iuſtitiae, & zelator pacis, miſit Dominum Carolum Illuſtriſſimum Regem Siciliae, qui Viterbium venerat; cum magna militia armatorum, ipſum Dominum Papam & Curiam viſitare, paciarium, ſeu pacificatorem in Thuſciam, ut quos Dei timor & Eccleſiaſtica diſciplina a malo guerrarum non revocaverant, ad pacem cogeret gladius temporalis; nam iuxta ſanctorum conſilium ferro abſcindenda ſunt vulnera, quae fomentorum non ſentiunt medicinam V. Di. LXXXII. Plurimos, & ut etiam ſpiritualis gladius arma condiuvet iuſtitiae temporalis, Magiſtrum Eliam Canonicum Beluacenſem ſuum Capellanum & Nuntium ſuper certis formis ſubſequenter idem Dominus Papa in Thuſciam deſtinavit, qui nobis ſuis litteris demandavit, ut vos Domini Poteſtas, Capitanee, Antiani, Conſilium, & totum Commune Piſanum in perſonis veſtris moneremus, ut monemus, ut praedicti Domini Regis pareatis beneplacitis & mandatis, ac Syndicos ſufficienter inſtructos tranſmittatis ad pacem Thuſciae in praeſentia ſupraſcripti Domini Regis iurandam, & opportuna firmitate vallandam, ſalva tamen guerra & diſcordia, quae inter vos & Lucanos & Guelfos vertitur, de qua ſupraſcriptus Dominus Papa cognoſcit, & quam ipſe per ſe determinare ac pacificare intendit &c.*

XV. pag. 24. Sermo, quem idem Dominus fecit in Natale Domini, & poteſt etiam eſſe in Adventu, mutato themate, dum eſſet Capellanus Venerabilis Patris Domini Sinibaldi tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyteri Card. qui poſtea fuit Innocentius Papa IV.

XVI. pag. 26. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in vulgari ad populum in Eccleſia Sancti Stephani (1).

XVII. p. 28. In Sancto Ioanne Evangeliſta.

XVIII. pag. 29. *b.* In Epiphania Domini, quem idem Dominus fecit in Eccleſia maiori in vulgari.

XIX. pag 30. *b.* In Converſione S. Paulli, quem idem Dominus fecit in vulgari in Monaſterio S. Paulli de Pugnano.

XX. pag. 32. *b.* Item in eodem, quem idem Dominus fecit apud Sanctum Paullum de Horto.

XXI. pag. 33. *b.* In Purificatione Beatae Mariae, quem idem fecit in vulgari in Eccleſia maiori.

XXII. pag. 34. *b.* In Eccleſia maiori in Purificatione Beatae Mariae, quem fecit idem Dominus. Non eſt ſilentio praetereundum, quod hoc in Sermone pag. 35. tradit Fridericus noſter de cauſſa inſtitutionis huius feſtivitatis: *ſecundo videndum eſt quare iſtud feſtum dicitur Candelaria; & eſt ſciendum, quod quum mater Proſerpinae quaereret eam raptam a Plutone cum faculis, & candelis per montes Siciliae, crevit conſuetudo Gentilium, ut etiam Romae in Calendis Februarii luſtrarent urbem circum, & dicebatur Amburbale; unde quum Sancti Patres hanc conſuetudinem non poſſent de facili removere, ſtatuerunt, ut fieret altera poſt Calendas Februarii ad honorem Beatae Mariae, quod fiebat ad honorem Proſerpinae, & ideo tali die vadit Dominus Papa pedibus, cum omnibus Cardinalibus, & Praelatis, portando candelos & candelas accenſas in manibus in Proceſſione a S. Martina uſque ad Sanctam Mariam Maiorem, & ſunt diſtantes illae Eccleſiae ultra duo milliaria.*

XXIII. pag. 35. *b.* In ramis Palmarum, quem fecit idem Dominus in vulgari.

XXIV. pag. 37. In die Veneris Sancto, quem idem Dominus fecit in vulgari in S. Petro ad Vincula.

XXV. pag. 38. *b.* Eodem die, quem idem Dominus fecit in vulgari in Eccleſia ſupradicta S. Petri ad Vincula.

XXVI. pag. 39. Quando idem Dominus praedicavit Crucem litteraliter Clero Piſano de mandato Domini Papae.

XXVII. pag. 41. *b.* Quando idem Dominus praedicavit Crucem, reſpondendo Nunciis Tartarorum in Clero Piſano. Citat Hugonem in Poſtillia ſuper Librum Sententiarum.

XXVIII. pag. 42. Sermo, quem idem Dominus fecit die lunae poſt Paſcha poſt reverſionem Proceſſionis in platea S. Petri ad Vincula. Haec Proceſſio incipiebat ab Eccleſia maiori. Ultima Sermonis verba pag. 43. haec ſunt: *Et quia multi, & cum devotione maxima ad hanc Proceſſionem veniſtis, & humiliter cum ſilentio praedicationem noſtram audiviſtis, volumus quod remunerationem maximam reportetis, & ideo nos & iſti Venerabiles [illegible] & Suffraganei noſtri, Epiſcopus M[illegible], & Epiſcopus Alerienſis, omnibus vere p[illegible]ntibus, qui ad hanc Proceſſio-*

(1) Cl. Fontaninius Lib. III. *dell' Eloquenza Italiana* Cap. I. & II. pag. 247. edit. Venet. MDCCXXXVII. tradit Saeculo XIII. in uſu non fuiſſe ſacras Conciones in Eccleſia lingua vernacula recitare. Hanc opinionem pluribus oppugnat Apoſtolus Zenus *Note alla Biblioteca dell' F[illegible]* [illegible] VIII. Cap. I. pag 425. quam falſam [illegible] hoc Sermone, tum ex aliis infra indicamus colli[illegible].

ceſſionem venerunt, tres quadrageſimas peccatorum criminalium, & tertiam partem venialium auctoritate Dei omnipotentis, & Beatae Mariae Dominae noſtrae, ac Beati Petri Apoſtoli duximus miſericorditer indulgendam, praeter illas magnas Indulgentias, quas Dominus Papa, qui hanc Eccleſiam conſecravit, & etiam Domini Cardinales, Apoſtolicae Sedis Legati, qui pro tempore iſtas Proceſſiones fecerunt, venientibus ad iſtam Proceſſionem, & Eccleſiam conceſſerunt.

XXIX. pag. 43. Sermo in Annuntiatione Beatae Mariae, quem idem Dominus fecit in vulgari in Eccleſia maiori.

XXX. pag. 45. Eodem die, quem idem Dominus fecit in vulgari in Eccleſia maiori.

XXXI. pag. ead. *b.* In Sancto Petro Martyre de Ordine Praedicatorum, quem idem Dominus fecit in vulgari in Eccleſia Sanctae Catharinae.

XXXII. p. 46. *b.* In Sancto Torpete Martyre, quem idem Dominus fecit in vulgari apud Humiliatos.

XXXIII. pag. 47. *b.* In Letaniis ante Adſcenſionem, quem idem Dominus fecit in vulgari. Ait pag. 48. quod *Letaniae Beati Marci inventae fuerunt a Beato Gregorio Romae, propter inundationes aquarum, & peſtem inguinariam.*

XXXIV. pag. 48. *b.* Secunda die Rogationum in Eccleſia S. Petri ad Gradus.

XXXV. pag. ead. Tertia die Stationis in Eccleſia S. Sixti.

XXXVI. pag. 49. *b.* In Adſcenſione Domini, quem idem Dominus fecit in vulgari apud Sanctum Petrum ad Gradus. Plura narrat de antiquitate, & praeſtantia huius Templi.

XXXVII. pag. 50. *b.* Secundo in die Pentecoſtes, quem fecit ad Populum in Eccleſia maiori.

XXXVIII. pag. 52. *b.* Sermo de Trinitate, ubi citat B. Bernardum pag. 54.

XXXIX. pag. 54. *b.* Sermo de Corpore Chriſti.

XL. pag. 58. Sermo in vulgari in Nativitate Beati Ioannis Baptiſtae. Adlegat Solini Librum de Mirabilibus Mundi, & in fine ait, quod in Praecurſoris natalitio die *colliguntur herbae, & panni ponuntur ad ſolem, qui ſunt diverſi coloris.*

XLI. pag. 59. *b.* Eodem die Sermo in vulgari Monialibus de Foſſa-Bandi.

XLII. pag. 61. Sermo eiuſdem Domini in vulgari in S. Petro ad Vincula. Pag. 61. *b.* obſervanda ſunt haec: *Et nota quod ad exemplum huius Dominae* (ſcilicet Theoſebiae) *debent ire homines, & vadunt ad Eccleſiam Beati Petri ad Gradus in feſtivitatibus eius, ut Catenae ibi poſitae ducantur per collum & gulam cuiuslibet, ut ſani non infirmentur, & infirmi de gangularum infirmitate liberentur.*

XLIII. pag. 62. Eodem; die poſſet eſſe bonum thema.

XLIV. pag. ead. Sermo in S. Dominico Magiſtro Praedicatorum, quem idem Dominus fecit in vulgari apud Sanctam Catharinam. Utitur teſtimonio B. Gregorii ex Libello, qui vocatur *Speculum Virginum* pag. 61. *b.* ac pag. 63. ubi de Dominicanis & Franciſcanis verba facit, ſubiungit: *& non ſolum tenemur eis benefacere, ut dictum eſt, pro neceſſitatibus eorum, ſcilicet victus, veſtitus, librorum, & paramentorum, & theſaurorum Eccleſiae, ſed etiam ad aedificationem Eccleſiae, & aliarum domorum; & decens eſt, quod iſta honorabilis Civitas noſtra Piſana, & tam honorabilis Conventus Fratrum, ſicut iſte eſt, qui ſunt ultra L. Fratres, ſicut noſtis, ſapientiſſimi & diſcreti, habeant honorabilem & pulcram Eccleſiam.*

XLV. pag. 64. *b.* Sermo eiuſdem diei, quem idem fecit in eodem loco ad Populum.

XLVI. pag. 65. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in Aſſumptione Beatae Mariae in Eccleſia maiori ad Populum.

XLVII. pag. 67. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit litteraliter in Sancto Auguſtino apud Epiſcopiam, praeſente Archiepiſcopo Nicoſienſi. Obſervanda ſunt quae pag. 68. tradit de Luitprando Longobardorum Rege, qui B. Auguſtini Corpus pretio redemptum in Sardiniam iuſſit transferri.

XLVIII. pag. 68 *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in Natali Beatae Mariae in Eccleſia maiori, quando primo rediit de Pariſius, praeſente Archiepiſcopo, & Clero Piſano, dum eſſet Canonicus.

XLIX pag. 70. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in Exaltatione Sanctae Crucis in vulgari apud Foſſam-Bandi.

L. pag. 71. *b.* Sermo eodem die & loco, quem idem Dominus fecit anno revoluto.

LI. pag. 72. *b.* In Sancto Laurentio. Citat Ambroſium de Officiis pag. 73. *b.*

LII. pag. 74. *b.* In feſto S. Matthaei Apoſtoli & Evangeliſtae.

LIII pag. 76. Sermo, quem idem Dominus fecit in Capitulo S. Michaëlis Diſcalceatorum. Citantur pag. ead. *b.* Bernardus ſuper Cantica Canticorum, Beda, Rabanus, Fr. Hugo in Poſtillis &c.

LIV. pag. 77. Sermo, quem idem Dominus fecit ad Populum in Eccleſia ſupradicta. Archiepiſcopus hoc Sermone pag. 78. *b.* hortatur populum ad eamdem Eccleſiam exemplo maiorum viſitandam, ob varias rationes, *maxime quum ſint ibi multi boni, & ſancti viri Monachi*. Initiu autem pag. 77. haec de ſe habet: *recordamur enim, quod quum olim eſſemus Piſanus Canonicus, & Plebanus de Vico, & praedicaremus in Plebe de Vico in die Veneris Sancto, ubi erant omnes pariter congregati, & loqueremur contra diabolum dicendo, qualiter per mortem Chriſti fuerat ei una manus amputata, qua trahebat Sanctorum animas ad Infernum, &*

 alia

alia debilitata, qua puniebat eoſdem, ſurrexit quidam Daemoniacus natione de Lorentano, & caepit dicere contra nos: noli me nominare &c.

LV. pag. 78. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in S. Franciſco, praeſente Lunenſi Epiſcopo. Gregorius ſuper Lucam citatur, nec non Auguſtini Sermo in verba Ev. *Ego ſum lux mundi &c.* Verba habet etiam de ſtigmatibus in corpore B. Franciſci.

LVI. pag. 80. *b.* Sermo eiuſdem Domini in praedicto Feſto anno conſecrationis ſuae.

LVII. pag. 82. *b.* Sermo, quem fecit apud Sanctum Franciſcum in vulgari anno IV. conſecrationis ſuae.

LVIII. pag. 83. *b.* Sermo, quem fecit idem Dominus in vulgari in eodem feſto anno VIII. conſecrationis ſuae.

LIX. pag. 85. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in Clero, Iudicibus, Notariis, & Medicis Piſanis in Eccleſia Beati Petri ad Vincula, poſtquam propoſuit Magiſter Iacobus Medicus, Capellanus S. Simonis de Parlaſcio, quando reverſus eſt primo de Bononia.

LX. pag. 87. Sermo reſponſionis, quem praedictus Dominus fecit in commendatione Legati Fratris Manſueti de Ordine Minorum, quando Civitatem Piſanam abſolvit, & cum Clericis diſpenſavit.

LXI. pag. 88. In Feſto Omnium Sanctorum, & plurimorum Martyrum.

LXII. pag. 91. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit ad Populum in vulgari in Feſto Omnium Sanctorum.

LXIII. pag. 93. *b.* In ſequenti die poſt Feſtum Omnium Sanctorum pro Mortuis. Item pro eodem die.

LXIV. pag. 96. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in Anniverſario D. Hugonis Archiepiſcopi Nicoſienſis, praeſente Clero Piſano apud S. Petrum ad Vincula. Pag. 97. *b.* ponit Infernum in centro terrae, & pag. 98. ita de Nicoſienſi Antiſtite loquitur: *Quum igitur, chariſſimi, Venerabilis Pater Dominus Hugo, quondam Nicoſienſis Archiepiſcopus, cuius hodie depoſitionis ſuae diem anniverſariam celebramus, a primordio ſuae aetatis Ordini Clericali deditus in paupertate Bononiae ſtuduerit, & in utroque Iure, Canonica ſcilicet, & Civili ſic profecerit, ſicut nos ipſi vidimus, quod ex ſua repetitione ſibi neceſſaria adquirebat, & deinde in Piſanum Canonicum promotus fuit, poſtea in Romana Curia Advocatus, & inde in Franciam ductus, Rothomagenſis Archidiaconus eſt effectus, & ſtudens Pariſius in Sacra Pagina conſecutus eſt, ſicut noſtis, ſcientiae Margaritam; qui poſtmodum in paſſadia Regis Franciae ivit ultra mare in ſubſidium Terrae Sanctae = & tunc cupiens perfectus eſſe vendidit omnia, & dedit pauperibus, ut nudus Chriſtum nudum ſequeretur, intravit in Religionem Ordinis Beati Auguſtini, quae vocatur Epiſcopia, in Inſula Cypri, & ſic de via mandatorum intravit in ſemitam conſiliorum = per Dei gratiam promotus eſt in Archiepiſcopum Nicoſienſem = & inde Romam, & Piſas reverſus, quam Eccleſiam, ſcilicet Beati Auguſtini de Calci aedificaverit, & quantas eleemoſynas dederit omnibus notum eſt = Quum igitur, chariſſimi, iſte noſter defunctus in charitate deceſſerit, ſicut vehementer praeſumimus, propter eius laudabilem vitam tranſactam, & teſtimonium Confeſſoris ſui praeſumimus reſpondere ſecure Beato Iob quaerenti &c.*

LXV. pag. 98. *b.* Sermo, quem fecit idem Dominus ad Clerum in ſeptima Leonardi Archipresbyteri Piſani.

LXVI. pag. 101. Sermo, quem idem Dominus fecit litteraliter ad Clerum in obitu Presbyteri Matthaei Capellani S. Andreae de Foriporta in Eccleſia S. Petri ad Vincula.

LXVII. pag. 103. Sermo, quem idem Dominus fecit in obitu Prioris Praedicatorum, & poteſt adaptari pro quolibet Clerico.

LXVIII pag. 104. Sermo, quem idem Dominus fecit pro defuncto.

LXIX. pag. 105. *b.* Sermo pro defuncta hydropica Monacha S. Matthaei.

LXX. pag. 106. Sermo pro defuncto Presbytero.

LXXI. pag. 107. *b.* Sermo pro quolibet defuncto.

LXXII. pag. 108. Item pro defuncto.

LXXIII. pag. ead. *b.* Item pro mortuis.

LXXIV. pag 109. Item ad mortuos.

LXXV. pag. ead. *b.* Sermo in S. Dionyſio, vel in Beato Auguſtino, & etiam poteſt adaptari in Converſione Beati Paulli.

LXXVI. pag. 112. Sermo, quem idem Dominus fecit in S. Martino in Guaſſalungo, & poteſt adaptari in S. Nicolao, mutatis nominibus, & quibuſdam aliis.

LXXVII. pag. 114. Sermo, quem idem Dominus fecit, dum eſſet electus in feſto Sanctorum Ephyſii & Potiti.

LXXVIII. pag. ead. Sermo, quem fecit idem Dominus in vulgari apud S. Catharinam. Haec leguntur in fine: *Videte, chariſſimi, quam ſit utile benefacere huic Operi, & Operi S. Franciſci, & etiam Fratribus iſtis, & illis, quia de omnibus Miſſis, & praedicationibus, quae in iſta Eccleſia, vel illa fiunt tantam mercedem habebitis, quantam ipſi Fratres habent, excepta aureola.* Iis temporibus Dominicanorum, & Franciſcanorum Monaſteria, & Eccleſiae Piſis aedificabantur, vel ſaltem perficiebantur.

LXXIX. pag. 115. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in feſto S. Andreae ad Populum.

LXXX. pag. 117. Sermo, quem idem Dominus fecit in vulgari apud S. Vivianam, dum eſſet Canonicus Piſanus.

LXXXI. pag. 118. *b.* Sermo in Feſto Beati Nicolai.

LXXXII.

LXXXII. pag. 120. Item in eodem.

LXXXIII. pag. ead. *b.* Item in eodem.

LXXXIV. pag. 121. Sermo in S. Lucia.

LXXXV. pag. 122. Sermo, quem idem Dominus fecit in S. Agnete apud Sanctum Sepulcrum pro Domina Vbaldeſca. Mentionem facit pag. 122. *b.* in hoc Sermone Fridericus de Beato Dominico Monaſterii S. Michaëlis de Burgo, de Beata Vbaldeſca, & aliis Beatis Piſanis, ac populum hortatur, ut exemplo aliarum Civitatum oret Romanum Pontificem, ut eos in Sanctorum numerum referat.

LXXXVI. pag. 123. Conſilium, quod idem Dominus dedit D. Alexandro Papae IV. coram Cardinalibus, & multis aliis Praelatis in Canonizatione S. Clarae.

LXXXVII. pag. ead. Sermo, quem idem Dominus fecit in vulgari ad Moniales de Foſſa Bandi, & ad Populum.

LXXXVIII. pag. ead. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit pro defuncta Abbatiſſa S. Matthaei in Nativitate Beatae Mariae.

LXXXIX. pag. 124. Sermo, quem idem Dominus fecit pro electione Abbatiſſae S. Matthaei.

XC. pag. 125. Sermo, quem idem Dominus fecit in Capitulo Piſano poſt mortem Magiſtri Leonardi pro futuro Archipresbytero eligendo.

XCI. pag. 126. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit ad Clerum Piſanum in reconciliatione cuiuſdam haeretici.

XCII. pag. 127. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit, quando denuntiavit ſententias excommunicationis & interdicti contra Civitatem Piſanam a Domino Clemente Papa IV. prolatas.

XCIII. pag. 128. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in Maiori Conſilio Piſano, ut revocarent Statutum, quod fecerant de auferenda iuriſdictione terrarum Piſani Archiepiſcopatus.

XCIV. pag. ead. Sermo ad Clericos ordinandos.

XCV. pag. ead. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit ad Clerum, quando D. Alexander PP. IV. miſit contra Presbyteros concubinarios viſitandos.

XCVI. pag. 130. Sermo, in quo continetur omnis ordo & modus viſitandi.

XCVII. pag. 134. Sermo, quem fecit idem Dominus, quando completa viſitatione civitatis & dioeceſis recommendavit ſe Clero volens viſitationis cauſſa in Sardineam transfretare anno D. MCCLXIV. XI. Kal. April.

XCVIII. pag. 135. *b.* Sermo, quem idem Dominus primo fecit in Capitulo Piſano, quando caepit viſitare.

XCIX. pag. 137. *b.* In ſequenti viſitatione Capituli.

C. pag. ead. Apud Sanctum Paullum de Horto (1); apud S. Xiſtum, & quaſi fecit eumdem apud Sanctum Petrum ad Vincula; apud S. Iacobum de Orticaia, quando viſitavit omnes Capellanos; apud S. Xiſtum; item ſequenti anno apud S. Petrum ad Vincula.

CI. pag. ead. Apud S. Martinum de Guaſfolongo (*ſic*).

CII. pag. 138. Sermo, quem idem Dominus fecit apud S. Stephanum, & apud S. Matthaeum.

CIII. pag. 139. *b.* Sermo, quem idem Dominus fecit in reverſione de Sardinia ad Clerum in Eccleſia S. Petri ad Vincula. Plura habet in hoc Sermone contra Proſperum Turritanum Antiſtitem.

CIV. pag. 140. Themata, de quibus idem Dominus aliquid proponebat, antequam ceſſmaret.

CV. pag. ead. *b.* Narratio quaedam, cui ſequens titulus apponitur: *Quo ordine iverit* (ſc. Fridericus) *in Sardineam, & per Sardineam, & redierit de Sardinea, & cum quibus omnia per ordinem inferius adnotantur ut ſucceſſores eius, quum tempus advenerit cognoſcant facilius quid iſtiuſmodi ſint facturi, quomodo Dominus Fr. Archiepiſcopus Piſanus ivit in Sardineam, tamquam Primas & Legatus.*

CVI. pag. 143. Sermo, quem idem Dominus fecit ad Clerum, quando D. Papa Gregorius X. praecepit Concilium congregari. Ex hoc conſtat Sermone pag. 143. *b.* Gregorii electionem, gratam fuiſſe Piſanis, ibi enim legitur: *cuius electionem non ſolum vobis, ſed omni alio Clero, Poteſtati, Capitaneo, Anſianis, Populo, maſculis, & feminis Civitatis Piſanae apud Eccleſiam maiorem in prima Dominica Septembris ſolemniter & cum magno tripudio curavimus intimare, currentibus annis Domini ab Incarnatione eius MCCLXII. conſecrationis vero noſtrae anno XIV. &c.*

CVII. pag. 144. Reſponſio & Conſilium, quod dedit Dominus Fr. Dei gratia Piſanus Archiepiſcopus D. Papae Gregorio X. in praeſentia Dominorum Cardinalium & totius Concilii Generalis apud Lugdunum pro ſuccurſu Terrae Sanctae, & decima perſolvenda. Deſinit autem imperfecte in verbis: *Ciciliae deferuntur in terrae ſubſidium ſupradictae, ſecundo ut cohibeant falſos Chriſtianos deferre ferrum vel liga . . . . .*

Summo loco, ex familia ſcilicet Vicecomitum, Piſis olim ſplendidiſſima, natus eſt Fridericus. Munus Capellani exercuit in aula Sinibaldi Fliſchi Genuenſis, non ſolum quum hic Presbyter Cardinalis fuit, ſed etiam poſteaquam in ſummum Pontificem nomine Innocentii IV. electus eſt, cui item Lugdunum anno MCCXLIV. eunti comitem ſe adiunxit. Lutetiam quoque Pariſiorum Fridericus conceſſit, deinde in patriam reverſus Cathedralis Eccleſiae Canonicus factus eſt. Dum autem in aula Innocentii fuit, gratiam ſibi conciliavit Cardinalis Raynaldi, qui

(1) Horum quinque Sermonum tituli tantum, & initia occurrunt.

qui poſtea Summus Pontifex creatus eſt nomine Alexandri IV. Anno MCCLIV. Vitali ſucceſſit Fridericus, idque accidiſſe ante diem XXVIII. menſis Iunii ex veteri Protocollo in Piſano Archiepiſcopali Tabulario adſervato, edocemur. In ſacra praeſertim doctrina multum excelluit, ut Sermones, quos ipſe habuit ſatis oſtendunt. Eos autem ex hoc Codice indigitavi Cl. P. M. Antonio Felici Matthaeio, qui ſeriem & excerpta quaedam exhibet Hiſtoriae Eccleſ. Piſanae Lucae typis Leon. Venturini MDCCLXVIII. Tomo II. pag. 34. ſeqq. qui etiam plura lectu digna de vita rebuſque geſtis huius Archiepiſcopi in medium adfert.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XIII. (1) binis columnis, cum ſummariis & gloſſis aliquot in margine, titulis rubricatis & initialibus coloratis, num. 750. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 144.

JACOBI VORAGINIS LEGENDAE SANCTORVM.

Cod. II. LEgendae Sanctorum, auctore Iacobo de Voragine, per totum annum, cum Prologo, ut in Cod. VI. Plut. XXX. ſin. ſupra pag. 261. In hoc autem Codice poſt Vitam Sancti Pelagii, & Sermones in Dedicatione Eccleſiae ſubſequuntur pag. 149. Vita S. Clarae Virginis, & pag. 150. *b.* Vita S. Ioannis Chryſoſtomi.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, & pictura in principio, auro interlita, num. 751. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 152.

PETRI TRECENSIS HISTORIA SCHOLASTICA.

Cod. III. I. pag. 1. PEtri Presbyteri Trecenſis, ſeu Comeſtoris Hiſtoria Scholaſtica. Praecedit Epiſtola, quae inſcribitur & inc. *Reverendo Patri & Domino Guilielmo Dei gratia Senonenſi Archiepiſcopo Petrus ſervus Chriſti, Presbyter Trecenſis, vitam bonam & exitum beatum. Cauſſa ſuſcepti laboris fuit inſtans petitio ſociorum.* Deſ. *& auctoritas praebeat perennitatem. Per omnia benedictus Deus amen.* Tum ſequitur Praefatio, cuius initium: *Imperatoriae Maieſtatis eſt tres in palatio habere manſiones.* Finis: *die moritur, qua naſcitur.* Opus incipit a Geneſi, & a Capite *De Creatione Empyrei Caeli, & quatuor Elementorum*, cuius prima verba ſunt: *In principio erat Verbum.* Deſinit in Actibus Apoſtolorum, & in Capite inſcripto: *In quibus locis puniti ſunt Petrus & Paullus*, cuius ultima verba ſunt: *gladio enim perimebantur nobiles, & in loco magis honorabiliori* (ſic), *ſcilicet in Catacumbis.* Concordat cum editione Lugdunenſi per Magiſtrum Ioannem Creſpinum MDXXVI. in 8. a pag. 1. uſque ad pag. 255. Tum ſubiungitur in Codice Caput anepigraphum, quod tamen eſt de loco, ubi ſinguli Apoſtolorum ſepulti ſunt, & pag. 138. *b.* enumeratio, & ordo omnium Librorum Veteris & Novi Teſtamenti, & ſingulorum Prophetarum tam Maiorum, quam Minorum praedictiones de Adventu Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Petrus Trecenſis cognomine *Comeſtor*, ſive *Manducator*, ex eo forte dictus, quod *Scripturarum auctoritates in ſuis Sermonibus, & Opuſculis crebrius allegando quaſi in ventrem memoriae manducarit* (2), ex Presbytero & Decano Eccleſiae patriae Cancellarius Pariſienſis, tandem in receſſu ad Canonicos S. Victoris Pariſienſis diem obiit anno MCLXXVIII, XII. Kal. Novembris &c. Scripſit prae reliquis *Hiſtoriam* hanc *Scholaſticam* ad Guilelmum Archiepiſcopum ab anno MCLXIX. ad MCLXXV. Senonenſem, quae nihil aliud eſt, quam Librorum Veteris & Novi Teſtamenti Hiſtoricorum Breviarium, Scholae uſu probatum, cuius variis editiones recenſet Fabricius Bibl. Med. Tom. I. pag 404. col. 2.

II. pag. 139. Hiſtoria Veteris & Novi Teſtamenti, forte eiuſdem Petri Trecenſis, cum brevi Prologo, qui quum auctoris intentionem in ea contexenda exponat, integer adfertur. Ita vero habet: *In praecedentibus praemiſſa deſcriptione originis, & deſcriptione artium, & quorumdam aliorum, ortum, curſum, & occaſum omnium Regnorum ab initio uſque ad nos diſpoſuimus; in ſequentibus autem profundas allegoriarum, & tropologiarum obſcuritates ſecundum ſubiacentis hiſtoriae curſum, prius de Veteri Teſtamento, deinde de Novo, in quantum praeſenti brevitati ſufficere videbitur elucidabimus. Invenies in hac parte Libelli multa imbecillitati tui ſenſus neceſſaria, tuoevo inchoationi & in cognitione veritatis, & in amore virtutis omnibus modis neceſſaria, ſi tamen quae ſcripta ſunt legere, & memoriae commendare non neglexeris.* Tum poſt Summarium Libri I. inc. *In principio creavit Deus caelum & terram. Caelum ſignificat ſummo; terra, imo; caelum, inviſibilia; terra, viſibilia; caelum, ſpiritualia; terra, corporalia &c.* Deſinit in Libro XIII. qui tractat de Evangeliis, & in Cap. XX. inſcripto: *De commiſſura & veſtimento, & de utribus, & vino*, cuius ultima verba ſunt: *& ipſi de praeſumptione deteriores efficiuntur, & gratia in eis eſſe minime permittitur, ſed vinum novum in . . . .*

In Codicis tegumento inter varia nullius momenti, hae duae adnotationes occur-

(1) Videtur autem Exemplar hoc ipſius auctoris manu exaratum, quum aliquando in titulis Sermonum prima perſona pluralis numeri, non tertia ſingularis utatur.

(2) Verba ſunt Trithemii Cap 380. de S. E.

curront: *I. Nota quod Hiſtoriam Tripartitam compoſuerunt ad petitionem & mandatum cuiuſdam Romani Pontificis tres Doctores Graeci, ſcilicet Socrates, Sozomenus, & Theodorus, & inceperunt hiſtoriam texere ab infantia, & ortu Eccleſiae primitivae hoc ordine; quod enim ſub uno contigerat Principe, narrabant ſinguli, primo unus, poſtea alius, poſtea reliquus, variando, & addendo, & ideo ab illis tribus Doctoribus dicitur Hiſtoria Tripartita; & nota quod tres fuerunt Socrates, ſcilicet unus Philoſophus, & magiſter Ariſtotelis XXV. annis; alius hic Doctor Graecus compoſitor cum ſociis huius Hiſtoriae Tripartitae; alius Socrates, fuit quidam Poëta. II. Nota quod librum hiſtoriarum ſuper Bibliam, quae appellantur Hiſtoriae Scholaſticae condidit Petrus Lombardus, dictus Comeſtor, Presbyter Trecenſis, qui poſt Epiſcopus Pariſienſis factus, condidit Librum Sententiarum, & Epiſtolas Paulli continuas, & Pſalterium continuum. Trecae Trecarum, unde Trecenſis, eſt quaedam terra prope Pariſius, in cuius Epiſcopatu iſte Petrus Presbyter fuit Canonicus.*

Codex membran. Ms. in fol. Saec. XIII. cum titulis, & initialibus coloratis, num. 752. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 163.

HOMILIARIVM A DOMINICA I. DE ADVENTV VSQVE AD DOMINICAM RESVRRECTIONIS. ET IN FESTIS SANCTORVM.

Cod. IV. HOmiliarium a Dominica prima de Adventu Domini uſque ad Dominicam Reſurrectionis, & in Feſtis Sanctorum per totius anni circulum occurrentium, nec non in Communi eorumdem. Patres vero, quorum adferuntur Homiliae, ſunt ut plurimum Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Fulgentius, Hieronymus, Hilarius Epiſcopus, Ioannes Chryſoſtomus, Iſidorus Epiſcopus, Leo Papa, Maximus, & Severinus Epiſcopus. Hoc autem ordine progrediuntur.

I. pag. 1. Dominica I. de Adventu Domini. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo. ut in Codice XLI. Plut. XVI. Catalogi Tomo I. pag. 296. §. I.

II pag. 2. Sermo unde ſupra. Ibid. §. VIII. ſub S. Auguſtini nomine.

III. pag. ead. *b.* Anonymi Sermo. ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 69. §. VIII. ſub eiuſdem nomine.

IV. pag. 4. *b.* S. Hilarii Epiſc. Sermo, ut ibid. § IX. S. Auguſtino tributus.

V. pag. 5. *b.* S. Auguſtini Epiſcopi Sermo de Unitate Trinitatis, & de Incarnatione Dei, ut ibid. §. XI.

VI. pag. 6. *b.* S. Leonis Papae Epiſtola ad Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum de Incarnatione, ut ibid. pag. 70. §. XIV.

VII. pag. 9. *b.* Dominica II. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo, ut ibid. §. XIII. ſub S. Io. Conſtantinopolitani nomine, & in fine diverſus.

VIII. pag. ead. Vnde ſupra. Anonymi Sermo in Ev. Matthaei: *Simile eſt regnum caelorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo &c.* Inc. *Nam & in hoc innumerabile hominum genus volatilibus coaequavit; etenim paſſer invenit ſibi domum &c.* Deſ. *myſterium hoc grande eſt. Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Quod ergo interpretatus eſt, nos dubitare non convenit; ſed oremus Deum, ut & nos gloriam ipſius videre mereamur in C. I. D. N. cum quo &c.*

IX. pag. 11. *b.* S. Auguſtini Epiſcopi Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag 69. §. XII. ſed in fine diverſus.

X. pag. 12. *b.* Eiuſdem Sermo contra Iudaeos, ut ibid §. X.

XI. pag. 15. S. Leonis Papae Sermo, ſeu potius Epiſtola, quae ita inſcribitur, & inc. *Dilectiſſimo fratri Iuliano Epiſcopo Leo Epiſcopus. Licet per eos, quos ab urbe direximus pleniſſimas ad fratrem Flavianum litteras miſimus.* Deſ. *ut abſque cuiuſquam animae detrimento poſſint adverſum diaboli dolos, & ſana defendi, & vulnerata curari.* Eſt Epiſtola xxv. pag. 141. editionis Operum Venetae apud Andr. Poletti MDCCXLVIII. fol.

XII. pag. 16. Eiuſdem de Ieiunio menſis decimi, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 70. §. XV.

XIII. pag 17. *b.* Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo, ut ibid. § XVI.

XIV. pag. 19. Lectiones Iſaiae Prophetae in Natale Domini, ut in ſuperioribus Codicibus.

XV. pag. 20. S. Auguſtini Epiſc. Sermo (1) de Natale Domini, ut ibid. §. XVIII.

XVI. pag. 21. *b.* Vnde ſupra Sermo, ut ibid. §. XIX. ſub S. Auguſtini nomine.

XVII. pag. 22. Vnde ſupra Sermo, ut in Cod. XLI. Plut. XVII Tom. cit. pag. 430. §. XXXII. S. Auguſtino tributus.

XVIII. pag. ead. *b.* Vnde ſupra Sermo, ut ibid. §. XXXIII. eidem adſcriptus.

XIX. pag. 24. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut in Cod. V. Plut. XXX. ſin. ſupra pag. 256 §. VIII.

XX. pag. 25. *b.* Vnde ſupra Sermo, ut in Cod. XLI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 430. §. XXXVI. ſub S. Auguſtini nomine.

XXI. pag. 26. Alius Sermo, ut ibid. §. XXXVII. ſub eiuſdem nomine.

XXII.

(1) Antiqua manus, forte Fr. Thedaldi de Caſa, adnotavit: *Sed in Breviario legitur in Purificatione Virginis Mariae.* Circa medium huius Sermonis eadem manus ad verba *Sic namque olim praedictum eſt* animadvertit: *In aliquibus Libris incipitur hic Legenda de iſto Sermone in Purificatione Beatae Virginis.*

XXII. pag. 27. Alius Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. citat. pag. 71. §. XXI. ſub eiuſdem nomine.

XXIII. pag. ead. *b*. S. Fulgentii Sermo in Natale S. Stephani, ut ibid. pag. 72. §. XXXVIII. ſub S. Auguſtini nomine, ſed in fine diverſus.

XXIV. pag. 29. Vnde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ibid. pag. 72. §. XXXIX.

XXV. pag. 30. Vnde ſupra. S. Fulgentii Sermo, ut ibid. pag. 73. §. XL. ſed ſub S. Auguſtini nomine.

XXVI. pag. 31. Vnde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ibid. §. XLIV.

XXVII. pag. 32. *b*. Eiuſdem Sermo de miraculis B. Stephani, ut ibid. pag. 74. §. LI. in fine diverſus.

XXVIII. pag. 34. S. Iſidori Epiſc. Sermo de vita S. Ioannis Evang. ut ibid. §. LIV. ubi erat anepigraphus.

XXIX. pag. ead. *b*. In Natale S. Ioannis Evang. Sermo, ut ibid. §. LII. ubi inſcribitur: *Miracula, vel actus S. Ioannis Evangeliſtae*.

XXX. pag. 35. *b*. Vnde ſupra. Sermo, ut ibid. §. LIII. ſed anepigraphus, & in fine diverſus.

XXXI. pag. 36. *b*. In Natale Innocentum. S. Leonis Papae Sermo, ut ibid §. LV. S. Auguſtino tributus.

XXXII. pag. 37. *b*. S. Severini Sermo, ut ibid. pag. 75. §. LIX. ubi eſt anepigraphus.

XXXIII. pag. 38. *b*. Vnde ſupra. S. Auguſtini Sermo, ut ibid. pag. 74. §. LVIII.

XXXIV. pag. 39. Item eiuſdem Sermo, ut ibid. §. LVI.

XXXV. pag. ead. *b*. Sermo anepigraphus, ut ibid. §. LVII. ſub eiuſdem Auguſtini nomine.

XXXVI. pag. 40. In Octava Domini. S. Auguſtini Sermo, ut in Cod. XLI. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 300. §. XXXVII.

XXXVII. pag. 42. Vnde ſupra. Anonymi Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 76. §. LXIX. S. Ambroſio tributus.

XXXVIII. pag. ead. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ibid. pag. 75. §. LXVII.

XXXIX. pag. 43. In Epiphania Domini. Lectiones tres. Inc. *Haec eſt hereditas ſervorum Domini*. Deſ. *quaeſivi, & non erat, qui adiuvaret*.

XL. pag. 44. Sermo anepigraphus, ut ibid. pag. 76. §. LXXI. S. Auguſtino tributus.

XLI. pag. 45. Vnde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ibid. §. LXXII.

XLII. pag. 46. Vnde ſupra Sermo, ut ibid. § LXXIII. Auguſtino adſcriptus.

XLIII. pag. 47. Vnde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo. ut ibid. §. LXXIV.

XLIV. pag. 48. Vnde ſupra. S. Fulgentii Sermo, ut ibid. pag. 77. §. LXXXVII.

XLV. pag. 49. *b*. In Natale S. Agnetis. S. Maximi Sermo, ut ibid. pag. 78. §. XCIII. S. Ambroſio tributus.

XLVI. pag. 51. In Converſione S. Paulli Apoſtoli. S. Auguſtini Sermo, ut ibid. pag. 80. §. CXVI.

XLVII. pag. 52. In Purificatione S. Mariae. S. Ambroſii Sermo, ut ibid. pag. 78. §. XCV.

XLVIII. pag. 53. *b*. Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. XCVI. S. Auguſtino tributus.

XLIX. pag. 54. In Cathedra S. Petri Sermo, ut ibid. §. XCVIII. S. Auguſtino item adſcriptus.

L. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. S. Ambroſii Sermo, ut in Cod. XLI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 434. §. XCVIII. ſub nomine S. Auguſtini.

LI. pag. 55. Vnde ſupra Sermo, ut in Codice X. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 108. §. LII. & eſt S. Maximi.

LII. pag. 56. In Annuntiatione S. Mariae. S. Ioannis Oſaurei Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 79. §. CII.

LIII. p. 57. Vnde ſupra. Sermo, ut ibid. §. CIII. ſub eiuſdem nomine.

LIV. pag. 58. Vnde ſupra. S. Leonis Papae Sermo, ut ibid. §. CV.

LV. pag. 59. *b*. Dominica in Septuageſima. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ibid. §. CVII.

LVI. pag. 60. Feria IV. Caput Ieiunii. S. Severini Epiſc. Sermo, ut in Cod. XLI. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 303. §. LXII.

LVII. pag. 61. Vnde ſupra. Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 84. §. CLVIII. ſub S. Leonis Papae nomine.

LVIII. pag. ead. *b* Feria VI. S. Ioannis Epiſcopi de Poenitentia Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 83. § CXLII.

LIX. pag. 63. Sabbato. S. Maximi Epiſcopi Sermo, ut ibid. §. CXLI.

LX. pag. 64. Dominica in Quadrageſima. S Auguſtini Epiſcopi Sermo, ut ibid. pag. 81. §. CXXVI.

LXI. pag. ead. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. pag. 83. §. CXL.

LXII. pag. 65. S. Leonis Papae Sermo, ut ibid. §. CXLV.

LXIII. pag. 66. *b*. Item eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CXLVI.

LXIV. pag. 67. *b*. Vnde ſupra eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CXLVII.

LXV. pag. 68. *b*. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo, ut ibid. pag. 80. §. CXIV.

LXVI. pag. ead. Vnde ſupra Sermo, ut ibid. pag. 85. §. CLXI. ſub Iſidori Epiſcopi nomine.

LXVII. pag. 69. *b*. Dominica II. in Quadrageſima. S. Leonis Papae Sermo, ut ibid. pag. 80. §. CXVIII. ſub S. Auguſtini nomine.

LXVIII. pag. 70. *b*. S. Maximi Epiſcopi Sermo. Inc. *Retinet ſanctitas veſtra ante hos dies proſequutos nos eſſe, quod per hanc curam Sanctae Quadrageſimae reparatio quaedam humani generis agitetur*. Deſ. *qui praevaricatores*

ſunt

ſunt poſt Domini paſſionem. Non exſtat inter Opera edita S. Maximi.

LXIX. pag. 71. S. Leonis Papae Sermo, ut in Cod. I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 84. §. CXLVIII.

LXX. pag. 72. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CIL.

LXXI. pag. 73. Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo, ut ibid. § CL.

LXXII. pag. 74. *b*. Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLI.

LXXIII. pag. 75. *b*. Dominica III. in Quadrageſima. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLII.

LXXIV. pag. 77. Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo. ut ibid. §. CLIV.

LXXV. pag. 78. *b*. Dominica in Quadrageſima. Eiuſdem Sermo. ut ibid. §. CLV.

LXXVI. pag. 80. Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLVI. ſub nomine S. Auguſtini Epiſcopi.

LXXVII. pag. ead. *b*. Vnde ſupra, Eiuſdem S. Leonis Sermo, ut ibid §. CLVII.

LXXVIII. pag. 81. Vnde ſupra. Sermo, ut ibid. pag. 85. §. CLIX. ſub S. Ambroſii nomine.

LXXIX. pag. 82. *b*. Dominica medium Quadrageſimae. Anonymi Sermo, ut ibid. pag. 85. §. CLX. ſub eiuſdem S. Ambroſii nomine.

LXXX. pag. 83. Anonymi Sermo in media Quadrageſima, ut ibid. §. CLXIV., item ſub eiuſdem nomine.

LXXXI. pag. 84. S. Auguſtini Sermo de Chriſtiano bono & malo. Inc. *Gaudeamus, fratres chariſſimi, & Deo gratias agamus, quod vos ſecundum deſideria noſtra incolumes invenire meruimus*. Deſ. *de qua mortis poena nos pius Deus liberare dignetur, qui cum Patre &c.* In Appendice Sermonum S. Auguſtini ſub num. CCLXVI. Operum citat. edit. Venetae fol. Tom. V. Part. II. pag. 438.

LXXXII. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo. Inc. *Terreat te gehennae metus, quo vel ſic poſſis abſtinere a pravis operibus; omni hora mortem adeſſe ſpera*. Deſ. *ſed & Paullum ſumite ad exemplum, qui de ſemetipſo dicit: Prius vero fui blaſphemus, & perſequutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei conſequutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate*.

LXXXIII. pag. 86. *b*. Item de eodem Sermone. Inc. *Et vos ergo, ſi quid forte ignorantia admiſiſtis, repoenite vos quaeſo in totis praecordiis veſtris, quoniam bonum eſt*. Deſ. *amaſtis mortem, ite in perditionem; ſequuti eſtis Diabolum, ite cum ipſo in ignem aeternum*.

LXXXIV. pag. 89. De eodem Sermone. Inc. *Qui, putas, erit tunc moeror, qui luctus, quae triſtitia, quae anguſtia, quum haec fuerit prolata adverſum impios ſententia?* Deſ. *atque demum liberi ab omni peccati contagione ad regna caeleſtia tripudiantes pervenire poſſitis, praeſtante &c.*

LXXXV. pag. 91. S. Leonis Papae Sermo de Paſſione Domini, ut in Cod I. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 86. §. CLXXIV.

LXXXVI. pag. 92. Item eiuſdem Sermo, ut ibid. pag. 87. §. CLXXX.

LXXXVII. pag. 93. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLXXXI.

LXXXVIII. pag. 94. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLXXXII.

LXXXIX. p. 95. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLXXXIII.

XC. pag. 96. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLXXVI.

XCI. pag. 97. *b*. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo, ut ibid. §. CLXXXIV. ſub S. Leonis nomine.

XCII. pag. 99. S. Leonis Papae Sermo, ut ibid. §. CLXXXV.

XCIII. pag. 101. Eiuſdem Sermo de Paſſione Domini, ut ibid. §. CLXXXVI.

XCIV. pag. 102. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. pag. 88. §. CLXXXVII.

XCV. pag. 104. Eiuſdem Sermo, ut ibid. pag. 87. §. CLXXVII.

XCVI. pag. 105. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLXXVIII.

XCVII. pag. 107. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLXXIX.

XCVIII. pag. 108. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. pag. 88. §. CLXXXVIII.

IC. pag. 110. S. Hieronymi Presbyteri Sermo in vigilia Hoſannae, ut ibid. pag. 86. §. CLXIX. ſub S. Auguſtini nomine.

C. pag. 111. Dominica in Ramis Palmarum. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo, ut ibid. §. CLXXII.

CI. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CLXXIII.

CII. pag. 112. Sermones congrui ad legendum in Paraſceven, & primum S. Leonis Papae Sermo, ut ibid. pag. 88. §. CLXXXIX.

CIII. pag. 113. Eiuſdem Sermo. Inc. *Scripturam quidem Hebraici exitus, & verbum myſterii, dilectiſſimi fratres, audiſtis, quomodo agnus immolatus eſt*. Deſ. *qui reſurrexit a mortuis, adſcendit ad celſa caelorum, & vivit & regnat cum Patre &c.*

CIV. pag. 114. *b*. Anonymi Sermo in Coena Domini, ut ibid. pag. 89. §. CXCVIII. ſub S. Auguſtini nomine.

CV. pag. 118. S. Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi Sermo, ut ibid. §. CC.

CVI. pag. 119. Item in Coena Domini. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CXCIX. ſed finis diverſus.

CVII. pag. 122. Item eiuſdem Sermo in Paraſceven, ut ibid. §. CCII.

CVIII. pag. 125. *b*. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. CCIII.

CIX. pag. 127. S. Leonis Papae Sermo, ut ibid. §. CCIV. ſub Ioannis Oſaurei nomine.

CX. pag. 128. In Sabbato Sancto. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ibid. pag. 90. §. CCVIII.

CXI. pag. 129. Vnde ſupra. Sermo, ut ibid. §. CCIX. ſub S. Ambroſii nomine (1).

CXII. pag. 130. Vnde ſupra Sermo, ut ibid. §. CCX. S. Auguſtino adſcriptus.

CXIII. pag. 131. S. Auguſtini Epiſcopi Sermo de Reſurrectione Domini, ut in Cod. XLII. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 311. §. I.

CXIV. pag. 132. Eiuſdem Sermo de Reſurrectione, ut in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 402. §. II.

CXV. pag. ead. *b*. Item unde ſupra Sermo, ut ibid. §. XV. anepigraphus.

CXVI. pag. 133. *b*. Item de Reſurrectione Sermo, ut ibid. §. XIX. S. Auguſtino tributus.

CXVII. pag. 134. Feria II. S. Auguſtini Epiſc. Sermo. Inc. *Non minus etiam nunc laetari debemus, quam heſterno laetati ſumus; licet enim praeterita tenebroſa nox intercesſerit gaudiis noſtris; eadem nobis tamen dies eſt Sanctitatis*. Deſ. *promittit illico eſſe reddendam Reſurrectionis auroram, qui vivit &c.*

CXVIII. pag. 135. Item de Reſurrectione Sermo, ut in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 402. §. XXI. inter Auguſtino adſcriptos.

CXIX. pag. ead. *b*. Feria III. unde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ibid. pag. 403. §. XXIII.

CXX. pag. 136. *b*. Eiuſdem Sermo de eadem Reſurrectione. Inc. *Sicut audiſtis praedicantem Dominum I. C. quia in principio erat Verbum*. Deſ. *& de Sacramentis altaris hodie infantibus diſputandum eſt*. Apud Combefiſium Tom. V. pag. 469.

CXXI. pag. 137. Vnde ſupra. Sermo, ut in Cod. XLII. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 311. §. II. ſub S. Auguſtini nomine, ſed in fine diverſus.

CXXII. pag. ead. *b*. De eadem Reſurrectione Anonymi Sermo. Inc. *Paſcha Chriſti, fratres dilectiſſimi, regnum eſt caelorum, ſalus mundi, occaſus inferi, gloria ſupernorum*. Deſ. *quam cuſtodire, protegereque dignetur per I. C. &c.* Apud Combefiſ. Tom. cit. pag. 464. ſub S. Auguſtini nomine, ſed in fine diverſus.

CXXIII. pag. 138. *b*. Vnde ſupra. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo, ut in Cod. X. Plut. XIV. Catal. Tom. cit. pag. 112. §. CVIII.

CXXIV. pag. 139. De die ſancto Paſchae, & de Cruce. Eiuſdem Sermo, ut ibid. pag. 108. §. LX.

CXXV. pag. ead. *b*. Item eiuſdem Sermo de Cruce, & Reſurrectione D. N. I. C. ut ibid. pag. 109. §. LXI.

CXXVI. pag. 140. S. Auguſtini Epiſc. Sermo de Maria Magdalena, ut ibid. §. LXIII.

CXXVII. pag. 141. In Natale S. Georgii. S. Ambroſii Epiſcopi Sermo, ut in Cod. XXXVII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 391 §. CXIII.

CXXVIII. pag. ead. *b*. S. Leonis Papae Sermo in diebus Rogationum, ut ibid. pag. 382. §. XVIII.

CXXIX. pag. 142. *b*. Vnde ſupra Sermo, ut in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 403. §. XXX. inter S. Auguſtino tributos.

CXXX. pag. 143. Vnde ſupra. S. Ambroſii Sermo, ut in Cod. X. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 107. §. XLV.

CXXXI. pag. 144. S. Auguſtini Epiſc. Sermo de eodem die, ut in Cod. XXXIX. Plutei XVII. Tom. cit. pag. 403 § XXXI.

CXXXII. pag. 145. In Adſcenſione Domini. S. Leonis Papae Sermo, ut in Codice XXXVII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 383. §. XXIII. diverſus tamen in fine.

CXXXIII. pag. ead. *b*. Item unde ſupra (2) Sermo, ut ibid §. XXIV. ſub Auguſtini nomine.

CXXXIV. pag. 146. Vnde ſupra. S. Auguſtini Sermo. Inc. *Hodierno die Adſcenſionem Domini in caelos celebravimus*. Deſ. *ſed ſic vivamus, ut bona fronte illi dicamus: fecimus quod iuſſiſti, redde quod promiſiſti*. Sub num. CCCXCV. Operum Tom. V. pag. 1522.

CXXXV. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. S. Leonis Papae Sermo, ut in Cod. XLII. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 313. §. XVII. In fine huius paginae antiqua manu notatum eſt: *Complementum iſtius Sermonis require in antea 213. charta, ubi eſt tale ſignum*.

CXXXVI. pag. 147. Sermo initio mutilus, qui tamen eſt in die S. Pentecoſtes. Inc. . . . . . . *martyrii, ante adventum Spiritus Sancti. Praeterea iam receſſerat ex oculis eorum Dominus Ieſus, qui eos praedicatione viſibili, et ad os loquens, corroborabat*. Deſ. *ſtabilem ac perpetuam in nobis faciat manſionem; propter hoc enim ad nos ille deſcendit, ut nos ad illum poſſimus adſcendere, cui eſt gloria &c.* In Append. S. Auguſtini eſt Sermo CLXXXII. Oper. Tom. V. Part. II. a pag. 308. lin. 23. ad pag. 310.

CXXXVII. pag. 148. Item unde ſupra Sermo, ut in Cod. X. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 109. § LXVI. ſub S. Maximi nomine, ſed in fine diverſus.

CXXXVIII. pag. 149. Item de eadem Pentecoſte. Sermo, ut in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 404. §. LII. S. Auguſtino adſcriptus.

CXXXIX. pag. 149. *b*. Vnde ſupra de eadem Pentecoſte Sermo, ut ibid. §. LIV. item ſub Auguſtini nomine.

CXL. pag. 150. S. Leonis Papae Sermo de Ieiunio Pentecoſtes, ut in Cod. XLII. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 315. §. XXIX.

CXLI. pag. ead. *b*. Item de eadem Pentecoſte. Sermo, ut in Cod. XXXIX. Plutei XVII. Tom. cit. pag. 405. §. LIX. ſub nomine

(1) In margine alia manu notatum eſt: *S. Auguſtini Ep.*

(2) In margine antiqua manus adnotavit: *Sermo Auguſtini in Adſcenſione*.

mine S. Leonis. Heic autem in fine mutilus eſt; unde antiqua manus adnotavit: *Deficit finis Sermonis Auguſtini*.

CXLII. pag. 153. In Natale S. Ioannis Baptiſtae. S. Ambroſii Sermo, ut in Codice XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 408. §. CVIII.

CXLIII. pag. 154. Vnde ſupra. S. Ambroſii Sermo, ut ibid. §. CXI.

CXLIV. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. Anonymi Sermo. Inc. *Sancti Ioannis indicis noſtri vox verbi divini myſterii Chriſtianae religionis hanc fidem in natalis ſui feſtivitas hodie ubique celebratur* (ſic). Deſ. *& pater, qui erat mutus, loquutus eſt verbum, auxiliante &c.*

CXLV. pag. 155. Vnde ſupra. Anonymi Sermo, ut in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 408. §. CX. ſub Auguſtini nomine.

CXLVI. pag. 156. Vnde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut ibid. § CIX

CXLVII. pag. 157. S. Leonis Papae Sermo in Natale Apoſtolorum Petri, & Paulli, ut in Cod. XXXVII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 388. §. LXXXVI.

CXLVIII. pag. 158. *b*. Eiuſdem Sermo, ut in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 409. §. CXV.

CXLIX. pag. 159. Vnde ſupra. S. Ambroſii Epiſc. Sermo, ut in Cod. XXXVII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 388. §. XC.

CL. pag. 160. *b*. Item congruus Sermo in Converſione, ut in Cod. XLI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 433. §. LXXXVIII. inter S. Auguſtino adſcriptos; at heic in fine diverſus.

CLI. pag. 161. Vnde ſupra. Anonymi Sermo. Inc. *Natalem hodie, iuvante Domino, Apoſtolorum celebramus, quorum memoriam univerſus mundus amplectitur*. Deſ. *ut caelum poſſideas interemptus, praeſtante Domino &c.*

CLII. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. Anonymi Sermo, ut in Cod. X. Plut. XIV. Tom. cit. pag 109. §. LXXII. ſub S. Maximi nomine.

CLIII. pag. 162. Vnde ſupra. Anonymi Sermo, ut ibid. pag. 110. §. LXXIII. ſub eiuſdem nomine; ſed finis diverſus.

CLIV. pag. 163. S. Ambroſii Epiſc. Sermo, ut ibid. §. LXXIV. ſub eiuſdem nomine, at finis diverſus.

CLV. pag. ead. *b*. S. Ambroſii Epiſc. Sermo. Inc. *Duorum Sanctorum Apoſtolorum Petri & Paulli, fratres chariſſimi, hodie celebramus natalem, quorum ſonus & praedicatio pervenit in omnem orbem terrarum*. Deſ. *& coronati venerunt ad Dominum Deum, cui eſt honor &c.*

CLVI. pag. 164. Vnde ſupra. Inc. *Audiſtis, fratres chariſſimi, beatiſſimum Petrum in Salvatoris paſſione ſuis erroribus profeciſſe, & poſteaquam negavit Dominum, fuiſſe apud Dominum meliorem*. Deſ. *ille auxilium ſolitum non negabit Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui &c.*

CLVII. pag. ead. *b*. In Natale S. Paulli. S. Ioannis Chryſoſtomi Sermo, ut in Codice XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 409. §. CXX.

CLVIII. pag. 166. In Natale S. Laurentii Martyris. S. Ambroſii Epiſc. Sermo, ut ibid. pag. 410. §. CXXXIII.

CLIX. pag. 167. Vnde ſupra. S. Maximi Epiſc. Sermo, ut ibid. §. CXXIX.

CLX. pag. ead. *b*. S. Fulgentii Archidiaconi B. Maximi Epiſc. Sermo, ut ibid. §. CXXXV.

CLXI. pag. 169. Vnde ſupra. S. Ambroſii Sermo. Inc. *Dicit Dominus in Evangelio, & cui ſimile illud aeſtimabo ſimile eſt grano ſinapis*. Deſ. *devotiorem Laurentium Salvatori ſupplicia atrocia fecerunt*. Apud Cum-Dium in Homiliario Tomo IV. pag. 579. ſub S. Auguſtini nomine,

CLXII. pag. 170. Vnde ſupra. S. Leonis Papae Sermo, ut in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 410. §. CXXVII.

CLXIII. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. S. Maximi Epiſc. Sermo, ut ibid. §. CLXXX.

CLXIV. pag. 171. *b*. Epiſtola Hieronymi Presbyteri ad Paullam & Euſtochium de Aſſumptione Beatae Mariae Virginis, ut ibid. §. XXXVII. Praecedunt autem ſex verſiculi, quos ibidem innuimus.

CLXV. pag. 181. Vnde ſupra. Sermo, ut in Cod. XXIII. Plut. XVIII. Tom. cit. pag. 484. §. LXXV.

CLXVI. pag. 185. In Decollatione S. Ioannis Baptiſtae. S. Ioannis Chryſoſtomi Sermo. Inc. *Hodie nobis Ioannis virtus, Herodis feritas quum refertur, confuſa ſunt viſcera*. Deſ. *ut e natali ſuo Herodes mortuus eſt*.

CLXVII. pag. 186. Vnde ſupra. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut in Cod. XXXVI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 378. §. CLXIX.

CLXVIII. pag. 187. In Nativitate S. Mariae Virginis. Anonymi Sermo. Inc. *Scientes, fratres chariſſimi, auctori noſtro multum nos debere*. Deſ. *qui ſuae matri fecunditatem attulit, virginitatem non abſtulit, ipſi gloria &c.* Apud Cum-Dium l. c. Tom. IV. pag. 628. ſub Hildephonſi Toletani nomine.

CLXIX. pag. 188. *b*. Vnde ſupra. Anonymi Sermo. Inc. *Celebritas hodiernae diei admonet, ut in laude Virginis immorari debeamus*. Deſ. *ipſa nos ſedula prece commendare dignetur in caelis, quod ipſe praeſtare dignetur, qui in Trinitate perfecta vivit & regnat Deus &c.* Ibid. pag. 627. ſub eiuſdem nomine.

CLXX. pag. 189. Vnde ſupra. Anonymi Sermo, Inc. *Adeſt nobis, dilectiſſimi, optatus dies beatae & venerabilis ſemper Virginis Mariae*. Deſ. *ſit tibi aſſidue exorare pro populo Dei, quem meruiſti benedicta pretium perferre mundi, qui &c.* In Appendice Sermonum S. Auguſtini ſub num. cxciv.

CLXXI. pag. 190. *b*. S. Leonis Papae Sermo de Ieiunio menſis ſeptimi, ut in Codice XLII. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 318. §. LIV.

CLXXII. pag. 191. Eiuſdem Sermo, ut in

in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 407. § LXXXVII.

CLXXIII. pag. 192. Eiuſdem Sermo, ut ibid. §. LXXXVIII.

CLXXIV. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo. Inc. *Omnis, dilectiſſimi, divinorum eruditio praeceptorum hoc proxime agit apud corda credentium.* Deſ. *& cohibitio cupiditatum, & exauditio precum, & remiſſio peccatorum per Dominum &c.* Eſt Sermo xcj. inter Opera S. Leonis edit. Venet. apud Andr. Poletti MDCCXLVIII. fol. pag. 92.

CLXXV. pag. 193. *b.* In S. Michaëlis Archangeli. S. Iſidori Epiſc. Sermo. Inc. *Angelorum nomen eſt officii, non naturae; nam ſecundum naturam ſpiritus nuncupantur; quando eatim de coelo ad annuntiandum hominibus mittuntur, ex ipſa annuntiatione Angeli nominantur.* Deſ. *per quod agnoſcitur, per incarnationem Dominicam, pacem hominibus fuiſſe & Angelis redditam.*

CLXXVI. pag. 195. In feſtivitate Omnium Sanctorum. Anonymi Sermo, ut in Codice XXXVII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 390. §. CIII. Heic autem Sermo eſt integer, & exſtat inter S. Auguſtino adſcriptos.

CLXXVII. pag. 196. Anonymi Sermo. Inc. *Libenter ac prompte certemus in agone iuſtitiae, Deo & Chriſto ſpectante, curramus, & qui ſaecula, & mundo maiores eſſe coepimus, curſum noſtrum nulla iam ſaeculi, & mundi cupiditate tardemus.* Deſ. *huius itineris ducem habeamus ſalutis auctorem, lucis principem, laetitiae largitorem.* Eſt pars Sermonis Bedae in ſolemnitate Omnium Sanctorum, Operum Baſileenſis edit. A. MDLXIII. fol. Tom. VII. a pag. 210. lin. 43. uſque ad finem.

CLXXVIII. p. ead. *b.* Eiuſdem (*ſic*) Homilia in feſtivitate Omnium Sanctorum, ut in Cod. XXXVII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 390. §. CII. ſub nomine S. Leonis Papae, ſed tamen eſt Bedae, & habetur in Tom. cit. a pag. 211. uſque ad pag. 215. In hoc autem Codice dividitur in quinque ſectiones.

CLXXIX. pag. 199. Dominica de Sancta Trinitate. Sancti Iſidori Sermo. Inc. *Denique ad veram beatitudinem pervenire volentibus primo omnium fides eſt neceſſaria.* Deſ. *opera eſſe totius Sanctae Trinitatis, id eſt unius Dei, qui fecit in caelis & terra viſibilia & inviſibilia, veriſſime credendum eſt.*

CLXXX. pag. 201. *b.* S. Auguſtini Epiſc. Sermo de eadem Dominica, ut in Cod. XXXVI. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 366. §. LI. ubi finis diverſus.

CLXXXI. pag. 202. In Vigilia S. Andreae Apoſt. Anonymi Sermo. Inc. *Fratres chariſſimi, cognoſcamus agnum, cognoſcamus pretium noſtrum; ecce duo diſcipuli Ioannis.* Deſ. *ecce vere Iſraëlita, in quo dolus non eſt.*

CLXXXII. pag. 203. *b.* Item Sermo in Natale S. Andreae Apoſt. Inc. *Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilaeae &c. Ordinem Apoſtolorum, & meritum uniuſcuiuſque, illius fuit diſtribuere, qui cordis arcana rimatur.* Deſ. *adveniat Novum Teſtamentum, quod Evangelium eſt Ieſu Chriſti.*

CLXXXIII. pag. 204. De eadem feſtivitate Sermo(1). Inc. *Scriptum eſt enim: ſpiritus Domini ornavit caelos; ornamenta enim caelorum ſunt virtutes praedicantium.* Deſ. *ſi Deus ac proximus integra mente diligatur* (2), *ipſo adiuvante &c.*

CLXXXIV. pag. 205. In Natale unius Martyris. S. Fulgentii Epiſc. Sermo, ut in Cod. XXXIX. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 412. §. CLI.

CLXXXV. pag. ead. *b.* In Natale Martyr. S. Ambroſii Epiſc. Sermo, ut in Cod. X. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 110. §. LXXXIII.

CLXXXVI. pag. 206. Eiuſdem Sermo unde ſupra, ut ibid. §. LXXXII.

CLXXXVII. pag. ead. *b.* Item S. Auguſtini Sermo, ut in Cod. XXXVII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 391. § CXVIII.

CLXXXVIII. pag. 207. *b.* Eiuſdem Sermo, ut ibid. § CXIX.

CLXXXIX. p. 208. Item unde ſupra Sermo, ut in Cod. XXXVII Plut. XVII. Tom. cit. pag. 391 §. CXIV.

CXC. pag. ead. *b.* Vnde ſupra. Sermo, ut ibid. §. CXVI.

CXCI. pag. 209. In Natale Confeſſorum. S. Ambroſii Epiſc. Sermo, ut ibid. §. CXXIV.

CXCII. pag. 210. *b.* Vnde ſupra. Sermo de Confeſſoribus. Inc. *Aderit ſenſibus noſtris, fratres, in quo ſcrypſimus, beatos Confeſſores ideo amicos Salvatoris effectos.* Deſ. *accumulat ſibi graviora peccata, unde nos omnipotens Deus liberet, qui vivit &c.*

CXCIII. pag. 211. *b.* Vnde ſupra. S. Fulgentii Epiſc. Sermo, ut in Cod. XXXVII. Plut. XVII. Tom. cit. pag. 391. §. CXXIII. Heic tamen in fine mutilus, ob defectum Codicis inter pag. 211. & 212. Pagina enim 211. deſinit in verbis: *venit, non miniſtrari, ſed miniſtrare* . . . . adiecto in imo margine *non continuatur*. Pagina vero 212. incipit a verbis . . . . *ego & pater unum ſumus &c.* quae ad alium Sermonem pertinent, qui deſ. *omnia implentem, omnia continentem, & cum Patre & Filio univerſa moderantem.*

CXCIV. pag. 212. Vnde ſupra Sermo, ut ibid. pag. 384 §. XXX. Ob male compactum Codicem finem huius Sermonis habes ſupra pag. 147.

CXCV. pag. 213. S. Auguſtini Epiſc. Sermo, ut in Cod. XLII. Plut. XVI. Tom. cit. pag. 313. §. XVIII. ſub nomine S. Leonis

(1) In imo margine alia antiqua manus adnotavit: *S. Gregorii Papae de Homeliis Evangeliorum in feſtivitatibus Apoſtolorum.*

(2) Ad haec verba eadem manus in margine adſcripſit: *Deficit in Anglica pluſquam media columna.*

nis Papae. Finis autem ob memoratum Codicis deſectum deſideratur, unde antiqua manus in calce adnotavit: *non conſummatur.*

CXCVI. pag. 214. Sermo initio mutilus, qui tamen videtur de Inſtitutione Sacramenti Euchariſtiae. Inc. . . . . . . *mus fieri templum Dei, quantum poſſumus eum Dei adiutorio laboremus, ne Deus noſter in templo ſuo, hoc eſt in nobis inveniat, quod oculos ſuae maieſtatis offendat.* Deſ. *ſerve bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui, ad quod gaudium Dominus nos ſua protectione perducat, qui vivit &c.*

CXCVII. pag. 215. Vnde ſupra Sermo. Inc. *Haec feſta Eccleſiae colunt, qui ſe Eccleſiae filios cognoſcunt; haec enim omnium credentium mater eſt, quae notos ad mortem, regenerat ad ſalutem.* Deſ. *habebis de perceptione fructum, non habebis de ſatietate faſtidium, ad quae nos bona perducat, qui vivit &c.*

CXCVIII. p. 216. Vnde ſupra Sermo, Inc. *Beatus Apoſtolus Sermo divinat ſub appellatione commemorat montium pro ſtabilitate virtutum ac ſublimitate meritorum.* Deſ. *reum ſacris adytis non vult excludi ipſe qui vivit &c.*

In primo folio adſcriptum eſt: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ord. Fratrum Minorum.* In fine occurrit manu, ut videtur Fratris Thedaldi de Caſa Tabula Sermonum, qui in Codice continentur, adpoſitis ſingulorum principiis & auctorum nominibus.

Codex membranac. Ms in fol. min. Saec. XII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus pictis, num. 753. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 221.

CASSIANI COLLATIONES.

Cod. V. HVic Operi ſequens praefigitur titulus: *In Chriſti Ieſu nomine incipit Liber Collationum Sanctiſſimorum Patrum. Editus enim eſt a doctiſſimo viro, atque clariſſimo Caſſiano Abbate, procul dubio illuſtrante atque docente gratia Spiritus Sancti.* Sunt autem Collationes XXIV. quarum praemittuntur tituli; titulos vero conſequitur Prologus. Concordant cum iis, quas ſingillatim recenſuimus in Codice XXVI. Plut. XVI. Catalogi Tom. I. a pag. 274. § II. uſque ad pag. 276. §. XXV. incluſive.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, & Summariis in margine, nec non figuris aliquot rudi calamo delineatis, num. 754 deſignatus; cuius ultimi verſus recentiore manu ſuppleti ſunt. Conſtat foliis ſcriptis 105.

BERTRANDI DE TVRRE SERMONES.

OPus Sermonum Dominicalium, & ferialium, ac etiam ſolemnitatum Domini, mutabilium per totius anni circulum, compilatum per Venerabilem Patrem Dominum Bertrandum Thuſculanum Epiſcopum Cardinalem (1) Sacraeque Theologiae Doctorem, Ordinis Fratrum Minorum. Sermo primus in Dominica I. de Adventu inc. *Videbunt filium hominis venientem in nube. Lucae XXI. Verbum iſtud ſumptum de Evangelio Sancti Lucae, quod hodierna die legitur in Eccleſiis ſecundum Ordinarium Romanum &c.* Sermo ultimus in Dominica XXIV. poſt Pentecoſten inc. *Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilae. Matth. XXIV. Sacroſancta Romana Eccleſia, quae per Divinam providentiam omnium Eccleſiarum mater eſt & magiſtra.* Deſ. *abicumque ipſe iudicans in corpore apparebit, qui cum Patre &c.* Legitur in fine Index rerum notabilium alia manu. Cod. VI.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 755. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 348.

NICOLAVS TREVETH SVPER BOETHIVM.

FR. Nicolai Treveth Expoſitio ſuper Libros V. Boëthii de Conſolatione, cum Prologo, ut in Codice XLVI. Plut. LXXVI. Catalogi Tom. III. pag. 116. ubi Prologum cum ipſa Explanatione coniunctum invenies. Tum ita clauditur Expoſitio: *Et ſic terminatur Liber quintus continens proſas ſex, & metra quinque, & ſunt univerſaliter in toto iſto Libro proſae triginta novem, & metra totidem. Explicit ſcriptum ſuper quinto Libro Boëthii.* Subiicitur pag. 76. Summarium Librorum & Capitum Boëthii, cui adnectuntur carmina quaedam rhythmica, quae clauduntur ita: Cod. VII.

Facto fine pia laudetur Virgo Maria.
Eſt levis atque brevis in mundo gloria quaevis.

In ultimo folio inter varia poſſeſſorum nomina, hoc in praeſens ſupereſt: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia A. D. MCCCCVI.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, & ſcholiis aliquot perquam raris, in quibus citatur Papias. Conſtat foliis ſcriptis 78.

P..V-

(1) Hic videtur eſſe Bertrandus de *Turre nobili*, inter Minoritas *Doctor famoſus*, ab A. MCCCXIX Archiep. Salernitanus, & ab A. MCCCXX. ad MCCCXXXIV. Cardinalis, qui ſcripſit Sermones in Evangelia. de Tempore, de Sanctis, ac Quadrageſimales &c. Vide Fabric. Biblioth. Med. Tom. I. pag. 244.

Digitized by Google

PLVTEVS XXXIV. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. V.

C O D E X I.

VITAE SS. PATRVM AVCTORIBVS DIVERSIS.

VItae Sanctorum Patrum a diverſis conſcriptae, quae in hoc Codice ſunt omnes anepigraphae. Concordant autem quoad initium, & finem cum illis, quas recenſuimus in Codice IX. Plutei X. ſin. ſupra a pag. 85. §. I. uſque ad pag. 90. §. LIII. eumdemque cum illis omnino ordinem ſervant, ita ut ex uno eodemque archetypo uterque Codex profluxiſſe videatur. Hoc praenotato, nomina eorum, quorum enarrantur Vitae, exponere ſatis erit. Ea itaque ſunt:

I. pag. 1. Vita S. Paulli primi Eremitae.
II. pag. 3. B. Antonii Abbatis.
III. pag. 18. S. Hilarionis.
IV. pag. 24. *b.* Monachi Captivi.
V. pag. 26. Frontonis Abbatis.
VI. pag. 27. *b.* Ioannis.
VII. pag. 32. *b.* Apollonii.
VIII. pag. 36. Ammonis.
IX. pag. ead. *b.* Compretis.
X. pag. 38. *b.* Abbatis Syri.
XI. pag. ead. Heleni.
XII. pag. 39. *b.* Heliae.
XIII. pag. 40. Eulogii.
XIV. pag. ead. Apellem.
XV. pag. ead. *b.* Paphnutii.
XVI. pag. 42. De Iſidori Monaſterio.
XVII. pag. ead. Serapionis.
XVIII. pag. ead. Apollonii.
XIX. pag. ead. *b.* Dioſcori.
XX. pag. 43. Monachorum ex Nitria regione.
XXI. pag. 45. *b.* Ammonis.
XXII. pag. 46. Paulli Simplicis.
XXIII. pag. ead. *b.* Piamonis.
XXIV. pag. 47. Ioannis.
XXV. pag. ead. *b.* Hor Abbatis.
XXVI. pag. 48. Ammonis.
XXVII. pag. ead. Beni.
XXVIII. pag. ead. Theonis.
XXIX. pag. ead. *b.* Oxyrinchi.
XXX. pag. 49. Macarii Alexandrini.
XXXI. pag. 51. *b.* Moyſis.
XXXII. pag. 52. *b.* Valentis.
XXXIII. pag. 53. Martini Monachi.
XXXIV. pag. ead. Macarii Aegyptii.
XXXV. pag. 57. *b.* Abbatis Antonii.
XXXVI. pag. 59. Abbatis Arſenii.
XXXVII. pag. 60. *b.* Abbatis Paſtoris.
XXXVIII. pag. 61. *b.* Abbatis Beſſarionis.
XXXIX. pag. 62. Abbatis Pemen.
XL. pag. 69. De dictis Sanctae Syncleticae, & aliorum plurimorum ſeniorum, longiſſima enarratio.
XLI. pag. 93. *b.* Continuatio ſuperioris enarrationis, quae in dicto Codice IX. inſcribitur *Liber ſecundus*.
XLII. pag. 120. Vita S. Macarii Romani.
XLIII. pag. 124. *b.* S. Abrahae, & S. Mariae eius neptis.
XLIV. pag. 131. S. Baſilii, cum Prologo.
XLV. pag. 142. S. Ioannis Archiepiſcopi Alexandrini, auctore Leontio Epiſcopo Neapoleos Cypriorum Inſulae, cum Prologo.
XLVI. pag. 159. *b.* Legenda cuiuſdam Sanctiſſimae mulieris (1).
XLVII. pag. 160. Vita S. Euphroſynae Virginis.
XLVIII. pag. 163. *b.* S. Odiliae Virginis.
XLIX. pag. 167. S. Euphraxiae Virginis.
L. pag. 173. *b.* S. Pelagiae.
LI. pag. 176. *b.* Beatae Thayſis, cum Praefatione.
LII. pag. 177. S. Mariae Aegyptiacae, cum Prologo.
LIII. pag. 182. *b.* Sanctae Marinae (2) Virginis.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Accarſii Bonfantis, quem ſcribi fecit.*

Codex membranaceus Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, grandiori littera exaratus, cum initialibus pictis, num. 757. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 183.

ANONYMI SERMONES.

ANonymi Sermones Dominicales, & Feſtivi. Sermo primus in Dominica I. de Adventu Domini inc. *His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Luc. XXI. pro themate. Parvus fons crevit in fluvium, & in* *Cod. II.*

(1) Ita in dicto Codice inſcribitur, nullo proprio nomine appoſito.

(2) Ita corrige in dicto Codice IX. ubi typographi lapſu excidit *Mariae* pro *Marinae*.

& in lucem ſolemque converſus eſt. Verba ſecundo propoſita ſcripta ſunt Eſther X. in quibus negotiator, ſive praedicator Sacrae Scripturae ſufficienter deſcribitur. Sermo ultimus in Pentecoſten deſ. *ecce dedi verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in lingua, & vorabit eos. Explicit.* Habetur in principio index Sermonum, & in fine rerum notabilium alia manu.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis, num. 758. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 180.

ANONYMI TABVLA DECRETORVM, S. BERNARDI, HVGONIS DE S. VICTORE. ET ALIORVM OPVSCVLA.

Cod. III. I. pag. 1. ANonymi Tabula & Materia Decretorum, praevio hoc brevi Prologo: *Quoniam quaſi impoſſibile eſt, ut Decretorum materiae ſufficienter memoriae hominum commendentur, ideo ad preces nobiliſſimi Archidiaconi I. Hiſpani iſtas notulas ſub brevi ſtylo compilavi, & ſi aliqua minus bene poſita ſunt, parcat dilectio ſocialis, diligenter ea corrigendo.* Inc. *Primo & ſecunda Diſtinctio innuit quid ſit ius, quid lex, & de ſpeciebus eorum &c.*

II. pag. 7. Sermo de Canone factus in Capitulo Clarevallenſi a quodam Canonico de Ordine Praemonſtratenſi. Inc. *In virtute Sanctae Crucis, & Sacramento Altaris magna eſt convenientia, & magna efficacia, quum per utrumque excludantur contraria, & removetur, & fructificetur Eccleſia.* Deſ. *in duobus primis eſt convenientia, in tertia vero differentia.* Dividitur in varia Capita, in quibus de Sacrificio Miſſae, & de Sacramento Euchariſtico potiſſimum agitur, & ſolvuntur ea de re quaeſtiones VII.

III. pag. 12. Anonymi Libellus de Floribus auctoritatum Beatae Mariae Virginis. Praecurrit brevis Prologus, qui inc. *Floribus Beatae Mariae Virginis plenos Prophetarum codices quum adſpicerem, ſicut qui ortum cuiuslibet Imperatoris variis oribus, & deliciis plenum adſpicit, haeſitans quid maius eligat; vel qui prati flores amoeno tempore verni intuitus eſt, ſic accidit mihi. Converſus ad dexteram intuitus ſum pulcros, converſus ad laevam intuitus ſum pulcriores. Elegi tamen quoſdam, quos ad decus Divae Virginis in hoc volumine, prout potui, ingenti labore comprehendi &c.* Liber inc. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſummus Imperator caelorum, idcirco voluit de Virgine naſci.* Deſ. *igitur univerſali Domino, & eius piae Matri glorioſae Virgini Mariae laudes, & grates ſolvamus, qui hos XL. flores praelibatos, naribus Sanctae Eccleſiae odoriferos, nobis exponere dedit; deprecantes ut floridam Virginem, cum florido Filio ſuo videre in caeleſti regno valeamus. Faciem autem Matris & Filii cernentes, in caeleſti gloria remunerabuntur, qui Librum Florum legerint, vel audierint, ad decus illorum, diebus ſabbatorum; quod ipſe praeſtare dignetur Dominus noſter I. C. qui vivit &c.*

IV. pag. 23. Anonymi Adnotationes quaedam de Beata Maria. Inc. *Dominus eſt terra, ideſt Virgo, de qua Iſaias: aperiatur terra, & germinet Salvatorem &c.*

V. pag. 25. Anonymi Moralia & Praedicabilia quaedam, de virtute, fide, ſpe, & charitate, de dilectione bonorum, de prudentia, de duodecim ſtultitiis peccatorum, de patientia, iuſtitia, oratione, de donis &c. Inc. *Notandum, quod virtus dicitur a vi, unde Dominus vocat virtuoſos violentos.* Deſ. *quibus obligaverunt parentes noſtri caeleſtem hereditatem. Laudetur Altiſſimus, qui dedit principium & finem. Amen.* Auctores, qui paſſim citantur ſunt, Ariſtoteles, Ambroſius, Auguſtinus, Barlaam, Bernardus, Chryſoſtomus, Damianus, Gloſſa, Gregorius PP. Iſidorus, Magiſter Sententiarum, Seneca, Tullius.

VI. pag. 130. *b.* Beati Lucini Epiſcopi Liber Septuaginta Nominum Beatae Virginis Mariae, cum brevi Prologo, qui ita ſe habet: *Multoties contingit, ut huius ſaeculi homines, vel a patribus, vel a patrinis accipiant nomina, deinde a propriis factis, vel a negociis, quae agunt recipiant cognomina. Similiter Beata Dei Genitrix primam ſuſcepit nomen a parentibus Maria, deinde a propriis ſuis divinis, vel a diverſis, & innumerabilibus miraculis, quae per ſaeculum crebro agit, diverſa recipit cognomina. Innumera ſunt eius facta, & innumera ſunt eius cognomina. Igitur videndum, & ſciendum, quare Stella, quare Virgo, quare Mater, quare Columba, & his ſimilia nuncupetur.* Liber inc. *Glorioſae Virginis Mariae ad laudem & honorem eius ſacra nomina iuxta meum exiguum ſenſum Spiritu Sancto dictante exponere curavi. Nuncupatur namque Diva Virgo &c.* Deſ. *celebremus igitur eius Sacra Sabbata, & dignis officiis Eccleſiaſticis Beatam Virginem veneremur, quatenus in caeleſti regno, una cum ea venerari mereamur, quod ipſe praeſtare dignetur Ieſus Chriſtus &c.* Sequuntur arcanae quaedam litterae Etruſco more efformatae, & verſiculi quatuor alia manu praecepta Decalogi exprimentes, hoc pacto:

Sperne Deos, fugito periuria, Sabbata ſerva.
Sit tibi patris amor, ſit tibi matris honor.
Non ſis occiſor, moechus, fur, teſtis iniquus,
Vicinique thorum, reſque caveto ſuas.

VII. pag. 139. Anonymi Expoſitio in Praecepta Decalogi. Inc. *Ad honorem eius, qui de tenebris nos vocavit, ut unicum eius Filium in gentibus praedicemus, & Spiritus almi, qui ad praedicationes uberes, linguas movet,*

Digitized by Google

movet, ac Beatiſſimae Mariae Dei Genitricis, quae circa confeſſionem voluimus inquirenda &c. Deſ. *audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt, dilige eum ex toto.*

VIII. pag. 148. *b.* S. Bernardi Clarevallenſis Abbatis de laudibus Virginis Mariae Homiliae IV. cum Praefatione in principio, & Excuſatione in fine, ut in Codice I. Plutei XVI. Catalogi Tomo I. pag. 157. §. V.

IX. pag. 161. Anonymi Liber de tribus diebus pro ea, quae in meditatione conſtat ſpeculatione rerum &c. Inc. *Iſti tres dies ſunt, timor, veritas, charitas.* Deſ. *octavus pertinet ad reſurrectionem.*

X. pag. 172. *b* Magiſtri Hugonis (de S. Victore) Liber de Inſtitutione Noviтiorum, cum Praefatione, quae inc. *Quia fratres, largiente Domino, de vana converſatione huius ſaeculi.* Deſ. *de hac via qua ad ipſum itur vos inſtruamus.* Poſt Capitum tabulam, Liber inc. *Primum igitur ſcire debetis, quod hanc ſcientiam.* Deſ. *bonitatem vero orate, ut vobis det Deus. Amen.* Exſtat inter Opera Hugonis de S. Victore Canonici Regularis Lateran. editionis Moguntinae apud Io. Volmarium MDCXVII. fol. Tom. II. a pag. 19. ad pag. 28.

XI. pag. 184 *b* Eiuſdem de orando Deo Liber, cum Prologo, qui inc. *Domino & Patri M H. munuſculum hoc.* Deſ. *& donum impendere debetis.* Liber inc. *Quo ſtudio.* Deſ. *in ara cordis adoletur.* In cit. Tom. a pag. 153. ad pag. 159.

XII. pag. 189. Eiuſdem de Arca Noë Libri III. priores cum Prologo, qui inc. *Quum ſederem aliquando in conventu fratrum.* Deſ. *qui ideirco fecit nos, ut in nobis habitaret Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui cum Patre &c.* (1). Liber I. inc. *Duobus modis Deus cor humanum inhabitat.* Liber III. deſ. *neque in hoc meam inſipientiam fateri erubeſco*, ut in cit. Tomo a pag. 195. ad pag. 211.

XIII. pag. 208. Anonymi Tractatus brevis de oſculo. Inc. *Tria ſunt oſcula, reconciliatorium, remuneratorium, contemplatorium.* Deſ. *& hoc illis ſentire dulce ſit, quod ſua mala aggravare, & aliorum allevıare poſſit.* Adſcribuntur ad marginem ultimae paginae Scholia quaedam, ut videntur in declarationem ſuperioris Tractatus, quae totum quod ſupererat ſpatium implent.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 759. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 209.

MAGISTRI THOMAE DE HIBERNIA MANIPVLVS FLORVM.

Cod. IV. MAnipulus Florum ordine alphabetico digeſtus, compilatus a Magiſtro Thoma de Hibernia, quondam ſocio de Cerbona, cum indice vocabulorum, & ſcholiis quibuſdam in fine, necnon indice auctorum, ex quorum Operibus teſtimonia adferuntur. Prologus inc. *Abiit in agrum, & collegit ſpicas, poſt terga metentium Ruth. II. Ruth paupercula non habens meſſem propriam ad colligendum, agrum intravit alienum = ſic ego paupertulus non habens copiam ſcriptorum, nec originalium acervum, agrum intravi Booz, quod interpretatur robur, vel virtus, ſcilicet Roberti utique robuſti, in quo virtutis robur vigere conſuevit &c.* Deſ. *improvidus enim eſt, qui neglecto igne ſe per ſcintillas nititur calefacere, & qui, contempto fonte, per roris guttas ſitim conatur exſtinguere.* Liber incipit a voce *Abſtinentia*, & quidem ita: *Bonum eſt in cibo cum gratiarum actione percipere quidquid Deus edendum praecepit.* Deſinit in voce *Chriſtus*, ſcribitur enim Graeco more Xpe, & in verbis: *iugum meum ſuave eſt.* Thomas Hibernicus, alias Palmeranus, ſeu Palmerſtonenſis, in agro Kildarienſi natus, Doctor Sorbonicus aliquando docuit, mortuus in Monaſterio Aquilae Regni Neapolitani A. MCCLXIX. Eius proſtat *Manipulus florum, ſive Flores omnium Doctorum, qui ſuper ſacris litteris ſcripſerant*, pluries recuſi; nos editionem anni MDCI. apud Iacobum Stoer in 16. conſuluimus, in qua tamen deeſt auctoris Prologus. Concordat autem cum ipſa Codex noſter uſque ad penultimam vocem *Vſura*. Pro ultima vero, quae eſt *Zelus*, habentur in Codice voces *Vxor*, *Chriſtianus*, & *Chriſtus*.

Tam in primo, quam in ultimo folio adſcriptum eſt: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Sebaſtiani Ioannis de Butellis de Florentia Ordinis Minorum, quem emit a Ioanne D. Laurentii Rodulfis ducatos tres cum dimidio, quem aſſignavit Armario Florentini Conventus anno Domini MCCCCXLIV. die XX. Ianuarii.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 762. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 112.

LECTIONARIVM SANCTORVM, ET PETRI CHRYSOLOGI SERMONES.

I. pag. 1. LEctionarium Sanctorum, ſcilicet Cod. VII.

I. pag. 1. De S. Andrea Apoſtolo.

II. pag. ead. *b.* De S. Nicolao.

III. pag. 2. De S. Lucia.

IV. pag. ead. *b* In Feſto S. Thomae.

V. pag. 3. In Natale Domini.

VI. pag. ead. *b.* Dominica infra Octavam.

VII. pag. ead. In Natale S. Stephani.

VIII. pag. 4. De S. Ioanne Evangeliſta.

IX. pag. ead. *b.* De SS. Innocentibus.

x. pag.

(1) Notandum eſt in editione partem huius Prolog. . . . *amorem Dei &c.* conſtituere initium Libri I.

x. pag. 5. In Octava S. Stephani.

xi. pag. ead. b. Item de eodem, ſi non fuerit Dominica.

xii. pag. ead. In Octava S. Ioannis, ſi Dominica fuerit.

xiii. pag. 7. Item de eodem, ſi non fuerit Dominica, ubi inſeritur Sermo pulcherrimus Ven. Damiani de S. Ioanne Evangeliſta, qui inc. *Hodie nobis, dilectiſſimi, laetitiae gaudia geminantur*. Deſ. *& quia per charitatem Dei Filius deſcendit in Virginem, per nos exaltet ad paternae gloriae claritatem*.

xiv. pag. 8. b. In Octava SS. Innocentium.

xv. pag. 9. De eodem, ſi non fuerit Dominica.

xvi. pag. ead. De S. Silveſtro.

xvii. pag. 10. In Vigilia Epiphaniae.

xviii. pag. ead. b. In die Epiphaniae.

xix. pag. 11. b. In Octava Epiphaniae.

xx. pag. ead S. Felicis Epiſcopi.

xxi. pag. 12. De S. Antonio Abbate.

xxii. pag. ead. b. De S. Agnete Virg. & Mart. ex S. Ambroſio.

xxiii. pag. 13. De S. Vincentio Levita.

xxiv. pag. ead. b. In Converſione S. Paulli.

xxv. pag. 14. b. Item de eodem die.

xxvi. pag. 15. Item de eodem.

xxvii. pag. ead. b. Item de eodem.

xxviii. pag. 16. Item de eodem.

xxix. pag. ead. b. Item de eodem.

xxx. pag. 17. b. Agnetis ſecundae.

xxxi. pag. ead. In Purificatione B. Mariae.

xxxii. p. 18. Item de eodem (ſcil. *die*).

xxxiii. pag. ead. De S. Agatha Mart.

xxxiv. pag. ead. b. In Cathedra S. Petri.

xxxv. pag. 19. De S. Mathia.

xxxvi. pag. ead. b. In Capite Ieiunii.

xxxvii. pag. ead. Feria v.

xxxviii. pag. ead. Feria vi.

xxxix. pag. 20. In Sabbato.

xl. pag. ead. Dominica I. Quadrageſimae.

xli. pag. 21. De S. Benedicto Abbate.

xlii. pag. ead. In Annunciatione.

xliii. pag. ead. Item de eodem, ubi adfertur pag. 22. Sermo pulcherrimus Auguſtini de eodem, cuius initium eſt: *Caſtiſſimum Mariae Virginis uterum, clauſum ventris cubiculum*. Deſ. *ita ſeparatus es a concubitu uxoris, ut pater diceris*.

xliv. pag. 22. b. Item Homilia pulcherrima de eodem (1). Inc. *In ſexto menſe miſſus eſt Gabriel in Civitatem Nazareth ad Virginem deſponſatam Ioſeph. Locus & tempus, & perſona deſignantur*. Deſ. *a ſuis diverſoriis excluſerunt, quem immenta ſuis ipſa ſepibus ſuſceperant*.

xlv. pag. 23. b. Item eiuſdem alia de eodem. Inc. *Ineffabile Sacramentum conceptionis Dominicae*. Deſ. *vobis utique filiis Dei natus eſt, vobiſque dicturus: venite benedicti patris mei &c.*

xlvi. pag. 24. De S. Ambroſio Epiſcopo.

xlvii. pag. ead. b. De eodem, Paſchali tempore.

xlviii. pag. ead. De S. Marco Evangeliſta.

xlix. pag. ead. De S. Vitale Martyre.

l. pag. 25. De SS. Apoſtolis Iacobo, & Philippo.

li. pag. ead. De Inventione S. Crucis. Sunt Lectiones xlii.

lii. pag. 27. Ioannis ante portam Latinam.

liii. pag. ead. De S. Barnaba.

liv. pag. ead. b. De SS. Martyribus Gervaſio, & Protaſio.

lv. pag. 28. In Nativitate S. Ioannis Baptiſtae.

lvi. pag. ead. In feſtivitate Sanctorum Martyrum Ioannis, & Paulli.

lvii. pag. ead. b. In die ſequenti poſt feſtum SS. Ioannis, & Paulli.

lviii. pag. ead. Dominica in Octava S. Ioannis.

lix. pag. 29. De Dominica in feſtivitate S. Petri.

lx. pag. ead. b. In Commemoratione S. Paulli.

lxi. pag. ead. In Octava S. Ioannis Baptiſtae.

lxii. pag. 30. Die iv. poſt Feſtum Apoſtolorum.

lxiii. pag. ead. b. Dominica infra Octavam.

lxiv. pag. 31. De S. Felicitate.

lxv. pag. 32. Homilia propria de Oct. in feſtivitate S. Mariae Magdalenae.

lxvi. pag. ead. b. In feſtivitate S. Iacobi Apoſtoli.

lxvii. pag. 33. S. Petri ad Vincula.

lxviii. pag. ead. In Inventione S. Stephani.

lxix. pag. ead. b. In feſto S. Laurentii.

lxx. pag. 34. In Aſſumptione B. Mariae.

lxxi. pag. ead. b. In craſtino Aſſumptionis.

lxxii. pag. ead. In Octava S. Laurentii.

lxxiii. pag. 35. Die iv. poſt Aſſumptionem.

lxxiv. pag. ead. b. Sequenti die.

lxxv. pag. ead. Dominica I. Oct.

lxxvi. pag. 36. In Octava die. Homilia die Dominica.

lxxvii. pag. ead. b. In feſtivitate S. Auguſtini.

lxxviii. pag. 37. In Decollatione S. Ioannis.

lxxix. pag. ead. Homilia in craſtino.

lxxx. pag. ead. b. In die iv. poſt feſtum S. Auguſtini.

(1) In margine adnotatum eſt: *Sanctus Petrus Epiſcopus* (forte *Chryſologus*) *item ſuper* Miſſus eſt *Sermo I*

LXXXI. pag. 38. Dominica infra Oct.

LXXXII. pag. ead. *b.* Homilia die Dominica.

LXXXIII. pag. ead. In Octava S. Auguſtini.

LXXXIV. pag. 39. In Nativitate Beatae Mariae.

LXXXV. pag. 40. Dominica in Octava.

LXXXVI. pag. ead. *b.* Alberti Carnotenſis Epiſcopi Tractatus de tota vita Beatae Virginis, excerptus etiam ex Beda, Bernardo, & aliis Sanctis Patribus. Inc. *Beatiſſima Virga Maria nata eſt, ut legimus, Nazareno patre, Bethleemita matre &c.* Def. *ut qui, mediante te, dignatus eſt fieri particeps infirmitatis & miſeriae noſtrae, te quoque intercedente, participes faciat nos gloriae, & beatitudinis ſuae Chriſtus Ieſus &c.* Dividitur in plura Capita, quorum ſubiicitur index. necnon verſiculi X. (1) Petri Trecenſis, dicti Comeſtoris, quorum initium eſt:

Si fieri poſſet, quod arenae pulvis, & unda &c.

LXXXVII. pag. 55. *b.* De S. Barptolemaeo Apoſtolo.

LXXXVIII. pag. ead. In Exaltatione S. Crucis.

LXXXIX. pag. 56. *b.* In feſto S. Matthaei.

XC. pag. 57. De SS. Martyribus Coſma & Damiano.

XCI. pag. ead. In feſto SS. Angelorum Lectiones plures.

XCII. pag. 59. *b.* In feſto S. Hieronymi.

XCIII. pag. 60. De S. Dionyſio, & ſociis.

XCIV. pag. ead. *b.* In feſto S. Lucae Evangeliſtae.

XCV. pag. 61. De Apoſtolis Simone & Iuda.

XCVI. pag. 62. In feſto S. Martini.

XCVII. pag. 64. Dominica infra Octavam.

XCVIII. pag. ead. *b.* In Octava die.

XCIX. pag. ead. De S. Caecilia.

C. pag. 65. De S. Clemente Papa.

CI. pag. 66. In Dedicatione Eccleſiae.

CII. pag. 67. *b.* Dominica prima Oct.

CIII. pag. 68. In Octava die.

CIV. pag. ead. *b.* Item de eodem.

CV. pag. 69. De SS. Apoſtolis.

CVI. pag. 74. *b.* De SS. Evangeliſtis.

CVII. pag. 75. Vnius Martyris Pont.

CVIII. pag. 76. Vnius Martyris non Pont.

CIX. pag. 78. Plurimorum Martyrum.

CX. pag. 84. Vnius Confeſſoris, & Pont. In fine mutila eſt haec Lectio.

Patres vero, ex quorum Operibus excerptae ſunt Lectiones iſtae, ii ſunt:

Alcuinus Expoſit. in Io. & Lib. III. de Trinitate.

Ambroſius in Epiſt. in Lib. de Symbolo ad Neophytos.

Amphilochius Iconii Epiſc.

Anſelmus in Orat. ad Beatam Virginem.

Athanaſius Alex. Epiſc.

Auguſtinus in Sermonibus, in Expoſit. in IV. Evang. de Bono Coniug. de Fide ad Petrum &c.

Beda ex Sermonibus, & Expoſit. in IV. Evang.

Bernardus in Epiſt. ad Atducionem Epiſc. Egebenum, in Lib. de diligendo Deo, in Homiliis &c.

Callixtus Papa.

Clemens in Epiſt. ad Iacobum.

Caſſiodorus in Hiſtoria Tripartita.

Ex Chronica Romanorum Pontificum.

Chryſoſtomus ex Homiliis, & Expoſit. in IV. Evang.

Cyprianus in Epiſt. de Habitu Virginali. de Celerino Lectore, ad Martyres, ad Fortunatum, de Confeſſione, ad Tiguritanos, de Mortalitate &c.

Damaſus Papa ad Io. & in Catalogo Pontif.

Dionyſius in Epiſt. & de Divinis Nominibus.

Ephraem in Lib. de die Iudicii.

Euſebius Caeſarienſis in Hiſt. Eccleſiaſt.

Euſebius Emeſenus in Homiliis.

Fulgentius in Sermonibus.

Gaufridus Carnotenſis Epiſc.

Gelaſius Papa in Concilio.

Gennadius in Lib. de Viris Illuſtribus.

Ex Geſtis Sanctorum.

Gilbertus Carnotenſis Epiſc.

Gloſſae ſuper Scripturam.

Gregorius Nazianzenus in Ap.

Gregorius Papa in Regiſtro, in Homiliis, in Dialogis.

Gregorius Turonenſis.

Haymo in Chriſtianarum rerum memoria.

Hidelphonſus Archiep. Toletanus.

Hieronymus de Viris Illuſtribus, Epiſt. ad Paullinum &c.

Hiſtoria Inventionis S. Crucis.

Hugo Cluniac. Abbas.

Hugo Floriacenſis in Hiſt. Eccleſiaſtica.

Hugo de S. Victore in Lib. Opuſculor. ſuper *Magnificat*, de laude Charitatis &c.

Ioannes Diaconus.

Iſidorus in Sermon. & ſuper Epiſtolam ad Philem. contra Iudaeos.

Ex Martyrologio.

Maximus Epiſc. in Sermon.

Odilo Cluniacenſis.

Origenes in Expoſ. in Ev. Io. & in Homilia in Ev. *Quum eſſet deſponſata &c.*

Paullinus Nolanus Epiſc. ad Auguſt.

Petrus Epiſc. Homil. ſuper *Miſſus eſt &c.*

Petrus Comeſtor in verſibus decem in laudem Virginis.

Petrus Damianus de B. Ioann. Evang.

Petrus Ravennas in Sermon.

Rabanus ſuper Actus Apoſt. in Matthaeum, de laude Sanctae Crucis &c.

Richardus in Exceptionibus.

Ru-

(1) Hos verſus adfert Oudinus de Script. Eccleſ. Tom. II. pag. 1526.

Ruſinus in Eccleſ. Hiſtor. & in Sermon.
Severus Sulpicius ad Baſſulam, ad Deſiderium.
Sigebertus in Chronicis.
II. pag. 85. Sequuntur alia, ſed antiqua manu, S. Petri Chryſologi Ravennatis Archiepiſcopi Sermones, quibus haec praecurrit de auctore notitia (1): *Beatus Pontifex, Ravennatis Eccleſiae praefulgidum decus, & Catholicae veritatis praecipuus Doctor, calore superni amoris accenſus, & rigatione perennis gratiae irroratus, digno eloquii ſui ornamento, vernantium lectionum Opuſcula de ſingulis Evangeliorum parabolis polito ſermone conficiens, delectabili dulcedine aures omnium replevit, & corda. Proinde, dilectiſſimi, tanti Paſtoris intenta & anxia mente ſcripta legamus, & ardenti deſiderio ulnis ſpiritualibus amplectamur, quatenus fructum laboris in noſtrae mentis cellario recondentes, ſimul cum eo magnificae laudis gloria perfruamur, & praemia aeterni muneris capiamus. Hoc humilis Praeſul Felix de parvuli cordis cellario, Sermonis exigui legentibus munus* (ſic). Hanc excipit Tabula Sermonum CLXXVI. ex quibus habentur in hoc Codice tantummodo priores LV. & initium LVI. uſque ad verba: *qui promiſſionis ſuae ante finem implet, quam veſtrae perci . . . .* ut in editione cum obſervationibus Dominici Mitae, Venetiis apud Auguſtinum Savioli MDCCXLII. fol. a pag. 1. ad pag. 71. lin. 18. omiſſis tamen Sermonibus XV. XVI. & XVII. & in reliquis lectione Codicis non parum ab edita diſcrepante.
In ultima pagina legitur: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Florentini Conventus Fratrum Minorum* 1406.
Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, duplici manu ac breviato charactere exaratus, & num. 764. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 138.

PLVTEVS XXXV. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. IV.

CODEX IV.

ANONYMI DE LAVDIBVS BEATAE MARIAE.

DE Laudibus Beatae Mariae Liber in Capita CL. diſtributus, ſine nomine auctoris. Prologus inc. *Exordium ſalutis noſtrae, dicit Beda, fratres chariſſimi, intenta curemus aure percipere*. Deſ. *nec fallere, nec mentiri*. Caput I. inſcriptum: *Quomodo lux, ideſt Spiritus Sanctus, ſive Virgo Beata in nobilitate, ſpecioſitate, & bonitate praecellit*, inc. *Maria dicitur lux. Eſther XII. Iudaeis nova lux oriri viſa eſt, ideſt cunctis fidelibus, Deum corde, ore, & opere confitentibus in ortu Virginis, cuius vita glorioſa lucem dedit ſaeculo*. Caput ultimum: *Quomodo ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus matrem ſuam ſemper honorificaverit, & honorari fecit, & facit*, deſ. *cantemus Domino, glorioſe enim honorificatus eſt, & ita per omnes plateas Ieruſalem in aeternum & ultra cantabimus alleluia. Amen*. Sequitur in fine nomenclatura Beatae Virginis duplici manu.
Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 768. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 220.

ALCVINI SINTILLARIVS, ANONYMI SERMONES, ET ALIA OPVSCVLA.

Cod. V.

I. pag. 1. ALcuini Sintillarius, praevio hoc titulo: *Liber iſte Sintillarius vocatur, eo quod in eo reperiuntur novi & veteris Teſtamenti Sanctorum Patrum ſententiae luciđiſſimae, quaſi ignis Sintillae. In Chriſti nomine incipit Liber de Virtutibus accipiendis. & Vitiis corrigendis, quem Alcuinus expoſuit ex Sancto Evangelio, & ex Libris Sanctorum Patrum*. Caput I. *De Charitate*, inc. *Dominus dicit in Evangelio: Maiorem charitatem nemo habet*. Caput LXXX. & ultimum: *De Lectionibus*, deſ. *Baſilius. Sicut enim carnalibus eſcis alitur caro, ita & divinis eloquiis interior homo nutritur ac paſcitur. Explicit Liber, qui vocatur Sintillarius*. Patres, qui ſaepiſſime citantur hi ſunt: Ambroſius, Auguſtinus, Baſilius, Cyprianus, Ephraem, Euſebius, Gregorius, Hilarius, Hieronymus, Ieſus filius Sirach, Iſidorus, Origenes, Paullus, Petrus, Salomon.
II. pag. 24. *b*. Sequitur, I. Notitia quaedam de vita Beatae Mariae Virginis, II. Hymnus

(1) Hoc monumentum ex Codicibus Vallicellae, Caeſenaeque adfertur in Elogiis in S. Petrum Chryſologum praemiſſis editioni eius Operum Venetae, quam paullo inferius citamus.

mnus *Gloria in excelſis Deo*, Latine & Graece exaratus, ſed Latinis litteris, III. Apoſpaſma de gehennae igne ex Auguſtino, & Gregorio.

III. pag. 26. Sermones VIII. ſine nomine Auctoris, ſcilicet:

I. In feſto plurimorum Apoſtolorum. Inc. *A ſolis ortu, & occaſu, ab aquilone, & mari cupiens Paſtor altiſſimus ovem perditam revocare*. Deſ. *ad illam ſupernam pacem & gloriam ire poſſimus, ubi eſt Dominus Dominorum, qui vivit &c.*

II. pag. ead. In unius Apoſtoli. Inc. *Gaudeamus, fratres charиſſimi, hodie in hac ſolemnitate*. Deſ. *ad portam Paradiſi meritis huius Beati Apoſtoli perducamur, ad quam ipſe &c.*

III. pag. ead. *b*. In plurimorum Martyrum. Inc. *Poenitentiam agite, dicit nobis Dominus in Evangelio*. Deſ. *de profundo pelagi liberavit, qui vivis &c.*

IV. pag. ead. In unius Martyris. Inc. *Fratres, & Patres chariſſimi, nos quotidie vocat per Prophetam ſuum Paſtor altiſſimus*. Deſ. *coram altiſſimo Creatore, qui vivit &c.*

V. pag. 27. In plurimorum Confeſſorum. Inc. *Fratres, & Patres chariſſimi, debemus hodie gaudere*. Deſ. *quod poſſimus ad caeleſtem gloriam pervenire, ad quam ille &c.*

VI. pag. ead. In unius Confeſſoris. Inc. *Beatus vir qui in ſapientia morabitur*. Deſ. *coronam caeleſtis gloriae habebimus, ipſo praeſtante, qui vivis &c.*

VII. pag. ead. *b*. In plurimarum Virginum. Inc. *Fratres, & Patres chariſſimi, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti*. Deſ. *ut pro nobis intercedat ad Dominum, qui eſt pater Angelorum, & gloria Beatorum, qui vivis &c.*

VIII. pag. ead. In unius Virginis. Inc. *Exſultemus in Domino, fratres chariſſimi, & in feſtivitate huius Sacrae Virginis gaudeamus*. Deſ. *& exaltes humiles, qui vivis &c.*

IV. pag. 28. Anonymi Praedicabilia quaedam de diverſis, & ſolutiones quaeſtionum, quae proponuntur. Prima eſt de S. Trinitate, & inc. *Quid de Sancta, & individua, & praeſtantiſſima Trinitate ſentiendum ſit, Deo auxiliante dicamus. Haec eſt mea fides, quoniam haec eſt Catholica fides*. Vltima ita ſe habet: *Sion interpretatur ſpecula, ſive ſpeculatio, per quam intelligitur Eccleſia, quae ſpeculatur gloriam Dei. Melior eſt qui vincit iram, quam qui capit civitatem, ut ait Salomon.*

V. pag. 42. Anonymi Capita quaedam inſcripta I. *De Charitate*, II. *De Corpore & Sanguine Chriſti*, III. *De Corpore Chriſti*, IV. *De Cineribus*, quibus ſubiiciuntur alia Capita Moralia, praedicabilia & myſtica ex Sacro Textu. Inc. *Charitas alia Dei, alia proximi. Charitas Dei eſt, ut ſic ipſum diligamus, ut in ipſo gaudeamus &c.* Deſ. *poenulam vocant Conſularem veſtem, quam Romani dederunt patri Paulli, dum proceſſit ei obviam.*

VI. pag. 47. Anonymi Sermones, qui hoc ordine progrediuntur:

I. Sermo in Concilio. Inc. *Militia eſt vita hominis ſuper terram. Quum vita hominis ſit militia ſuper terram, & hoſtes, tam intrinſecos, quam extrinſecos &c.* Deſ. *qui quum ſit ſplendor luminum, flos florum, via morum, ſchola virtutum, corona Sanctorum, lux & decus omnium Beatorum, ſuper choros Angelorum vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſaecula ſaeculorum, Amen.*

II. pag. 50. *b*. In Natale Domini. Inc. *Exſultemus, & ſpiritali iucunditate laetemur, quia hodierna die pro humani generis ſalute Deus homo fieri voluit*. Deſ. *ut poſt hanc vitam habere hereditatem cum Angelis mereamur, ipſo donante, qui cum Patre &c.*

III. pag. ead. De eodem. Inc. *Hodie, dilectiſſimi fratres, Dominus Ieſus de Virgine naſci voluit, ut humanum genus a peccatis redimeret*. Deſ. *per ſecundam hominis nativitatem remeare valebimus, ad quam nos ipſe reducere dignetur.*

IV. pag. 51. De S. Stephano. Inc. *Heri Caput Sanctorum Chriſtus de utero Virginali egreſſus viſitare dignatus eſt Mundum*. Deſ. *quatenus cum ipſo ab eo, qui eſt omnium iuſtorum corona in regno Dei ſtephanizari mereamur, ipſo auxiliante &c.*

V. pag. ead. De S. Ioanne Evang. Inc. *Beati Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtae feſtivitatem cum ſumma veneratione celebrare debemus*. Deſ. *ut ad gaudia aeterna pervenire valeamus, quae promiſit praeſtante D. N. I.*

VI. pag. ead. *b*. De Confeſſione. Inc. *Ait Dominus in Evangelio: duo in lecto erunt, unus aſſumetur, & alter relinquetur. Nemo gaudeat pro exteriori quiete contemplationis*. Deſ. *quia ſine initio bonus fieri non poteſt nemo, retribuente Chriſto, qui cum Patre &c.*

VII. pag. 52. De Circumciſione. Inc. *Sancti Spiritus adſit nobis gratia. Cantate Domino canticum novum. Veſtrum eſt, & ad nos pertinet novum cantare canticum*. Deſ. *digne poterimus cantare novum canticum, quod ipſe &c.*

VIII pag. ead. *b*. De timore Domini. Inc. *Audite, fratres chariſſimi, quam viam beatitudinis Spiritus Sanctus non bis per Prophetam ſuum inſinuans*. Deſ. *& ſic ad aeternam beatitudinem pertingat, ad quam nos perducere dignetur qui &c.*

IX. pag. 54. Pro quo volueris. Inc. *Venite & videte opera Domini terribilis in conſiliis ſuper filios hominum. Invitantis, & exhortantis vox eſt iſta*. Deſ. *ut in futuro cum Angelis poſſimus cantare perpetuum alleluia; quod ipſe praeſtare &c.*

X. pag. 55. De compunctione lacrymarum. Inc. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Dulcis & iucunda eſt iſta promiſſio*. Deſ. *ſonus epulantis.*

XI. pag. 56. Item pro quo volueris. Inc.

Digitized by Google

Inc. *Duo ſunt ſacrificia, quae Domino iubemur offerre, unum expiationis, alterum gratiarum actionis*. Deſ. *potum hauriat, quo nos potare dignetur, qui ſine fine vivit &c.*

XII. pag. 57. In Reſurrectione Domini. Inc. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut ungerent Ieſum. Maria Magdalene a Caſtello Magdalo dicitur*. Deſ. *unde Ioannes dicit, videbitis eum ſicuti eſt, ubi nos perducere dignetur, qui &c.*

XIII. pag. ead. *b*. De Adſcenſione. Inc. *In hodierna ſolemnitate, fratres chariſſimi, deletum eſt chirographum damnationis noſtrae*. Deſ. *ipſum iudicem blandum, non terribilem experiri valeatis. Quod ipſe &c.*

XIV. pag. 58. *b*. In Pentecoſte. Inc. *Hodiernam feſtivitatem Pentecoſten deſcenſione S. Spiritus conſecratum*. Deſ. *& ad aeternae beatitudinis* (ſic) *nos perducat, quod ipſe praeſtare dignetur qui &c.*

XV. pag. ead. De S. Ioanne Bapt. Inc. *Beati Ioannis Baptiſtae Praecurſoris Domini, Nativitatis dies colitur hodie*. Deſ. *mores veſtros componentes ipſum imitemur, ut eum apud Iudicem ſentiamus* (ſic) *ipſo praeſtante &c.*

XVI. pag. 59. De S. Petro. Inc. *Docent nos, fratres, Actus Apoſtolorum, quod Beatus Petrus circa horam ſextam adſcendit in coenaculum*. Deſ. *oportet enim, ut qui vult vivere in Chriſto, prius moriatur Mundo. Ipſo donante &c.*

XVII. pag. ead. In Aſſumptione S. Mariae. Inc. *Celebritas hodiernae diei admonet, dilectiſſimi fratres, ut in laudibus perpetuae Virginis immoremur*. Deſ. *concedat hoc nobis Dominus per interceſſionem Matris, qui in eius uterum deſcendit de ſinu Patris, Ieſus Chriſtus &c.*

XVIII. pag. ead. *b*. In plurimorum Apoſtolorum (ſc. feſto). Inc. *Creator, & Redemptor humanae naturae Dominus I. C. fratres dilectiſſimi, cupiens humanum genus de poteſtate Diaboli liberare*. Deſ. *ut adiuvent nos ſuis interceſſionibus. Ipſo &c.*

XIX. pag. 60. In plurimorum Martyrum. Inc. *Feſtivitatem beatiſſimi N. celebrantes ſpirituali iucunditate*. Deſ. *ut cum iſtis beatam vocem audire valeamus: venite benedicti patris, percipite regnum, quod &c.*

XX. pag. ead. In plurimorum Confeſs. Inc. *Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit &c. Si aliquis homo ſecundum litteram accendit lucernam*. Deſ. *concedat nobis Deus habere rectam fidem, ut mereamur ſecum ſine fine gaudere, ipſo adiuvante &c.*

XXI. pag. ead. *b*. In Quadrageſima. Inc. *Remedia, dilectiſſimi fratres, animabus profutura ſanctificandis*. Deſ. *in die reſurrectionis appareamus. Ipſo &c.*

XXII. pag. ead. In Coena Domini. Inc. *Hodie, F. C. Redemptor noſter ultimum convivium cum diſcipulis ſuis celebravit*. Deſ. *quam benedictionem, & quam gratiam concedat nobis habere, qui eſt benedictus in ſaecula.*

XXIII. pag. 61. Pro quo volueris. Inc. *Legimus in veteri Teſtamento, quod filii Prophetarum venerunt ad domum Eliſaei*. Deſ. *& corda eorum populo reficere, quod vos perficere faciat, qui eſt benedictus in ſaecula &c.*

XXIV. pag. ead. In Quadrageſima. Inc. *Noverit diſcretio veſtra F. C. quod agricolarum &c.* Deſ. *poſſit auferre, qui vivit &c.*

XXV. pag. ead. Quando volueris. Inc. *Hodierna die, F. C. charitatem veſtram admonemus*. Deſ. *gloria noſtra habet teſtimonium conſcientiae noſtrae, quod nobis praeſtare dignetur, qui &c.*

XXVI. pag. ead. *b*. In Quadrageſima. Inc. *Teſtante Beato Auguſtino, F. C. quod vita corporis eſt anima*. Deſ. *Dei auxiliante gratia faciamus, qui vivit &c.*

XXVII. pag. ead. In Aſſumptione S. Mariae. Inc. *Hodie F. C. beata Virgo Maria caelos adſcendit*. Deſ. *ut ad caeleſte regnum valeamus pervenire, ipſo adiuvante, qui &c.*

XXVIII. pag. 62. In Nativitate Martyrum. Inc. *Sanctus Auguſtinus admonet nos F. C.* Deſ. *cuius gratia redempti ſumus, ipſe ſatiat nos ſecum regnare in ſaecula ſaeculorum.*

XXIX. pag. ead. In Epiphania Domini. Inc. *Hodie F. C. celebremus diem, in quo Dominus noſter Mundo apparuit*. Deſ. *ad quam ſatietatem nos pervenire faciat, qui vivit &c.*

XXX. pag. ead. *b*. In Quadrageſima. Inc. *Iſti ſunt dies, F. C. quos Chriſtum imitando in magna devotione obſervare debemus*. Deſ. *ut ipſius gratiam poſſimus accipere, quam ipſe &c.*

XXXI. pag. ead. De eadem. Inc. *Poſtquam quatriduanum Lazarum Dominus ſuſcitavit*. Deſ. *digne accipiamus, adiuvante D. N. &c.*

XXXII. pag. ead. In Reſurrectione. Inc. *Conſideremus diligenter, F. C. quod dicitur: Haec eſt dies, quam fecit Dominus*. Deſ. *ſed cum Petro accipiamus, quod ipſe praeſtare dignetur &c.*

XXXIII. pag. 63. De eadem. Inc. *Hodie F. C. Redemptor noſter, ſicut fortis leo per virtutem a mortuis reſurrexit*. Deſ. *panis dicitur, quia ſatiat ſuos fideles ſua gloria, ad quam nos ipſe perducat &c.*

XXXIV. pag. ead. In Confeſſoribus. Inc. *Valde ſunt venerandae, Fratres, feſtivitates Sanctorum Confeſſorum*. Deſ. *ut cum illo poſſimus introire in regnum caelorum, largiente D. N. &c.*

XXXV. pag. ead. *b*. In Virginibus. Inc. *Sanctitatem veſtram, F. C. condecet, ut in Virginum laudibus moremini*. Deſ. *ibique cum Chriſto ſine fine regnemus, quod ipſe unigenitus Dei Filius praeſtare dignetur, qui &c.*

XXXVI. pag. ead. In Dedicatione Eccleſiae. Inc. *Salomon Rex aedificavit domum Domini*. Deſ. *aeternam patriam mereri poſſitis, iuvante D. N. &c.*

XXXVII. pag. 64. *b*. In Natale Apoſtolorum. Inc. *Dominus ac Redemptor noſter, F. C.*

F. C. in hunc mundum ad generis humani redemptionem veniens. Deſ. *& ad caeleſtia capienda perducatur, qui &c.*

XXXVIII. pag. ead. In Nativitate S. Mariae. Inc. *Hunc diem ſanctum, & venerabilem, F. D. Beatus Iſaias Propheta in Spiritu Sancto ita pronuntiat.* Deſ. *intromitti valeamus per Ieſum &c.*

XXXIX. pag. 65. In Reſurrectione. Inc. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata &c. Iſtae tres mulieres Sanctae, F. C. Sanctam ſignant Eccleſiam.* Deſ. *reſurrectionem nobis largiri dignetur, cui eſt honor &c.*

XL. pag. ead. *b.* De eadem. Inc. *Narrat hodierna S. Evangelii lectio.* Deſ. *& ſenſum aperuit I. C. D. N. &c.*

XLI. pag. ead. De Adſcenſione. Inc. *Adſcenſio Salvatoris ad caelos D. F.* Deſ. *vitam aeternam do eis, quam ipſe nobis promiſſam donare dignetur, cui eſt honor &c.*

XLII. pag. 66. In Pentecoſtes. Inc. *Hodierna die F. C. Sancti Spiritus adventum ſuper corda credentium celebrantes.* Deſ. *& habitantes laudare eum per infinita ſaecula ſaeculorum. Amen.*

XLIII. pag. ead. Quando volueris. Inc. *Timete Dominum omnes Sancti eius.* Deſ. *ad quod gaudium nos perducat I. C. D. N. &c.*

XLIV. pag. ead. Aliud, ſcilicet pro quo volueris. Inc. *Quemadmodum deſiderat cervus &c. Sanctus David Propheta, fratres mei, Sancti Spiritus virtute repletus.* Deſ. *pro nobis intercedat ad Dominum, ut cum ipſo vivamus, & permaneamus per cuncta ſaeculorum ſaecula.*

XLV. pag. ead. *b.* Pro quo volueris. Inc. *Beatus vir qui ſuffert tentationem &c. Verba iſta F. C. ſi diligenter attendimus.* Deſ. *quia charitas ex Domino eſt, quam nobis donare dignetur I. C. &c.*

XLVI. pag. ead. In Aſſumptione S. Mariae. Inc. *Intravit Ieſus in quoddam caſtellum &c. Verba huius ſacrae lectionis, fratres cari, plena ſunt myſteriis.* Deſ. *atque ſuae gloriae participes facere per I. C. Filium eius Dominum noſtrum, cui &c.*

XLVII. pag. 67. In Quadrageſima. Inc. *Moyſes quadraginta diebus & quadraginta noctibus in eremo ieiunavit.* Deſ. *mediae temnitatem vigilantiae.*

XLVIII. pag. ead. In die iudicii. Inc. *Nullus hominum ſcit tempus iudicii.* Deſ. *ubi aequalis manet cum Patre & Spiritu Sancto &c.*

XLIX. pag. ead. *b.* Pro quo volueris. Inc. *Nota quatuor eſſe, quae Salomon dicit ſe ignorare.* Deſ. *recordatus enim Dominus omnium iniquitatum eius eſt.*

L. pag. 68. Pro quo volueris. Inc. *Confitemini Domino, quoniam bonus &c. In omnibus ſcripturis divinis F. D.* Deſ. *praeſtare dignetur ipſe, cuius regnum, & imperium permanet.*

LI. pag. ead. *b.* Quando volueris. Inc. *Spera in Domino & fac bonitatem, & inhabita terram, & paſceris in divitiis eius. Magnum ornamentum Eccleſiae Dei, F. D. ſpes eſt.* Deſ. *& fortitudinem plebis ſuae, quam & nobis praeſtare dignetur, qui &c.*

LII. pag. 69. *b.* Quando volueris. Inc. *Miſericordias Domini in aeternum cantabo, Quid Rex & Propheta David de miſericordia ſenſerit, ſatis his verbis declaratur.* Deſ. *miſericordias igitur Domini in aeternum cantemus, ipſo praeſtante, qui &c.*

LIII. pag. 70. Expoſitio Orationis Dominicae. Inc. *Pater noſter, qui es in caelis &c. Haec Dominica oratio brevis quidem eſt, ſed valde utilis; docet enim petere quidquid neceſſarium eſt.* Deſ. *filii Dei dici, & eſſe mereamur.*

LIV. pag. 71. In Adventu. Inc. *Negotiamini dum venio. Quinque ſunt adventus; eſt enim adventus redemptionis, inſtitutionis, confirmationis, ſeparationis, glorificationis.* Deſ. *mundemus igitur domum conſcientiae, ut eam ipſo regnare valeamus, qui &c.*

LV. pag. 72. In Dominicis diebus. Inc. *Homo quidam deſcendebat de Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones. Homo iſte miſerrimus humanum genus fuit.* Deſ. *& circa eos qui de noſtra ſalute deſperant dicat, invocaverunt me &c.*

LVI. pag. 73. In Paraſceve. Inc. *Chriſtus pro impiis & peccatoribus mortuus eſt. Miro, & ingenti modo iſta duo ponit.* Deſ. *quia mitis ſum & humilis corde.*

LVII. pag. ead. De Civitate Domini. Inc. *Sunt, F. C. in mundo iſto duo regna.* Deſ. *unde dicitur: clama, ne ceſſes &c.*

LVIII. pag. ead. *b.* Pro quo volueris. Inc. *Dixit inimicus, perſequar &c. Iſte vero inimicus Domini eſt qui populum Dei perſequitur.* Deſ. *per malitiam ſuffocatur.*

LIX. pag. ead. Quando volueris. Inc. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum &c. Sic enim ſe habet ordo; nunc autem ſignificationem videamus. Beati iſti, fratres, ſuper quos Dei benedictio, & tanta gratiarum abundantia deſcendit.* Deſ. *quoniam illuc mandavit Dominus benedictionem & vitam uſque in ſaeculum &c.*

LX. pag. 74. *b* De Reſurrectione. Inc. *De gloria reſurrectionis, venerandi patres, & fratres, veraciter gaudere poteſtis.* Deſ. *ut poſſitis cum eodem in gloria feliciter apparere, praeſtante &c.*

LXI. pag. 75. De eadem. Inc. *Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova creatura. Qui renovari cupit, neceſſe eſt ut deponat vetera.* Deſ. *hanc ſummo ſtudio ſervare caveatis, quod &c.*

LXII. pag. 76. De Adſcenſione. Inc. *Admirabilem noſtri Redemptoris Adſcenſionem ſumma devotione venerari, & celebrare debemus.* Deſ. *feliciter migrare poſſimus, eodem D. N. I. C. adiuvante &c.*

LXIII. pag. 77. In Pentecoſtes. Inc.

Adveniat

Digitized by Google

Aſtuum Apoſtolorum ſacra hiſtoria referente didicimus. Deſ. *felicitatem perpetuam conſequi valeamus, cui &c.*

LXIV. pag. ead. *b.* De Reſurrectione. Inc. *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum &c. Stetit, inquit, in medio diſcipulorum, ut monſtraret exemplo, quod docuerat verbo*. Deſ. *ad ſuavitatem caeleſtis patriae transeamus, praeſtante &c.*

LXV. pag. 78. *b.* Pro quo volueris. Inc. *Homo quidam erat dives &c. Parabola divitis, & pauperis, quam hodie nobis Salvator propoſuit*. Deſ. *& bona, quae ibi ſunt ex vicinitate corrumpunt*.

LXVI. pag. 79. Sequuntur quatuor Sermonum themata anepigrapha.

LXVII. pag. 80. Pro quo volueris. Inc. *Hunc humiliat & hunc exultat &c. Calix iſte in manu Domini menſura retributionis eſt*. Deſ. *quia non eſt aqua permixtum*.

LXVIII. pag. ead. *b.* de Adventu Domini. Inc. *Quam plurima vaticinia praeſentis, & imminentis ſolemnitatis*. Deſ. *protegi mereamur. Quod ipſe praeſtare &c.*

LXIX. pag. 81. In Aſſumptione S. Mariae. Inc. *In Aſſumptione Beatae Mariae attendendum eſt, quid Salvator noſter, filius utique ipſius*. Deſ. *& ad ſuae genitricis gloriam pertinere, quod ipſe &c.*

LXX. pag. ead. *b.* Pro defunctis. Inc. *De morte charorum, vel amicorum flere, atque triſtari humana quidem natura compellit, ſed Apoſtolica vetat auctoritas*. Deſ. *per ſomnum quietis ad veram vitam pervenire poſſitis, praeſtante &c.*

LXXI. pag. 82. Item pro iiſdem. Inc. *Quae, aut qualis ſit vita praeſens, experientia monſtrat, exempla teſtantur*. Deſ. *quoniam oratio veſtra in ſinum veſtrum convertetur, praeſtante &c.*

LXXII. pag. 83. Accedunt Capita inſcripta, I. Exemplum de arbore altiſſima. II. Ferculum Salomonis. III. Sapientia aedificavit ſibi domum &c. IV. Quum rediret Iacob ad parentes ſuos. V. De morte Antichriſti, & fine Mundi. VI. De ſignis iudicii. VII. Sententia B. Ephraem de eadem re.

LXXIII. pag. 84. Expoſitio Orationis Dominicae. Inc. *Pater noſter &c. Unuſquiſque homo qui patrem clamat Dominum*. Deſ. *ſed libera nos a malo; hoc precamur Dominum, ut liberet nos ab omni malo, ideſt in praeſenti, & in futuro*.

VII. pag. ead. *b.* Anonymi Liber de Sacramento Ordinis. Inc. *Septem ſunt dona Spiritus, quae enumerans Iſaias ait, ſpiritus ſapientiae*. Deſ. *ne nos dimittas incidere in tentationem Diaboli, ſed libera nos a malo, a Diabolo, vel a malis hominibus*. Tum duo Epigrammata ſubiiciuntur, quorum primum ſequens eſt:

Celſior imperio, ſublimis in ordine Petri,
Canonis inventor, moderator legis, honeſti
Forma, metus vitii, pes pauperis, ultor egeni,
Alti director, humilis ſtatus, anchora iuſti,
Arctus ab orbe capi tenet arcti clauſtra ſepulcri.

Alterum ita habet:

Bos vetus indomitum caput excutiente iuvenco,
Cautius aſſueto portat aratra iugo.
Accipiter domino multis renovatus in annis
Admiſſo volucrem gratius ungue rapit.
Quem magis exercet noti venatio ſaltus,
Liberiore ferum ſentit odore canis.

Capita, quae pertractantur haec ſunt: I. De Oſtiariis, II. De Lectoribus. III. De Exorciſtis, IV. de Acolythis, V. De Subdiaconibus, VI. De Diaconibus, VII. de Presbyteris, VIII. De Presbyteris, quum ordinantur. IX. De ornamentis Sacerdotum, X. De Pontificibus, XI. De tintinnabulo, & ſono eius, XII. De ordinibus horarum Canonicatum, XIII. De Matutinis, XIV. De Officio Tertiae, XV. De Officio Sextae, XVI. De Officio Nonae, XVII. de Veſperis, XVIII. De Completis, XIX. De Vigiliis Noctium, XX. De Miſſis, ubi agitur etiam de Miſſa Defunctorum, de Miſſa in Natale Domini per mediam noctem celebranda, de Miſſa item in Sanctorum Ioannis Evangeliſtae, & Ioannis Baptiſtae Nativitate in diluculo celebranda, XXI. Expoſitio myſtica Sacrificii Miſſae, & Orationis Dominicae.

VIII. pag. 89. Sequitur alia manu notitia de tribus filiis Noë, & de eorumdem generationibus, tum loca quaedam Evangeliorum explicata.

IX. pag. 90. Declarationes myſticae variorum locorum Sacrae Scripturae, & vocum quarumdam, quae in ipſa occurrunt; ubi notandum pag. 93. *b.* haec legi: *In die qui celebratur pro mortuis poſt feſtum omnium Sanctorum Eccleſia in Veſperum officium non facit pro mortuis, quia requies, quae ea die optatur eis, veſperam non habet, ideſt finem*.

X. pag. 94. Redeunt Sermones plures anepigraphi, quorum haec ſunt initia:

I. pag. ead. Inc. *Venite, adſcendamus ad montem Domini &c. Videns Propheta, F. C. infelicem humani generis caſum*. Deſ. *ad montem virtutum adſcendimus, ipſo adiuvante*.

II. pag. ead. Inc. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo &c. Perfectus, ubi de omnipotentia divinae maieſtatis confidens loquitur, dicit: Confitebor &c.* Deſ. *ut per veram confeſſionem, & operis ſatiſfactionem pervenire mereamur ad vitam ſempiternam, quod nobis &c.*

III. pag. ead. *b.* Inc. *Gloria & honore coronaſti eum &c. Sciendum eſt, quod Deus Pater*

Digitized by Google

Pater coronavit Filium ſuum. Deſ. *veteri homine ex toto depoſito, pervenire valeamus*.

IV. pag. 95. Inc. *Incarnationem Domini noſtri praevidens ſapientiſſimus Salomon*. Definit in hiſce verſibus:

Eſt minime gratus Domino vocum modulatus,
Quam Brunotiſtae tibi plus placeunt Gregoriſtae.
Non quaerit flamen ſacrum vocum modulator,
Plus placeant flentes, quam ſola voce canentes.

V. pag. ead. *b*. Inc. *Abyſſus abyſſum invocat &c. Abyſſum, profundum, & opacum aliquando dicere conſuevimus &c.* Deſ. *& cum eo feliciter regnare valeamus, ipſo praeſtante, qui &c.*

VI. pag. 96. Declaracio Symboli Niceaeni. Inc. *Primus eſt Credo in Deum &c., & pertinet ad Patrem*. Deſ. *dicitur deſcendiſſe*. In hac explicatione prae reliquis animadvertitur: *Nota quod Lugdunenſis Epiſcopus quaeſivit a Magiſtris Pariſienſibus, quare in Symbolo Niceni Concilii, quod in Miſſa cantatur, non apponitur ille articulus fidei: deſcendit ad inferna*; cui ſubiiciuntur variae Doctorum ſententiae.

VII. pag. ead. Alius Sermo inc. *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Tria, fratres mei, Apoſtolus ponit*. Deſ. *eius corpus & ſanguinem ad vitam aeternam valeamus percipere, quod ipſe &c.*

VIII. pag. ead. *b*. Inc. *Erunt ſigna in ſole & luna &c. Duo ſunt adventus, primus occultus, ſecundus manifeſtus*. Deſ. *unde quum emergunt ſiunt quaſi volatilia*.

IX. pag. 97. Inc. *In principio creavit Deus caelum & terram. Deus Pater, qui eſt principium ſine principio, creavit in Filio &c.* Deſ. *nobis habitaculum praeparare, ipſo permittente, qui eſt trinus & unus &c.*

X. pag. ead. *b*. Inc. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce D. N. I. C. In primis hominibus praefigurata eſt mors Chriſti*. Deſ. *nos gaudere faciat, qui &c.*

XI. pag. 98. *b*. Inc. *Sancti Spiritus adſit nobis gratia. Antiqui Patres veteris Teſtamenti*. Deſ. *nos collocare. Amen.*

XII. pag. ead. Inc. *Prima ſanctorum gloria in futuro erit pulcritudo animae, & corporis*. Deſ. *& gloria totius felicitatis eorum*.

XIII. pag. 99. Notitia de poenis Inferni. Inc. *Prima ſiquidem poena eſt ignis*. Deſ. *ſexta eſt horribilis viſio daemonum*.

XIV. pag. ead. Sermo. Inc. *Exurgens Maria abiit in montana &c. Poſtquam Maria, ideſt aliqua fidelis anima*. Deſ. *beatificari, ipſo adiuvante &c.*

XV. pag. ead. Inc. *Leva oculos Ieruſalem, & vide potentiam Regis; ecce Salvator venit ſolvere te a vinculo. Ieruſalem, quae interpretatur viſio pacis*. Deſ. *ſed aeterna erit & perpetua, ad quam nos perducere dignetur, qui &c.*

XVI. pag. ead. *b*. Inc. *Hodie nobis de caelo pax vera deſcendit &c. Maria quidem terra dicitur, quia per propagationem a primo homine deſcendit*. Deſ. *quoniam bene operando, ad vitam, quae finem non habet pervenire valeamus, ipſo auxiliante, qui &c.*

XVII. pag. 100. Inc. *Stephanus plenus gratia &c. Stephanus interpretatur coronatus, ſignificat aliquem Dei fidelem*. Deſ. *ad viſionem lucis mereamur pervenire, ipſo &c.*

XVIII. pag. ead. *b*. Inc. *Quoniam qui vitia carnis fortiter edomant*. Deſ. *in regno ſuo collocabit, ad quod &c.*

XIX. pag. 101. Inc. *Quoniam ſanctorum animae Chriſtum ſequuntur, & a Chriſto proteguntur*. Deſ. *ita & nos cum eo, & cum ſanctis eius regnare valeamus in ſaecula &c.*

XX. pag. ead. *b*. Inc. *Quia Circumciſionem Domini, fratres, hodierna die celebramus*. Deſ. *ut ſitis eius filii, & cum eo regnare valeatis, ipſo auxiliante &c.*

XXI. pag. 102. Inc. *Surge, illuminare Ieruſalem &c. Ieruſalem aliqua fidelis anima intelligitur*. Deſ. *ut cum illo aeternaliter regnare valeatis &c.*

XXII. pag. ead. *b*. Inc. *Omnibus in claustris morantibus tria ſunt neceſſaria*. Deſ. *percipite regnum, quod ipſe nobis concedat, qui &c.*

XXIII. pag. ead. Inc. *Quae, vel qualis ſit vita praeſens, Iob ſanctus teſtatur*. Deſ. *in ſinum veſtrum convertetur, ipſo auxiliante, qui &c.*

XXIV. pag. 103. Inc. *Sacra Scriptura teſtante cognovimus, quatuor eſſe genera mortuorum*. Deſ. *& nobis per veram poenitentiam tribuere, quod ipſe &c.*

XXV. pag. ead. Inc. *Haec eſt domus Domini firmiter aedificata &c. Domus Dei dicitur ſancta catholica Eccleſia*. Deſ. *Angelorum coetibus ſociari, quod ipſe &c.*

XXVI. pag. ead. *b*. Pro quo volueris. Inc. *Sicut portavimus imaginem terreni*. Deſ. *& videte Dominum, quod ipſe concedat, qui &c.*

XXVII. pag. 104. Quando volueris. Inc. *Notandum eſt quod multi montes circumſtant Eccleſiam*. Deſ. *audire poſſimus, quod praeſtare dignetur, qui &c.*

XXVIII. pag. ead. Inc. *Mediator Dei, & hominum D. N. I. C. in omnibus creaturis*. Deſ. *venite benedicti Patris, percipere regnum, ad quod &c.*

XXIX. pag. ead. *b*. Inc. *Quum, fratres, eſſet Ieſus annorum duodecim &c. Sicut Sacra Scriptura refert, & nos credere debemus*. Deſ. *& ſic ad aeternam beatitudinem mereamur pervenire, ipſo &c.*

XXX. pag. 105. Inc. *Aedificavit Noë altare Domino, offerens ſuper illud holocauſtum. Unuſquiſque fidelis prius debet*. Deſ. *& in futuro dabit praemia regni caelorum, quod &c.*

XXXI. pag. ead. *b*. Inc. *Locutus eſt Dominus ad Abraham dicens, egredere de terra tua &c. Tria ſunt genera rerum &c.* Deſ. *& regnare valeatis, ipſo &c.*

XXXII. pag. 106. Inc. *Ductus eſt Ieſus in deſertum a ſpiritu, ut tentaretur a Diabolo. Tria propoſuit nobis Scriptura divina*. Deſ. *ad Ieru-*
ſalem

Digitized by Google

ſalem caeleſtem valeatis pervenire, ipſo &c.

XXXIII. pag. ead. *b.* Inc. *Sicut legitur in Daniele, erat vir in Babylone.* Deſ. *ut mereamur beatificari a D. N. I. C. qui &c.*

XXXIV. pag. 107. Inc. *Quum eſſet ſero die illo una ſabbatorum &c. Sicut homo moritur ſpiritualiter quum peccat.* Deſ. *ut eum Deo gaudere poſſimus, ad quod gaudium &c.*

XXXV. pag. ead. *b.* Inc. *Quum ſtaret Ezechiel ſuper fluvium Cobar.* Deſ. *non ſolum mente, ſed etiam corpore cum Chriſto regnare valeatis, ipſo &c.*

XXXVI. pag. ead. Inc. *Quum complerentur dies Pentecoſtes &c. Feſtivitas iſta, fratres, vocatur Pentecoſtes.* Deſ. *ſed etiam cum ipſo regnare valeatis &c.*

XXXVII. pag. 108. Inc. *Legitur in veteri Teſtamento, quod quum Moyſes paſceret oves Iethro cognati ſui.* Deſ. *& apud eum manſionem faciemus, quod &c.*

XXXVIII. pag. ead. *b.* Inc. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves &c. Duo ſunt quae nos obſervare praecepit.* Deſ. *& ſic per veram poenitentiam inveniet decimam drachmam, quam perdiderat; quod nobis &c.*

XXXIX. pag. 109. Inc. *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Quum nulla creatura.* Deſ. *& Deus ſimiliter erit nobis.*

XL. pag. ead. *b.* Inc. *Quum turbae irruerent ad Ieſum &c. Stagnum Geneſareth eſt idem quod & mare Galilaeae.* Deſ. *cum ipſo regnando, quod nobis &c.*

XLI. pag. 110. Inc. *Si offeres munus tuum ante altare &c. Tunc Deo munus offerimus, quando ſacrificamus.* Deſ. *ad aeternae vitae mereamur pervenire retributionem, ipſo auxiliante &c.*

XLII. pag. ead. *b.* Inc. *Quum multa turba eſſet cum Ieſu &c. Illorum ſpiritualiter miſeretur Deus.* Deſ. *ad aeternae vitae retributionem, qui &c.*

XLIII. pag. 111. Inc. *Duo homines adſcenderunt in templum, ut orarent &c. Sicut ſuperbia dicitur radix omnium vitiorum.* Deſ. *vos exaltari mereamini a D. N. I. C. qui &c.*

XLIV. pag. ead. *b.* Inc. *Ingreſſo Zacharia templum Dei, apparuit ei Angelus &c. Zacharias ſacerdos, ſicut Lucas ait.* Deſ. *utque poſt hanc vitam cum Domino regnare valeatis, ipſo &c.*

XLV. pag. 112. Inc. *Legitur quod Rex Salomon fecit thronum de ebore grandem.* Deſ. *pervenire valeamus ad regnum ſempiternum, quod nobis &c.*

XLVI. pag. ead. Inc. *Spiritu Sancto plenus Salomon praevidens Beatam Mariam de hoc mundo ad caelum adſcenſuram.* Deſ. *circa Dominum ſuum.*

XLVII. pag. ead. *b.* Inc. *Quae eſt iſta, quae adſcendit, quaſi aurora conſurgens &c. Virgo Maria merito aurora dicitur.* Deſ. *quia ei omnes ſuos abſtulit.*

XLVIII. pag. ead. Inc. *Quia Dominus noſter in Sanctis Angelis & hominibus quotidie reſplendet.* Deſ. *& praeceptis Dei obediatis, quatenus eum eo in aeternum vivere valeatis, ipſo adiuvante &c.*

Horum autem Sermonum ideo initium & finem dare in animum induximus, ut ita aliis veluti facem ad illorum auctorem, qui nobis diligenter inquirentibus minime innotuit, quique non omnino recens aevum ſapit, inveniendum praeferremus.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis, cum initialibus & titulis rubricatis, num. 769. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 113.

MAMMOTHREPTVS.

Cod. VII.

IOannis Marcheſini, licet non appareat nomen, Mammothreptus cum Prologo exponens ordine Biblico, in gratiam rudium Clericorum, ſignificationem, orthographiam, & accentum vocum, quae in Latinis Bibliis, Prologis Hieronymi, Antiphonis, Reſponſoriis, Hymnis, Legendis Sanctorum, & Homiliis occurrunt, ut in Codice VI. Plutei XXIX. ſin. ſupra pag. 216. In hoc tamen multo copioſius omnia explanantur. In calce ſequitur tabula rerum notabilium per alphabetum, in cuius fine legitur: *Explicit tabula Mamotrecti. Quia recalcitrante fortuna labor irritus eſt.* In prima, & in ultima averſa pagina notatum eſt: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Zenobii de Florentia, Ordinis Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus quibuſdam auratis & coloratis, & cum icone auctoris ſub Franciſcana Reformatorum veſte in littera initiali, num. 771. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 260.

LEGENDAE SANCTORVM, EVANGELIA &c.

Cod. IX.

LEgendae Sanctorum, praevio Indice ordine alphabetico, manu, ut videtur Fratris Thedaldi de Caſa, videlicet:

I. pag. 1. De Sancto Alexandro Epiſcopo Feſulano. Inc. *Beatus Alexander de Civitate Feſulana, ex nobili genere oriundus fuit, & a primaevo aetatis ſuae honeſtae indolis exſiſtens.* Deſ. *ſed poenitens priſtinae reddidit ſanitati, regnante &c.*

II. pag. ead. *b.* De Sancto Antonino Martyre.

III. pag. 2. *b.* De Sancta Apollonia Virgine, & Martyre. Eſt brevis narratio explicans rationem, quare eius auxilium fideles invocent in dentium doloribus; cui ſubiicitur

tur Hymnus, & Oratió propria. Vita autem ipſa habetur inferius ſub §. XCI.

IV. pag. 3. De Sancto Anaſtaſio Martyre.

V. pag. 4. *b.* De alio Sancto Anaſtaſio Martyre, eum pluribus ſociis.

VI. pag. 5. *b.* De Sancto Alexandro Epiſcopo, & Martyre.

VII. pag. 6. De Sepultura Sancti Ambroſii Epiſcopi.

VIII. pag. ead. De SS. Virginibus Agape, & Cionia.

IX. pag. ead. De Sancto Albano Martyre.

X. pag. ead. *b.* De altero Albano Imperatoris filio Mart.

XI. pag. 7. De Sancto Anthimo Martyre.

XII. pag. ead. *b.* De S. Appiano Confeſſore.

XIII. pag. 8. De S. Antonio Confeſſore Fratre Minore.

XIV. pag. 10. De S. Alexandro Milite & Martyre.

XV. pag. 10. De nativitate & converſione Sancti Barptolemaei Apoſtoli.

XVI. pag. ead. *b.* S. Balbinae Virginis.

XVII. pag. 11. S. Babillae Mart.

XVIII. pag. ead. S Baſillae Virginis, & Mart.

XIX. pag. ead. De Sanctis Martyribus Bono, & ſociis.

XX. pag. ead. De S. Brigida Virgine.

XXI. pag. 12. De Sancta Barbara Virg. & Mart.

XXII. pag. ead. *b.* De Converſione Beatae Catharinae.

XXIII. pag. 14. *b.* S. Eligii Epiſcopi & Confeſſoris, cuius feſtum fit in craſtino Sancti Ioannis Baptiſtae.

XXIV. pag. 17. *b.* S. Euphroſyni.

XXV. pag. 20. *b.* S. Hieronymi.

XXVI. pag. 29. De S. Baſilla. Initium deſideratur.

XXVII. pag. ead. *b.* De Sancto Eleutherio Martyre, & Ancia eius matre.

XXVIII. pag. 30. De S. Euphraſia Virg.

XXIX. pag. 31. De S. Eulalia Virg. & Mart.

XXX. pag. ead. De S. Aemiliana (*ſic*) de Circulis de Florentia. Inc. *De Aemiliana ſancta, filia Oliverii de Circulis, Florentini Civis, teſtes XXVIII. fide digni teſtificati ſunt. Annorum XVI. nuptui traditur. & poſt menſem unum omnia vana ornamenta depoſuit, & ſoli Deo placere ſtudait.* Deſ. *ſepulta eſt igitur in loco S. Crucis Fratrum Minorum de Florentia, cum gaudio, & honore XIV. Kal. Iunii, virtutibus, & quamplurimis miraculis coruſcando. Ad gloriam &c.*

XXXI. pag. 32. *b.* De S. Eliſabeth filia Regis Hungariae.

XXXII. pag. 34. Complementum Legendae Sanctae Columbae.

XXXIII. pag. ead. De Sancto Fridiano Epiſcopo Lucano. Inc. *Fridianus de Scotia oriundus, ſed relictis omnibus propter Chriſtum venit in partes Thuſciae, & in eadem Provincia eremiticum vitam duxit.* Deſ. *nam habitum monachalem aſſumpſit, & in cilicio nudis pedibus Deo ſervivit.*

XXXIV. pag. ead. *b.* De S. Florentio Epiſcopo & Confeſſore.

XXXV. pag. 35. *b.* De SS. Fauſtino, & Iovita.

XXXVI. pag. 36. De SS. Flaviano, & cxxiv. Martyribus.

XXXVII. pag. ead. De SS. Virginibus Flora, & Lucilla.

XXXVIII. pag. ead. *b.* De S. Gallo Abbate.

XXXIX. pag. 38. De S. Gregorio Martyre.

XL. pag. ead. *b.* De S. Geneſio Mart.

XLI. pag. ead. De S. Gavino Mart.

XLII. pag. 39. De S. Geminiano Epiſcopo.

XLIII. pag. ead. *b.* De SS. Abundio, & Abundantio.

XLIV. pag. ead. De SS. Iuſto & Clemente.

XLV. pag. 40. De S. Ioanne Gualberto. Inc. *Erat quidam vir nobilis in Thuſciae partibus, Florentinae Dioeceſis, tempore Henrici Imperatoris, nomine Gualbertus, duos habens filios, Hugonem ſcilicet, & Ioannem.* Deſ. *tradidit ſpiritum anno Dominicae Incarnationis MLXXIII. IV. Id. Iulii. Eius tamen feſtum agitur in Thuſcia VI Id Octobris. Coepit & illico multis coruſcare miraculis. Ad laudem &c.*

XLVI. pag. 43. De S. Ioanne Chryſoſtomo.

XLVII. pag. 44. De S. Ianuario Epiſcopo Beneventano.

XLVIII. pag. ead. *b.* De S. Hilario Epiſcopo.

XLIX. pag. 45. De SS. Iuliano, & Baſiliſſa.

L. pag. ead. *b.* De S. Miniate. Inc. *Decius Imperator Florentiam adveniens Chriſtianos perſequens & perquirens invenit virum, qui morabatur extra civitatem in ſilva, quae dicebatur Elisboth.* Deſ. *ſed caput in terram cadente ſuſcepit in brachiis; & fluvium Arni tranſivit, & Angelo praecedente montem adſcendit, ubi feliciter obdormivit. Ibidem poſtmodum Eccleſia miri decoris conſtructa eſt, in qua etiam ſociorum eius Martyrum corpora plurima ſunt ſepulta, ubi divina beneficia praeſtantur ad laudem &c.*

LI. pag. ead. *b.* De S. Mauro Abbate.

LII. pag. 46. De S. Muſtiuola.

LIII. pag. ead. *b.* De S. Magno Epiſcopo.

LIV. pag. 47. De SS. Mamiliano, & ſociis Mart.

LV. pag. ead *b.* De S. Martiali Confeſſore.

LVI. pag. 49. *b* De S. Luceia, & Auceia.

LVII. pag. 50. De S. Proculo.

LVIII. pag. ead. *b.* De S. Priſca Virg. & M...

LIX.

LIX. pag. ead. *b.* De S. Potito Mart.

LX. pag. 51. De SS. Pontiano, & ſociis.

LXI. pag. ead. *b.* De S. Priſco Mart.

LXII. pag. 52. De S. Remigio.

LXIII. pag. ead. *b.* De S. Reparata Virg. & Mart.

LXIV. pag. 53. De S. Romulo Epiſcopo & Mart.

LXV. pag. ead. *b.* De S. Ruſo Mart.

LXVI. pag. ead. De S. Regulo.

LXVII. pag. 54. De venerabili viro Raynerio Piſano. Inc. *Raynerius Piſanae civitatis oriundus fuit, dum citbariſta foret, & voce & lyra caneret.* Deſ. *haec & alia innumera miracula operatus eſt, & operatur Deus per ſervum ſuum Raynerium, qui Deus ſit benedictus in ſaecula &c.*

LXVIII. pag. ead. *b.* De S. Serapia Virg. & Mart.

LXIX. pag. ead. Paſſio ſeptem Fratrum Minorum. Inc. *Paſſio ſeptem Fratrum Minorum, qui paſſi ſunt A. D. MCCXXVII. VI. Idus Octobris in civitate Cepta. Igitur Frater Daniel, qui fuerat Miniſter in Calabria.* Deſ. *Deus autem, pro quo paſſi ſunt, multis eos miraculis declaravit, qui vivit &c.*

LXX. pag. 55. De SS. Savino & ſociis.

LXXI. pag. ead. *b.* De S. Salvio.

LXXII. pag. 56. De S. Secundiano.

LXXIII. pag. ead. *b.* De SS. Syro, & Iventio.

LXXIV. pag. 57. De S. Severo Epiſcopo Ravennate.

LXXV. pag. ead. *b.* De S. Severino Confeſſore.

LXXVI. pag. ead. De S. Simeone Confeſſore.

LXXVII. pag. 58. De S. Theopompo Mart.

LXXVIII. pag. ead. *b.* De S. Terentiano.

LXXIX. pag. ead. De S. Thecla Virg. & Mart.

LXXX. pag. 59. *b.* De S. Victoria.

LXXXI. pag. 60. De S. Viviana Mart.

LXXXII. pag. ead. De S. Venantio Mart.

LXXXIII. pag. 61. *b.* De SS. Victorino, & Severino Mart.

LXXXIV. pag. ead. De Sancto Victore Mart.

LXXXV. pag. 62. De S. Valentino Epiſcopo.

LXXXVI. pag. ead. *b.* De SS. Quatuor Coronatis.

LXXXVII. pag. 63. Vita S. Zenobii. Inc. *Zenobius Florentinorum nobili progenie ortus, liberalibus litteris eruditus, tanta caepit morum venuſtate fulgere.* Deſ. *ſicut ipſe, utpote fide dignus, omnibus audire volentibus, & mihi ſcriptori firmiter teſtabatur, ad laudem &c.*

LXXXVIII. pag. 64. *b.* De S. Zenone Epiſcopo.

LXXXIX. pag. 65. De S. Domnino Mart.

XC. pag. 66. Inventio corporis S. Domnini.

XCI. pag. 67. De S. Apollonia Virg. & Mart.

XCII. pag. ead. *b.* De S. Emundo Confeſſore.

XCIII. pag. 68. *b.* De S. Proſpero Confeſſore.

XCIV. pag. 69. De S. Torpete Martyre.

XCV. pag. ead. De S. Sigiſmundo Mart.

XCVI. pag. ead. *b.* De S. Felicitate.

XCVII. pag. 71. Glorioſiſſimae Marthae Chriſti hoſpitae Vita Libris II. a Beata Marcila eius famula, & filiola in baptiſmo, in Hebraeo prius edita, & poſtea in Latinum ſermonem per Sintiecn de Hebraeo translata. Inc *Sanctae Eccleſiae typum Beata Martha Chriſti diſcipula.* Deſ. *& ope ſuae interceſſionis faciat nos conſortes eſſe ſuae beatitudinis, praeſtante D. N. I. C. Filio ſuo, qui &c.*

XCVIII. pag. 94. Vita, & Acta Beatae Margaritae (r). Inc. *Poſt paſſionem & reſurrectionem Domini noſtri I. C. & glorioſam adſcenſionem eius in caelum.* Deſ. *& memoriam Beatiſſimae Virginis & Martyris devota mente facite, ut in ſuis ipſa nos precibus memoretur ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui eſt honor &c.*

XCIX. p. 104. Sequuntur Evangelia Ioannis: *In principio erat Verbum &c.* Matthaei: *Quum natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudae &c.* Eiuſdem: *Quum deſcendiſſet Ieſus de monte ſecutae ſunt eum turbae multae, & ecce leproſus veniens &c.*

C. pag. 106. Acta Beati Ioannis Evangeliſtae, qui de Epheſo venit Romam, & qualiter paſſus eſt. Inc. *Auditis querimoniis, viſis litteris, & perlectis, quae mittebantur de Epheſo contra Sanctum Ioannem evocat poſt haec Domitianus Imperator veredarios, eiſque praecepit, dicens: cum omni feſtinatione ſuccurrite Aſiae &c.* Deſ. *diligentem diligit.*

CI. pag. 134. Cantica Canticorum. Inc. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Deſ. *ſuper montes aromatum.*

CII. pag. 139. S. Bonaventurae Legenda de Stigmatibus Beati Franciſci (ex Cap. XIII.) & de miraculis eius. Inc. *Fidelis revera famulus & miniſter Chriſti Franciſcus, biennio ante quam ſpiritum redderet caelo.* Vltimum miraculum *De quodam milite non credente,* deſ. *facta igitur confeſſione, iniuncta ſibi pro peccatis praemia devotus ſuſcepit, & fideliter Chriſto adhaerens mirabilia eius conſtantiſſime praedicavit.*

CIII. pag. 146. Sequuntur Legendae in Septuageſima, & Quinquageſima.

CIV. pag. 147. *b.* Index rerum praedicabilium.

CV. pag. 151. Epiſtolae, & Evangelia, quae leguntur in Miſſa a Dominica I. de Adventu Domini uſque ad Dominicam XXIV. poſt Pentecoſtem, & in feſtis quibuſdam.

CVI. pag. 212. Anonymi Sermo in feſto

(r) Edidit haec peſſimae notae Acta Mombritius Tom. II. pag. 103. Vid. Acta SS. Tom. V. Iulii ad diem xx. pag. 31. col. 2.

Beati Dominici. Inc. *Benedixit ei Dominus, & locupletatus eſt homo &c. Gen. XXVI. Verba propoſita dicuntur de Iſaac, & congrue ſumpta ſunt ad commendationem Beati Dominici fundatoris Ordinis Fratrum Praedicatorum*. Deſ. *& non deſpexiſti in omni tempore. Ad illam beatam magnitudinem perducat nos Deus, qui vivit &c.*

CVII. pag. 214. Anonymi Sermo in Sancto Luca Evangeliſta. Inc. *Plenus ſapientia, & perfectus &c. Ezech. XXVIII. Verba propoſita, quaſi congaudendo poſſunt dici*. Deſinit imperfecte in verbis: *& ivit cum eis Antiochiam ad Beatum Petrum Apoſtolum, a quo audierunt ſapientiam . . . . .*

In ſummo margine pag. 204. legitur: *Fratris Guidonis de Leonardis Ordinis Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. & XIV. varia manu, cum titulis & initialibus coloratis, num. 773. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 217.

PLVTEVS XXXVI. SIN. CONTINENS LAT. CODD. MSS. II.

CODEX IV.

FRATRIS THEODORICI DE APPOLDIA DE VITA S. DOMINICI.

Liber ſine nomine Auctoris de vita & obitu, & miraculis Sancti Dominici Confeſſoris de Ordine Praedicatorum, & quomodo inſtituit Ordinem, cum duobus Prologis, quorum primus inc. *Multifarie, multiſque modis olim Deus electos ad aeternum invitans convivium &c.* Poſt Capitum tabulam Libri I. Caput I. inc. *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Dominicus humilis ſervus Ieſu Chriſti ſegregatus in Evangelium Dei, ſobrie, pie, & iuſte converſatus in hoc ſaeculo.* Lib. VIII. deſ. *& Diabolus ibidem ſtatim evanuit, & dimiſit Eccleſiam foetidam odore ſulphuris, & placatus eſt ſacriſta ſuper indignatione contra ſacerdotes. Explicit Libellus de vita & obitu, & miraculis Beati Dominici. Laus Deo. Amen.*

Explicit iſte Liber; ſcriptor ſit crimine liber. Auctor eſt, licet nomen reticeatur in hoc Codice, F. Theodoricus de Appoldia, vel, quod idem eſt, de Thuringia, ſuppar Ordinis Praedicatorum Scriptor, qui hanc D. Dominici Vitam ex variis antiquioribus monumentis colligere caepit A. MCCLXXXV. & demum A. MCCXCII. ad finem perduxit. Eam in Codice membranaceo ſcriptam habuit, & memorat Henſchenius in Actis SS. Tom. I. Martii pag. 656. Edidit quoque, ſed ſtylo ſuo ubique interpolatam Surius die V. Auguſti, & nonniſi fragmenta quaedam Libri VII. & VIII. adfert. Integram vero ex Codice Francoſurdenſi & Vltraiectino in lucem extulit Guilielmus Cuperus in Actis SS. Tomo I. Auguſti pag. 562. cuius adde quoque Commentarium praevium pag. 361. 370. 371. Fidem eius variis argumentis in dubium vocat Phileleutherus Helvetius de miraculis, quae Dominico, & aliis adſcribuntur Duaci MDCLXXXIV. 8. pag. 345. ſeqq.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber de vita & obitu Beati Dominici, & de ſociis eius, & miraculis, & de Ordinis Praedicatorum principio, & progreſſu, & augmento eſt ad uſum Fratris Thedaldi, quem accommodavit Magiſtro Bartolomaeo de Piſis MCCCXCVI. Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. binis columnis, duplici manu, cum titulis & initialibus coloratis, num. 779. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 87.

IAC. VORAGINIS LEGENDAE SANCTORVM &c.

I. pag. 1. VOraginis Legendae Sanctorum, cum Prologo, ut in Cod. VI. Plutei XXX. ſin. ſupra pag. 561. *Cod. VI.*

II. pag. 268. Legenda de vita, tranſitu, & miraculis Beati Franciſci, auctore S. Bonaventura, ut in Cod. V. Plutei XXXI. ſin. ſupra pag. 265. Heic tamen mutila eſt, & deſinit in Capite *De a naufragiis liberatis*, & in verbis: *Frater Iacobus Reatinus quum in navicula parva fluviam quemdam cum aliis Fratribus pertranſiret . . . . . .*

III. pag. 283. Sequitur alia manu Vita S. Alexandri Epiſcopi Feſulani. Inc. *Beatus Alexander de Civitate Feſulana ex nobili genere oriundus fuit &c.*

IV. pag. 28.. Explicationes quarumdam vocum Eccleſiaſticarum, ut *Chriſtiani, Monachi &c.*

V. pag. 299. Origloalia ſecundum diverſas materias. Inc. *Bernardus. Conſcientia bona, titulus eſt Religionis &c.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, duplici manu, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 780. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 301.

FINIS PLVTEI XXXVI. ET VLTIMI PARTIS SINISTRAE.

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE SANCTAE CRVCIS

PARS DEXTERA

PLVTEVS I. CONTINENS LATINOS CODD. MSS. X

CODEX I.

VETERIS TESTAMENTI PARS I.

POſt Hieronymi Presbyteri Prologum ſuper Bibliothecam, qui inc. *Frater Ambroſius mihi tua munuſcula perferens*. Def. *qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum*; & aliam Praefationem ſuper Pentateuchum, quae inc. *Deſiderii mei deſideratas accepi epiſtolas &c.* habetur.

I. pag. 1. Liber Geneſis, cuius Capita ſunt L.

II. pag. 40. Liber Exodi. Cap. XL.

III. pag. 67. *b.* Liber Levitici. Cap. XXVII.

IV. pag. 86. *b.* Liber Numerorum. Cap. XXXVI.

V. pag. 113. *b.* Liber Deuteronomii. Cap. XXXIII.

VI. pag. 137. Liber Ioſue, cum Prologo S. Hieronymi Presbyteri, qui inc. *Tandem finito Pentateucho Moyſi &c.* & argumento, cuius initium: *Ieſus filius Nave &c.* Capita Libri ſunt XXIV.

VII. pag. 154. Liber Iudicum. Cap. XXI.

VIII. pag. 171. Liber Ruth. Cap. IV.

In primo folio legitur: *Prima pars Bibliae &c.*

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XIII. grandiori littera exaratus, cum initialibus diverſimode figuratis, inter quas notanda eſt pictura, quae occurrit in principio Geneſis, ubi prae reliquis Chriſtus Cruci adfixus inſpicitur, cum quatuor clavis, ex quibus ſanguis in terram manat, num. 1. antiquitus deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 173.

VETERIS TESTAMENTI PARS II.

Cod. II. I. pag. 1. PRoverbia, ſeu Parabolae Salomonis diviſae in Capita XXXI. cum tribus Prologis, quorum primus ſuper tres Libros Salomonis, inſcriptus: *Chromatio & Heliodoro Epiſcopis Hieronymus*, inc. *Iungat epiſtola &c.* Alter inc. *Tribus nominibus vocatum Salomonem fuiſſe Scripturae manifeſtiſſime docent &c.* Tertius inc. *Tres Libros Salomonis, ideſt Proverbia, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum veteri LXX. Interpretum auctoritate reddidi &c.*

II. pag. 16. *b.* Eccleſiaſtes, cum Prologo, qui inc. *Memini me ante hoc ferme quinquennium, quum adhuc Romae eſſem, & Eccleſiaſtem Sanctae Bleſillae legerem &c.* Sunt Capita XII.

III. pag. 21. *b.* Cantica Canticorum Capitibus VIII. diſtributa. Adnotantur rubrica in contextu Perſonae, quae interloquuntur, ſic: *Vox Eccleſiae ad Chriſtum. Adoleſcentibus ſponſa narrat de ſponſo. Sponſa narrat adoleſcentibus David, adoleſcentulis ſponſa clamat nomen ſponſi. Vox ſynagogae &c.*

IV. pag. 24. *b.* Liber Sapientiae, cum brevi Prologo, qui inc. *Liber Sapientiae apud Hebraeos nuſquam eſt &c.* Sunt Capita XIX.

V. pag. 35. Liber Eccleſiaſtici, cum Prologo, qui inc. *Multorum nobis & magnorum per Legem & Prophetas &c.* Sunt Capita LI.

VI. pag. 64. Quatuor Prophetae Maiores, & primo Iſaias, cum Prologo S. Hieronymi, qui inc. *Nemo, quum Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos &c.* & argumento, cuius initium: *Iſaias in Ieruſalem nobili genere ortus eſt &c.* Sunt Capita LXVI.

VII. pag. 97. *b.* Hieremias cum duobus Prologis, & argumento. Primus Prologus inc. *Hieremias Propheta, cui hic Prologus ſcribitur ſermone quidem apud Hebraeos &c.* Alius inc. *Ioachim filius Ioſiae, cuius tertiodecimo anno prophetare orſus Hieremias eſt &c.* Argumentum inc. *Hieremias Anathotites, qui eſt viculus, tribus a Hieroſolymis diſtans millibus &c.* Sunt Capita LII.

VIII. pag. 136. Eiuſdem Lamentationes in Capita V. diviſae, praevio monito: *Et factum eſt poſtquam in captivitatem redactus eſt Iſraël, & Ieruſalem deſtructa eſt, ſedit Hieremias flens, & planxit lamentationem hanc in Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & eiulans dixit &c.*

IX. pag. 139. *b.* Liber Baruch, cum brevi Prologo Hieronymi, qui inc. *Liber iſte, qui Baruch nomine praenotatur*. Sunt Capita VI.

X. p.

X. pag. 145. Ezechiel cum Prologo, qui inc. *Ezechiel Propheta, cum Ioachim Rege Iuda captivus ductus eſt in Babylonem*. Sunt Capita XLVIII.

XI. pag. 181. Daniel cum Pcologo, qui inc. *Danielem Prophetam iuxta LXX. Interpretes Domini Salvatoris Eccleſiae non legunt, utentes Theodotionis editione &c.* Sunt Capita XIV.

XIJ. pag. 196. XII. Prophetae Minores, & primo quidem Oſee. Praecedunt Prologi duo. quorum primus inc. *Non idem ordo eſt duodecim Prophetarum apud Hebraeos, qui eſt apud nos*. Alter inc. *Regulae ſunt hae, ſub quibus ſignificationibus nominum &c.* Argumentum in Oſee inc. *Oſee crebro nominat Ephraim &c.* Sunt Capita XIV

XIII. pag. 201. *b.* Ioel cum duobus Prologis. Capita ſunt III.

XIV. pag. 204. Amos, cum Prologo, & Argumento. Sunt Capita IX.

XV. pag. 208. Abdias, cum Prologo, & Argumento. Eſt Cap. I.

XVI. pag. 209. Ionas, cum Prologo, & Argumento. Capita IV.

XVII. pag. 210. *b.* Michaeas, cum Pcologo & Argumento. Capita VII.

XVIII. pag. 214. Naum, cum Prologo, & Argumento. Capita III.

XIX. pag. 216. Abacuch, cum Prologo, & Argumento. Capita III.

XX. pag. 218. Sophonias, cum Prologo, & Argumento. Capita III.

XXI. pag. 220. Aggaeus, cum Prologo, & Argumento. Capita II.

XXII. pag. 221. *b.* Zacharias, cum Prologo, & Argumento. Capita XIV.

XXIII. pag. 228. Malachias, cum Pcologo, & Argumento. Capita III.

XXIV. pag. 230. Machabaeorum Libri II. cum duobus Prologis. Primus inc. *Machabaeorum Libri duo praenotant praelia inter Hebraeorum duces, gentemque Perſarum &c.* Alter inc. *Machabaeorum Libri, licet non habeantur in Canone &c.* Pcimus habet Capita XV. totidemque ſecundos.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, ab eadem mano ac ſuperioc, diligentiſſime, grandiori littera exaratus, cum initialibus diverſimode coloratis & figuratis, & cum titulis rubricatis, num. 2. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 267.

NOVVM TESTAMENTVM.

Cod. III. I. pag. 1. EVangelium Matthaei, cum tribus Prologis; primus ſub nomine B. Hieronymi Presbyteri, generalis ſuper quatuor Evangelia, inſcribitur *Beatiſſimo Papae Damaſo*. & inc. *Novum opus me facere cogis &c.* Alius inc. *Plures fuiſſe, qui Evangelia ſcripſerunt &c.* Tectius peculiaris in Matthaeum, inc. *Matthaeus ex Iudaea, ſicut in ordine primus ponitur*. Sunt Capita XXVIII. (a)

II. pag. 23. Evangelium ſecundum Marcum, praevio Prologo, qui inc. *Marcus Evangeliſta electus Dei, & Petri in baptiſmate filius &c.* Sunt Capita XVI.

III. pag. 35. *b.* Evangelium ſecundum Lucam, cum duobus Prologis. Primus inc. *Lucas Syrus, natione Antiochenus, arte medicus &c.* Alter inc. *Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare &c.* Sunt Capita XXIV.

IV. pag. 57. Evangelium ſecundum Ioannem, cum Prologo, qui inc. *Hic eſt Ioannes Evangeliſta, unus ex diſcipulis Domini &c.* Sunt Capita XXI.

V. pag. 75. Epiſtolae Paullinae XIV. & primo quidem Epiſtola ad Romanos. Praecedit Prologus prior generalis in omnes, qui inc. *Primum quaeritur, quare prius Evangelia, quae ſupplementum legis ſunt &c.* Tum Prologus particularis in Epiſtolam ad Romanos, qui inc. *Romani ſunt, qui ex Iudaeis Gentilibuſque crediderunt*. Epiſtolae vero Capita ſunt XVI.

VI. pag. 83. *b.* Epiſtola I. ad Corinthios, cum Prologo, qui inc. *Epiſtola I. ad Corinthios multas cauſſas, diverſaſque complectitur*. Prulogum ſequitur Argumentum, quod inc. *Corinthii ſunt Achaici &c.* Sunt Capita XVI.

VII. pag. 91. Epiſtola II. ad Corinthios, cum Prologo. qui inc. *In ſecunda ad Corinthios epiſtola &c.* Sunt Capita XIII.

VIII. pag. 97. Epiſtola ad Galatas, cum Argumento, quod inc. *Galatae ſunt Graeci &c.* Sunt Capita VI.

IX pag. 99. Epiſtola ad Epheſios, cum Argumento, quod inc. *Epheſii ſunt Aſiani*. Capita ſunt VI.

X. pag. 102. *b.* Epiſtola ad Philippenſes, com Argumento, quod inc. *Philippenſes ſunt Macedones &c.* Capita ſunt IV.

XI. pag. 104. *b.* Epiſtola ad Coloſſenſes, cum Argumento, quod inc. *Coloſſenſes, & hi, ſicut Laodicenſes, ſunt Aſiani &c.* Capita IV.

XII. pag. 106. *b.* Epiſtola I. ad Theſſalonicenſes. cum Argumento, quod inc. *Theſſalonicenſes ſunt Macedones &c.* Capita V.

XIII. pag. 108. Epiſtola II. ad Theſſalonicenſes, cum Argumento, quod inc. *Ad Theſſalonicenſes ſecundam epiſtolam ſcribit Apoſtolus &c.* Capita III.

XIV. pag. 109. Epiſtola I. ad Timotheum, cum Argumento, quod inc. *Timotheum instruit & docet &c.* Capita VI.

XV. pag. 112. *b.* Epiſtola II. ad Timotheum, cum Argumento, quod inc. *Item Timotheo ſcribit de exhortatione martyrii &c.* Capita IV.

XVI. pag. 114. Epiſtola ad Titum, cum Prologo, qui inc. *Titum commonefacit & inſtruit &c.* Capita III.

XVII.

(a) Pleroſque novi Foederis Codices ex hac Sanctae Crucis Bibliotheca confuſe & ieiune admodum memorat Ioannes Lamius in Opere ſuo de Eruditione Apoſtolorum Part. II. pag. 804. ſeqq. editionis Florent. apud Petrum Caiet. Viviani MDCCLXVI. in 4.

XVII. pag. 115. Epiſtola ad Philemonem, cum Argumento, quod inc. *Philemoni familiares litteras facit &c.* Caput I.

XVIII. pag. ead. *b.* Epiſtola ad Hebraeos, cum Prologo, qui inc. *In primis dicendum eſt &c.* Sunt Capita XIII.

XIX. pag. 122. Liber Actuum Apoſtolorum, cum duobus Prologis. Primus inc. *Canit Pſalmiſta &c.* Alter inc. *Lucas Antiochenſis &c.* Sunt Capita XXVIII.

XX. pag. 144. Epiſtolae Canonicae VII. quarum prima Iacobi. Praecedunt Prologi, ſeu argumenta tria. Primum generale in omnes, inc. *Iacobus, Petrus, Ioannes, & Iudas ſeptem Epiſtolas ediderunt.* Alterum peculiare in Epiſtolam Iacobi, inc. *Iacobus Apoſtolus ſanctum inſtruit clerum &c.* Tertium item in Epiſtolas Canonicas, inc. *Non ita ordo eſt apud Graecos, qui integre ſapiunt &c.* Epiſtolae vero Capita ſunt V.

XXI. pag. 146. *b.* Epiſtola Petri I. cum Argumento, quod inc. *Simon Petrus, filius Ioannis &c.* Sunt Capita V.

XXII. pag. 148. *b.* Epiſtola Petri II. Sunt Capita III.

XXIII. pag. 150. Epiſtola Ioannis I. cum Argumento, quod inc. *Rationem Verbi &c.* Capita V.

XXIV. pag. 152. Epiſtola Ioannis II. cum Argumento, quod inc. *Uſque adeo ad ſanctam feminam ſcribis &c.* Caput I.

XXV. pag. ead. *b.* Epiſtola Ioannis III. cum Prologo, qui inc. *Gaium pietatis cauſſa extollis &c.* Caput I.

XXVI. pag. 153. Epiſtola Iudae, cum Argumento, quod inc. *Iudas Apoſtolus, frater Iacobi &c.* Capita II.

XXVII. pag. 154. Apocalypſis cum Prologo, qui inc. *Ioannes Apoſtolus & Evangeliſta a Domino noſtro I. C. electus &c.* Prologo adiicitur Argumentum, quod inc. *Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta quot verba &c.* Sunt Capita XXII.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, ab eadem manu ac duo ſuperiores exaratus, cum variantibus aliquot in margine, figuris in litteris initialibus haud ineleganti pennicillo depictis, & cum titulis rubricatis, num. 3. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 163.

CONCORDANTIAE SACRORVM BIBLIORVM ORDINE ALPHABETICO.

Cod. IV. CONcordantiae Sacrorum Bibliorum ordine alphabetico. Praecurrit brevis Prologus diſtributionem Operis continens, qui inc. *Cuilibet volenti requirere Concordantias in hoc Libro unum eſt primitus attendendum, videlicet, quod quum in primis Concordantiis, quae dicuntur Concordantiae Sancti Iacobi quodlibet Capitulum in ſeptem particulas diſtinguitur &c.* Concordantiae inc. *Iher. I. a. A, a, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui.* Deſ. *Zelpha Gen. XXX. b. ſentiens Lya, quod parere deſiiſſet, Zelpham ancillam marito tradidit.* Tum rubrica: *Finitur quarta pars Concordantiae*; inde verſiculi:

> *Eſſe puto flores Fratres ego credo Minores;*
> *Fratres chordarum, ſolacia ſunt animarum.*

Ac tandem alia recentiori manu ſequentes:

> *Hi ſunt maiores, quos dicimus eſſe Minores;*
> *Inter Doctores non ſunt viſi meliores.*

Cod. membr. Ms. in fol. maiori Saec XIII. ternis columnis exaratus, cum initialibus coloratis, num. 4. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 411.

GENESIS CVM EXPOSITIONE VARIORVM COLLECTA A PETRO LOMBARDO.

GEneſis cum expoſitione variorum Patrum collecta a Magiſtro Sententiarum, (ſcilicet Petro Lombardo). Praecurrunt Prologi varii, partim anepigraphi, partim Iſidori, Auguſtini, Hieronymi, & Gregorii nomen praeſerentes. Primus inc. *Quum omnes divinos Libros legimus in tanta multitudine &c.* Expoſitio ad verba: *In principio creavit &c.* inc. *Creationem mundi inſinuans Scriptura, primo verbo aeternitatem, & Dei omnipotentiam oſtendit: quem enim in principio temporum mundum creaſſe, eumdem ante tempora aeternaliter ſignificat exſtitiſſe.* Expoſitio ad ultima verba: *mortuus eſt, expletis centum decem vitae ſuae annis, & conditus aromatibus repoſitus eſt in loculo in Aegypto*, ita ſe habet: *S. Mor. conditus eſt aromatibus, felix anima, quae aromatibus virtutum condita in loculo corporis degens, quotidie proficiendo perenni vitae reſervatur, ſiquidem in Spe, Fide, & Charitate cuſtodita fuerit, per gratiam Chriſti pervenire merebitur ad ſpeciem divinae contemplationis, cuius adeptio perfecta eſt laetitia, unde adimplebis me laetitia cum vultu tuo.* Hinc Expoſitionem, ſeu Catenam SS. PP. in Libros Veteris, & Novi Foederis a Magiſtro Sententiarum collectam, quam exhibent tam Codices huius primi Plutei (1) quam ſequentis Plutei III. non recenſet Fabricius Bibl. Med. Tom. V. pag. 262. ſed quum in epigraphe, quam diverſa quidem, ſed antiqua manus ſingulis Codicibus in principio adſcripſit, ipſi Magiſtro Sententiarum conſtanter tribuatur, nos quoque ſub ipſius nomine enunciandam ubique duximus. Hanc autem Expoſitionem adferri animadvertimus in edit. Sacror. Biblior. cum gloſſis,

Cod. V.

(1) Scilicet V. VI. VII. VIII. IX. & X. qui omnes unam eamdemque ſcriptoris manum praeſeferunt, quemadmodum & omnes illi Plutei III. excepto Codice III. & IX.

ſis, interlineari, & ordinaria, Nicolai Lyrani Poſtilla, ac Moralitatibus, Burgenſis additionibus &c. Venet. MDLXXXVIII. Tom. VI. in fol.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Sanctae Crucis de Florentia Ordinis Minorum, in quo eſt Geneſis cum gloſ. Magiſtri Sententiarum.*

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis, & initialibus coloratis, & textu grandiori littera exarato, in cuius prima littera duae figurae non ineleganter delineatae occurrunt, Librum ſingulae praeferentes, quarum una forte huius Catenae collectorem repraeſentat, num. 5. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 191.

EXODVS, ET LEVITICVS CVM GLOSSA PETRI LOMBARDI.

Cod. VI. I. pag. 1. EXodus, cum gloſſa Magiſtri Sententiarum. Praefatio Rabani inc. *In Pentateucho excellit Exodus, in quo pene omnia ſacramenta, quibus Eccleſia inſtruitur figuraliter exprimuntur.* Gloſſa prima inc. *Helleſmoth Hebr. videlicet Exodus Graece. Exitus, vel Egreſſus Latine, Odos enim, via, hinc Odoporium, ideſt Itinerarium.* Vltima gloſſa, quae Auguſtini nomen praefert, deſ. *etiam ſuper tabernaculum manebant, ubi caſtra poſuiſſent, nubes per diem, & flamma per noctem.*

II. pag. 189. Leviticus item cum gloſſis. Praecedunt varia Prolegomena; tum Gloſſa in prima Libri verba: *Vocavit autem Moyſen &c.* inc. *Quod non diligat Deus Iudaeorum ſacrificia, Iſaias demonſtret dicens: quo mihi multitudo victimarum veſtrarum &c.* Vltima eſt: *Diſcipuli noſtri quando ſunt perfecti, nihil noſtri egent magiſterii. Ideo ait immundorum primogenita eſſe redimenda, mundorum vero nequaquam; ſed nec Domino conſecrata, nec ea quae noviſſime ſunt dicta; perfecta enim demonſtrata ſunt, quia intentionem divinam caeleſtemque gerunt.*

In primo folio legitur: *Exodus & Leviticus, cum gloſſa Magiſtri Sententiarum.*

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XIII. cum textu grandiori littera exarato, initialibus coloratis, & figuris aliquot in principio Exodi, & Levitici eleganter pictis, num. 6. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 316.

NVMERI, ET DEVTERON. CVM GLOSSA PETRI LOMBARDI.

Cod. VII. I. pag. 1. NVmeri cum gloſſa Magiſtri Sententiarum, & cum variis Prologis, quorum primus inc. *Liber iſte, & ordine hiſtoriae, & myſterio, quarto loco ponitur in lege &c.* Gloſſa prima inc. *Prima manſio eſt Rameſſe Vrbs in extremis Aegypti finibus, in qua populus congregatus exiit in deſertum Aegypti, altera die poſt Paſcha, in conſpectu Aegyptiorum.* Vltima deſ. *ita quod primus menſis vocetur utriuſque anni ille, cuius plenilunium poſt aequinoctium vernale prius occurrit, & ſic creditur fuiſſe in anno egreſſionis Iſraël de Aegypto.* Adiicitur in fine argumentum totius Libri, quod inc. *Liber iſte Vagedaber Hebraice, ſed Latine Liber Numeri dicitur, qui inter Libros quinque Legis quartum obtinet locum.* Deſ. *quae loquutus eſt Moyſes. More Scripturae ſic de ſe, ut de alio loquitur, ſicut & Ioannes dicit diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.*

II. pag. 175. Deuteronomium, item cum gloſſa. Praeit Prologus, qui inc. *Faſciculus myrrhae dilectus mihi. Myrrha arbor aromatica, quinque cubitis tantum in altum excreſcit.* Deſ. *& poſt benedictiones tribuum, ultimo de morte Moyſi.* Gloſſa prima inc. *Haec ſunt verba &c. Praemittit legislator titulum, quaſi Prologum, in quo oſtendit nomen auctoris, & quid fecerit, & ubi, & quando, ſicut paullo poſt in gloſſa dicetur.* Vltima deſ. *non debemus exire de templo, ideſt propoſito Chriſtiano, ut incredulitati gentium miſceamur, ſed intrinſecus eſſe, ideſt voluntati Domini miniſtrare.* In prima pagina legitur: *Numeri, & Deuteronomium cum Gloſ. Magiſtri Sententiarum.*

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XIII. cum picturis auratis, & coloratis in principio Librorum, & initialibus pictis, num. 7. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 278.

LIBRI IVDICVM, IOSVE, ET RVTH CVM GLOSSA PETRI LOMB.

I. pag. 1. IVdicum Liber cum gloſſa Magiſtri Sententiarum, & duobus Prologis. Primus Auguſtini inc. *In fine Libri Ieſu Nave breviter narrator porrexit hiſtoriam, quouſque filii Iſraël ad colendos Deos alienos declinaverunt &c.* Alter Iſidori inc. *Hiſtoria Libri Iudicum non parva myſteriorum indicat ſacramenta &c.* Gloſſa prima inc. *Aug. Iudas adſcendet &c. Quaeritur, utrum aliquis homo Iudas, an ipſam tribum de more ſic appellavit.* Vltima deſ. *ſed circa ſe erigendo bonis, omnibus vero ſit ſubmiſſa.* Sunt Capita XXI. Cod. VIII.

II. pag. 66. Ioſue item cum gloſſa. Praecedunt Prologi varii. Primus inc. *Tandem finito Pentateucho Moyſi, velut grandi faenore liberati, ad Ieſum filium Nave manum mittimus &c.* Gloſſa prima inc. *Adamantius. Moyſes famulus meus defunctus eſt &c. Adverte quomodo regnat Ieſus. Si conſideres Ieruſalem ſubverſam, altare deſtitutum, nuſquam eſſe ſacrificia.* Vltima deſ. *de illis autem, qui non militia, ſed timore eumdem ſervaverant ait: in prima mea defenſione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt, quod non illis imputabitur.* Capita XXIV.

III. p.

III. pag. 147. Ruth item cum gloſſis. Prima inc. *Propter paucitatem ſpiritualium, id eſt Doctorum, quibus iudicandi datur auctoritas, facta eſt fames Verbi Dei, quando lex etiam per Iudaicas traditiones corrupta eſt*. Vltima deſ. *patet ergo omnium Prophetarum, & Patriarcharum oraculum pertinere ad diſpenſationem Domini noſtri Ieſu Chriſti*.

In primo folio legitur: *Libri Iudicum & Ioſue cum gloſ. Magiſtri Sententiarum*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum initialibus coloratis, & picturis in principio ſingulorum Librorum auro inlitis, num. 8. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 156.

IV. LIBRI REGVM CVM GLOSSA PETRI LOMBARDI.

Cod. IX. QVatuor Libri Regum, cum gloſſa Magiſtri Sententiarum. Praecedunt varii Prologi, quorum primus inc. *Viginti & duas litteras eſſe apud Hebraeos Syrorum quoque lingua & Chaldaeorum teſtatur &c.* Gloſſa prima inc. *Or Ramatha, ſive Arimathia, quod in aliis Codicibus habetur, altitudo eorum interpretatur; Sophim, ſpecula, vel ſeopulus; Ef fraim, fructificatio &c.* Vltima deſ. *valeamus iuvante Spiritu, qui ſeptiformis dicitur, caeleſtem urbem ingredi, & vultum conditoris noſtri per ſaecula contemplari*.

In primo folio legitur: *Quatuor Libri Regum, cum gloſſa Magiſtri Sententiarum*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum initialibus coloratis, & duabus in principio picturis, num. 9. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 291.

PARALIPOMENA CVM GLOSSIS PETRI LOMBARDI.

PAralipomenon Libri II. cum gloſſis Magiſtri Sententiarum, & Prologis duobus. Cod. X. Primus inc. *Si ſeptuaginta Interpretum pura, & ut ab eis in Graecum verſa eſt editio permaneret &c.* Alter inc. *Euſebius Hieronymus Domnioni, & Rogationi ſuis in Ieſu Chriſto ſalutem. Quo Graecorum hiſtorias &c.* Gloſſa prima inc. *Decimus ab Adam Noë, & in Geneſi, & in Paralipomenis demonſtratur, & aperte decimus, quia perfectus*. Gloſſa ultima deſ. *eſt gloria temporalis, de qua ne timueris, quum dives factus fuerit homo, & quum m. f. g. d. e. Eſt & alia gloria ſempiterna. Sit gloria Domini in Ieruſalem, cui & humana creatura, & Angelica famulantur. Amen*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum titulis, & initialibus coloratis, & tribus primis figuratis, & auro inlitis, quod etiam in principio Libri II. videre eſt. Conſtat foliis ſcriptis 151.

PLVTEVS III. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XI.

CODEX I.

ESDRAS, TOBIAS, IVDITH, ESTHER, CVM GLOSSA PETRI LOMBARDI.

I. pag. 1. ESdras cum Gloſſa Magiſtri Sententiarum. Inc. *Darius perfectas litteras auctoritate ſua confirmat, compeſcens omnes Iudaeorum adverſarios, & templum in loco ſuo aedificari iubet*. Deſ. *inter cetera populus ligna offers ad ignem altaris nutriendum, quum opera virtutum divina conſecratione digna operantur. Ardent ligna & conſumuntur in altari holocauſtorum, quum in cordibus electorum opera iuſtitiae flamma charitatis perficiuntur*.

II. pag 60. Tobias item cum gloſſa, quae inc. *Potius & verius dixiſſet inter hagiographa, quaſi ſanctorum ſcripta, & large accipit*. Deſ. *Angelis de ſocietate hominum congratulantibus, & ſingulos per diverſas manſiones pro meritorum diverſitate collocantibus*. Tum ſubditur: *Explicit Liber Tobiae, habens verſus num. DCCCC*.

III. pag 82. Iudith cum Praefatione, quae inc. *Apud Hebraeos Liber Iudith inter hagiographa legitur &c.* Gloſſa in ipſam inc. *Rab. Quaeritur, quo tempore, quibuſve Regibus hiſtoria Iudith fuerit, ob hoc praecipue, quia Reges, qui ibi erant vocati &c.* Gloſſa prima ad textum inc. *Ighagthanis, quae mediae provinciae metropolis eſt. quam Deiocus Rex Medorum condidit*. Gloſſa ultima deſ. *in dolore & gemitu affliguntur, non ex deſperatione, ſed futurae vitae recordatione, iuxta illud: flevimus, dum recordaremur tui Sion. Explicit Iudith, habens num. verſus M. & C.*

IV. pag. 108. Eſther cum Prologo ſub nomine S. Hieronymi, qui inc. *Librum Eſther variis translationibus conſtat eſſe vitiatum*. Gloſſa in ipſum inc. *Rab. Liber iſte Eſther, quem Hebraei inter hagiographa numerant, Chriſti, & Eccleſiae continet ſacramenta &c.* Gloſſa in Textum inc. *Suſa Metropolis eſt Perſidae. quam aiunt hiſtorici Memnonis fratrem condidiſſe*. Deſ. *hiſtorialiter enim, non omnem terram tributariam fecit, quia nec habuit*.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XIII. cum titulis & initialibus rubrieatis, & picturis in principio Librorum, num. 11. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 125.

IOB CVM GLOSSIS PETRI LOMBARDI.

Cod. II. LIber Iob, cum gloſſis Magiſtri Sententiarum. Praecurrunt varii Prologi, quorum primus inc. *Cogor per ſingulos ſcripturae divinae Libros adverſariorum reſpondere maledictis &c.* Gloſſa prima inc. *Prius perſona accepta deſcribitur, quam pugna eius dicatur, ut talis poſſe vincere videatur.* Vltima deſ. *Greg. hoc mihi operaepretium credo, quod fraternis auribus hoc quod in me latenter reprehendo, incunctanter aperio.*

Codex membr. Ms. in fol Saec. XIII. cum duabus picturis in principio. & cum initialibus coloratis, num. 12. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 153.

PSALTERIVM CVM GLOSS. PETRI LOMBARDI.

Cod. III. PSalterium gloſſatum ſecundum Magiſtrum Sententiarum. Prolegomena inc. *Quum omnes Prophetas Spiritus Sancti revelatione conſtet eſſe loquutos &c.* Gloſſa inc. *Beatus, cui omnia optata ſuccedunt. Vir. ſcilicet circa proſpera & adverſa firmus: qui non abiit, a Deo in regionem diſſimilitudinis, ideſt cogitatione non peccavit, quamvis eſſet poſitus in conſilio impiorum.* Deſ. *poenitentiae igitur vox eſt: miſerere mei Deus. Iuſtitiae vox eſt: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Vitae aeternae vox eſt: Omnis ſpiritus laudet Dominum.* Tum diſtichon:

Ara crucis, tumulique calix, lapidiſque patena,
Syndonis officium candida byſſus habet.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt Conventus Fratrum Minorum de Florentia, & conſtitit octo libras Piſanas a Domino Petro Iudice Legum F. Domini Beringhieri Cypriani de Mercato Veteri, & promiſit reſpondere de evictione.*

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum verſiculis Pſalmorum grandiori littera exaratis, & primi Pſalmi initiali littera aurata & colorata, num. 13. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 207.

QVINQVE LIBRI SAPIENTIALES CVM GLOSSIS PETRI LOMB.

I. pag. 1. PArabolae Salomonis praevio Prologo Hieronymi, qui inc. *Iungat epiſtola, quos iungit ſacerdotium &c.* Gloſſa prima inc. *Parabolae Graece, Latine ſimilitudines, quod vocabulum ideo Salomon huic Operi impoſuit, ut non iuxta litteram intelligamus quae dicit.* Vltima deſ. *ſed opera, quae ipſa fecit examinante, & probante, ac remunerante Deo, cui eſt honor & gloria. Amen.* Cod. IV.

II. pag. 71. *b.* Eccleſiaſtes, cum Prologo, qui inc. *Memini me hoc ferme quinquennio, quum adhuc Romae eſſem, & Eccleſiaſten Sanctae Bleſillae legerem &c.* Gloſſa ad hunc locum ita ſe habet: *Greg. Quomodo hic Liber ſit legendus & exponendus ſic dicit. Eccleſiaſtes autem proprie Concionator dicitur.* Gloſſa prima ad textum inc. *Hier. Verba Eccleſiaſtes &c. Tribus nominibus vocatus eſt Salomon.* Vltima deſ. *in Cantico tantum Salomon ſe vocat, ibi perfectis, & aequalibus, more boni oratoris; in hoc libro loquitur ad populum iam poenitentem.* Tum ſubiicitur Summarium Capitum eiuſdem Libri.

III. pag. 95. Cantica, praeviis variis Prologis, quorum primus inc. *Salomon, ideſt pacificus, quia in regno eius pax, per quam pax futura Eccleſiae figurabatur &c.* Gloſſa prima inc. *Oſculari, pro pacificari ponitur, ad ſimilitudinem illorum, qui propter diſcordiam a dominis ſuis receſſerunt, ſed redeuntes invicem oſculantur, & perfecte pacificantur, ſicut ſynagoga.* Vltima deſ. *qui ſunt montes aromatum, quia deſpectis omnibus cupiditatibus, & purgatis vitiis amore caeleſtium tenentur, & virtutum odore fragrant, & bonus odor Chriſti ſunt.* Tum ſequitur ſcholion de tribus oſculorum generibus.

IV. p. 122. Liber Sapientiae, cum brevi Prologo, qui inc. *Liber Sapientiae adhuc apud Hebraeos nuſquam eſt, unde & ipſe titulus Graecam eloquentiam redolet &c.* Scholion Rabani in ipſum inc. *Hunc Librum Hieronymus aſſerit, non a Salomone, ut putatur, ſed a Philone doctiſſimo quodam Iudaeo fuiſſe conſcriptum &c.* Scholion primum ad textum inc. *In ſimplicitate, ideſt voluntati illius vos ſubiicite, & mandata cuſtodite.* Vltimum deſ. *unde vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis; multae enim tribulationes iuſtorum &c.*

V. pag. 160. Eccleſiaſticus, cum duobus Prologis. Primus inc. *Multorum nobis & magnorum &c.* Alter: *Librum Ieſu filii Sirach dicit ſe Hieronymus reperiſſe apud Hebraeos &c.* Prima gloſſa in textum inc. *Rab. Omnis ſapientia &c. Incipit ab aeterna Dei ſapientia, quae Chriſtus eſt, qui cum Patre eſt ſemper ante ſaecula ſecundum illud: In principio erat* Ver-

Verbum &c. Vltima eſt: *dum lucem habetis, ut ſitis filii lucis.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. pulcherrimis picturis in principio Librorum exornatus, num. 14. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 259.

ISAIAS, ET HIEREMIAS CVM GLOSSA PETRI LOMBARDI.

Cod. V. I. pag. 1. ISaias, cum gloſſis Magiſtri Sententiarum, & variis Prologis. Primus inc. *Nemo quum Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos.* Alter Hieronymi inc. *Nemo putet me Iſaiam breviter poſſe exponere, quam univerſa Domini Sacramenta contineat &c.* Gloſſa prima ad textum, inc. *Iſaias interpretatur Salvator Domini, Iudas confeſſio, Ieruſalem viſio pacis, Ozias fortitudo Domini &c.* Vltima deſ. *uſquequo Domine non vindicas ſanguinem noſtrum; ſatiabuntur quoque de beatitudine ſua agentes gratias, viſa impiorum ineffabili poena.*

II. pag. 127. *b.* Hieremias, cum Prologis tribus, quorum I. inc. *Hieremias Propheta, cui hic Prologus ſcribitur, ſermone quidem apud Hebreos, Iſaia, & Oſee, & quibuſdam aliis Prophetis videtur eſſe ruſticior &c.* Gloſſa prima inc. *LXX. Verbum Dei, quia verba Hieremiae verbum Domini eſt.* Vltima gloſſa ad Threnos, deſ. *ut iudex iraſcetur, quum dicet, ite maledicti &c. quum iam, nec poenitentiae, nec veniae locus erit. Gilbertus. Sufficiant haec ad expoſitionem Lamentationum Hieremiae, quae de Patrum fontibus hauſi ego Gilbertus* (1) *Antiſiodorenſis Eccleſiae Diaconus.*

In primo folio adnotatum eſt: *Iſtud Volumen dedit Frater Henricus de Circulis Fratribus Minoribus Florentini Conventus anno Domini MCCLXXXV. ita quod alienari a dicto Conventu non poſſit, reſervata ſibi plena poteſtate utendi & prout ſibi placuerit in vita ſua.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum picturis ad ſingulos Libros auratis & coloratis, num. 15. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 299.

EZECHIEL, ET DANIEL CVM GLOSSIS MAGISTRI SENTENTIARVM.

Cod. VI. I. pag. 1. EZechiel cum variis Prologis, quorum primus inc. *Ezechiel Propheta cum Ioachim Rege Iudae captivus ductus eſt in Babylonem.* Scholion primum ad hunc locum ait: *Or. Non omnis captivus propter peccatum ſuum: captivus populus pro peccato traditur &c.* Gloſſa prima ad textum inc. *Idem* (ſcilicet *Greg.*) *In trigeſimo anno; quia ſermo doctrinae non ſuppetit, niſi in aetate perfecta.* Vltima deſ. *fugite, abeamus hinc, & relinquetur vobis domus veſtra deſerta, ſed aeternam habet permanſionem, & ſit ea ipſa ſecundum illud: ecce ego vobiſcum uſque ad conſummationem ſaeculi.*

II. pag. 155. Daniel, item cum Prologis, quorum primus inc. *Danielem Prophetam iuxta LXX. Interpretes Domini Salvatoris Eccleſiae non legunt, utentes Theodotionis editione &c.* Gloſſa prima ad textum inc. *Ex quo tributum coepit reddere in XI. captivatus eſt a Nabuch.* Vltima deſ. *ilice Latine, & Hebraice ſorteciſſio acyno; quod Latini lentiſcum dicunt, ſectio. Quod ſi non poteſt horum etymologia apud eos inveniri, cogimur Hebraeis conſentire, qui hanc pericopem Graecam eſſe concedunt. Lentiſcus eſt arbor humilis, cuius foliorum ſuccus ſciſſuras labiorum & manuum ſolidat.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum picturis elegantiſſimis in principio Librorum. Conſtat foliis ſcriptis 207.

PROPHETAE MINORES XII. CVM GLOSSIS PETRI LOMBARDI.

DVodecim Prophetae Minores, cum gloſſis Magiſtri Sententiarum, & Prologis ad ſingulos. Primus inc. *Non idem ordo eſt duodecim Prophetarum apud Hebraeos, qui & apud nos.* Gloſſa ad hunc locum inc. *Ordo Prophetarum ſecundum LXX. talis eſt: Oſee, Amos, Michaeas &c.* Gloſſa prima ad Oſeam inc. *Hier. Oſee interpretatur Salvator. Factus eſt autem ſermo Domini ad Prophetam, ut prophetiam inſpirando quodammodo Deum faceret.* Vltima ad Malachiam eſt: *vel cor patris ad filium, ideſt ad omnem qui ſpiritum adoptionis acceperit, & cor filiorum ad patres eorum, unde & Iudaei, & Chriſtiani, qui nunc inter ſe diſcrepant, pari in Chriſtum religione conſentient.* Cod. VII.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. picturis ad ſingulos Prophetas exornatus, & num. 17. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 144.

MACHABAEORVM LIBRI II. CVM GLOSSIS PETRI LOMBARDI.

MAchabaeorum Libri II. cum gloſſis Magiſtri Sententiarum. Praecedunt Prologi duo. Primus inſcribitur, & inc. *Domino excellentiſſimo & in cultu Chriſtianae Religionis ſtrenuiſſimo Lodovico Regi Rabanus viliſſimus ſervorum Dei in Domino Dominorum perpetuam* Cod. VIII.

(1) Hoc Gilberti nomen in gloſſis tantummodo ad Threnos occurrit, eique adſcribuntur prolegomena quaedam, ſeu Prologi, qui Trenos ipſos praecedunt. Inter varios autem Gilbertos unum recenſet Antiſiodorenſem, Monachum Ord. Bened. circa annum MXLVIII. Fabricius Bibl. Med. Tomo III. pag. 56. ſed de hiſce gloſſis ne verbum quidem.

optat ſalutem. Quum ſim promptus animo ad parendum &c. Alter eiuſdem inſcribitur, & inc. *Reverentiſſimo & omni charitatis officio digniſſimo Geroldo ſacri Palatii Archidiacono &c. Memini me in Palatio Vangionum Civitatis conſtitutum, tecum habere ſermonem de eminentia Sacrarum Scripturarum &c.* Gloſſa prima ad textum inc. *Initium Libri Machabaeorum ſimile eſt principio Libri Ezechielis Prophetae.* Vltima deſ. *hoc eſt, iſta quae in Machabaeis, & illa quae in Eſther legitur, ut in XIII. & in quartadecima die menſis Adar pariter iungerentur.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum pictura in principio ſecundi Libri, duae enim aliae, quae initium Libri I. exornabant, ab impia manu reſciſſae ſunt, num. 18. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 164.

IV. EVANGELIA CVM GLOSSIS PETRI LOMBARDI.

Cod. IX. I. pag. 1. POſt Tabulam exhibentem initia Evangeliorum, quae leguntur in Eccleſia in Dominicis, Feriis, & Feſtis Sanctorum per totius anni circulum, ex quatuor Evangeliſtis deſumpta, quae priora quatuor folia complectitur, ſequitur pag. 5. Evangelium Matthaei, cum Prologo, qui inc. *Matthaeus ex Iudaea, ſicut in ordine primus &c.* Gloſſa in hunc inc. *Matthaeus. Quum primo praedicaſſet Evangelium in Iudaea, volens tranſire ad gentes &c.* Gloſſa prima in textum Evangelii inc. *Plenior ſenſus eſſet: hic eſt liber generationis; ſed hic mos eſt in multis, ut viſio Iſaiae, ſubaudis, haec eſt.* Vltima eſt: *quae autem merces piae converſationis, quodve pignus futurae beatitudinis, & in praeſenti ſit fidelibus*, ſubdit: *Ecce ego vobiſcum ſum &c.*

II. pag. 101. Evangelium Marci cum Prologo, cuius initium eſt: *Marcus Evangeliſta Dei electus &c.* Gloſſae in ipſum inc. *Marcus excelſus mandato; Lucas iſte conſurgens, vel ipſe elevatus.* Prima gloſſa in textum inc. *Hier. Ieſus Hebraice, Sother Graece, Salvator Latine, Chriſtus Graece, Meſſias Hebraice, Vnctus Latine, ideſt Rex & Sacerdos dicitur de genere David Regis & Levitico.* Vltima deſ. *& nunc omnia indicans, & in fine omnium iudex venturus eſt. Stephanus autem vidit eum ſtantem, quia in certamine habuit adiutorem.*

III. pag. 141. Evangelium Lucae. Prologus inc. *Lucas natione Syrus & Antiochenus &c.* Gloſſa prima in textum inc. *Lucas de omnibus, quae fecit Ieſus, & docuit uſque in diem, qua aſſumptus eſt, ſermonem factarus, prima eorum, qui de eo falſa ſcripſerunt redarguit audaciam.* Vltima deſ. *in ſperata pacis viſione quieſcimus, ſimiles hominibus exſpectantibus dominum ſuum, quando revertetur a nuptiis.*

IV. pag. 233. Evangelium Ioannis, cum Prologo, qui inc. *Hic eſt Ioannes Evangeliſta, unus ex diſcipulis Domini.* Schulion ad hunc locum inc. *Aug. Omnibus divinae ſcripturae paginis Evangelium excellit.* Gloſſa prima ad textum inc. *In principio, ideſt in Patre qui eſt principium ſine principio, Filius qui eſt principium de principio, vel in principio omnium creaturarum, vel temporum, quia ab ipſo omnia habent principium exſiſtendi.* Vltima eſt: *non dicis ſpatio non poſſe capi, ſed capacitate legentium, quamvis fides . . . .* (1) *verba videantur excedere fidem per hyperbolem.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum textu maiori littera exarato, & initialibus ſingulorum Evangeliorum auratis & coloratis, num. 19. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 292.

(1) Evanuerant verba temporis diuturnitate.

EPISTOLAE PAVLLINAE CVM GLOSSIS PETRI LOMBARDI.

EPiſtolae Paullinae XIV. cum gloſſis Magiſtri Sententiarum. Prolegomena in ipſas inc. *Principia rerum requirenda ſunt prius, ut earum notitia plenior poſſit haberi &c.* Gloſſa ad Epiſtolam 1. ad Romanos inc. *Paullus ſervus &c. Hucuſque eum pendet littera, ut perficiatur ſententia, & ſubintelligitur mandat, vel ſcribit; in hac autem ſalutatione, prius perſonam ſuam commendat, quatuor modis.* Vltima ad Epiſtolam ad Hebraeos, deſ. *ſalutate omnes praepoſitos veſtros, & omnes ſubiectos ſanctos, ideſt ſanctificatos in baptiſmo. Sicut generaliter omnibus ſcribit, ita generaliter omnibus, ſcilicet Praelatis & ſubditis ſalutem optat; ſalutare enim eſt ſalutem optare. Salutant vos omnes fratres de Italia. Per hoc nota eum a Roma ſcripſiſſe. Gratia, ideſt purgatio peccatorum, & alia Dei munera ſint cum omnibus vobis. Amen.* Citantur in margine rubrica auctores, ex quibus expoſitiones deſumuntur. Cod. X.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum picturis ad ſingulas Epiſtolas auro interlitis, num. 20. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 298.

ACTVS APOSTOLORVM, EPISTOLAE CANONICAE, ET APOCALYPSIS CVM GLOSSIS PETRI LOMBARDI.

I. pag. 1. ACtus Apoſtolorum cum gloſſis Magiſtri Sententiarum, & cum Prologis, quorum primus inc. *Lucas medicus Antiochenſis, Graeci ſermonis non ignarus, ſcripſit Evangelium, ſectator Paulli &c.* Gloſſa prima inc. *Totus Liber Evangelii unus ſermo dicitur, quia unum habet ſenſum.* Vltima deſ. *quoniam biennis illius finis in XXVII.* Cod. XI.

an-

Digitized by Google

anno poſt paſſionem Domini, ideſt Neronis quarti completionem incurrit XXVII. anno Paſſionis Domini, idem Neronis XIV. Petrus & Paullus martyrio coronati ſunt.

II. pag. 95. Epiſtolae Canonicae VII. cum Prologo, qui inc. *Non ita eſt ordo apud Graecos, qui integre ſapiunt, & fidem rectam ſectantur, Epiſtolarum VII. quae Canonicae nuncupantur*. Scholion ad Epiſtolam I. Iacobi inc. *Duodecim tribubus praecipuam ſollicitudinem de iſtis habere ad duodecim pertinebat Apoſtolos*. Vltimum ad Epiſtolam Iudae deſ. *ſi habetis gloriam purae fidei & conſcientiae & magnificentiam in operatione, & imperium ſuper infirmitatem vel ſuper daemones, & poteſtatem reſiſtendi vitiis vel tortoribus, Deo, non vobis imputate, qui ante tempus, & in praeſenti, & poſt omnia tempora eſt glorioſus in eſſentia, magnificus in operibus, imperans tam volentibus quam nolentibus, & poteus, cui nihil reſiſtit.*

III. pag. 155. *b.* Apocalypſis, praevio Prologo, qui inc. *Apocalypſis haec inter reliquos Novi Teſtamenti Libros prophetia vocatur &c.* Scholion primum inc. *Littera ſic eſt, ac ſi ita commoneret: attendite hanc viſionem, quae viſio revelata in Chriſto Ieſu*. Vltimum deſ. *poſtquam commendationem poſuit per ſe, per Angelum, per Chriſtum, per Trinitatem, per fideles, quaſi quoſdam ſciebat eſſe in Aſia. qui pro ſuis erroribus fovendis aliquid adderent, vel demerent, ſupponit excommunicationem*. Subiicitur explicatio duodecim gemmarum, quae inc. *Iaſpis nitorem fidei immarceſcentem ſignificat &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. picturis exornatus, & num. 21. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 199.

PLVTEVS IV. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XII.

C O D E X I.

B I B L I A S A C R A.

VEtus & Novum Teſtamentum, praevia Epiſtola S. Hieronymi Presbyteri ad Paullinum Presbyterum de omnibus divinae hiſtoriae Libris, ac Prologo eiuſdem in Pentateuchum; inde ſequitur:

I. pag. 3. Geneſis, cuius Capita ſunt L.

II. pag. 20. Exodus. Capita XL.

III. pag. 34. Leviticus. Capita XXVII.

IV. pag. 43. *b.* Numeri, Capita XXXVI.

V. pag. 57. *b.* Deuteronomium. Capita XXXIV.

VI. pag. 69. *b.* Ioſue, cum Prologo S. Hieronymi & Argumento. Capita XXIV.

VII. pag. 78. *b.* Liber Iudicum. Capita XXI.

VIII. pag. 87. Liber Ruth. Capita IV.

IX. pag. 88. *b.* Regum Libri IV. cum Prologo. Primus habet Capita XXXI. ſecundus XXIV. tertius XXII. & quartus XXV.

X. pag. 132. *b.* Paralipomenon Libri II. cum Prologo S. Hieronymi. His ſubiicitur Oratio Manaſſe Regis Iudae. Liber I. Capitibus conſtat XXIX. Liber II. Capitibus XXXVI.

XI. pag. 155. *b.* Eſdrae Libri III. cum Prologo S. Hieronymi. Liber primus Capita habet X. Liber ſecundus XIII. Liber tertius XXVII.

XII. pag. 169. *b.* Liber Tobiae, cum Prologo. Capita XIV.

XIII. pag. 173. *b.* Liber Iudith, cum Praefatione. Capita XVI.

XIV. pag. 178. Liber Eſther, cum Prologo S. Hieronymi Presbyteri & Argumento. Capita XVI.

XV. pag. 185. Liber Iob, cum Argumento, & duobus Prologis. Capita XLII.

XVI. pag. 193. Liber Pſalmorum, cum Prologis duobus S. Hieronymi in Pſalterium ſuum.

XVII. pag. 215. *b.* Proverbia Salomonis, cum tribus Prologis, quorum primo S. Hieronymi nomen adſcribitur. Capita XXXI.

XVIII. pag. 222. *b.* Eccleſiaſtes, cum Prologo. Capita XII.

XIX. pag. 225. Cantica Canticorum Salomonis. Capita VIII.

XX. pag. 226. *b.* Liber Sapientiae, cum Prologo. Capita XIX.

XXI. pag. 232. Liber Eccleſiaſtici, cum Prologo. Capita LI. Clauditur autem Liber Oratione Salomonis.

XXII. pag. 246. *b.* Quatuor Prophetae Maiores, cum Prologo S. Hieronymi. Iſaias Capita habet LXVI. Hieremias LII. cui ſubiiciuntur Lamentationes & Oratio eiuſdem, & Liber Baruch Capitibus conſtans VI. Ezechiel XLVIII. Daniel XIV.

XXIII. pag. 310. Duodecim Prophetae Minores, cum duobus Prologis. Oſee Capita habet XIV. Ioël III. Amos IX. Abdias II. Ionas IV. Michaeas VIII. Naum III. Abacuch III. Sophonias III. Aggaeus II. Zacharias XIV. Malachias III.

XXIV. pag. 326. *b.* Machabaeorum Libri II. cum Prologis. Primus Liber Capitibus conſtat XV. ſecundus totidem.

XXV. pag. 346. Quatuor Evangelia. cum duobus in principio Prologis generalibus S. Hie-

S. Hieroaymi, & alio deinde peculiari in ſingula Evangelia. Matthaeus Capita habet XXVIII. Marcus XVI. Lucas XXIV. & Ioannes XXI.

XXVI. pag. 384. Epiſtolae Paullinae XIV. cum Prologo generali in omnes ſimul, & aliis peculiaribus in ſingulas. Epiſtola ad Romanos Capita numerat XVI. Ad Corinthios prima item XVI. ſecunda XIII. ad Galatas VI. ad Epheſios item VI. ad Philippenſes IV. ad Coloſſenſes item IV. ad Theſſalonicenſes prima V. ſecunda III. ad Timotheum prima VI. ſecunda IV. ad Titum III. ad Philemonem I. ad Hebraeos XIII.

XXVII. pag. 407. *b.* Actus Apoſtolorum, cum duobus Prologis. Capita ſunt XXVIII.

XXVIII. pag. 419. Epiſtolae Canonicae VII. cum Prologis in principio, & breviſſimis deinde argumentis in ſingulas. Epiſtola Iacobi Capita habet V. Petri prima item V. ſeennda III. Ioannis prima V. ſecunda I. tertia item I. & Iudae II.

XXIX. pag. 423. *b.* Apocalypſis cum Prologo, & Argumento. Eius Capita ſunt XXII.

XXX. pag. 429. Interpretationes Hebraicorum nominum, ordine alphabetico dlgeſtae.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 22. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 462.

CONCORDANTIAE BIBLICAE PARS I.

Cod. II. COncordantiarum Biblicarum Pars I. incipiens a littera A, & deſinens in littera L. Praeit Prologus, qui inc. *Ad habendam notitiam & facilitatem reperiendi Concordantias vocabulorum, ſeu dictionum, vel orationum, ſive auctoritatum in hoc Libro contentarum, & etiam in Libris Concordantiarum S. Iacobi, & illarum, quae dicuntur Fratrum Praedicatorum; & ut quis poſſit melius habere iſtius Libri utilitatem, & clare videre ordinem ipſius in ſe, & convenientiam, & differentiam huius Libri ad praedictas Concordantias antiquas, ſive numerales, quae dicuntur S. Iacobi, & ad illas quae dicuntur fuiſſe abbreviatae, ſive in multis reſecatae per Fratres Praedicatores, & auctoritatibus breviter communitae, ac convenientiam & differentiam illarum ad invicem inter ſe, necnon utilitatem, & ordinem illarum in ſe ipſis, ſunt heic ſeptem praenotanda &c.* Deſ. *ſicut fuiſſe facta a principio rationabiliter debet credi*. Concordantiae inc. *A, praepoſitio. Gen. 2. a. Plantaverat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis a principio*. Deſ. *Luza. Gen. 35. a. Luzam venit Iacob, quae eſt in terra Chanaan. Ioſ. 18 b. Pertranſiens iuxta Luzam ad meridiem*. Tum in ultimis tredecim foliis additiones quaedam ab eadem manu factae ſunt nonnullorum vocabulorum, ſuo quaeque loco apponendae.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum initialibus coloratis, num. 23. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 385.

CONCORDANTIAE BIBLICAE PARS II.

COncordantiarum Biblicarum pars altera incipiens a littera M, & deſinens in Cod. III.
Z. Inc. *Maacha. Gen. XXII. g. Concubina vero Nachor nomine Roma peperit Calee & Gaon & Thaas & Maacha*. Deſ. *Ibi 16. a. & tradita ſunt Zorobabel & Salmana Soro ſub Regulo*. Tum ſequuntur in ultima pagina paucae quaedam additiones ab eadem manu.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ab eadem qua ſuperior manu exaratus, & num. 24. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 456.

PETRI TRECENSIS HISTORIA SCHOLASTICA.

PEtri Presbyteri Trecenſis Hiſtoria Scho- Cod. IV.
laſtica, praevia Capitum tabula, Epiſtola ad Guilielmum Senonenſem Archiepiſcopum, & Praefatinne, ut in Codice III. Plutei XXXIII. ſin. ſu.ra pag. 283. §. I.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. & XIV. duplici manu, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 25. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 237.

GENESIS, ET EXODVS CVM GLOSSIS.

I. pag. 1. GEneſis cum Gloſſis. Praece- Cod. V.
dunt Prolegomena ex Auguſtino, Beda, Alcuino &c. excerpta, quae inc. *Aug. In narratione rerum factarum non omnia ſecundum figuratum tantum intellectum accipiuntur &c.* Gloſſarum initium, & finis concordant cum illis, quas recenſuimus in Codice V. Plutei I. ſupra pagina 334. Gloſſa autem illa in prima Geneſis verba: *In principio creavit &c.* quae ibi erat anepigrapha, heic Bedae nomen praeſefert.

II. pag. 116. Exodus cum Praefatione Rabani, & gloſſis, ut in Codice VI. eiuſdem Plutei I. pag. 335. §. I. Finis tamen diverſus, Gloſſa enim ultima ita habet: *hoc loco ignis divinorum myſteriorum ſcientiam ſignificat. Scriptura enim Sancta ſanctis, & ignorantiam ſuam fatentibus lumen eſt, iniquis, & ſcientiam iactantibus, nubes excaecat eos.*

Codex membr. Ms. in fol. min. Saec. XIII. cum textu, maiori littera exarato, titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 26. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 211.

EXO-

EXODVS CVM GLOSSIS.

Cod. VI. EXodus cum gloſſis, ut in Codice ſuperiori §. II.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. cum textu maiori littera exarato, & Initiali prima littera aurata & colorata, num. 27. deſignatus, cuius ultima pagina ſemireciſa eſt, eo quod aliquo monimento vel ſcriptoria, vel poſſeſſoris eſſet inſtructa. Conſtat foliis ſcriptis 149.

DEVTERONOMIVM CVM GLOSSIS.

Cod. VII. LIber Deuteronomii cum gloſſis. Prima inc. *Haec ſunt verba, quae loquutus eſt Moyſes &c. Hoc de ſe, tamquam de alio, de more Sanctae Scripturae dicit, ſicut & ibi &c.* Altera Rabani inc. *Haec ſunt verba &c. Principium Deuteronomii titulus videtur eſſe totius Operis &c.* Ultima deſ. *non ſurrexit Propheta &c. Hoc, ut ferunt, Eſdras de ſuo adiecit, qui Bibliothecam a Chaldaeis exuſtam divino ſenſu reparavit, & litteras, quibus nunc Iudaei utuntur invenit, unde & velox ſcriba appellatus eſt.* Tam in prima, quam in ultima pagina ſcholia quaedam ad Exodum, alia, atque tamen antiqua manu adiiciuntur.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. cum textu maiori littera conſcripto, num. 28. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 74.

QVINQVE LIBRI SAPIENTIALES CVM GLOSSIS PETRI LOMBARDI (1).

Cod. VIII. PArabolae Salomonis, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Sapientia, & Liber Ieſu filii Syrach, cum gloſſis, ut in Cod. IV. Plut. III. dext. ſupra pag. 340. §. I. & ſeqq.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Florentini Conventus Fratrum Minorum* 1406.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum textu grandiori littera exarato, & initialibus coloratis. num. 29. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 165.

IVDITH, ESTHER, ET IOB, CVM GLOSSIS.

Cod. IX. I. pag. 1. LIber Iudith, cum gloſſis, ut in Codice I. Plut. III. dext. ſupra pag. 337. §. III. ſed heic aliquanto auctiores ſunt gloſſae.

II. pag. 13. Liber Eſther cum gloſſis, ut ibid. pag. 338. §. IV.

III. pag. 23. Liber Iob cum Prolegomenis, & gloſſis, ut in Codice II. eiuſdem Plutei ſupra pag. 339. plerumque tamen in hoc, quam in illo uberiores ſunt.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. cum textu grandiori littera exarato, & initialibus coloratis, num. 30. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 118.

PSALTERIVM CVM GLOSSIS.

Cod. X. PSalterium gloſſatum, ut in Codice III. Plut. III. dext. ſupra pag. 339. Clauditur hoc verſiculo:

Finito Chriſtus Rex Libro ſit benedictus. Tum ſubiungitur Pſalmorum CL. index diligentiſſimus.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus, titulis, & verſiculis Pſalmorum rubricatis, & num. 31. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 205.

ISAIAS CVM GLOSSIS.

Cod. XI. ISaias Propheta, cum Prologis, & gloſſis, ut in Cod. V. eiuſdem Plut. III. ſupra pag. 341. §. I. Heic tamen aliquanto gloſſae ſunt contractiores.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum litteris initialibus coloratis. num. 32. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 168.

IV. EVANGELIA CVM GLOSSIS.

Cod. XII. I. pag. 1. QVatuor Evangelia, cum Prologis & gloſſis, ut in Cod. IX. eiuſdem Plut. III. ſupra pag. 343. §. I. & ſeqq. Heic tamen videntur aliquanto rariores. Poſt Prologum in Evang. Matthaei, gloſſa prima inc. *Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius. Iudam nominatim poſuit, quia de illo tantum Dominus deſcendit.* Finem dare ſuperſedemus, quum gloſſae in hoc Evangelium, quod manu antiquiori ſcriptum eſt, ſint imperfectae, & circa ipſius medium deſinant.

II. pag. 53. Evangelium Marci cum Prologo, & gloſſis, ut in dicto Codice IX. §. II.

III. pag. 87. Evangelium Lucae, ut ibid. §. III. Heic tamen deeſt Prologus.

IV. pag. 146. Evangelium Ioannis cum Prologo gloſſato, ut ibid. §. IV. Prima autem gloſſa in textum heic incipit: *Omnis homo dicitur illa natura in homine, quae ad imagi-*

nem

(1) Ita indicantur manu antiqua in tegumento Codicis, ut alibi adnotavimus.

Digitized by Google

nem & ſimilitudinem Dei facta eſt &c. Imperfectus eſt Evangelii textus, & deſinit in verbis: *ſed ſic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere.* Vltima vero gluſſa iſta eſt: *Non eſt intelligendum, quod Ioannes non ſit mortuus in carne, ſed quidquid ante poſſus eſt, quod ultimum pace ſenium finiverit: non enim magnum erat dare dilecto non mori; quum diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, multo melius.* Adootatio prima in textum eſt: *In principio, ideſt in Patre, qui eſt principium ſine principio, Filius, qui eſt principium de principio.* Deſ. *videntur extendere fidem per hyperbolem.*

Codex membranae. Ms. in fol. min. Saec. XII. & XIII. cum textu, maiori littera exarato, & num. 267. deſignatus. Conſtat foliis ſeriptis 184.

PLVTEVS V. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XII.

CODEX I.

VETVS ET NOVVM TESTAMENTVM.

VEteris, & Novi Teſtamenti Libri omnes cum Prologis, & Argumentis, ut io aliis Codicibus animadvertimus. Praecedit in hoc *Tabula ſuper Evangelia, Epiſtolas, & Prophetias per totam annum*, quam priora quinque folia complectuntur. Tum pag. 6. occurrit Epiſtola S. Hieronymi Presbyteri ad Paullinum de omnibus Divinae Hiſtoriae Libris; in Capita VIII. diviſa; ac deinde Prologus eiuſdem in Pentateuchum, ut in Codice I. Plur. ſuperioris. Hiſee praemiſſis en ſeries Librorum.

I. pag. 8. *b.* Geneſis, cuius Capita ſunt L.

II. pag. 26. Exodus. Capita XL.

III. pag. 39. *b.* Leviticus. Capita XXVII.

IV. pag. 48. *b.* Numeri. Capita XXXVI.

V. pag. 61. Deuteronomium. Capita XXXIV.

VI. pag. 74. Ioſue, cum Prologo S. Hieronymi, & Argumento. Capita XXIV.

VII. pag. 82. *b.* Liber Iudicum. Capita XXI.

VIII. pag. 92. Liber Ruth. Capita IV.

IX. pag. 94. Regum Libri IV. cum Prologo S. Hieronymi. Liber primus habet Capita XXXI. ſecundus XXIV. tertius XXII. & quartus XXV.

X. pag. 138. Paralipomenon Libri II. cum Prologo S. Hieronymi in principio, & Oratione Manaſſe Regis Iudae in fine. Libri primi Capita ſunt XXIX. ſecundi vero XXXVI.

XI. pag. 159. Eſdrae Libri III. cum Praefatione S. Hieronymi. Liber primus numerat Capita X. ſecundus XIII. & tertius XXVII.

XII. pag. 172. *b.* Liber Tobiae cum Prologo. Capita ſunt XIV.

XIII. pag. 176. Liber Iudith cum Prologo S. Hieronymi. Capita XVI.

XIV. pag. 180. *b.* Liber Eſther cum Prologo S. Hieronymi. Capita XVI.

XV. pag 186. Liber Iob cum Argumento, & duobus Prologis. Capita XLII.

XVI. pag. 196. *b.* Liber Pſalmorum David ſine ullo Prologo.

XVII. pag. 218. Parabolae Salomonis, cum tribus Prologis, quorum primus inſeribitur: *Epiſtola & Prologus S. Hieronymi Presbyteri ad Chromatium, & Heliodorum Epiſcopos de tranſlatione Librorum Salomonis.* Huius autem Libri Capita ſunt XXXI.

XVIII. pag. 226. Eccleſiaſtes cum Prologo. Capita XII.

XIX pag. 229. Cantica Canticorum. Capita VIII.

XX. pag. 230. Liber Sapientiae cum Prologo. Capita XIX.

XXI. pag. 236. Liber Eccleſiaſtici cum Prologo. Capita LI. Tum ſubiungitur Oratio Salomonis.

XXII. pag. 252. Quatuor Prophetae Maiores cum Prologis in ſingulos. Iſaias habet Capita LXVI. Hieremias LII. cui ſubiiciuntur Lamentationes, & Oratio eiuſdem, & Liber Baruch; Ezechiel XLVIII. & Daniel XIV.

XXIII. pag. 320. Duodecim Prophetae Minores cum Prologis & Argumentis in ſingulos. Oſee habet Capita XIV. Ioel III. Amos IX. Abdias II. Ionas IV. Michaeas VIII. Naum III Habacuch III. Sophonias III. Aggaeus III. Zacharias XIV. Malachias III.

XXIV. pag. 338. Machabaeorum Libri II. cum Prologis. Primi Capita ſunt XVI. ſecundi XV.

XXV. pag. 358. Quatuor Evangelia cum duobus in principio Prologis generalibus in omnia ſimul Evangelia, & alio deinde peculiari in ſingula. Matthaeus habet Capita XXVIII. Marcus XVI. Lucas XXIV. Ioannes XXI.

XXVI. pag. 401. Epiſtolae Paullinae XIV. cum Prologo primum generali in omnes, & aliis deinde peculiaribus in ſingulas. Epiſtola ad Romanos Capita habet XVI. ad Corinthios prima XVI. ſecunda XIII. ad Gala-

latas VI. ad Epheſios VI. ad Philippenſes IV. ad Coloſſenſes IV. ad Theſſalonicenſes prima V. ſecunda III. ad Timotheum prima VI. ſecunda IV. ad Titum III. ad Philemonem I. ad Hebraeos XIII.

XXVII. pag. 426. Actus Apoſtolorum, cum duobus Prologis. Capita Libri ſunt XXVIII.

XXVIII. pag. 437. *b.* Epiſtolae Canonicae VII. cum Prologis in principio, & breviſſimis Argumentis in ſingulas. Epiſtola Iacobi Capita habet V. Petri prima item V. ſecunda III. Ioannis prima V. ſecunda I. tertia I. Iudae II.

XXIX. pag. 443. Apocalypſis B. Ioannis Evangeliſtae cum Prologo, & Argumento. Capita ſunt XXII.

XXX. pag. 448. Interpretationes Hebraicorum nominum ordine alphabetico digeſtae, ut in calce memorati Codicis I. Plutei ſuperioris.

In Codicis tegumento adſcripta leguntur moralia quaedam praecepta cum verſiculis a Fraterculo quodam ſaeculi XIV. confictis, & ita inter ſe colligatis, ut in quovis diſticho nonnullae ſyllabae primi verſus, repetitae ſint etiam in ſecundo. Hi vero ſunt:

Quos anguis dirus triſti mulcedine pavit,
Hos ſanguis mirus Chriſti dulcedine lavit.
Quas reſeravit Eva valvas mulcedine triſti,
Has reſeravit ave ſalvas dulcedine Chriſti.
Lancea, crux, clavi, ſpinae, mors quam toleravi,
Monſtrant qua vi miſerorum crimina lavi.
Subiacuit poenae caro tota Ieſu, ſine pene.
Oſſa, cutis, venae, pes, manus, atque genae.
Adſpice mortalis, pro te datur hoſtia talis,
In cruce ſum pro te, deſine peccare pro me.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus ſingulorum Librorum auro variiſque coloribus illuminatis, & figuris etiam veterum Patrum, & Prophetarum ab aliquo celebri eius aevi pictore exornatis, num. 34. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 484.

CONCORDANTIAE BIBLIAE.

Cod. II. Concordantiae Bibliae, quibus praecedit breviſſimus Prologus, qui inc. *Cuilibet volenti requirere Concordantias in hoc Libro unum eſt primitus attendendum, videlicet quod quum in primis Concordantiis, quae dicuntur Concordantiae S. Iacobi, quodlibet Capitulum in ſeptem partes, ſive particulas diſtinguntur, ſecundum primas VII. litteras alphabeti, videlicet &c.* Concordantiae inc. *Hier. I. A, a, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui.* Def. *Gen. XXX. b. ſentiens Lya quod parere caepiſſet Zelpham ancillam marito tradidit.*

Codex membran. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. ternis columnis, num. 35. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 525.

NOVVM TESTAMENTVM INTEGRVM, ET VETERIS LIBRI ALIQVOT CVM GLOSSIS.

Veteris ac novi Teſtamenti Libri aliquot ordine inverſo; prius enim occurrunt omnes Libri novi Foederis, ac deinde aliquot veteris, eorumque nonnulli gloſſa ordinaria adſperſi ſunt. Praecedit partim in principio, partim in fine Codicis tabula exhibens Summaria Capitum, in quae unuſquiſque eorum Librorum, qui in hoc Volumine continentur, dividitur, unius, aut alterius paginae inverſo ordine. Pagina 4. occurrit Harmonia quatuor Evangeliſtarum, praevia D. Hieronymi Epiſtola Beato Papae Damaſo, quae inc. *Novum opus facere me cogis &c.* Tandem hoc ordine ſacri Libri progrediuntur. *Cod. III.*

I. pag. *6. b.* Matthaeus cum Praefatione primum in quatuor Evangeliſtas, Prologo deinde in ipſum peculiari, Canone in margine, qui reliquis etiam Evangeliis apponitur, & gloſſis, ſed non ad omnem Evangelii textum.

II. pag. 18. *b.* Marcus cum duobus Prologis, quorum primus inc. *Marcus, qui & colobodactylus eſt nominatus, ideo quod a cetera corporis proceritate digitos minores habuiſſet.* Alter inc. *Marcus Evangeliſta Dei electus, & Petri in baptiſmate filius &c.* Hic ſecundus uberrimis adnotationibus eſt inſtructus.

III. pag. 27. Lucas cum Prologo, & gloſſis aliquot tantum in principio.

IV. pag. 40. Ioannes cum duobus Prologis, & gloſſis item in principio. Horum Evangeliorum Capita totidem ſunt, atque in Codicibus ſuperioribus, ubi eorum numerum explicuimus.

V. pag. 50. *b.* Epiſtolae Paullinae XIV. cum Prologo primum in omnes, & Argumentis deinde in ſingulas, ut alibi. Diviſio vero Capitum diverſa eſt. Epiſtola enim ad Romanos numerat Capita LIII. ad Corinthios prima LXVIII. ſecunda XXIX. ad Galatas XIII. ad Epheſios XXXI. ad Philippenſes VIII. ad Coloſſenſes X. ad Theſſalonicenſes prima X. ſecunda VI. ad Timotheum prima XII. ſecunda VII. ad Titum VII. ad Philemonem IV. ad Hebraeos XXIII.

VI. pag. 76. Actus Apoſtolorum, praeviis tribus Prologis. Capita ſunt LXXIII.

VII. p. 89. Epiſtolae Catholicae VII. praevio Prologo. Epiſtola Iacobi Capita habet XII. Petri prima XIII. ſecunda VIII. Ioannis prima

ma (1) XIV. ſecunda III. tertia IV. Iudae item IV.

VIII. pag. 95. *b.* Apocalypſis, cum gloſſis interlinearibus & marginalibus uberrimis uſque ad dimidium Libri, & Prologo in fine. Capita fuit L.

IX. pag. 102. Liber Iob cum gloſſis in principio. Capita XLII.

X. pag. 121, *b.* Tobias, cum Prologo Hieronymi ad Chromatium, & Heliodorum Epiſcopos, & gloſſis marginalibus & interlinearibus. Capita XIV.

XI. pag. 126. Iudith, cum Prologo & gloſſis ut ſupra. Capita XVI.

XII. pag. 131. Eſther item cum Prologo, & gloſſis marginalibus & interlinearibus. Capita XVI.

XIII. pag. 135. Eſdras cum Summario Capitum in principio, & gloſſis marginalibus & interlinearibus, ſunt autem Liber primus, & ſecundus iuxta diviſionem, quam exhibebat Codex I. huius Plutei, in unum conflati, eiuſque Capita ſunt XXXVII.

XIV. pag. 149. Libri II. Machabaeorum, cum Summariis Capitum unicuique praemiſſis, & gloſſis item marginalibus, & interlinearibus. Primi Capita ſunt LXIII. ſecundi LV. Primo vero praecedunt Rabani Epiſtolae duae. Prima Ludovico Regi inſcripta inc. *Quum ſim proximus animorum* (ſic) *ad parendum atque ſerviendum veſtrae voluntati &c.* Altera Hieroldo Sacri Palatii Archidiacono, inc. *Memini me in Palatio Wangionum civitatis conſtitutum, tecum habere ſermonem &c.*

XV. pag. 169. Prophetae XII. Minores, cum Prologis, & Argumentis in ſingulos, nec non gloſſis interlinearibus, & marginalibus uberrimis. Oſee Capita habet XLVI. Ioël XI. Amos XXXIV. Abdias IV. Ionas VII. Michaeas XXI. Naum X. Abacuch XII. Sophonias X. Aggaeus VIII. Zacharias XXVI. Malachias VIII.

XVI. pag. 191. Prophetae Maiores tres, ſcilicet Ezechiel, Daniel, & Hieremias, cui adiiciuntur eiuſdem Lamentationes, & Oratio, & Liber Baruch, cum Prologis in ſingulos, & gloſſis item uberrimis, praeterquam in Librum Baruch. Ezechiel habet Capita CXXVIII. Daniel XXX. Hieremias CLXXIX. Baruch VI.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis. num. 36. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 262.

EVANGELIVM MATTHAEI CVM GLOSSIS.

Cod. IV. EVangelium Matthaei, cum Prologo & gloſſis. Prima ad textum inc. *Matthaeus generationem incipit ab exordio promiſſionis, & oſtendit hic Criſtum humanatum.* Vltima deſ. *decimo videtunt eum, non tum in terra poſitum, ſed elevatum in aëra, caeloſque petentem, dicentibus ſibi Angelis: ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in caelum.*

In fine pro Codicis cuſtodia fragmentum chartae legitur .... *Civitatis Flor. ad ſuum ſolitum banchum iuris* ... (2) *ad ſindicus* ... *probata per me Iacobum, olim Martini de Riſeccho Not. dicti Domini G.* ... *Incarnatione milleſimo CCCLXXII. Ind. X. Domino Gregorio Papa. Nos Antonius quondam Magiſtri Hoarſti de Monte Pulicıano electi* ... *infraſcriptum Dominum Laudum olim Poteſtatem Communis Flor. eius Comitat. Fortiae* .... *Domicellos & famulos, & quemlibet eorum pro ſex menſibus proxime praeteritis ſuit* ... *die quarta Menſis Septembris praeſentis, ſedentes pro* .... *Civitate Florentiae, ut moris eſt, infraſcriptam ſententiam abſolutionis &* ..... *& Officialibus & famulis ab infraſcriptis malis, culpis, exceſſibus* .... *quemlibet eorum fratrum commiſſis & perpetratis dumus & in his* ...., *hunc modum videlicet. Magnificum & potentem militem Dominum Laudum quondam Laudi de Eugubio Comitatus Fortiae & diſtrictus pro tempore ſex menſium proxime praeteritorum* ..... *Incarnationis MCCCLXXI. Ind. X. die V. Menſis Martii* .... *Septembris praeſentis Dominum Ioannem D. Maſgii de Mannis, D. Nicolaum Stagni de Monte Leonis Collaterales &c.*

In primis autem duobus foliis fragmentum alterum occurrit Chronici Pontificalis ab Ioanne III. uſque ad Agathonem natione Siculum.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. exeuntis, ſuppletus in principio manu Saec. XIII. & num. 37. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 68.

EVANGELIVM MATTHAEI POSTILLATVM.

Cod. V. EVangelium Matthaei poſtillatum, cum Prologo in principio, qui inc. *Matthaeus ex Iudaea &c.* ut alibi. Scholion marginale in hunc inc. *Matthaeum in hac vita, quae quatuor temporum curſu labitur &c.* Scholion primum ad textum, inc. *Quod Matthaeus Chriſti generationem narrat deſcendendo, Dei filium de ſede maieſtatis ad homines deſcendiſſe demonſtrat, quod Lucas deſcendendo homines ad Deum Chriſto mediante adſcendere &c.* Alterum inc. *Matthaeus quum primo praedicaſſet in Iudaea, volens tranſire ad gentes, primus Hebraica lingua ſcripſit Evangelium.* Scholiorum finis concordat cum Codice ſuperiore.

In tegumento legitur: *Liber Sanctae Crucis*

(1) Epiſtolae primae Ioannis Cap. V. prius ponitur teſtimonium datum in terra, quam teſtimonium datum in caelo.

(2) Vbi puncta appoſuimus, ibi deeſſe multa ſcias, quae propter dimidium chartae abſciſſum perierunt.

cit, quem habebat Frater Barptolemaeus.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. ineuntis, cum litteris Capitum auratis, & coloratis, & figura ſatis rudi in principio, quae haſta draconem interimit, num. 38. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 161.

ANONYMI POSTILLAE SVPER MATTHAEVM.

Cod. VI. ANonymi Poſtillae ſuper Matthaeum initio mutilae. Textus incipit a verbis... *David autem rex genuit Salomonem.* Prima vero verba expoſitionis ſuperioris Capitis ſunt . . . . . . *tado vel impetus, quia Eccleſia gentium eſurit, & ſitit iuſtitiam, & dilatata eſt per orbem, & impetu doctrinae Philoſophos & Reges convertit. Iudaei, qui circuierunt Iericho per VII. dies clangentes buccinis, ſignificant Eccleſiae Praedicatores, qui mundum circumvallant, ſonantes, ideſt . . . .* (1) *praedicationibus ſuis mundum praedicantes, increpantes, qui per Iericho ſignificatur; Iericho enim Luna interpretatur, ideſt defectus, & paullatim ſaecularia deſtruuntur, ſed in ſeptima die, ideſt fine ſaeculi funditus deſtruentur &c. David autem genuit Salomonem &c. Tacet nomen Berſabeae, at nominando Vriam reducat ad memoriam illud maximum ſcelus, quod fecit David in eum.* Vltima expoſitionis verba ſunt: *Maria autem ſtetit foris plorans in horto, quo iam ingreſſae fuerant: tunc viderunt Angelum ſedentem ſuper lapidem revolutum, de quo Matthaeus & Marcus dicunt; qui dixit eis; Nolite timere, ſcio enim quod Ieſum quaeritis &c. Quibus ſimilia Marcus non tacuit. Ad haec verba Maria dum fleret, inclinavit ſe, & introſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos, unum ad caput.....*

Sequuntur pag. 129. alia manu Saeculi XIII. Summaria Librorum X. Moralium Ariſtotelis ad Nicomachum, cum ſcholiis marginalibus, & quandoque interlinearibus. Tandem pag. 141. occurrit manu Fratris Thedaldi de Caſa *Tabula Evangeliorum, quae ponuntur in Miſſali de Evangeliſta Matthaeo.*

In primo folio legitur haec Fratris Thedaldi notula: *Cuius Doctoris ſit iſta Poſtilla ſuper Matthaeum ignoro, aliquando credidi, quod eſſet venerabilis Bedae, ſed poſtea inveni in XIX. Capitulo quod Bedam inducit ad ſuas expoſitiones, & etiam Io. Eſt ergo collecta de multis Doctoribus.*

Codex membranae. Ms. in 4. Saec. XI. exeuntis, cum textu grandiori littera, & cinnabari exarato, atque in expoſitione itidem repetito, num. 39. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 141.

IV. EVANGELIA CVM GLOSSIS.

I. pag. 1. EVangelium Matthaei, cum Prologo Beati Hieronymi Presbyteri ad Damaſum Papam, in cuius fine maiuſculis rubricatis litteris, quae totam ferme paginam implent legitur: *Explicit Praefatio Beati Hieronymi Presbyteri ad Damaſum Papam de quatuor Evangeliorum libris* (2); tum ſequuntur Canones quatuor Evangeliorum, duodecim Tabulis comprehenſi, qui etiam ad Evangeliorum margines adſcribuntur. Tabulae vero ita ſunt depictae, ut videantur columnis ſuſtentatae, quarum nonnullae in quatuor, aliae in tria loculamenta dividuntur. In calce Canonis quinti picta ſunt Capita, ut videntur, Petri & Paulli, diademate redimita. In calce Canonis decimi: *Explicit Canon decimus, in quo proprie Matthaeus. Explic. Can. X. in quo Marcus proprie. Explic. Can. X. in quo Lucas proprie. Explic. Canon X. in quo Ioannes proprie.* Succedit Argumentum, quod inc. *Matthaeus ex Iudaea, ſicut in ordine primus ponitur &c.* Inde: *Breviarium Evangelii ſecundum Matthaeum* Capitibus XXVII. Primum eſt: *Nativitas Chriſti, Magi cum muneribus veniunt: Et Ioſeph ab Angelo per viſum admonitus, cum puero & matre eius in Aegyptum fugit, infantes interficiuntur.* Vltimum: *Petro dicit quod tertio pullo abnegaturus eum eſſet. Orationes Ieſu ad Patrem. Iudas Ieſum oſculo tradidit. Et Petrus auriculam abſcidit. Ieſus falſis teſtibus condemnatur, & inluditur. Petrus tertio abnegat & lacrymatur. Ieſus Pilato traditur. Et Iudas laqueo ſe ſuſpendit. De agro figuli. Iudicium Pilati. Et de Barabba latrone. Paſſio Ieſu & ſepultura. Et reſurrectio eius. Itemque mandata & doctrina eius. De baptiſmo. Expliciunt Capitula. Incipit Evangelium ſecundum Matthaeum. Liber generationis &c.* In calce tandem Evangelii: *Explicit Evangelium ſecundum Matthaeum.* Cod. VII.

II. pag. 43. Evangelium ſecundum Marcum. Poſt Argumentum, quod inc. *Marcus Evangeliſta Dei & Petri in baptiſmate filius &c.* occurrit *Breviarium Evangelii ſecundum Marcum* Capitibus XIII. quorum primum eſt: *De Ioanne Baptiſta & de victu & habitu eiuſdem. Baptizatus Ioannes & tentatus vicit. Petrum & ceteros ſequi iubet. Hominem ab immundo ſpiritu eripit.* Vltimum: *Iudicium principum, quo condemnant Ieſum. Paſſio Ieſu & ſepultura & reſurrectio eius.* In fine: *Explicit Evangelium ſecundum Marcum feliciter.* Tum in altera quae ſubſequitur pagina Chriſti crucifixi effigies venerandae vetuſtatis viſitur cum quatuor clavis, ſubpedaneo, & femoralibus, adſtantibus duabus figuris, Maria Virgine ſcilicet, & Ioanne Evangeliſta.

(1) Expunctio unius vocis facta eſt in Codice.

(2) Id in omnibus titulis videre eſt, qui eodem modo etiam in fine uncialibus litteris rubricatis repetuntur.

III. pag. 69. Evangelium ſecundum Lucam cum Argumento, quod inc. *Lucas Syrus Antiocenſis, arte Medicus, Diſcipulus Apoſtolorum*. Tum Capita XIX. Primum *Viſio Zachariae generandi Ioannem, & beatae Mariae viſionem. Nativitas Domini Ieſu Chriſti. De Circumciſione Ieſu*. Vltimum; *de traditione Domini & paſſione. De reſurrectione Sancta, & de duobus Diſcipulis, & ubi ſubito in medio Diſcipulorum Dominus adparuit & reliqua*. In fine: *Explicit Evangelium ſecundum Lucam*.

IV. pag. 107. *b.* Evangelium ſecundum Ioannem, cum Argumento, quod inc. *Hic eſt Ioannes Evangeliſta unus ex Diſcipulis Ieſu*. Hoc excipit *Breviarium Evangelii ſecundum Ioannem*, cuius Capita ſunt XIV. Primum: *Phariſaeorum Levitatae* (ſic) *interrogant Ioannem. Ioannes Ieſum videns agnum dicit. Et Andreas Petro dicit: invenimus Meſſiam* Vltimum: *Paſſio Ieſu & ſepultura & reſurrectio eius & reliqua*. Evangelium vero ita clauditur: *Explicit Evangelium ſecundum Ioannem*.

Adiicitur pag. 132. *Capitulare Evangeliorum de Circulo anni menſe Decembri &c.*, & tandem pag. 138. *b.* occurrunt *Lectiones Evangelii de diverſis cauſis*, ſcilicet I. Pro ubertate pluviae, II. Pro ſterilitate pluviae, III. In commotione gentium, IV. In natale Papae, V. Item aliud, ubi ſupra, VI. In ordinatione Presbyterorum, VII. Item aliud, VIII. In ordinatione Diaconorum, IX. In natale Papae, X. Item aliud, XI. In dedicatione Baſilicae, ſive Oratorii, XII. Item aliud, XIII. Pro velatione Ancillae mundi, XIV. Ad velandam maritatam, XV. Item aliud, XVI. Pro ordinantibus. XVII. Pro ordinantibus Epiſcopis, XVIII. Item aliud, XIX. Item aliud, XX. In agenda mortuorum, XXI. Item aliud, XXII. Item aliud, XXIII. Item aliud.

In quatuor pagellis, quarum duae in principio, totidemque in fine pro cuſtodia Codicis compactae ſunt legitur fragmentum antiqui Paſſionarii, quod D. Laurentii & Luciae martyrium continet.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. IX. admirandae pulcritudinis & elegantiae, cum Evangeliorum initialibus artificioſe depictis, reliquis autem Capitum rubricatis, num. 40. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 138.

APOCALYPSIS, EPISTOLAE CANONICAE, ET ACTVS APOSTOLORVM.

Cod. VIII. I. pag. 1. LIber Apocalypſis, cum Prolegomenis & gloſſis. Prolegomena inc. *Deus Pater praevidens tribulationes, quas paſſura erat Sancta Eccleſia, poſtquam ab Apoſtolis fuit fundata, diſpoſuit cum Filio ſuo, & Spiritu Sancto eas tribulationes, & earum praemia revelare &c.* Tum adiicitur explicatio duodecim gemmarum, quam alibi innuimus. Gloſſa prima ad textum ita inc. *Littera ſic, ac ſi ita commoneret: attendite hanc viſionem, quia revelata eſt in Chriſto Ieſu. Materia ſtatus Aſiae, & totius praeſentis Eccleſiae &c.* Vltima: *Fluenta uſibus hominum plumbi fiſtula miniſtrat, ſic & homo minoris meriti ſanctioribus Dei verba propinat*.

II. pag. 21. *b.* Epiſtolae Canonicae, cum ſcholiis marginalibus & interlinearibus. Primum ad Iacobi Epiſtolam inc. *Catholicae dicuntur Epiſtolae hae, ideſt univerſales, ideſt a fide univerſalis Eccleſiae non diſcrepantes, vel Canonicae, ideſt regulares, ad diſtantia earum, quas fecerunt pſeudo ſub nominibus Apoſtolorum*. Vltimum ad Epiſtolam Iudae, deſ. *& poſt omnia tempora eſt glorioſus in eſſentia, magnificus in operibus, imperans tam volentibus, quam nolentibus, & potens, cui nihil reſiſtit*.

III. pag. 42. Liber Actuum Apoſtolorum, praeviis quinque Prologis, quorum primus inc. *Lucas medicus Antiochenſis, Graeci ſermonis non ignarus, ſcripſit Evangelium, ſectator Pauli &c.* Scholion primum ad textum: *Primum ſermonem, ideſt Evangelium, cui ſecundum addidit, ideſt, Actus Apoſtolorum. Completio primi eſt ibi uſque in diem, qua praecipiens Apoſtolis &c.* Vltimum: *cuius permiſſionis tempus decennium fuiſſe putatur, quoniam biennii illius finis in XXVII. anni poſt paſſionem Domini, ideſt Neronis IV. anni completionem incurrit trigeſimo & ſeptimo anno paſſionis Domini, ideſt Neronis XIV. Petrus & Paullus martyrio coronati ſunt*. Occurrit in fine tabula Evangeliorum, & Prologus S. Hieronymi Presbyteri in ſeptem Epiſtolas Canonicas cum gloſſis marginalibus.

In primo folio legitur: *Liber iſte fuit Magiſtri Ioannis Epiſcopi Florentini* (1). *Fratres orate pro anima eius*.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. cum initialibus rubricatis, num. 41. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 83.

EPISTOLAE PAVLLINAE CVM GLOSSIS.

EPiſtolae Paullinae XIV. cum gloſſis marginalibus & interlinearibus. Prima inc. Cod. IX.
Ex commentario Ambroſii ſuper Epiſtolas. Pro altercatione ſcribit Romanis confutans modo Gentiles, modo Iudaeos, docens eos humiliari, ut omnia attribuant gratiae Dei. Ad Rom. Paulus Hebraice, qui etiam Graece, modicus Latine, prius Saul a Saule perſequutore commendat perſonam, & negotium, & auctorem negotii. Vltima deſ. *De Talia* (ſic), *nota a Roma ſcripſiſſe. Explicit. Deo gratias*. Tum verſiculi:

Pax eſt in cella, foris autem non niſi bella;
Si pacem quaeris, hinc varius egrediaris.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. ineuntis, cum pictura in prima pagina Divum

(1) Is eſt Io. Velliternenſis Canonicus Regularis; qui quum Lucae Prioris S. Fridiani munere fungeretur ad Florentinam Eccleſiam aſſumptus eſt A. MCCV deceſſit MCCXXX. Vid. Vghellium Ital. Sacr. Tom. III. pag. 105.

vum Paullum exhibente, & Initialibus Epiſtolarum diverſimode coloratis, num. 42. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 166.

EPISTOLAE PAVLLINAE CVM EXPOSITIONE.

Cod. X. EPiſtolae Paullinae XIV. cum expoſitione. Praefatio inc. *Principia rerum omnium requirenda ſunt prius, ut earum notitia plenior poſſit haberi &c.* Expoſitio in Epiſtolam primam inc. *Paullus ſervus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus ſegregatus in Evangelium Dei &c. uſque ibi omnibus, qui ſunt Romae. Huc uſque enim pendet, ut perficiatur ſententia, ubi ſubintelligitur mandat, vel ſcribit. In hac autem ſalutatione prius perſonam ſuam commendat.* In ultimam deſ. *ſalutant vos de Italia fratres. Salutant vos omnes fratres de Italia; per hoc notat eam a Roma ſcripſiſſe. Gratia cum omnibus vobis amen, gratia, ideſt purgatio peccatorum, & alia Dei munera ſint cum omnibus vobis. Amen.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis, cum textu rubricato, num. 43. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 200.

EPISTOLAE PAVLLINAE CVM GLOSSIS.

Cod. XI. EPiſtolae Paullinae XIV. cum gloſſis marginalibus, & interlinearibus, ut in Cod. IX. huius Plutei. Heic tamen in fine multo ſunt rariores.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XII. num. 44. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 218.

NOVVM TESTAMENTVM.

Cod. XII. QVatuor Evangelia, ſcilicet:

I. pag. 1. Matthaei.
II. pag. 19. Marci.
III. pag. 31. Lucae.
IV. pag. 51. Ioannis.
V. pag. 66. Actus Apoſtolorum.
VI. pag. 85. Epiſtolae Catholicae VII.
VII. pag. 94. Apocalypſis.
VIII. pag. 103. Epiſtolae Paullinae XIV.

In calce fragmentum legitur veteris Calendarii Ianuarium & Februarium continens, cum figuris valde rudibus, & alia manu Evangelia, quae occurrunt a Dominica I. de Adventu, uſque ad Dominicam II. in Quadrageſima.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. cum initialibus coloratis, & rudi pictura in principio, num. 45. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 141.

PLVTEVS VI. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. III.

CODEX I.

BIBLIA SACRA.

BIblia Sacra, cum Prologis ſub nomine S. Hieronymi Presbyteri, ut in aliis Codicibus.

I. pag. 1. Geneſis.
II. pag. 21. *b.* Exodus.
III. pag. 34. *b.* Leviticus.
IV. pag. 43. Numeri.
V. pag. 55. Deuteronomium.
VI. pag. 66. *b.* Liber Ioſue.
VII. pag. 74. Liber Iudicum.
VIII. pag. 81. *b.* Liber Ruth.
IX. pag. 83. Regum Libri IV.
X. pag. 125. *b.* Paralipomenon Libri II. quibus ſubiicitur alia manu in margine Oratio Manaſſe Regis Iudae.
XI. pag. 147. Eſdrae Libri III.
XII. pag. 161. Liber Tobiae.
XIII. pag. 164. *b.* Liber Iudith.
XIV. pag. 169. Liber Eſther.
XV. pag. 174. Liber Iob.
XVI. pag. 183. Liber Pſalmorum.
XVII. pag. 202. *b.* Parabolae Salomonis.
XVIII. pag. 209. Eccleſiaſtes.
XIX. pag. 211. Cantica Canticorum.
XX. pag. 212. *b.* Liber Sapientiae.
XXI. pag. 217. *b.* Liber Eccleſiaſtici.
XXII. pag. 232. Prophetae Maiores IV. ubi notandum ad Caput XIII. Danielis haec rubrica adnotari: *Huc uſque in Hebraeo volumine leguntur. Cetera quae ſequuntur uſque ad finem Libri de Theodotionis editione translata ſunt.*
XXIII. pag. 294. Prophetae Minores XII.
XXIV. pag. 307. *b.* Machabaeorum Libri II. quibus praeter Prologum S. Hieronymi alter occurrit Rabani.

XXV.

Digitized by Google

XXV. pag. 325. Quatuor Evangelia.

XXVI. pag. 258. Epiſtolae Paullinae XIV.

XXVII. pag. 378. *b.* Actus Apoſtolorum.

XXVIII. pag. 388. *b.* Epiſtolae Canonicae VII.

XXIX. pag. 393. Apocalypſis.

XXX. pag. 398. Interpretationes Hebraicorum nominum, ordine alphabetico; pag. 431. Index Capitum Librorum Veteris Teſtamenti, uſque ad Librum III. Regum, alia manu; ac tandem pag. 434. Concordantiae Evangeliorum, ut videntur, in fine mutilae.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, cum figuris ad omnes ferme Libros rudi pennicillo depictis, initialibus coloratis, & titulis rubricatis, num. 46. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 434.

NICOLAI DE LYRA POSTILLA SVPER QVINQVE LIBROS SAPIENTIALES, ET SVPER ISAIAM.

Cod. VI. I. pag. 1. Nicolai de Lyra Poſtilla ſuper Proverbia Salomonis, cum Prologo, qui inc. *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter. Prov. XXII. Secundum quod dicitur in principio de plantis.* Deſ. *intendere non propono.* Poſtilla inc. *Parabolae Salomonis &c. Circa primum Librum Salomonis, qui dicitur Parabolae.* Deſ. *in quantum per eius ſtudium ſapientiam conſequuntur.* Vt in edit. Veneta anni MDLXXXVIII. fol. Tom. III. a pag. 308. *b.* uſque ad pag. 341.

II. pag. 20. *b.* Eiuſdem ſuper Eccleſiaſten. Inc. *Verba Eccleſiaſtes. Sicut dictum fuit in principio Libri Proverbiorum.* Deſ. *laetabitur iuſtus, quum viderit vindictam, & ad gloriam Dei, cui eſt honor &c.* Ibid. a pag. 341. *b.* ad pag. 354. *b.*

III. pag. 30. Eiuſdem ſuper Cantica. Inc. *Oſculetur me &c. Expedito primo Salomonis Libro.* Deſ. *quia ibi eſt ſuaviſſima refectio electorum, ad quam nos perducat, qui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 355. uſque ad pag. 368.

IV. pag. 38. Eiuſdem ſuper Librum Sapientiae. Inc. *Poſt Libros Hiſtoriales non Canonicos.* Deſ. *ut patuit in mari rubro, in deſerto, & in ceteris locis, ad laudem nominis tui, quod eſt benedictum in ſaecula.* Ibid. a pag. 368. uſque ad pag. 386. *b.* Tum maioribus litteris titulus hic adiicitur: *Explicit Poſtilla ſuper Librum Sapientiae edita a Fratre Nicolao de Lyra de Ordine Fratrum Minorum Sacrae Theologiae Doctore. Deo gratias anno Domini milleſimo CCCXXX. die Iovis, ante Iudica.*

V. pag. 50. Eiuſdem ſuper Eccleſiaſticum. Inc. *Omnis ſapientia a Domino Deo eſt &c. Hic incipit Eccleſiaſticus, qui primo fuit Hebraice ſcriptus.* Deſ. *& diſponit omnia ſuaviter, cuius nomen eſt benedictum in ſaecula &c.* Ibid. a pag. 387. *b.* uſque ad pag. 439. Tum ſubditur: *Explicit Poſtilla ſuper Eccleſiaſticum edita a Fratre Nicolao de Lyra de Ordine Fratrum Minorum Sacrae Theologiae Doctore anno Domini milleſimo CCCXXXI.*

Explicit expliceat, ludere ſcriptor eat.

VI. pag. 87. Eiuſdem ſuper Iſaiam Prophetam, cum Prologo, qui inc. *Ieruſalem Evangeliſtam dabo. Iſaiae XLI. Secundum quod dicit Beatus Hieronymus in Epiſtola ad Paullinum.* Deſ. *ſed poſtea in futuro lucide videbimus, & aperte, quod nobis concedat &c.* Poſtilla inc. *Viſio Iſaiae. Hic accedendum ad formam Tractatus, quae eſt diviſio Libri.* Deſ. *& ſic totum cedit in gloriam electorum, & ipſius Dei principaliter, cui eſt honor &c.* Tom. IV. cit. edit. a pag. 1. uſque ad pag. 108. *b.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV., binis columnis, cum initialibus coloratis, & figuris quibuſdam ad textus explicationem pertinentibus, num. 50. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 151.

NICOLAI DE LYRA SVPER HIEREMIAM, EZECHIELEM, ET DANIELEM, DVODECIM PROPH. MIN. &c.

Cod. VII. I. pag. 1. Nicolai de Lyra Poſtilla ſuper Hieremiam, cum Prologo, qui inc. *Prophetam in gentibus dedi te. Verbum propoſitum Hieremiae primo Capitulo.* Deſ. *& adſcenſionem in caelum, ubi cum Patre & Spiritu Sancto vivit &c.* Poſtilla inc. *Verba Hieremiae. Liber iſte in duas partes dividitur.* Deſ. *quia tibi proprium eſt miſereri & parcere, qui vivis &c.* Cit. edit. Tom. IV. a pag. 110. uſque ad pag. 202. In calce ita legitur: *Explicit Poſtilla Fratris N. de Lyra Ordinis Fratrum Minorum Sacrae Theologiae venerabilis Doctoris ſuper Hieremiam prophetam. Hic autem Librum Baruch, & Epiſtolam Hieremiae omitto, quia non ſunt de Canone, ſed cum Libris non Canonicis exponentur.*

II. pag. 45. *b.* Eiuſdem Poſtilla in Librum Baruch. Inc. *Et haec verba Libri &c. Poſt Librum Tobiae ſecundum ordinem temporis &c.* Deſ. *qui in Trinitate perfecta vivit & regnat &c.* Ibid. a pag. 202. ad pag. 207. *b.*

III. pag. 51. Eiuſdem Poſtilla ſuper Ezechielem. Inc. *Aperti ſunt caeli, & vidi viſiones Dei. Ezechielis primo. In verbo propoſito ab Ezechiele dicto poſſunt notari quatuor.* Deſ. *& lux cum eo eſt, cui eſt laus, honor &c.* Ibid. a pag. 207. *b.* ad pag. 292. *b.*

IV. pag. 109. *b.* Eiuſdem Poſtilla ſuper Danielem, cum Prologo, qui inc. *Danieli autem dedit Deus intelligentiam omnium viſionum. Dan. primo. In verbo propoſito tanguntur quatuor cauſſae &c.* Deſ. *viſio clara divinae eſſentiae in patria, ad quam nos perducat &c.* Sequitur deinde Expoſitio in Prologum S. Hiero-

ronymi, quae inc. *Danielem Prophetam. Hieronymus praeponit hunc Prologum Libro Danielis Prophetae, in quo facis tria*. Deſ. *aut odiunt inconvenienter vituperando quod odiunt*. Poſtilla in textum inc. *Anno tertio Ioachim &c. Liber Danielis dividitur in tres partes*. Deſ. *& populus ei ſubiectus, fuit inductus ad laudandum Deum, qui eſt benedictus &c.* Ibid. a pag. 293. *b.* ad pag. 331. *b.*

V. pag. 144. *b.* Eiuſdem Poſtilla ſuper duodecim Prophetas Minores, cum Prologo, qui inc. *Duodecim Prophetarum oſſa pullulant de loco ſuo. Eccl. XLIX. Sicut in Libro Pſalmorum*. Deſ. *per apertam viſionem, ad quam nos perducat, qui cum Patre &c.* Poſtilla in Oſeam inc. *Verbum Domini. Liber iſte in duodecim partes dividitur*. In Malachiam deſ. *electi adhaerebunt Deo, ſempiterna fruitione, quam nobis concedat, qui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 332. *b.* uſque ad pag. 427. *b.* Tum *Explicit Poſtilla Fratris Nicolai de Lyra de Ordine Fratrum Minorum ſuper XII. Prophetas. Orate pro eo ac pro ſcriptore, cuius nomen eſt Gruffinus Gallenſis*.

VI. pag. 185. Eiuſdem Poſtilla ſuper Machabaeorum Libros II. Inc. *Et factum eſt, Poſt hiſtoriam Libri Iudith*. Deſ. *per impletionem myſterii Verbi incarnati, cui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 428. *b.* uſque ad pag. 479.

VII. pag. 207. Eiuſdem quaeſtio ad quemdam Iudaeum, ex verbis Evangelii ſecundum Matth. contra Chriſtum nequiter arguentem. Inc. *Potens ſit exhortari in doctrina ſana*. Deſ. *per hoc quod obiectiones ſuas in aperto mendacio terminavit*. Edit. cit. Tom. VI. a pag. 280. ad pag. 285.

VIII. pag. 214. Eiuſdem quaeſtio de probatione per Scripturas a Iudaeis receptas, quod myſterium Chriſti adventus a Lege & Prophetis ſit impletum. Inc. *Quaeritur, utrum per Scripturas a Iudaeis receptas poſſit probari myſterium Chriſti in lege & prophetis promiſſi*. Deſ. *& plures iam baptizati ad vomitum revertuntur*. Ibid. a pag. 275. *b.* ad pag. 280. Memoratur a Fabric. Bibl. Med. Tom. V. pag. 116.

IX. pag. 221. Eiuſdem de differentia Hebraicae & Latinae noſtrae tranſlationis in veteri Teſtamento. Inc. *Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis. Eccl. XXXVIII. Scriptura Sacra proprie ſapientia nominatur. Deuter. IV.* Deſ. *cuius doctrina apud Iudaeos modernos magis authentica reputatur. Explicit Tractatus de differentia noſtrae translationis, ab Hebraica littera veteris Teſtamenti, editus a Fratre N. de Lyra de Ordine Fratrum Minorum, & completus anno Domini MCCCXXXIII. die ſabbati, ante feſtum Beati Lucae Evangeliſtae*. Scriptus A. MCCCXXXIII. editusque Rothomagi in 8. in ipſis fere typographiae incunabulis. De hoc rarius obvio Libello videndus Rich. Simon in Cenſura Bibl. Eccleſ. Dupinian. Tom. I. pag. 354. ſeqq.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus Librorum auratis & coloratis, & titulis rubricatis, ab eadem manu qua ſuperior exaratus, & num. 52. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 249.

PLVTEVS VII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XI.

CODEX II.

BIBLIA SACRA.

VEteris, & Novi Teſtamenti Libri omnes cum Epiſtolis, & Prologis S. Hieronymi, & Capitum diviſione, ut in Codice I. Plutei IV. ſupra pag. 345. §. I. & ſeqq. Ordo Librorum ſequens eſt:

I. pag. 1. Geneſis.
II. pag. 13. Exodus.
III. pag. 22. Leviticus.
IV. pag. 28. Numeri.
V. pag. 37. *b.* Deuteronomium.
VI. pag. 46. *b.* Ioſue.
VII. pag. 52. Liber Iudicum.
VIII. pag. 58. Liber Ruth.
IX. pag. 59. Regum Libri IV.
X. pag. 90. Paralipomenon Libri II.
XI. pag. 105. *b.* Eſdrae tantum Libri II. Ad calcem ſecundi in margine manu diverſa adſcriptum eſt: *Hic deficit tertius Liber Eſdrae*.
XII. pag. 111. *b.* Liber Tobiae.
XIII. pag. 114. Liber Iudith.
XIV. pag. 117. Liber Eſther.
XV. pag. 120. *b.* Liber Iob.
XVI. pag. 127. Liber Pſalmorum.
XVII. pag. 142. *b.* Parabolae Salomonis.
XVIII. pag. 147. *b.* Eccleſiaſtes.
XIX. pag. 149. *b.* Cantica Canticorum.
XX. pag. 150. *b.* Liber Sapientiae.
XXI. pag. 154. Liber Eccleſiaſtici, cum Oratione Salomonis in fine.
XXII. pag. 165. Quatuor Prophetae Maiores.
XXIII. pag. 210. Duodecim Prophetae Minores.
XXIV. pag. 220. Machabaeorum Libri II.
XXV. pag. 233. Quatuor Evangelia.
XXVI. pag. 260. *b.* Epiſtolae Paullinae XIV.

XXVII.

XXVII. pag. 277. Epiſtolae Canonicae VII.

XXVIII. pag. 280. *b.* Actus Apoſtolorum.

XXIX. pag. 289. Apocalypſis.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, perſpicuo charactere exaratus, cum initialibus coloratis, & titulis Librorum rubricatis, num. 57. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 292.

NIC. DE LYRA QVAESTIO CONTRA IVDAEOS, PETRI DE AQVILA LECTVRA IN LIBROS SENT. &c.

Cod. III. I. pag. 1. Nicolai de Lyra Ordinis Minorum Fratrum Quaeſtio contra Iudaeos, in qua quidem probatur pluralitas Perſonarum in Divinis, & Chriſtum fuiſſe verum Deum & Hominem, & tempus eius adventus eſſe praeteritum. Inc. *Quaeritur, utrum ex Scripturis receptis a Iudaeis poſſit probari efficaciter Salvatorem noſtrum fuiſſe Deum & Hominem; & arguitur primo quod ſic.* Deſ. *& plures etiam baptizati ad vomitum revertuntur.* Eſt eadem Quaeſtio, atque illa quae habebatur in Cod. VII. Plut. VI. ſupra pag. 366. §. VIII. licet in principio diverſa. In calce ad inſtar verſuum haec ſcripta ſunt:

Terminat hic opus contra perfidiam factum
Hebraicam, volens quiſquis militare in eam
Faciliter poterit munitus dogmate iſto.

Tum rubrica repetitur titulus, & adiicitur:

Qui ſcripſit ſcribat, ſemper cum Domino vivat.
Vivat in caelis Fr. Franciſcus de Sancto Remigio de Florentia nomine felix.

II. pag. 12. Anonymi Sermo de Adventu Domini. Inc. *Ego lux in mundum veni. Io. XII. Quoniam, teſte Beato Dionyſio, nullus ſine ſapientia poteſt eſſe beatus.* Deſ. *digni quidem illi carere luce.*

III. pag. 13. *b.* Verſus ad commendationem Fratris Bonaventurae Cardinalis de Balneoregio. Inc.

O lugubris Eccleſiae planctus & plaga dura!
Defunctus eſt fons gratiae, Frater Bonaventura.

Deſ.

Nobis auxiliator ſit in regno caelorum,
Qui forma fuit morum nobis manens viator.

IV. pag. 19. Fratris Petri de Aquila Lectura ſuper tres Libros Sententiarum, praevia Diſtinctionum, & Quaeſtionum in unoquoque Libro contentarum tabula. Lectura in Librum I. inc. *Vtrum de Deo poſſit communicari aliqua notitia viatori pro ſtatu viae? Videtur quod non.* In tertium Librum deſ. *quorum praeceptorum adimpletionem nobis exercere concedat, qui eſt benedictus in ſaecula &c.* Huius Petri de Aquila, ſeu Aquilani, Ordinis Minorum, & Epiſcopi S. Angeli in Regno Neapolitano, exſtant praeter alia, Quaeſtiones in IV. Libros Sententiarum iuxta Scoti doctrinam, Spirae primum MCCCCLXXX. deinde Venetiis MCCCCLXXXIV. typis impreſſae. Vide Poſſevinum, & Waddingum pag. 275.

V. pag. 161. *b.* Aliae Quaeſtiones, ut in ſuperiori margine notatur, Landulphi. Inc. *Vtrum creatio activa ſit divinum velle? Quod non, quod competit Deo ex tempore, non eſt illud quod ſibi competit ab aeterno.* Deſ. *cum actu intelligendi, ſecundum mentem Auguſtini.*

Codex membran. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, num. 59. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 166.

FR. HVGONIS POSTILLA IN ALIQVOT SACRAE SCRIPTVRAE LIBROS.

I. pag. 1. Fratris Hugonis Ordinis Praedicatorum (1) Poſtilla in varios Sacrae Scripturae Libros, & primo in Librum Iob, cum variis Prologis, quorum primus inc. *Legitur Oſeae XI. In funiculis Adam traham te in vinculis charitatis &c. Funiculos Adam vocat Propheta poenas temporales, & miſerias corporales &c.* Poſtilla in Librum inc. *Vir erat &c. Sicut dictum eſt, hunc Librum tranſtulit Hieronymus.* Deſ. *per VII. filios univerſitas electorum propter ſeptem dona Spiritus Sancti, quibus omnes electi adiuvantur.* Cod. IV.

II. pag. 42. Eiuſdem ſuper Eccleſiaſticum, incipiens a Cap. XII. imperfecto, & a verbis . . . . *tuum, ſi autem declinaveris, ideſt a proſperitate cecideris, non ſupportabit te ſubveniendo, vel compatiendo, quia eſt amicus, ſolo nomine amicus.* Deſ. *quem poſt illum librum, iuvante Domino poſſimus, nos lecturos.*

III. pag. 87. Eiuſdem ſuper Iſaiam Prophetam, incipiens a Cap. XLIII. & a verbis . . . . . . *In inferni non videt, quae adquirit, nec bona Paradiſi, quae perdit; tamen oculi ei ſunt, ideſt intellectus rectus, ſi vellet eo bene uti.* Deſ. *& calcabitis impios, quum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum.*

IV.

(1) Hugo de S. Iacobo, ſive de S. Caro, ſive de S. Theoderio ſuburbio Viennae Allobrogum, Gallus, Theologus Pariſienſis, Ordinis Praedicatorum Provincialis, & ab anno MCCXLV. uſque ad annum MCCLX. quo obiit Lugduni, Cardinalis Presbyter titulo S. Sabinae, plurima ingenii ſui, ac doctrinae monumenta reliquit, quae vide apud Fabric. Bibl. Med. Tom. III. pag. 289. ſeq. Prae reliquis exſtant Poſtillae, ſive breves Commentarii in univerſa Biblia iuxta quadruplicem ſenſum, litteralem, allegoricum, moralem, & anagogicum, qui quidem prodierunt VI. Voluminibus in fol. primum Venetiis & Baſileae MCCCCLXXXVIII. & alibi deinceps. De eo videndus Iacobus Quetif Tomo I. pag. 194. ſeqq.

IV. pag. 123. Einſdem ſuper Hieremiam, Threnos, & Barueh. Prologus inc. *Apoc. VIII. Vidi & audivi vocem unius aquilae volantis &c. Modus agendi tangitur bene.* Deſ. *vel uddendo de ſuo.* Poſtilla inc. *Verba Hieremiae &c. Iſte Liber principaliter dividitur in tres partes, quarum prima eſt, quaſi Prooemium.* Deſ. *tuſtas longe ab opprobriis, ſcilicet poenis & confuſionibus aeternis, quae praeſciti ſuſtinebunt.*

V. pag. 210. Eiuſdem Poſtilla ſuper Lucam, incipiens a Cap. XI. & a verbis..... *aut ignis emiſſionem tempore Eliae &c.* Deſ. *merito ergo in figura animalium fortitus eſt formam vitali.*

VI. pag. 258. Eiuſdem Poſtilla ſuper Ioannem, cum Prologo, qui inc. *Ego ex ore altiſſimi prodii &c. Verba ſunt Sapientiae.* Deſ. *& matrem virginem Virgini commendavit.* Poſtilla inc. *In principio erat Verbum &c. Quia Ioannes rogatu Epiſcoporum Aſiae hunc Librum compoſuit contra haereticos coaeternitatem, & conſubſtantialitatem Filii deſtruentes.* Deſ. *ut eſt illud pſalm. poſuerunt in caelum os ſuum, & verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.*

In prima pagina legitur: *Iſte Liber eſt depatatus ad uſum Fratris Bonanni Florentini Ordinis Minorum*; inde manu Fratris Thedaldi apponitur index Expoſitionum.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, num. 60. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 339.

IO. DE RVPELLA POSTILLA SVPER MATTHAEVM, ET FR. HVGONIS SVPER LVCAM, ET IOANNEM.

Cod. V. I. pag. 1. IOannis de Rupella (1) Poſtilla ſuper Matthaeum, cum Prologo, qui inc. *Similisada vultus animalium facies hominis &c. Ad laudem, & gloriam Salvatoris oſtendit Propheta &c.* Deſ. *& egreſſus Ieſus.* Poſtilla in Evangelium inc. *Liber generationis &c. Poſuerunt ſuper caput eius cauſſam ipſius ſcriptam: hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iudaeorum.* Deſ. *qui fecit virtutem magnam in Iſraël, quod nobis praeſtare dignetur Ieſus Rex Salvator, qui cum Patre &c. Expliciunt gloſſae Fratris Ioannis de Rapella ſuper Matthaeum.*

II. pag. 70. Fratris Hugonis Poſtillae ſuper Lucam, cum Prologo, quibus praecedit tabula Evangeliorum Matthaei, Lucae, & Ioannis, quae leguntur per totius anni circulum, manu Fratris Thedaldi exarata. Prologus inc. *Vidi & ecce quatuor quadrigae egredientes de medio duorum montium &c. Hanc viſionem revelavit Deus Zachariae.* Deſ. *tamen ne fructum amitterem in faſtidientibus, volui brevitate, ſermones potius perſtringere.* Poſtilla in Evangelium inc. *Quoniam quidem &c. Impingua oblationem, & da locum medico. Eccl. XXXVIII. Hoc fit quum oratio, ſive lectio conditur charitatis affectu; ſic enim effectum habet medicina.* Deſ. *merito ergo in figura animalium, fortitus eſt formam vituli. Expliciunt Poſtillae ſuper Lucam ſecundum Fratrem Hugonem. Benedictus Deus. Amen. Finis.* Occurrit etiam in Cod. IV. huius Plut. ſupra pag. 369. §. V. ſed ibi mutila.

III. pag. 174. Eiuſdem Poſtilla ſuper Ioannem, cum Prologo, ut in dicto Codice §. VI. Heic tamen deſinit in Capite VIII. incluſive, & in verbis: *ſecundum illud Coloſſ. III. mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Amen.*

Codex membranae. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, num. 61. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 214.

FR. HVGONIS DE S. IACOBO SVPER LVCAM.

Cod. VII. FRatris Hugonis de Sancto Iacobo Poſtillae ſuper Lucam, ut in Cod. V. ſuperiore §. II. Heic in fine occurrit tabula rerum notabilium, & in principio alia diverſa manu index Evangeliorum ſecundum Lucam, quae per totius anni circulum leguntur in Eccleſia.

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 63. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 143.

FR. HVGONIS POSTILLA SVPER IOANNEM.

Cod. VIII. FRatris Hugonis Prioris Pariſius de Ordine Fratrum Praedicatorum Poſtilla ſuper Ioannem, ut in Cod. IV. huius Plutei ſupra pag. 369. §. VI. Tum ſubiicitur: *Expliciunt Poſtillae Fratris Hugonis Prioris Pariſius de Ordine Fratrum Praedicatorum ſuper Ioannem. Omnis lector iſtorum Poſtillarum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti oret, & faciat orare pro animabus compoſitoris & ſcriptoris earum. Actum Pariſius anno Domini MCCXLV.*

In principio legitur tabula rerum notabilium, & haec de more notitia: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Florentini Conventus Fratrum Minorum 1406.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. binis columnis, num. 64. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 145.

(1) Ioannes de Rupella Gallus, Ordinis Minorum, Theologus Pariſienſis, floruit medio circiter ſaeculo XIII. de quo vide Fabric. Bibl. Med. Tom. IV. pag. 126.

PSALTERIVM CVM POSTILLA.

Cod. IX. PSalterium cum Poſtilla continua. Praefatio inc. *Chriſtus integer, caput cum membris, eſt materia huius Libri*. Deſ. *quod in Actibus Apoſtolorum legitur dictum ſingulariter in Libro Pſalmorum*. Gloſſa inc. *Beatus vir. Huic Pſalmo non eſt auſus Eſdras apponere titulum, quia in ſequentibus Caput Libri vocatur, ut ibi: In capite libri ſcriptum eſt de me*. Deſ. *ideo ipſi propter laudandum Deum ſignificantur diverſis modis, muſicis inſtrumentis uſque ad finem Pſalmi, vel quam dixerit Deum laudandum in ſanctis, ſupponit, quare*. Citantur in margine Alcuinus, Auguſtinus, Aymo, Beda, Caſſiodorus, Hieronymus, Remigius.

In primo folio legitur: *Iſtud Volumen dedit Frater Henricus de Circulis Fratribus Minoribus Florentini Conventus anno Domini MCCLXXXV. ita quod alienari a dicto Conventu non poſſit, reſervata ſibi plena poteſtate utendi eo, prout ſibi placuerit, in vita ſua*.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. ineuntis, cum initialibus auro, variiſque coloribus decoratis, & aliquot figuratis, textu craſſiori littera exarato, & titulis rubricatis, num. 56. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 179.

FR. HVGONIS POSTILLA SVPER ISAIAM.

Cod. X. FRatris Hugonis Poſtilla ſuper Iſaiam Prophetam. Prologus inc. *Habemus firmiorem ſermonem Propheticum, cui benefacitis attendentes &c. In his verbis nos reddit Apoſtolus circa lectionem Prophetarum dociles, benivolos, & attentos*. Deſ. *dicentes nos ſcire veritatem, & habere correpta exemplaria*. Expoſitio inc. *Viſio Iſaiae. Hic enim titulus Libri uſque ibi: Audite caeli, in quo breviter oſtenditur, de quibus, & quando prophetavit*. Deſ. *& calcabitis impios, quum fuerint cinis ſupplantara pedum veſtrorum. Explicit Iſaias*. Occurrit etiam in Codice IV. huius Plutei ſupra pag. 368. § III. ſed in principio mutila, incipiebat enim a Capite XLIII.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, num. 65. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 114.

IOB CVM POSTILLIS.

Cod. XI. IOb, cum Poſtillis marginalibus & interlinearibus. Praecurrunt explicationes quaedam in aliquot peculiaria dicta ſacrorum Veteris Teſtamenti Librorum, quae inc. *Fluenta aſibus hominum plumbi ſtylo miniſtrat; ſic & homo minoris vitae ſanctioribus Dei verba. Quiſquis de Deo loquitur, curet audientium mores inſtruere*. Deſ. *ſed ibi non eſt malleus, afflictio, nec ſecuris, quae foras aliquem proiiciat, nec ferramenta, ideſt quaelibet minima flagella*. Inde ſequitur pag. 8. *b*. Prologus, cuius initium: *Primum quaedam praemittamus, ut facilius quae in Libro ſunt videamus. Liber iſte etiam apud Hebraeos obliquus fertur & lubricus*. Deſ. *primum igitur, ſecundum hiſtorialem ſenſum, litteram exponamus & dicamus*. Poſtilla prima in Iob, inc. *Allegorice. Vir iſte Chriſtus eſt, qui viriliter egit in carne quam aſſumpſit, & in qua dolores noſtros ſuſtinuit &c. Moraliter. Iob in terra Hus, fidelis eſt, qui in vero mentis conſilio poſitus de aeternis bonis quae amiſit cogitat, & dolet &c. Fides ſanctiſſimi Iob in proſperis quidem magna fuit, ſibi nota & Deo, ſed ad exemplum patientiae eam Deus flagellis promovit*. Ultima deſ. *plena dierum moritur, cui labentes anni non tranſeunt, ſed ſtantium actuum retributione ſolidantur*. Tandem pag. 111. alia redeunt ſcholia, quae inc. *Numquid coniungere poteris micantes ſtellas Plyades. Plyades ab Oriente, Arcturus ab Aquilone ſurgunt*. Deſ. *Paulus ad adverſa etiam ex ſuo voto ducitur*.

Pro Codicis cuſtodia fragmentum occurrit Chronici Pontificalis ab anno DCCLII. incipiens, ſcilicet a Stephano II. & progrediens uſque ad Leonem Leonis filium, & nepotem Conſtantini, qui imperavit annis V., & fuit maritus Irenes.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. cum rudi pictura in principio, quae totam paginam implet, & Iobi diverſas afflictiones repraeſentat, & cum altera figura ſedente in littera initiali, num. 67. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 112.

POSTILLAE SVPER IOB, ECCLESIASTEN &c.

I. pag. 1. POſtillae ſuper Iob. Prologus inc. *Conſumpta eſt caro eius a ſuppliciis. Revertatur ad dies adoleſcentiae ſuae. Iob XXXIII. In iis verbis, quae ad litteram in iuſta afflictio ſcribuntur, poſſunt notari cauſſae introductoriae in Librum Iob*. Deſ. *& videbit faciem eius cum iubilo per gloriam in patria, ad quam nos perducat, qui vivit &c*. Cod. XII. Tum ſequitur Expoſitio Praefationis S. Hieronymi, quae inc. *Cogor per ſingulos &c. Operi principali praemittit Hieronymus duos Prologos*. Deſ. *his viſis, accedamus ad Libri diviſionem*. Expoſitio in Iob, inc. *Vir erat in terra Hus &c. Liber iſte totaliter poteſt dividi in duas partes*. Deſ. *quod nulla ſollicitas neceſſitas, vel indigentia, quia dies pleni inveniuntur in eis*. Tum pag. 139. cuiuſdam Paullinae Epiſtolae Expoſitionis fragmentum occurrit.

II. pag. 140. Poſtillae ſuper Eccleſiaſten,

cum

cum ampliſſimis Prolegomenis, quae inc. *Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter. XXII. Prov. Quum ſapientis & veri doctoris ſit docere varia ſapientiali doctrina*. Deſ. *mugiſtis, ut tauri*. Expoſitio inc. *Praemiſſo titulo prooemiali, ſequitur Tractatus ibi: Vanitas vanitatum, in quo oſtendit auctor omnia eſſe ſubiecta vanitati, ſecundum triplicem differentiam vanitatis*. Deſ. *& adimpleamus eius mandata in hac vita, & ſupplicemus iugiter pro miſericordia habenda in ſuo iudicio, & pro gloria in futura vita, quod nobis praeſtare dignetur, qui eſt venturus iudex vivorum & mortuorum*.

In ſuperiori primae paginae margine legitur: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia*.

Adſit principio Sancta Maria meo,
Hac in ſentina nobis ſuccurre marina.

Tandem pag. 138. *b. Iſte Liber ſpectat ad Conventum Florentinum Ordinis Fratrum Minorum, deputatus ad uſum Fratri Illuminato de Caponſaccis eiuſdem Ordinis*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 68. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 197.

PLVTEVS VIII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

CODEX I.

EXPOSITIO IN CANTICVM CANTICORVM.

QVum prima reciſa fuerit huius Voluminis pagina eo quod, ut videtur, aliqua decoraretur pictura, ideo uberrimae huius in Cantica Canticorum Expoſitionis auctor, cuius fortaſſe nomen in principio Operis erat appoſitum, non apparet; quem tamen eſſe Fratrem Leonardum de Griſonio (1) comperit Cl. Franciſcus Antonius Zacharias, qui huius Codicis mentionem facit in Itinere Litterario per Italiam Venetiis apud Seb. Coleti MDCCLXI. pag. 96. Dividitur autem haec Expoſitio in Capita CXLIII. quae vocantur Cantica. Prologus ob dictam folii unius vel alterius iacturam initio mutilus incipit a verbis . . . . . . *poſſiderent in proprio per beatam fruentiam, ſed benedictio pelagi abyſſalis, quae dicitur iacere inferius perenni accubitu, eſt Dei bonitas communicata benignius*. Deſ. *ut Spiritus Sanctus materiam arcanorum aperiet divinorum caeleſtium meo ingenio imbecilli, & debili, & hoc modo perficitur praeſens hic Prologus*. Expoſitio inc. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Cant. 1. cap. Humana progenies in ſtatu primario bene tunc condita, amicta in veſtibus albis, & candidis originalis iuſtitiae, atque mundiciae*. Deſ. *laborem hunc ſubii in aetate iam veteri, ſenili, & gravida multis languoribus. ut munus recipiam orationum ad Dominum Deum altiſſimum, qui regnat & imperat ſaeculorum per ſaecula benedictus intermina. Amen. Explicit Liber Canticorum centum quadraginta trium ſuper Cantica Salomonis. Ieſus, Maria, Franciſcus*. Tum ſequitur pag. 215. *Tabula ſuper librum Canticorum centum quadraginta trium ſuper Cantica Salomonis ſecundum ordinem alphabeti*. Leonardus iſte de Griſonio, ſeu, ut vocat Fabricius Bibl. Med. Tom. IV. pag. 265. de Chiſano, ſive Iovis fano, Campaniae oppido, fuit Miniſter Generalis Ordinis Minorum ab anno MCCCLXXIII. & ab anno MCCCLXXVIII. ad MCCCCV. Cardinalis Presbyter. Varia ſcripſit, inter quae ingens hoc Volumen in Canticum Canticorum laudatum a S. Antonino Tit. XXIV. Hiſt. Cap. VIII. §. II. pag. 773.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Rever. Magiſtri Iacobi Georgii Domini Iacobi Blade, qui pertinet Armario Conventus S. Crucis de Florentia Ordinis Fratrum Minorum. Obiit praedictus Magiſter Iacobus XXIII. menſis Septembris MCCCCLXIII.*

Codex membranac. Ms. in fol. max. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus aliquot auratis & coloratis, ſub num. 69. Conſtat foliis ſcriptis 224.

POSTILLAE SVPER DEVTERONOMIVM, LEVITICVM, HIEREMIAM, XII. PROPHETAS MINORES, ET CANTICA CANTICORVM.

Cod. II.

I. pag. 1. POſtillae ſuper Deuteronomium. Inc. *Mandatum lucerna, & lex, lux, & via vitae, & increpatio diſciplinae. Prov. VI. In hac auctoritate determinatur materia Deuteronomii*. Deſ. *extentam manum; quoad ſigna facta, poſtquam receſſerunt ab Aegypto. Explicit Deuteronomium. Benedicamus Domino. Deo gratias*.

II. pag. 16. *b.* Poſtillae ſuper Leviticum. Inc. *Leviticus in tres partes dividitur; in prima ſunt caeremonialia uſque ad XVIII. in ſecunda moralia, uſque ad XXI. in tertia partim moralia, partim caeremonialia uſque in finem*. Deſ. *quatenus dicit: ego Dominus, ubi oſtenditur tri-*

(1) Forte quando hunc verſavit Codicem Zacharias nondum charta ſublata fuerat.

trinitas perſonarum, & unitas eſſentiae. In pag. 25. *b.* quae ſequitur, habentur adnotationes quaedam in Epiſtolam II. ad Corinthios.

III. p. 26. Poſtillae ſuper Hieremiam. Inc. *Ez. II. Vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat liber &c. Hic nota: quatuor cauſſae libri: efficiens, ideſt manus Dei*. Deſ. *perpetuabitur regnum in regibus de ſemine David, in militibus, potentibus, & aliis populis*.

IV. pag. 40. Poſtillae ſuper duodecim Prophetas Minores. Inc. *Stabat ſuper XII. boves, ex quibus tres reſpiciebant ad orientem &c.* Deſ. *omnis qui non amat Dominum Ieſum ſit anathema maracha*. In calce averſae paginae legitur: *Fratris Philippi de Macello*.

V. pag. 75. Sequitur manu Saec. XII. Expoſitio ſuper Cantica, cum Prologo ſatis prolixo, qui inc. *Mulierem fortem quis inveniet? Nemo quidem ambigit humanae divinaeque ſapientiae Salomonem prae omnibus principatum poſſediſſe*. Deſ. *mulier prudentiſſima, conſtans & conſtantiſſima, felix & feliciſſima, per te laus ſit Ingenito, gloria Unigenito, cum Spiritu paraclyto, conſolatore inclyto*. Expoſitio inc. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Vox praedictae mulieris. Multa mihi, inquit, caeleſtis regis legati ſaepe nunciaſtis*. Deſ. *ſuper montes aromatum in aeternum maneat, ubi odor eſt ſuaviſſimus, locus delectabilis, ſplendor ineffabilis, copia inenarrabilis, ibi ſancti exſultant, ibi Angeli laetantur, ibi cum Patre & Spiritu Sancto laus, honor, & gloria in aeternum tibi cantatur. Amen*.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. partim XII. partim XIII. exeuntis, binis columnis, num. 70. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 97.

MORALITATES SVPER XII. PROPHETAS, ET EXPOSITIO SVPER GENESIM.

Cod. V. I. pag. 1. MOralitates ſuper duodecim Prophetas cum Prologo, qui inc. *Oſſa duodecim Prophetarum pullulant de loco ſuo; nam corroboraverunt Iacob. Hoc legitur in fine Eccleſiaſtici*. Deſ. *Oſee ſignificat X. uxor fornicaria Eccleſiam de gentibus collectam*. Moralitates in Oſeam inc. *Verbum Domini factum eſt ad Oſee, Salvatorem noſtrum, dum Deus pater loquutus eſt ad filium dicens: poſtula a me & dabo tibi gentes*. In Malachiam deſ. *ne forte veniam, & percutiam terram, ideſt terrenos; anathemate, illo ſcilicet, de quo dicit Zacharias, & anathema non erit amplius, a quo nos liberare dignetur, qui vivit per ſaecula ſaeculorum. Expliciunt Moralitates ſuper XII. Prophetas*.

II. pag. 164. Anonymi Expoſitio Moralis ſuper Geneſim. Inc. *In principio, ideſt in filio, vel in initio temporis, ſcilicet in inſtanti. Creavit Deus, ſcilicet fecit per ſucceſſionem temporum, dum unum producit ex alio, ut fructum de arbore, & huiuſmodi. Caelum, ſcilicet Empyreum ornatum Angelis, vel ſpiritualem materiam &c.* Deſinit imperfecte in verbis: *& dixit Laban ad Iacob: quaſi ita egiſti, ut clam abigeres filias meas, quaſi captivas gladio. In hoc mundus, vel Diabolus conqueritur, quod cogitationes in mentes hominum Dei verbum eis relictis ſequuntur, & utiliter captivantur, quas velut filias ex ſe genitas per malam imitationem poſſidebat. Sequitur: cur ignorante me fugere voluiſti, nec indicare mihi, ubi proſequerer te cum gaudio & canticis & tympanis & cithara? Non es paſſus* . . . . . . quae incidunt circa medium Capitis XXXI.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, num. 73. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 259.

POSTILLAE SVPER LEVITIC. PARALIP. ET ECCLESIASTICVM. S. BERNARDI QVAEDAM, PAVLLI OROSII CONTRA PAGANOS LIBRI VII. ET ANONYMI VARIA.

I. pag. 1. POſtillae ſuper Leviticum. Inc. *Vocavit autem Moyſen, & loquutus eſt ei Dominus &c. Iſtud Capitulum primum, in quo agitur de ſacrificiis holocauſtomatum, primo agitur de holocauſto greſſibilium, ſecundo volatilium*. Deſ. *haec quae audiſtis, debetis ſervare quae praecepta Domini ſunt, & per fidelem nuncium, ſcilicet per Moyſen*. Cod. VI.

II. pag. 25. Poſtillae ſuper Paralipomenon Libros II. Inc. *In diebus eius, ideſt Phaleth diviſa eſt terra, quia in diebus eius facta eſt turris, ubi confuſio linguarum facta eſt*. Deſ. *altera medietas erat latitudo viae X. cubitorum, quae ſe flectebat verſus templum iuxta aedificium auſtrale*. Tum pag. 30. ſubiiciuntur quaeſtiones quaedam Auguſtini ad Gregorium Papam, cum reſponſionibus, quarum prima eſt, *an mulier praegnans debeat baptizari; & poſtquam genuerit, poſt quantum tempus intrare poſſit Eccleſiam &c.*

III. pag. 31. Poſtillae ſuper Eccleſiaſticum ſecundum Fratrem Guerricum. Inc. *Viam ſapientiae narrabo &c. Verba iſta ſunt Spiritus Sancti viam ſapientiae promittentis &c.* Deſ. *& dabitur galea; ſub tegmine enim ſuo mittes. Explicit Eccleſiaſticus*.

IV. pag. 104. Quaedam Summa de divinis Officiis, Caput primum *De miniſtratoriis Sacramentis* inc. *Eſdras Propheta Iſraëliticum populum converſum a captivitate Babylonis docuit laudare Dominum*. Caput ultimum: *De myſtica panis fractione* deſ. *quare miſſa eſt hoſtia, per quam fracta ſunt Tartara*. Alia adduntur pag. 108. *b. de figura Eccleſiae, de gallo qui ponitur ſupra tectum Eccleſiae, de quinque locis habendis circa Eccleſiam &c.*

V.

V. pag. 111. Poſtillae ſuper Librum Threnurum. Inc. *Quomodo ſedet ſola civitas plena populo. Quantum ad litteram ſpectat, deſolationem Ieruſalem plangit Hieremias.* Deſ. *ut intelligamus ea mala, quae praedicta ſunt quanta miſeria conſequatur.*

VI. pag. 122. Sermo Beati Bernardi in Synodo prima. Inc. *Salomonis LX. Fortes ambiunt ex omnibus fortiſſimis Iſraël omnes tenentes gladios.* Deſ *qui eſt Deus benedictus.*

VII. pag. 123. Eiuſdem Sermo in Annunciatione Virginis. Inc. *Germinet terra herbam virentem &c. Qui de terra ſumus, & utinam de beata terra, ideo de terra loquimur.* Deſ. *quia illum, qui per ignorantiam labitur aut funditus expellit, aut graviſſime punit.*

VIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem apoſpaſma ex libro ad Eugenium de Conſideratione.

IX. pag. 124. Poſtillae ſuper Danielem per Fratrem Ioannem de Rupella Ord. Minor. Inc. *Optavi, & eſt mihi ſenſus datus, invocavi, & venit in me ſpiritus ſapientiae &c. Ex verbis iſtis poſſunt extrahi cauſſae introductoriae in Librum Daniel.* Deſ. *deinde reficitur in devotione, & hoc eſt, Daniel comedit. Benedictus Deus &c.*

X. pag. 145. Excerpta quaedam de rebus Aſtronomicis, & Theologicis ex Fulcone, & Hugone de Sancto Victore, & aliis Patribus; de dierum diverſitate, de aeternitate, de evolutione temporum, de nominibus clericorum, de paſſione Domini, de Adventu, de Iudicio, de Nativitate B. Mariae; Quid duodenarius numerus in XII. repraeſentat prophetis &c.

XI. pag. 150. Poſtillae ſuper Prophetas Minores ſecundum Cancellarium, ut in Cod. II. huius Plutei ſupra pag. 375. §. IV. ubi erant anepigraphae.

XII. pag. 194. Poſtillae ſuper Apocalypſim ſecundum quemdam (ſic). Inc. *Qui revelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. His verbis poteſt haberi ingreſſus ad Librum, quem prae manibus habemus.* Deſ. *quae ſigna in figura hominis, vituli, leonis, & aquilae, vel altare, eſt Eccleſia, corona; quatuor Evangelia.*

XIII. pag. 200 Paulli Oroſii Libri VII. contra eos, qui tempora Chriſtianorum accuſabant, cum Prologo ad Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum, cui idem Paullus ſcribit hos ſeptem Libros ab eo rogatus, vel iuſſus, intendens Chriſtianorum tempora excuſare, & confutare accuſatores eorum. Prologus inc. *Praeceptis tuis parui &c.* ut in aliis Codicibus. Liber primus, inſcriptus *De mundi ſitu* inc. *Praeceperas mihi &c.* In fine rubrica legitur: *Expliciunt Libri VII. Oroſii Pauli contra eos, qui Chriſtianorum inculpabant tempora.*

XIV. pag. 284. *b.* Narratio de Indorum Patriarcha, qui Romam venit. Inc. *Temporibus Caliſti Papae ſecundi anno eius quarto, res novis annalibus memoranda, Romanae Urbi contigiſſe ſciatur. Sane Patriarcha Indorum Romam veniens, illius ſcilicet Indiae, quae ultima mundi finem facit, adventus ſui Romanis, & univerſis Italiae fere ſtupendum miraculum fecit.* Deſ. *operari non deſinit, qui cum Deo Patre Almoque Spiritu vivens, imperat per infinita ſaecula &c.*

XV. pag. 286. Anonymi Sermo ſine titulo, qui tamen eſt de Charitate. Inc. *Quotidianum de dilectione ſermonem ſerimus, ne forte ſcintillet in cordibus veſtris &c.* Deſ. *auctor univerſorum Deus.*

XVI. pag. 288. Anonymi themata Sermonum, quorum primus ad Evang. verba *Matth. XXI. Quum appropinquaſſet Ieſus &c. Ite in caſtellum &c.* inc. *Nota quod quatuor ſunt adventus Domini, primus in carne, ut indicetur &c.*

XVII. pag. 294. Summa quaeſtionum Theologicarum contra Hereticos in principio mutila. Caput primum integrum inſcriptum *Utrum iurare ſit licitum, & qualiter iuramentum ſit prohibitum*, inc. *Item videtur poſſe probari, quod Eccleſia non ſit Eccleſia Dei.* Caput ultimum: *Utrum carnium, & ovorum & caſei ſit licitus eſus*, deſ. *& ideo certis nominibus carent, ſicut confuſioni Babylonicae deputati. Explicit Summa contra haereticos. Deo gratias. Amen* (1).

XVIII. pag. 293. Anonymi Sermo anepigraphus. Inc. *Matth. ultimo. Recumbentibus XI. diſcipulis, apparuit illis Ieſus &c. In praeſenti ſolemnitate Adſcenſionis Dominicae decem occurrunt notanda.* Deſ. *nunc decem hos nuncios ſalutis cum gaudio & ſecuritate ſuſcipiat, quod nobis praeſtare dignetur &c.*

XIX. pag. 297. Redeunt alia themata Sermonum, quibus inſeruntur etiam Theologicae Quaeſtiones quaedam cum ſuis ſolutionibus. Pag. 300. *b.* in principio cuiuſdam Sermonis in Epiphania Domini ita legitur in margine: *Fr. Gaufredus Ordinis Praedicatorum Lector, quare non eſt natus in Ieruſalem, ſed paſſus.* Pag. 303. Ivonis ſententia adfertur de Calicis elevatione. Pag. 307. *b.* occurrit in Adventu Domini Sermo Cancellarii, vel alterius.

XX. pag. 309. Beati Bernardi Sermo de conflictu Babylonis & Ieruſalem, cum ſcholiis ampliſſimis margini adiectis, ut in Cod. I. Plut. XVI. Catalogi Tom. I. pag. 160. §. XVIII. Heic autem finis diverſus, & deſ. *ne umquam in faſtidium veniant verba Dei Salvatoris, qui eſt benedictus in ſaecula. Amen.*

XXI. pag. 311. *b.* Eiuſdem Sermo de viis obedientiae, & ſeptem gradibus eius. Inc. *Non poſſumus nos cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Quid enim in hoc vaſe teſteo.* Deſ. *& cara in operatione virtutis.* Extſtat in edit. Operum Pariſienſi A. MDCCXIX. fol. Tomo III. pag. 1175. ſed finis non concordat.

XXII.

(1) Nominantur in fine haeretici *de Bagnolo*.

XXII. pag. 315. *b.* Tituli Quaeſtionum Theologicarum verſibus expreſſi. Prima quaeſtio, utrum ſit peccatum emere ſpiritualia, ita inc.

Gratia, virtutes, miracula, ſigna, ſalutes
Quum gratis dentur, niſi gratis non retinentur &c.

XXIII. p. 313. *b.* Epigrammata quaedam ſacca, ſine titulo, quorum haec ſunt initia:

I. *Chriſtum cantabo cunctis, carnem cruciabo.*

II. *Franciſcus fructa foecundus, flamine fotus.*

III. *Angelus adveniens ait actor amoris ad almum.*

IV. *Ardeat Albertus, accenſus amoris acervo.*

V. *Iuſtitiae iubar Iacobus iubilare iuvetur.*

VI. *Carmine Conradum comitabor corpore clauſum.*

VII. *Paupertas patris pacem pagnare paratis.*

VIII. *Rex Regum, regimen rerum, refove, rege rectos.*

IX. *Promitto pacem, valtam depono minacem.*

XXIV. pag. 314. Alii Sermones ſine nomine auctocis. Pcimus, cui titulus: *Quare venit Deus in Ieruſalem*, inc. *Et quam appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis, & venit Bethage &c. Subiicetur heic de receſſu in Bethaniam, ubi caenavit cum Lazaro noviter reſuſcitato &c.*

XXV. pag. 325. Fragmentum Ethicae veteris Ariſtotelis (1) initio mutilum. Inc..... *duplici autem virtute exſiſtente huc quidem intellectuali, illu vero conſuetudinali.* Deſ. *ad puerilia peccata transferimus.* Tum ſubiicitur: *Hic explicit Ethica Ariſtotelis.*

XXVI. pag. 339. Tcactatus de Grammatica metricus, ſeu de partium orationis regimine, cum ſcholiis ad marginem. Inc.

Ad praeſens edam pueris puerilia quaedam.
Tracturam metrica monſtrans ratione loquelae.
Grammaticae radibus propono dogma fidele.

Vltimum Caput de Tropis deſ.

Vis temeſim fieri, fiat diviſio verbi.

Codex membr. Ms. In 8. Saec. XIII. & XIV. vacia manu, & ex variis Codicibus conflatus quandoque minutiſſimis, &oculorum aciem effugientibus littecis exaratus, & num. 74. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 344.

POSTILLAE SVPER XI. PROPHETAS MINORES, ET EXPOSITIO SVPER CANTICA CANTICORVM.

Cod. VIII. I. pag. 1. POſtillae ſuper undecim Prophetas Minores, videlicet Oſee, Ioëlem, Amos, Abdiam, Ionam, Michaeam, Naum, Abacuch, Sophoniam, Aggaeum, & Zachariam. Poſtillae in Oſee inc. *Verbum Domini &c. Secundum quod dictum eſt ſupra, Liber iſte totus dividitur in quatuor partes, & pars prima continet tres primos Prophetas; ſumit principaliter prophetiam ex ſpeculatione divinae miſericordiae.* Poſtillae in Zachariam deſinunt in Cap. IX. & imperfecte in verbis: *Pſ. filiae Tyri in muneribus, Pſ. ecce alienigenae & Tyrus &c. & hos Dominus igne Spiritus Sancti excoquendo poſſedit, licet haberent foedidas ſophatum* (ſic).....

II. pag. 109. Expoſitio ſuper Cantica Canticorum, cum Prologo, qui inc. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis eſt & facies tua decora. In principio cuiuslibet Libri, quantum ad praeſens duo ſunt diligenter notanda.* Deſ. *his viſis accedamus ad expoſitionem litterae.* Expoſitio inc. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Intentio principalis huius operis eſt exprimere mutua deſideria inter ſponſum & ſponſam, ſive inter Chriſtum, & Eccleſiam.* Deſ. *quam dulcedinem in hac vita, ſecundum ſtatum viatorum, & in futura, ſecundum praeviſionem apertum apprehenſorum, dignetur nobis dare Deus, qui eſt benedictus in ſaecula.*

Codex membranae. Ms. in 4. Saec. XIII. exeuntis, cum litteris coloratis, duplici manu conſcriptus, & num. 75. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 135.

POSTILLAE FR. BARPTOLEMAEI SICARDI SVPER DANIELEM.

POſtillae Fr. Barptolemaei Sicardi Ordinis Minorum (2) ſuper Danielem, cum Prologo, qui inc. *Suſcitavit Deus Spiritum Sanctum pueri iunioris, cui nomen Daniel. Libri Danielis Prophetae ſingularis praecellentia oſtenditur in hoc verbo ſcripto Danielis.* Deſ. *ad cuius aperitionem aliqualem accedentes invocemus eius gratiam, qui aperit, & nemo claudit, qui ſit benedictus &c.* Poſtillae in Prologum S. Hieconymi, inc. *Danielem Prophetam &c. Libro Danielis praemiſit Hieronymus hunc Prologum, quem dirigit Paulae, & Euſtochio &c.* Deſ. *non ſatis, ideſt non multum aut amore ficto blandientes, aut odio oblatrantes.* Expoſitio in Danielem inc. *Anno tertio &c. Liber iſte dividitur primo in partem eius ſecundum Hebraeos authenticam, & annotatam Canoni ſcripturarum, & in non authenticam, quae incipit Cap. 13. Erat vir in Babylone.* Deſ. *& ipſi in corpore & animo de omnibus miſeriis liberati cum Chriſto in caelis aeternaliter glorientur; ad quam gloriam nos perducat Chriſtus Ieſus liberator, & remunerator ſuorum fidelium, qui ſit benedictus in ſaecula ſaeculorum. Amen. Igitur in fine huius Operis offero tibi, Virgo beatiſſima, quod per gratiam tuam donaſti in expoſitione huius Libri, & ut ſuſcipias laeto vultu ſiquid in hoc Opuſculo digaam* Cod. IX.

(1) In ſuperiori huius paginae margine antiqua manus adnotavit: *Heic deficit principium iſtius Libri per omnia equidem ſaecula ſaeculorum Amen.*

(2) Nihil de hoc Scriptore apud Fabric. occurrit.

gnum eſt tibi offerri; ſuſcipias, inquam, per merita Beati Patris noſtri Franciſci, & tuo Filio repraeſentes. Hoc enim eſt primum Opuſculum, quod ſuper texta ſacra, mihi pauperculo ſcribere inſpiraſti, ad conſolationem, & confortationem aliqualem parvorum tuorum ſimplicium, diligentium virginitatem tuam; inter quos me digneris per tuam gratiam admittere, ut eorum ſervulum, & omnes pariter de lacu huius miſeriae liberare. Quidquid autem exhinc nunc per me parvulum tuum iuxta meam infirmitatem ſcriptitari volueris, tibi, Domina, offero, tibi ſic dedicatum, & ante tribunal tuae gloriae in tuam laudem, & reverentiam praeſentatum, ut totum tuum ſit, nihil meum; tibique gratias ago de innumerabilibus gratiis per te nobis collatis; & tu deducas nos uſque ad optatum terminum per rectas ſemitas virtutis, tibique ſit gloria, laus, & honor in omnibus generationibus, quae ſub caelo ſunt, ſicut eſt in caelis in regno tuo aeterno, & tuo Filio ſanctiſſimo in aeternum. Amen. Quidquid autem in praemiſſis dictum eſt in expoſitione huius Prophetae, tamquam fidelis Chriſtianus, & devotus filius humiliter ſubiicio correctioni Sanctiſſimi Patris Summi Pontificis, & Eccleſiae Romanae. Explicit Poſtilla Fratris Barptolemaei Sichardi Ordinis Minorum ſuper Danielem.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora, Poſtillam quum clauſi ſine videntis,

Anno Domini MCCCLVIII. Die XXV. Octobris.

Inde pag. 80. diſcutitur quaeſtio de LXX. Hebdomadibus Hebraeorum, quare dicantur abbreviatae. In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Florentini Conventus Fratrum Minorum 1406.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, manu, ut videtur, Fr. Thedaldi exaratus, cum initiali prima littera colorata, num. 77. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 82.

IOACHIM CONCORDIA NOVI, AC VETERIS TESTAMENTI.

Cod. X. IOachim (1) Veteris, ac Novi Teſtamenti Concordia Libris V. cui praecurrit tabula annorum, quibus veteres Patriarchae vixerunt, & Praefatio, quae inc. *Quia labentis ac perituri ſaeculi perurgere ruinam, ſcripta in Evangelio ſigna terroreſque fatentur.* Deſ. *at quam prope ſit in ianuis regnum vitae, is qui Opus iſtud legere dignum ducit agnoſcat.* Tum ſequitur Summarium totius Operis. Liber primus inc. *Non habentibus in hoc mundo manentem hereditatem, ſed futuram inquirentibus.* Liber ultimus deſ. *militiam bonam pro fide Chriſti militare concedat, & una cum Chriſti Confeſſoribus, qui tunc erunt, ad regna caeleſtia pervenire. Amen.*

In calce Codicis manu Fr. Thedaldi hoc monumentum adeſt: *Nota quod anno Domini MCCCLXXXIII. die XVI. Iulii Ser Dominicus Allegri ſanus mente, licet corpore langueat, praeſentibus Ser Franciſco . . . . . .* (2) *Notario Artis Lanae, & Nichola del Bene, mihi Fratri Thedaldo donavit, & libere largitus eſt hunc Librum Concordiae Ioachim veteris & novi Teſtamenti, ut ego pro eius anima rogarem Deum, & ego ad hoc me libenter obtuli & obligavi, quia a diu deſideraveram hunc Librum habere, quem quamvis difficulter, tandem tamen legere didici.* In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia anno Domini 1406.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, num. 78. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 166.

POSTILLA SVPER MATTHAEVM.

POſtilla (3) ſuper Matthaeum, cum Prologo, Cod. XI.
qui inc. *Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis. Haec verba, quae ſcripta ſunt Iſa. VIII. in quibus inſinuatur quadruplex cauſſa huius Libri, primo efficiens.* Deſ. *unde Iacob prius Lyam, poſtmodum accepit Rachelem.* Expoſitio Praefationis S. Hieronymi inc. *Matthaeus &c. Praeſens Prologus in tres partes dividitur, in quorum prima auctor deſcribitur, in ſecunda opus diſtinguitur &c.* Deſ. *& divinae diſpoſitionis conſiderandam gratiam non tacerem.* Expoſitio in textum inc. *Liber generationis Ieſu Chriſti &c. Sicut fluvius de loco veritatis* (4) *egrediens ad irrigandum Paradiſum, diviſus eſt in quatuor capita, ſic Evangelium Matthaei egrediens ad irrigandam animam, doctrina regalem dignitatem Chriſti hominis indicante, dividitur in quatuor partes principales.* Deſ. *Chryſoſt. Rememorat eis conſummationem, ne praeſentia ſolum inſpiciant, quae ſimul cum praeſenti vita diſſolvuntur, ſed futura bona ſine fine manſura, ad quae nos perducat, qui eſt benedictus in ſaecula.* Tum alia pauca ſubſequuntur ad illum locum explicandum: *Data eſt mihi omnis poteſtas &c.*

In infimo margine primae paginae: *Iſte Liber eſt deputatus ad uſum Fratris Illuminati de Caponſaccis Ordinis Minorum, poſt cuius mortem debet remanere Conventui Florentino eiuſdem Ordinis.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 79. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 120.

MA-

(1) Is eſt Ioachimus Abbas de Curatio in Calabria, Ord. Ciſterc. defunctus A. MCCI. de quo vid. Fabric. Bibl. Med. Tomo IV. pag. 39.
(2) Lacuna eſt in Codice.

(3) Tribuitur in Cod. VI. Plut. X. de quo infra, Nicolao Gorram, Ordinis Praedicatorum.
(4) Super hanc vocem *veritatis* adſcripta eſt varia lectio, ſc. *voluptatis*.

MAGISTRI LANDVLPHI POSTILLA SVPER EVANGELIA.

Cod. XII. MAgiſtri Landulphi (1) Poſtilla ſuper Evangelia de tempore, praevio Prologo ſatis prolixo, qui inc. *Vidi alterum Angelum volantem per medium caeli, habentem Evangelium aeternum, ut evangelizet ſedentibus ſuper terram. Apoc.* 14. *&c. Primo dicit, quod Evangelium eſt bona auntiatio, in quo nunciatur requies poſt laborem &c.* Deſ. *& ad hoc eſt Evangelium Dominicae XII. Erat quidam Regulus.* Poſtilla in Evangelium Dominicae primae de Adventu inc. *Erunt ſigna in ſole & luna &c. Luc.* 21. *Doctor egregius Hug. Libro de Sacramentis dicit: In divino eloquio non verba, ſed res ipſae ſignantur.* Poſtilla in Evang. Dominicae Quinquageſimae: *Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos &c.* deſ. *plus enim eſt quam poteſt dici aut cogitari homines, quando poſſunt aciem mentis excedere, adſpiciunt quid ſit Deus opinione, non diffinitione, qui eſt benedictus in ſaecula &c.* Adiiciuntur in fine explicationes quarumdam Evangelicarum dictionum, & in principio pro Codicis cuſtodia adſuta ſunt quatuor folia, praedicabilia quaedam initio mutila, & nullius momenti continentia.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 80. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 109.

FR. NICOLAI SVPER EVANGELIVM LVCAE.

Cod. XIII. POſtilla ſuper Evangelium Lucae edita a Fratre Nicolao de Ordine Praedicatorum Pariſius (2). Praecedunt Prolegomena, quae inc. *Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. Eccl. XXXVIII. Inter figuras animalium caeleſtium, figura bovis Lucae attribuitur.* Deſ. *in Ieraſulem anti ſunt et filii Sama, & Sabob, & Nathan, & Salomon, quatuor de Berſabee; ſed hoc in tertia.* Poſtilla in textum inc. *Quoniam quidem multi ſunt conati ordinare. Liber iſte dividitur in Prooemium, quod hic incipit, & in Tractatum, qui incipit ibi: Fuit in diebus Herodis Regis &c. In Prooemio autem tangit Lucas primo cauſſam motivam &c.* Deſinit in Capite XI. verſ. 32. & in verbis: *tertio manifeſtam confuſionis rationem, ibi, quia poenitentiam egerunt; dicit ergo . . . ,* ubi in margine adnotatur: *uſque huc diſtinctiones ſunt XLVI.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 81. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 148.

PLVTEVS IX. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XI.

C O D E X I.

BRVNONIS COMMENTARIVS SVPER PENTATEVCHVM.

I. pag. 1. VEnerabilis Brunonis Epiſcopi (3) Expoſitio ſuper Geneſim. Praecurrit Praefatio, quae inc. *Rogaſti me, dilectiſſime frater, & coëpiſcope Petre.* Deſ. *noſtrique te memorem tuis ſemper in orationibus facias.* Expoſitio inc. *In principio &c. In principio, inquit, & ante omnem creaturam creavit Deus caelum & terram.* Deſ. *ibi etiam oſſa Ioſeph a filiis Iſraël delata ſunt. Explicit Expoſitio Venerabilis Brunonis in Geneſi.* Vt in editione Operum Veneta, curante Mauro Marcheſio, apud Bertanos MDLI. fol. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 29.

II. pag. 34. *b.* Eiuſdem Tractatus in Exodum. Inc. *Librum Exodi expoſiturus.* Deſ. *quae enim ſequuntur uſque ad finem Libri ſuperioris omnia & narrata & expoſita ſunt. Deo autem omnipotenti ſit honor, & gloria, virtus, & imperium, & nunc, & ſemper, & in omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.* Ibid. a pag. 29. ad pag. 77.

III. pag. 96. Eiuſdem in Leviticum. Inc. *Poſt Geneſeos, & Exodi expoſitionem.* Deſ. *ſed veri luminis ſplendore illuſtratur. Explicit Liber Leviticus.* Ibid. a pag. 77. ad pag. 107.

IV. pag. 132. *b.* Eiuſdem ſuper Numeros. Inc. *Locutus eſt Dominus.* Deſ. *nobis ergo ad propria redire, & de huius Mundi exſilio in Civitatem Sanctam Ieraſalem ipſe nos introire concedat, cui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 107. ad pag. 121.

V. pag. 153. Eiuſdem in Deuteronomium. Inc. *Quia in aliis Libris Moyſis.* Deſ. *ut in aeternum vivamus, quod nobis praeſtare dignetur ipſe, qui &c.* Ibid. a pag. 121. ad pag. 137.

In-

(1) De eo quaedam attigimus ſupra pag. 32. not. 2.

(2) Ita indicatur in epigraphe initio Voluminis appoſita.

(3) Alia manu antiqua additum eſt *Epiſcopi*.

Inter pag. 75. *b.* & 76. eadem antiqua manus, in ſpatio vacuo, quod ſupererat, has Eccleſiaſticas Sanctiones adſcripſit:

Sanctorum Patrum exempla ſequentes, & officii noſtri debitum innovantes, ordinari quemquam per pecuniam in Eccleſia Dei, vel promoveri auctoritate Sedis Apoſtolicae modis omnibus prohibemus.

Nullus in Epiſcopum, niſi canonice electum conſecret; quod ſi praeſumptum fuerit, & conſecrans, & conſecrator abſque recuperationis ſpe deponatur.

A ſuis Epiſcopis excommunicatos, ab aliis Epiſcopis, Abbatibus, & Clericis in communionem recipi proculdubio prohibemus.

Nullus etiam in Praepoſitum, nullus in Archipresbyterum, nullus in Decanum, niſi Presbyter, vel Diaconus, nullus in Archidiaconum, niſi Diaconus ordinetur.

Nullus omnino Archidiaconus, aut Presbyter, ſive Praepoſitus, vel Decanus, animarum curam, vel praebendas Eccleſiae, ſine iudicio, vel conſenſu Epiſcopi, alicui tribuat; immo, ſicut in Sanctis Canonibus conſtitutum eſt, animarum cura, & rerum Eccleſiaſticorum (ſic) *diſpenſatio in Epiſcopi iudicio & poteſtate permaneat. Si quis vero contra haec facere, aut poteſtatem, quae ad Epiſcopum pertinet ſibi vendicare praeſumpſerit, ab Eccleſiae liminibus arceatur.*

Praeterea iuxta Beatiſſimi Papae Stephani ſanctionem ſtatuimus, ut laici, quamvis Religioſi ſint, nullam tamen de Eccleſiaſticis rebus aliquid diſponendi habeant facultatem; ſet ſecundum Apoſtolorum Canones omnium negotium (ſic) *Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, ut ea velut Deo contemplante diſpenſet. Si quis ergo Principum, vel aliorum Laicorum diſpoſitionem, ſeu donationem rerum, ſive poſſeſſionum Eccleſiaſticorum ſibi vendicaverit, ut ſacrilegus iudicetur.*

Presbyteris, Diaconibus, & Subdiaconibus concubinorum (ſic), *& uxorum contubernia penitus interdicimus, & aliarum mulierum cohabitationes, praeter quas Synodus Nicaena propter ſolas neceſſitudinum cauſſas habitare permiſit, videlicet matrem, ſororem, amitam, vel materteram, aut alias huiuſmodi, de quibus nulla iuſte valeat oriri ſuſpicio.*

Coniunctiones conſanguineorum fieri prohibemus, quoniam eas & divinae, & ſaeculi prohibent leges. Leges enim divinae, hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non ſolum eiiciunt, ſed maledictos appellant. Leges vero ſaeculi, infames tales vocant, & ab hereditate repellunt. Nos itaque patres noſtros ſequentes, infamia eos notamus, & fames (ſic) *eſſe cenſemus.*

Ordinationes, quae ab Vrdino haereſiarcha, poſtquam a Romana Eccleſia eſt damnatus, quaeque etiam a Pſeudo-Epiſcopis per eum poſtea ordinatis factae ſunt, nos eſſe irritas iudicamus.

Eis qui ad Hieroſolymam proficiſcuntur, & ad Chriſtianam gentem defendendam, & tyrannidem infidelium debellandam efficaciter auxilium ſuum praebuerint, ſuorum peccatorum remiſſionem concedimus, & domos, familias, atque omnia bona eorum in Beati Petri, & Romanae Eccleſiae protectione, ſicut a Domino noſtro Papa Vrbano ſtatutum fuit, ſuſcipimus. Quicumque ergo ea diſtrahere, vel auferre, quamdiu in via illa morantur, praeſumpſerint, excommunicationis ultione plectantur.

Eos autem, qui vel pro Hieroſolymitano, vel pro Hiſpanico itinere cruces ſibi in veſtibus poſuiſſe noſcuntur, & viam poſtea dimiſiſſe, cruces iterato aſſumere, & viam ab inſtanti Paſcha, uſque ad proximum ſequens Paſcha perficere Apoſtolica auctoritate praecipimus. Alioquin ex tunc eos ab introitu Eccleſiae ſequeſtramus, & in omnibus terris eorum Divina Officia, praeter infantibus Baptiſmum, morientibus Poenitentiam, interdicimus. Si quis treguam Dei fregerit, uſque tertio ad ſatisfactionem ab Epiſcopo admoneatur; quod ſi nec tertio ſatisfacere contempſerit, Epiſcopus, vel cum Metropolitani conſilio, vel cum duobus, aut uno vicinorum Epiſcoporum, in rebellem anathematis ſententiam dictet, & per ſcripturam circumquaque denuntiet.

Si quis Romipetas, & Peregrinos, Apoſtolorum Limina, & aliorum Sanctorum Oratoria viſitantes capere, ſeu rebus, quas ferunt, exſpoliare, & mercatores novis teloneorum, & pedaticorum exactionibus moleſtare tentaverit, donec ſatisfecerit, communione careat Chriſtiana.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. ineuntis (1). optimae notae, cum titulis, & initialibus rubricatis, necnon Summariis in margine, num. 82. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 170.

ANONYMI POSTILLAE SVPER VARIOS VETERIS TESTAMENTI LIBROS &c.

I. pag. 1. POſtillae ſuper Geneſim. Inc. *In principio creavit Deus &c. In Libro iſto, qui continet tres aetates, educens uſque ad legem, deſcribit tres ſtipites generationis.* Deſ. *quomodo dicit ſe ſepeliri in ſepulcro quod fodit, quum ipſe hoc non fecerit: ſed Abraham emit ſpeluncam illam.* *Cod. II.*

II. pag. 12. In Exodum. Inc. *Exodus dicitur Graece, Latine exitus; odos enim via, vel exitus dicitur; agit enim de exitu filiorum Iſraël de Aegypto; Hebraice dicitur Eleſmoth. De ſervitute filiorum Iſraël a rege. Idem autem fuit Ioſeph, qui proprio nomine Nephres eſt dictus.* Deſ. *& de nocte apparebat ignis, & praeſtabat luminis ſolatium.*

III. pag. 22. In Leviticum. Inc. *Vocavit Dominus Moyſen. Circa Leviticum nota, quod Leviticus eſt Liber offertorius, ſicut Exodus eſt eductorius; incipit autem a Tabernaculo in fine Exodi iam erecto.* Deſ. *quia aliqua offerebantur ad uſum templi, & iſta non poterant redimi, vel vendi; & aliqua ad uſum mini-*

(1) Puncta tantum uſurpantur ad diſtinctionem dictionum in hoc Codice.

niſtorum ; & de bis non intendit .

IV. pag. 33. *b.* In Numeros. Inc. *Proficiſcemur ad locum , quem Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. Ad praeſtringendum materiam Numerorum, quod de ipſo litteraliter dictum eſt . nota , quod quatuor tanguntur in verbo praedicto.* Deſ. *licet tribus ſacerdotalis , ſeu Levitarum , & regalis , ſeu Iuda , quia nobiles erant , ſaepe ad invicem per matrimonium iungebantur.*

V. pag. 51. *b.* In Deuteronomium. Brevis Prologus inc. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat &c. Finalis legis continentia , & declaratio continetur in bis verbis .* Deſ. *& hoc facit in tribus ultimis Capitulis .* Poſtilla in textum inc. *Quoad primum Capitulum tanguntur , vel reperiuntur tria , ſcilicet beneficia promiſſa &c.* Deſ. *ſingulare eſt virtutis ; utile eſt ſalutis , quam nobis &c.*

VI. pag. 62. In Libros IV. Regum , & primo in Prologum S. Hieronymi . Inc. *Viginti & duas litteras . Hic eſt Prologus Beati Hieronymi in Libro Regum , qui dicitur Galeatus , in quo eius intentio verſatur circa quinque.* Deſ. *iſte vel ſupra modum erat gravatus a murmurationibus , vel valde timebat eos .* In Librum I. Regum inc. *Fuit vir unus . Circa Librum Regum debemus videre auctorem , ex quo patet materia .* In Librum IV. deſ. *vel a beſtiis comedi , & volatilibus tradi , quod & fecit .*

VII. pag. 127. In Eſdrae Libros II. item cum expoſitione in Prologum , quae inc. *Utrum difficilius . Iſtum Prologum ſcribit B. Hieronymus duobus Epiſcopis .* Deſ. *quam pravitate iſtorum terreretur .* Poſtilla in Librum primum inc. *Scriba doctus in regno caelorum profert de theſauro ſuo nova & vetera . Matth. XIII. Hic commendatur iſtius auctoris ſcientia .* Deſ. *unde & ratione perſonae iſtius , & ratione perſonae , qui erat ſummus ſacerdos , & ratione rerum , & ratione loci , & vallis , & vaſorum , & oblatorum peccavit iſte graviter.* Tum ſequitur quidam Sermo , cuius initium : *Habemus ſermonem , cui benefacitis attendentes &c. 2. Petr. Poſcunt aliqualem expoſitionem Sacrae Scripturae &c.* Finis : *per quam intratur ad diem gloriae , ad quam nos perducat &c.* Notandum *Eſdrae* Librum ſecundum heic dici *Neemiae* Librum .

VIII. pag. 140 In Iſaiam , cum Prologo , qui inc. *Nemo quum Prophetas . In Libro Iſaiae , qui eſt primus inter omnes Prophetas poſitus , Beatus Hieronymus Prologum praemittit , in quo duo principaliter facit .* Deſ. *& hoc eſt quod dicitur in fine Prologi , quas olim Ezechias &c.* Poſtilla in Iſaiam inc. *Viſio Iſaiae . Hic primo titulus praemittitur , ſecundo proceſſus exponitur ibi , audite caeli ; & titulo praemittit dignitatem .* Deſ. *Dei aequitatem ; ibi , & egredietur . Explicit qualiſcumque ordo litterae ipſius Iſaiae Prophetae , ad laudem Dei . Amen .*

IX. pag. 162. In Libros II. Machabaeorum . Praefatio inc. *Nova bella elegit Dominus Iud. V. Ad aliqualem manuductionem generalem habeamus in hiſtoriam Machabaeorum .* Deſ. *& Prologus bene translatoris exponatur .* Expoſitio in Prologum S. Hieronymi inc. *Machabaeorum Libri duo . Hunc Prologum praeponit Hieronymus in iſto Libro , & deſervit primo Libro , atque ſecundo .* Deſ. *omnia iſta patent ſecundo Libro VII. Cap. & patet totum .* Poſtilla in Lib. I. inc. *Et factum eſt . Nota , quod ſicut lege data ſub Moyſe inſurrexerunt adverſarii contra Iudaeos .* In Librum II. deſ. *iſta prima , tertiadecima , ex illis temporibus , ſcilicet ad captivitatem Romanorum .* Tum ſubiicitur : *Explicit taedioſa corruptio .*

X. pag. 196. Anonymi Sermo utilis. Inc. *Multifarie , multiſque modis &c. Divinae Scripturarum alta profunditas Deiformis in ortu , vel multiformis in ſucceſſu &c.* Deſ. *hereditas ſalutis promiſſionis ſancta aeterna , quam nobis concedat , qui eſt benedictus &c.* Tum verſiculus :

Non minor eſt virtus , quam quaerere , parta tueri .

XI. pag. 199. *b.* In Parabolas Salomonis . Inc. *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt . Tob. XII. &c. Cauſa Librorum Salomonis materialis , tum eſt virtus , & veritas .* Deſ. *quare ? quia pro communi concordia ſit iudicium principaliter exſequendum .*

XII. pag. 232. Hieronymi de Diſtantiis Hebraicorum Locorum cum Prologo , ut in Cod. XIV. Plut. XX. Catalogi Tom. I. pag. 625. §. II. Heic autem pag. 252. ſequuntur explicationes aliorum Hebraicorum Locorum , quae inc. *Hebron , quod eſt Metropolis olim Philiſtinorum &c.*

XIII. pag. 257. Gloſſae quaedam breves ſuper Libros Ioſue , Paralipomenon , Eſdrae , Thobiae , Iudith , Eſther , Iudicum , Ruth &c. Inc. *Liber Ioſue introductus eſt poſt legem & terram promiſſam , quia lex introduxerat &c.* Deſ. *& per haec ſolvuntur omnia verba , quae his in Scriptura reprehenſibilia videntur huius orationis .* In fine Libri Eſther pag. 266. *b.* hoc monumentum legitur : *ſi non das , non des , ſed ſemper reus abundes . Nudus intravi in hunc Mundum , anxius vixi conturbatus , egrediar inſcius , & ignarus .*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis , cum titulis rubricatis , & indiculo in principio , num. 93. deſignatus . Conſtat foliis ſcriptis 271.

POSTILLAE VARIORVM SS. PP. SVPER OCTATEVCHVM.

I. pag. 1. POſt brevem Prologum , qui inc. *Quum omnes divinos Libros legimus &c. Quomodo legens & ſtudens libros Sacrae Scripturae debeat adhaerere eis , & ſcriptoribus eorumdem Librorum , & quare iſte Liber Geneſis & appelletur &c.* Poſtilla in Geneſim inc. *In principio creavit Deus caelum & terram , &c. Auguſtinus . Univerſaliter nomine caeli & terrae comprehendendum erat* Cod. III.

erat quod fecit Deus, deinde per partes explicandam; quum ergo dicitur, in principio fecit Deus caelum, & terram, commemoratio fit fili. Def. ut LXXV. animae compleantur uſque ad nepotes Beniamin. Explicit Geneſis.

II. pag. 21. *b.* In Exodum. Inc. *Haec ſunt nomina filiorum &c. Rabanus. In Pentateucho excellit Exodus, in quo paene omnia ſacramenta, quibus Eccleſia inſtruitur, figuraliter exprimuntur.* Def. *dum iudicat, ratio eſt; dum ſpirat, ſpiritus eſt; dum ſentit, ſenſus eſt.*

III. pag. 38. *b.* In Leviticum. Inc. *Iſidorus. Quaerendum eſt quare Liber iſte Leviticus dicatur; quia ſcilicet in hoc nomine totius mundi argumentum manifeſtatur.* Def. *Marcum revocavit ſcribens ad Timotheum: aſſumens Marcum deduc tecum, eſt enim mihi utilis in miniſterium.*

IV. pag. 53. *b.* In Numeros. Poſt varios Prologos, quorum primus inc. *Liber iſte & ordine hiſtoriae, & myſterio, quarto loco ponitur &c.* Poſtilla inc. *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen &c. Iſidorus. Prima manſio eſt Ramoſſe, urbs in extremis finibus Aegypti, in qua populus congregatus exiit in deſertum.* Def. *& ſic creditur fuiſſe in anno egreſſionis Iſraël de Aegypto.*

V. pag. 84. *b.* In Deuteronomium, Poſt Prologum, cuius initium: *Faſciculus myrrhae &c.* inc. *Haec ſunt verba quae locutus eſt &c. Hieronymus. Principium Deuteronomii titulus eſſe videtur totius Operis, quia perſonam indicat auctoris &c.* Def. *& non ſurrexit Propheta &c. quia Moyſes omnibus prophetis veteris Teſtamenti praeſtantior, unde Iudaei arroganter dicunt: nos Moyſi diſcipuli ſumus.* Tum ſubiungitur enumeratio Librorum Veteris, ac Novi Teſtamenti, quae inc. *Bibliotheca interpretatur Librorum repoſitio &c.*

VI. pag. 91. *b.* In Ioſue; ubi notandum inter pag. 91. & 92. multa deeſſe, ac propterea in infimo margine pag. 91. *b.* manu antiqua adſcriptum eſſe, *hic deficit quaternus*; quare initium fit expoſitionis a verbis . . . . *quartadecima die menſis, nec enim ante circumciſionem, nec poſt, antequam ſanarentur, poterant carnes agni comedere.* Def. *qui enim talem cogitat Deum, qualis non eſt, alienum Deum falſum in cogitatione portat.*

VII. pag. 95. In Iudices. Inc. *Poſt mortem Ioſue &c. Iſidorus. Hiſtoria Libri Iudicum non parva myſteriorum indicat ſacramenta.* Def. *nam de holocauſto non manducatur, quia totum incendebatur, & ideo vocabatur holocauſtum.* Tum ſubiiciuntur quorumdam vocabulorum explicationes, ſcilicet *ſudes, marcere, ſatrapae, ſicera, barathrum, poſticus &c.*

VIII. pag. 98. *b.* In Librum Ruth. Inc. *In diebus unius iudicis &c. Hic autem erat mos antiquus in Iſraël.* Def. *decem ſunt generationes filii Iudae uſque ad David, unde cognoſcis, quia totius divinae intentio legis ad Chriſtum tendit, qui natus eſt de ſemine David.*

Patres, quorum explicationes in hoſce Libros adferuntur, ſunt praecipue Ambroſius, Auguſtinus, Beda, Gregorius, Hieronymus, Ioannes Chryſoſtomus, Iſidorus, Origenes, Rabanus &c.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. cum Summariis in margine, & titulis rubricatis, num. 84. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 98.

RABANI POSTILLA SVPER ECCLESIASTICVM.

Rabani (1) Poſtilla ſuper Eccleſiaſticum. Praefatio inc. *Sapientia aedificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Proverb. IX. Sicut aeternus artifex ſua potentia ſpiritum rationalem de nihilo produxit in eſſe.* Def. *ingrediamur in domum ſapientiae, & ſimus domus eius in aeternum uſque, qui eſt benedictus in ſaecula.* Tum ſequitur Expoſitio Prologi in ipſum Librum Eccleſiaſtici, quae inc. *Multorum nobis &c. Operi principali duo Prooemia, ſive Prologi praeponuntur, unum ipſius tranſlatoris, ſive auctoris, ſcilicet Ieſu filii Sirach, aliud expoſitoris, ſcilicet Rabani. Iam patet quis ſit expoſitor huius Libri, ſcilicet Rabanus. Tranſlator vero de Hebraeo in Graecum fuit Ieſus filius Sirach, ut dictum eſt; Hieronymus autem tranſtulit in Latinum &c.* Def. *cuius tanta claritas in ſenſu, tantoque Latinius in verbis, ut ipſe ſibi commenta ſit, ideſt expoſitio.* Poſtilla in Eccleſiaſticum inc. *Omnis ſapientia a Domino Deo eſt. Doctrina iſta, in qua agitur de virtutibus, dividitur in quatuor partes principales, in quarum prima agitur de virtutum origine, ſecundo de exercitiu, tertio de exemplo, quarto de fine.* Def. *una iſtarum ancillarum fuit iſte Ieſus filius Sirach, qui, ſicut audivimus, nos vocavit ad arcem, & ad moenia civitatis; alia ancilla eſt Iſaias, quem poſt illum Librum, iuvante Domino, proponimus nos lecturos. Explicit Eccleſiaſticus.* Tum ſubiicitur tabula quorumdam vocabulorum, & rerum notabilium ordine alphabetico diſpoſita, manu diverſa, ſed aeque antiqua, cui manus recentior hunc appoſuit titulum: *Iſtam tabulam fecit Frater Andreas Chriſtophori de Senis, cuius fuit aliquando Liber.* Cod. IV.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 85. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 233.

RABANI COMMENT. SVPER PARALIPOMENON, IVDITH, ET ESTHER.

I. pag. 1. Rabani Mauri Commentariorum ſuper Paralipomenon Li- Cod. V.

(1) Codex eſt anepigraphus, ſed in Libri limine, antiqua manus, quae indiculum adpoſuit, adnotavit: *Poſtilla Rabani ſuper Eccleſiaſticum.*

Libri IV. praevia ſingulis Capitum tabula. Praeſatio inc. *Domino glorioſiſſimo & gratia Dei pleniſſimo, in veraque religione excellentiſſimo Ludovico Regi &c. Quum ſaepius iamdudum per alios audirem in cultu pietatis vos eſſe devotiſſimum*. Deſ. *nunc & in perpetuum feliciter regnantes conſervare dignetur*. Liber primus inc. *Adam, Seth, Enos &c. Decimus ab Adam Noë fuit, ſicut in Libro Geneſeos manifeſte oſtenſum eſt*. Liber IV. deſ. *& ipſi in templo Dei, quod eſt Eccleſia, partem mereamur habere. Explicit Liber quartus Commentariorum Rabani Mauri in volumen Paralipomenon.*

II. pag. 85. *b.* Eiuſdem Expoſitio in Librum Iudith, praevia item Capitum tabula, & verſibus hexametris XXXV. quorum primus eſt:

Summe ſator rerum, qui verbo cuncta creaſti &c.

Inc. *Arfaxat itaque Rex Medorum &c. Quidam quaerendum putant, hiſtoria Iudith quo tempore, quibuſve ſub Regibus edita fuerit*. Deſ. *quando videbitur Deus Deorum in Sion, & ſancti eius regnabunt cum eo in ſaecula ſaeculorum.*

III. pag. 101. *b.* Eiuſdem Tractatus in Librum Eſther, cum Prologo, & Capitum tabula. Prologus inc. *Liber Eſther, quem Hebraei inter hagiographa numerant, multipliciter Chriſti & Eccleſiae Sacramenta in myſterio continet*. Deſ. *tu autem, o nobiliſſima Regina, quum ſacramenta divina in expoſitis bene agnoveris, in ceteris, quid ſentiendum ſit rite cenſebis*. Tractatus inc. *In diebus Aſſueri &c. Hiſtoriam Eſther non ſolum divini Libri, ſed & Ioſephi Antiquitatum continent, licet in aliquibus hiſtorica narratione differant*. Deſ. *omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis, num. 86. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 112.

FR. GVERRICI COMMENTARIVS SVPER HIEREMIAM, ET EZECHIELEM.

Cod. VI. I. pag. 1. FRatris Guerriti, ſeu Guerrici (1) Commentarius, ſeu Poſtillae ſuper Hieremiam, cum Prologo, qui inc. *Apoc. VIII. Vidi, & audivi vocem unius aquilae volantis per medium caelum &c. Modus agendi tangitur ibi. Vidi & audivi, in quo innuitur modus agendi eſſe facilis, & manifeſtus*. Deſ. *commendando quod illi dicunt, vel addendo de ſuo*. Expoſitio inc. *Verba Hier. &c. Iſte Liber principaliter dividitur in tres partes, quarum prima eſt, quaſi Prooemium, ſecunda continet narrationem, in tertia ponitur epilogatio*. Deſ. *levavit ea; ideſt eum honorificavit in his, quae ſequuntur, eo quod ſcilicet ſe tradidit ſpontanee cum matre ſua ipſi Nab. Perpetua, ideſt ſemper. Expliciunt Poſtillae ſuper Hieremiam.*

II. pag. 89 Eiuſdem ſuper Threnos, cum Prologo, qui inc. *Haec dicit Dominus Deus exercituum, dominator, in omnibus plateis planctus &c. Amos V. c. Deſtructio cauſſa & huius partis Libri Hieremiae, quae Threni vocatur, competenter notatur in praemiſſa auctoritate*. Deſ. *& per hoc patet, quod pars iſta, quam prae manibus habemus, non eſt Liber per ſe, ſed pars quaedam Libri Hieremiae. Dicit ergo*. Poſtilla in Threnos inc. *Et factum eſt &c. X. ſcilicet, & duae tribus; unde ſequitur, & Ieruſalem deſtructa eſt, quae erat in ſorte duarum tribuum*. Deſ. *ſed vehementer iraſcitur, quando non revocat peccantem. Vnde Iſaiae LXIV. ne iraſcaris Domine ſatis. Expliciunt Lamentationes Hieremiae.*

III. pag. 113. *b.* Eiuſdem in Librum Baruch, cum Prologo, qui inc. *Hieremiae XVII. Benedictus vir qui confidit in Domino &c. In hoc primo verba, benedictus vir, vocatur auctor huius operis &c.* Expoſitio inc. *Et haec ſunt verba Libri &c. Tres ſunt partes huius capitis; primo agitur de collectione pecuniae ad mittendum in Iſraël &c.* Deſ. *erit talis iuſtus longe ab opprobriis, ſcilicet, poenis & confuſionibus aeternis, quae praeſciti ſuſtinebunt.*

IV. pag. 121. Eiuſdem in Ezechielem, cum Prologo, qui inc. *Apoc. VIII. Vidi, & audivi vocem unius aquilae &c. In his verbis oſtenditur cauſſa & materia ſcribendi apud Ezechielem*. Deſ. *ſed primam exponere credo veriorem*. Expoſitio inc. *Et factum eſt in XXX. anno &c. Iſtud capitulum exponitur primo imaginarie, ſecundo litteraliter, tertio allegorice, quarto moraliter*. Deſ. *in circuitu tabernaculi ſunt ordinatae a Moyſe in Numeris, & hoc ſatis patet in gloſſis. Expliciunt Poſtillae ſuper Ezechielem.*

Adeſt in principio Tabula rerum notabilium manu Fratris Thedaldi de Caſa, in cuius fine rubrica ita ſe ſubſcribit: *Explicit tabula, quam percurrendo potius, quam ſtudendo hunc Librum compoſui, ideo non eſt univerſalis de omnibus notabilibus contentis in eodem Libro. MCCCLXXXVI. Frater Thedaldus Ordinis Minorum*. Et inferius manu eiuſdem Thedaldi legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus* 1406. In ultimo autem folio haec nomina:

Simone di Chito di Monteſe del Popolo di S. Godenzo Piviere di Scò, Comun di Caſtel Franco.

Niccolò di Giovanni Popolo di S. Niccolò da Forni Popolo di Caſcia.

Piera di Manfredi di S. Godenzo.

Trinciavelli Ser Franceſco Gabrielli.

Liber eſt Domini Philippi Villani, & vult quod poſt mortem meam ſit in Armario Florentini Conventus. Co-

(1) Vtroque modo legi poteſt in ipſo Codicis limine, ubi vetuſta manus de more titulum appoſuit. Fuit autem, ni fallor, Guerricus iſte, Monachus Ciſtercienſis, & circa annum MCXL. diſcipulus S. Bernardi, & inde Abbas Igniacenſis in Diocceſi Remenſi, de quo Fabric. Bibl. Med. Tom. III. pag. 123. Hoſce vero Commentarios, ſeu Poſtillas inter alia eius Opera minime recenſet.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, num. 87. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 249.

ANONYMI POSTILLAE IN VARIOS VETERIS TESTAMENTI LIBROS.

Cod. VII. I. pag. 1. ANonymi Poſtillae in Iſaiam. Inc. *Audite caeli, & auribus percipe terra, ecce in ultione inimicorum elementa in teſtimonium invocantur, unde duxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrii &c. Ad litteram imaginaria viſione oſtenſa Ezechieli, duo erant atria.* Deſ. *& calcabitis impios, quum fuerint, quaſi cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die quo novi.*

II. pag. 38. In Hieremiam cum Prologo, qui inc. *Vidit Daniel virum indutum lineis ſuper aquam fluminis &c. Per Danielem, qui interpretatur vir deſideriorum &c.* Deſ. *unde etiam ſingulis ſubdebat, reliqua autem verborum.* Expoſitio in Prologum Hieronymi inc. *Hieremias Propheta &c. Praemittit Hieronymus huic Operi Prooemium, ſermonem dirigens ad Paullam, & Euſtochium.* Deſ. *ut a nomine duarum civitatum totam intelligas Aegyptum. Conſtitui te uſque ad verticem.* Poſtillae in Hieremiam inc. *A, a, a, Domine Deus &c. Quia contra tria praedicatoribus, & Praelatis neceſſaria, ſcilicet, vitam, ſcientiam, praedicationem, ſive doctrinam, triplex impedimentum occurrit.* Deſ. *omne peccatum, aut eſt ex concupiſcentia carnis, aut ex ſuperbia vitae, aut ex concupiſcentia oculorum. Explicit Hieremias.*

III. pag. 51. In duodecim Prophetas Minores, cum Prologo, qui inc. *Oſſa duodecim Prophetarum pullulant de loco ſuo; nam corroboraverunt Iacob. Hoc legitur in fine Eccleſiaſtici, & Beatus Iob ait: habet argentum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt, in quo conflatur. Argentum iſtud eſt eloquium divinum.* Deſ. *de hoc fonte dicit Pſalm. apud te eſt fons vitae.* Poſtilla in Oſeam inc. *Factum eſt ergo verbum Domini ad Oſee &c. Ozias fortitudo interpretatur, quae ad Incarnationem refertur.* In Malachiam deſ. *anathemate, ideſt ſeparatione; anathemate illo, ſcilicet de quo dicit Zacharias: habitabunt in Ieruſalem, & anathema non erit amplius, ſed ſedebit in Ieruſalem ſecura.*

IV. pag. 116. In Proverbia. Inc. *Parabolae Salomonis &c. Prologum praemittit Salomon operi ſuo, in quo lectores reddit attentos, ubi dicit Parabolae, quae alio nomine Proverbia vocantur, quia occulta per ea narrantur.* Deſ. *unde Deuter. XXXI. erit canticum illud in teſtimonium contra te. Oſee II. iudicate matrem veſtram, iudicate &c.*

V. pag. 128. In Eccleſiaſten. Inc. *Verba Eccleſiaſtes &c. Salomon tria facit opera, iuxta tria nomina, quae habuit; primo Proverbia, quae propoſita ſunt rudibus, & ſimplicibus, & inſipientibus.* Deſ. *pro omni errato, ideſt etiam de his, quae ignoranter fiunt.*

VI. pag. 132. In Geneſim, cum Prolegomenis (1), quae inc. *Tabernaculum Moyſi coopertum erat quinque cortinis.* Deſ. *quum vinum in tertio vaſe transfuſum aceſcit.* Expoſitio inc. *In principio creavit &c. Et prius nota quod dicitur in Gloſſa, quae ſic incipit: ſicut Paullus &c. Ibi enim dicitur, quomodo Moyſes ſciverit mundi exordium per revelationem Spiritus Sancti, vel poteſt dici, quod multa didicit ab anteceſſoribus ſuis.* Deſ. *quia mediante Fide, Spe, & Charitate pervenimus ad patriam caeleſtem, ad quam nos perducere dignetur, qui vivit &c.*

VII. pag. 174. In Exodum, cum Praefatione, quae inc. *In ingreſſu tabernaculi quinque columnae erant de lignis Sethim deauratae.* Deſ. *quae ſuperius dixerat in fine Geneſis dicetur.* Expoſitio inc. *Haec ſunt nomina &c. LXX. annumerato ipſo Iacob cum illis, qui cum eo ingreſſi ſunt Aegyptum.* Deſ. *ait Paullus, quum infirmor, tunc fortior ſum, & potens. Per cunctas manſiones.* Sequitur in fine tabula rerum notabilium per alphabetum digeſta, manu Fratris Thedaldi de Caſa.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum Summariis aliquot marginalibus. Conſtat foliis ſcriptis 222.

ANONYMI POSTILLAE SVPER XII. PROPHETAS MINORES.

ANonymi Poſtillae ſuper duodecim Prophetas Minores. Prolegomena inc. *Stabat mare ſuper XII. boves, e quibus tres reſpiciebant ad Aquilonem &c. Secundum litteram mare hoc dicebatur lavatorium, in quo ſacerdotes ingreſſuri templum lavabant ſe.* Deſ. *auferte omnem immunditiam de ſanctuario.* Expoſitio in Oſeam inc. *Verbum Domini. Vt dictum eſt in tribus primis Prophetiis determinatur de ſpeculatione Prophetali, in quantum illa declaratur divina clementia.* In Malachiam deſ. *vel anathema maeroris; tunc enim aeternaliter ſeparati, aeternaliter ululabunt. Expliciunt Poſtillae ſuper duodecim Prophetas.* Cod. VIII.

Codex membranac. Ms in fol. min. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis, & initialibus coloratis, num. 89. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 270.

ANONYMI POSTILLAE SVPER PARTEM PSALTERII, ET SVPER I. ET II. ESDRAE.

I, pag. 1. ANonymi Poſtillae ſuper aliquam partem Pſalterii. Prole- Cod. IX.

(1) In hiſce Prolegomenis inſertae ſunt etiam Poſtillae in binas Hieronymi Epiſtolas, quae ſacris Bibliis ſolent paſſim praemitti.

legomena inc. *In intraitu tabernaculi. Moyſes duplex appendit tentorium in quatuor coloribus contextum; primum erat in introitu atrii, per quem ingreſſus erat ad tabernaculum. Iuxta hunc modum expoſitor Pſalterii duplicem facit ingreſſum, ſcilicet ingreſſum ad Librum, & ingreſſum in Librum.* Deſ. *& non dicit quis ſit, ſed per hoc quod agit res illa, quam quaerimus, nobis ſpecialiter indicatur. Dicit ergo,* Poſtilla inc. *Beatus vir &c. Ait Caſſiodorus nimis pulcrum commodumque principium; ut quoniam erat Spiritus Sanctus humani generis imbecillitatem moniturus, a beatitudine ſumere videretur initium.* Deſinit imperfecte in expoſitione Pſalmi LXXXVI. cuius initium eſt: *Fundamenta eius*, & in verbis: *Fundamenta; commendat civitatem, ad quam eſt eundum, multipliciter, a fundamentis, a portis, a fama . . . . . .*

II. pag. 54. Sequitur alia manu quaedam pars Poſtillae ſuper primum & ſecundum Librum Eſdrae. Inc. *In anno primo Cyri &c. Liber iſte, a quo incipit regimen ſacerdotum, ut dictum eſt, cum ſibi annexis poteſt ſic dividi.* Deſ. *quia per eam patebat ingreſſus ad atrium ſacerdotum. & templum, quae dicebantur loca ſacra; & quum abſolviſſet legem, ideſt operaiſſet librum legis . . . . . . legebant legem divinam, ideſt interpretabantur, vulgarizando ſcripturam, ut patet ratione; dies hic ſanctus eſt Domino, ideſt deputatus ad Divinas laudes, & obſequia, cui eſt honor &c.* Vltima autem haec verba omnino ſunt evanida.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, duplici manu exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 91. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 61.

COLLATIONES SVPER PSALMVM BEATI IMMACVLATI.

Cod. X. ANonymi Collationes ſuper Pſalmum: *Beati immaculati &c.* cum brevi Prologo, qui inc. *Titulus Pſalmi centeſimi octavi decimi. Alleluia. Laus & gloria & virtus Deo noſtro. Apoc. XIX. Quis titulus, quis ornatus, quis fructus adſtruatur praeſentis Pſalmi, Apoſtolicis inſtruimur documentis.* Deſ. *in quo fructus ſpectans ad cauſſam finalem.* Expoſitio inc. *Beati immaculati in via &c. Poſt generalem praeloquutionem, accedendum eſt ad ſpecialem praeſentis Pſalmi proſequutionem. Pſalmus iſte diſtinguitur diſtinctione ſummaria in XI. Capitula.* Deſ. *& in hoc conſummatur doctrina Pſalmi Beati immaculati ad gloriam Regis Beati immaculati, & honorem Reginae Beatae immaculatae, cuius meritis & precibus nos dignetur Beatus & immaculatus Dominus, Beatis & immaculatis ſpiritibus aggregare. Amen.* Tum ſequitur tabula rerum notabilium.

In ſummo primae paginae margine legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia anno Domini* 1406.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. binis columnis, craſſiori littera exaratus, cum titulis & litteris initialibus rubricatis & coloratis, & primis duabus auro etiam illitis, num. 90. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 113.

IOACHIMI ABBATIS EXPOSITIO HIEREMIAE, ET ALIA OPVSCVLA.

I. pag. 1. DOmini Ioachimi Abbatis Floris nova Expoſitio Hieremiae in tres partes ſecundum triplicem intellectum diviſa, cum Epiſtola nuncupatoria ita inſcripta: *Henrico ſexto inclyto Romanorum Auguſto Frater Ioachim, dictus Abbas Floris, humiliari ſub divinae potentia maieſtatis.* Inc. *Licet meae ſimplicitatis inertiam nunciis & litteris recurrentibus urgeretis.* Deſ. *durius provocare.* Poſt argumentum, Expoſitio inc. *Verba Hieremiae, filii Elciae, de ſacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth in terra Beniamin. Si tempus Regum, ſub quibus exorſus eſt praedicare Hieremias, attendimus.* Deſ. *ſecunda totaliter ſub iterata temporum preſſura conſtabit, de qua quidem Concordiarum Liber praeſentia aliis noſtris opuſculis & votis Caeſares inſeremus* (ſic). Prodiit Venetiis MDXIX. MDXXV. 4. Coloniae MDLXXVII. 8. ut eſt apud Fabric. Bibl. Med. Tom. IV. pag. 40. col. 2. Vid. Wolphium pag. 491. 497. Cod. XI.

II. pag. 55. *b.* Eiuſdem de ultimis tribulationibus Liber. Inc. *De ultimis tribulationibus diſputantes in Opuſculis noſtris poſuimus diverſorum opiniones, & noſtram; ſed quia ſicut aliquando brevitas, ita nonnumquam multiplicitas verborum parit obſcuritatem, praeſertim ubi non eſt impetus aliquid abſolute dicendi &c.* Deſ. *neſcio ſi vel ipſius Heliae magiſteria reſervatum ſit, qui poterit multa dicere in ſpiritu prophetiae, quae non poteſt modo enodare quantacumque ſublimitas intellectus, quum dicat Dominus: de hora autem nemo ſcit, neque Angeli caelorum, neque Filius, niſi ſolus Pater.* Nihil de hoc Opuſculo apud Fabric. loc. cit.

III. pag. 58. *b.* Eiuſdem de Articulis Fidei Liber, cui ſequens praecurrit Prologus ad Fratrem Ioannem: *Rogaſti me attentius, fili Ioannes, ut tibi compilatos traderem Articulos Fidei, & notarem illa, quae occurrerent Scripturarum loca, in quibus ſolent ſimplices frequenter errare. Ecce in ſubiecta pagina invenies quod petiſti. Tene apud te, & lege ſub ſilentio, obſervans ne perveniat ad manus eorum, qui rapiunt verba de convallibus, & currunt cum clamore, ut vocentur ab hominibus Rabbi, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius penitus abnegantes.* Caput primum: *De fide Trinitatis*, inc. *Ante omnia intel-*

Digitized by Google

telligo, Deum unum eſſe tres Perſonas. Caput ultimum: *De Reſurrectione mortuorum deſ. qui habitant in domo tua, Domine, in ſaecula ſaeculorum laudabunt te. Explicit de Articulis Fidei*. De hoc quoque Libello mirum ſilentium apud Fabric. loc. cit.

Occurrit in fine pag. 67. eadem antiqua manu notitia de initio Ordinis B. Franciſci, deque eiuſdem Miniſtris Generalibus, tali pacto:

Anno Domini MCCVI. Pontificatus Domini Innocentii Tertii Anno XIV. glorioſus Chriſti Confeſſor Beatus Franciſcus ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacris Stigmatibus inſignitus, tum Dux in triplici Chriſti ſummus militia, ſcilicet Minorum, Sororum, & Continentium, ſigillo Summi Pontificis Chriſti, & bulla Regis altiſſimi authenticus, ac armis caeleſtibus praemunitus, & decoratus, ut ipſum, qui ex Aegypto exeunt ſequerentur ſecure, incepit Ordinem Fratrum Minorum, quem annis XX. iuxta oracula ſibi facta divinitus, provide primus Generalis Miniſter rexit, & gubernavit, ut ſuo tempore numerus Fratrum quinque milia excreſceret, & vitam pauperis, & humilis Crucifixi ſectando, in omni ſanctitate proficerent.

I. *Poſt Beatum Franciſcum Generales Miniſtri fuerunt hi. Vacat Miniſteriam propter dilationem Capitulorum.*

II. *Fr. Helias de Aſſiſio, & rexit novem annis.*

III. *Fr. Ioannes Parens de Caneſtro Provinciae Romanae, & rexit VI. annis.*

IV. *Fr. Albertus Piſanus, & rexit tribus annis.*

V. *Fr. Aymo Anglicus, & rexit V. annis.*

VI. *Fr. Creſcentius de Eſſio, qui fuit Epiſcopus Aſſiſii, & rexit I. anno.*

VII. *Fr. Ioannes de Payma* (ſic), *qui fuit Magiſter in Theologia, rexit VIII. annis.*

VIII. *Fr. Bonaventura de Balneo Regio, qui fuit Magiſter in Theologia, poſtea Cardinalis, & rexit annis XVIII.*

IX. *Fr. Hieronymus de Aeſculo, iſte fuit Cardinalis, poſtea Papa, & rexit VI. annis.*

X. *Fr. Bonagratia de Bononia, & rexit V. annis.*

XI. *Fr. Arlottus de Plato, qui fuit Magiſter in Theologia, & rexit uno anno.*

XII. *Fr. Matthaeus de Aquaſparta, fuit Magiſter in Theologia, poſtea Cardinalis, & rexit duobus annis.*

XIII. *Fr. Raymundus de Provincia Provinciae fuit Magiſter in Theologia, & rexit VI. annis.*

XIV. *Fr. Ioannes de Muro, fuit Magiſter in Theologia, poſtea Cardinalis, & rexit VII. annis.*

XV. *Fr. Gunſalvus de Hiſpania, fuit Magiſter in Theologia, & rexit IX. annis.*

XVI. *Fr. Alexander de Alexandria, fuit Magiſter in Theologia, & rexit uno anno.*

XVII. *Fr. Michaël de Caeſena, fuit Magiſter in Theologia, & rexit XII. annis.*

XVIII. *Fr. Geraldus de Aequitania, fuit Magiſter in Theologia, poſtea Patriarcha, & rexit XIV. annis.*

XIX. *Fr. Fortanerius de Aequitania, fuit Magiſter in Theologia, Archiepiſcopus, poſtea Patriarcha, poſtea Cardinalis, & rexit V. annis.*

XX. *Fr. Guilelmus de Aequitania, fuit Magiſter in Theologia, & Cardinalis, & rexit IX. annis.*

XXI. *Fr. Ioannes de Aequitania, fuit Magiſter in Theologia, & rexit uno anno.*

XXII. *Fr. Marcus de Viterbio, Magiſter in Theologia, & Cardinalis, & rexit VIII. annis.*

XXIII. *Fr. Thomas de Freguano, Provinciae Bononiae, Magiſter in Theologia, rexit V. annis.*

XXIV. *Fr. Leonardus de Geſſon.* (1) *Provinciae Terrae Laboris*, (ſive Neapolitanae), *Cardinalis Zabor. annis circa quinque.*

XXV. *Fr. Ludovicus de Venetia, Magiſter in Theologia, annis duobus, parum plus.*

XXVI. *Fr. Petrus de Conſano, Magiſter in Theologia, Provinciae Pennenſis, duobus annis.*

XXVII. *Fr. Martinus de S. Georgio, Provinciae Ianuae, ſacrae Theologiae Magiſter, duobus annis.*

Tum aliud inſequens monumentum legitur:

Anno Domini MCCVI. glorioſus Pater Franciſcus incepit Ordinem ſuum.

MCCXII. incepit Ordinem S. Clarae.

MCCXXI. incepit Ordinem Fratrum de Poenit.

MCCXXVI. quarto nonas Novembris S. Franciſcus migravit.

MCCXXVIII. B. Franciſcus fuit canonizatus, praeſente Papa.

MCCXXX. translatum fuit ipſius ſacrum corpus VIII. Kal. Iunii.

MCCXXXI. B. Antonius migravit ad Dominum Id. Iunii.

MCCXXXII. canonizatus fuit Spoleti in Pentec.

MCCLIII. Beata Clara migravit ad Dominum II. Id. Auguſti.

MCCLV. fuit canonizata apud Anagnam Civitatem.

In averſa pagina occurrunt: *Summi Pontifices Romani poſt B. Franciſcum*, & quidem hoc ordine:

MCXCVIII. Innocentius.
MCCXVI. Honorius.
MCCXXI. Gregorius.
MCCXLI. Caeleſtinus.
MCCXLIII. Innocentius.
MCCLIV. Alexander.
MCCLXI. Vrbanus.
MCCLXV. Clemens.
MCCLXXII. Gregorius.
Caeleſtinus.

In-

(1) Deinceps alia manus, forte Fr. Thedaldi de Caſa, continuavit.

Digitized by Google

Innocentius.
Alexander.
Vrbanus.
Clemens.
Gregorius.
Innocentius.
Hadrianus.
Ioannes.
Nicolaus III. de Vrſinis.
Martinus.
Honorius.
Nicolaus IV. de Aeſculo.
Caeleſtinus.
Bonifatius.
Benedictus. Curia ultramontes.
Clemens V. Guaſco.
Ioannes XXII.
Benedictus.
Clement.
Innocentius.
Vrbanus VI. de Giavelda. Venit Romam, & abiit iterum Avenionem.
Gregorius XII. Romam venit, & ibi moritur.
Vrbanus de Neapoli.
Bonifatius de Neapoli, Romae eligitur anno Domini MCCCLXXXIX. de menſe Decembri.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Florentini Conventus Fratrum Minorum* 1406. Notandum praeterea eſt, quod pro Codicis cuſtodia quatuor membranae adſutae ſunt, in quibus minutiſſimis litteris exercitationes quaedam metaphyſicae continentur.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus Operum auro variiſque coloribus depictis, num. 92. deſignatus (1). Conſtat foliis ſcriptis 67.

PLVTEVS X. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

C O D E X I.

IV. EVANGELIA CVM GLOSSIS MARGINALIBVS, ET INTERLINEARIBVS.

I. pag. 1. MAtthaei Evangelium, cum Prologo D. Hieronymi. Gloſſa prima inc. *Nomen Libri, Evangelium Graece, bonum nuntium Latine, & ſi ſit commune proprium hoc nomen, habet annuntiatio Salvatoris in carne, quae nobis omen bonum contulit &c.* Gloſſa prima ad textum inc. *In principio ſatis declarat ſe agere de humanitate, quam incipiat a carnali generatione.* Vltima deſ. *quae autem merces propriae converſationis, quodve pignus beatitudinis futurae, & in praeſenti ſit fidelibus, ſubdit: ecce ego &c.*

II. pag. 57. Marci Evangelium, cum Prologo. Ad hunc prima gloſſa inc. *Hier. Quatuor ſunt qualitates, de quibus Sancta Evangelia contexuntur, praecepta, mandata, teſtimonia, exempla &c.* Prima gloſſa ad textum inc. *B. Ecce mitto Angelum meum. Angelus dicitur Ioannes, non ſocietate naturae, ut mentitur Origenes, ſed officii dignitate.* Vltima deſ. *terra multis plena miraculis, ubi fidelium credulitas, plus actibus, quam loquutionibus eruditur.*

III. pag. 89. Ioannis Evangelium, praevio Prologo Hieronymi. Ad eum prima gloſſa eſt: *Ioannes interpretatur gratia Dei, ſive in quo eſt gratia.* Prima gloſſa in textum inc. *Alii Evangeliſtae deſcribunt Chriſtum natum ex tempore. Ioannes affirmat eum fuiſſe in Patre, et in principio.* Vltima deſ. *Aug. Non dicit ſpatio non poſſe capi, ſed capacitate legentium, quamvis ſalva ſide rerum. plerumque verba videantur excedere fidem per hyperbolem.*

IV. pag. 131. Lucae Evangelium, cum Prologo. Prima ad hunc gloſſa inc. *Lucas de omnibus quae fecit Ieſus & docuit &c.* Prima gloſſa in textum inc. *Zacharias. Docet divina Scriptura in his, quos commendare volumus, non ſolum mores, ſed etiam parentes oportere laudari.* Vltima deſ. *quia Dominum poſt triumphum reſurrectionis, & caelos penetrare vident.* Subiungitur in fine alter Prologus Divi Hieronymi ſuper Lucam, qui inc. *Lucas Syrus, natione Antiochenus, arte Medicus &c.*

In ultima averſa pagina minutiſſimis, & evaneſcentibus litteris decem verſiculi occurrunt Morales, qui ſunt:

Felle caret, raptumque caret, neſcitque nocere.
Optima grana legit, alios, proprios quaſi, nutrit
Pullos, in cantu gemitum tenet, inſidet undis:
Quo queat accipitris praeviſa cominus umbra
Inſidias fugere, ſimplex mitiſque columba.

Tu

(1) Indicavit hunc Codicem Franc. Ant. Zacharias in Itinere Litterario per Ital. pag. 96.

Tu quoque ſi liber fueris, & mundus ab ira,
Deteſtans raptum, nullique parans nocumenta,
Sobrius in victu, flagrans in ſcortis amore,
Compunctus corde, vigilans, & cautus ab hoſte,
Simplex, & mitis, eris ipſe profecto columba.

Codex membr. Ms. in fol. maior. Saec. XIII. cum textu Sacrae Scripturae craſſiori littera exarato, & initialibus auro variiſque coloribus, nec non Evangeliſtarum ſymbolis figuratis, num. 94. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 188.

ACTVS APOSTOLORVM, EPISTOLAE CANONICAE, APOCALYPSIS, ET EPISTOLAE PAVLLINAE.

Cod. II. I. pag. 1. Actus Apoſtolorum, cum Prologo Beati Hieronymi (1). Inc. *Lucas Antiocenſis* (2), *natione Syrus, cuius laus in Evangelio canitur, apud Antiochiam, medicinae artis egregius*. Deſ. *ut non ſolum corporum, ſed etiam animarum languoribus eius proficeret medicina*. In fine maioribus litteris legitur: *Explicit Liber Actuum Apoſtolorum*. Capita ſunt LXVIII.

II. pag. 25. Epiſtolae Canonicae VII. cum Argumento, & Prologo, primum in omnes generali, mox peculiari, tali pacto: *Incipit Prologus ſeptem* (ſic) *Epiſtolas Canonicas, Iacobus, Petrus, Iohannes, & Iudas, ſeptem Epiſtolas ediderunt, tam myſticas, quam ſuccinctas, breves pariter ac longas; breves in verbis, longas in ſententiis, ut raro inveniatur qui non eorum lectione caecutiat. Explicit Prologus* (3). Incipit Argumentum (4): *Non ita ordo eſt apud Graecos, qui integre ſapiunt*. Deſ. *nec Sacrae Scripturae veritatem poſcentibus denegabo. Explicit Argumentum ſeptem Epiſtolarum Canonic. Incipit Prologus in Epiſtola Iacobi* (5) *Apoſtoli. Iacobus Apoſtolus ſanctum inſtruit Clerum &c.* Tum adiiciuntur Capitula XX. Primum inſcribitur: *De inimicorum infeſtationibus eſſe deputandis*. Vltimum: *De virtutibus ſanctorum, & converſoribus eorum, qui fuerunt peccatis aſtricti*.

III. pag. 28. Petri Epiſtola I. Capita habet XX. Primum: *De generatione invicta potentia*. Vltimum: *De Deo, qui optimum opus imitantes ad conſummationem perducit*. Mox Prologus, qui inc. *Diſcipulos Salvatoris invicti toto orbe diffuſos*. Deſ. *tota cum ſollicitudine exhortatur*.

IV. pag. 31. Petri ſecunda cum Prologo, qui ita ſe habet: *Simon Petrus per fidem huic mundo ſapientes mortuos eſſe declarat, eiſdemque pietatis quanta ſit magnitudo luce ipſa clarius manifeſtat*. Hunc tamen praecedit tabula Capitum XI. Primum: *De ſanctis, quos in hoc mundo, ut interfectos alloquitur*. Vltimum: *De Epiſtolis Apoſtoli Paulli, quas ex intellectu habere difficile, & ab indoctis everti promittit*.

V. pag. 32. *b*. Beati Ioannis Apoſtoli Epiſtola I. cum ſequenti Prologo: *Rationem Verbi, & quod Deus ipſe ſit charitas manifeſtat, & oſores fratrum, nec ſcire Deum, nec pios fieri poſſe abſque diſſertat, ut eſſe comprobet homicidas, eo quod odio ſit interfectionis occaſio*. Capita habet XX. Primum: *De verbo vitae, quod erat antequam mundi machina principium ſortiretur*. Vltimum: *De mundo, qui eſt poſitus in maligno, & ſimulacrorum fugienda cultura*. Huius Epiſtolae Capitis V. verſus 7. ita interpolatus eſt, & eraſus, ut facile adpareat poſteriore manu multa eſſe addita, & confuſa; quare ita nunc habet: *Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in caelo, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Et tres unum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in caelo, Pater, & Filius, & Spiritus* (ſupra *Filius* recentiore manu ſcriptum fuit, *Verbum*; & *Sanctus* additum voci *Spiritus*) *& hi tres unum ſunt*. Heic additur ab eadem poſteriore manu: *Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis*. Mox antiqua ſcriptura eraſa eſt, ſed e veſtigiis adhuc legitur: *& hi tres in vobis unum ſunt*. Huiuſmodi autem correctiones, & raſurae in toto paſſim Codice occurrunt, quod maxime dolendum.

VI. pag. 35. Ioannis Epiſtola ſecunda, quae Capita habet V. Primum: *De diligendis cultoribus veritatis*. Vltimum: *De ſua praeſentia, in qua narrandum omnia reſervavit*. Prologus ita habet: *Vſque adeo ad ſanctam foeminam ſcribit, ut eam lectam quoque Dominam non dubites litteris appellare, eiuſdemque filiis teſtimonium, quod ambulent in veritate perhibeat*.

VII. pag. ead. *b*. Ioannis Epiſtola tertia, cuius Capita ſunt V. Primum: *De filiis Apoſtoli rigore tenentibus veritatem*. Vltimum: *De multiplici ſacramento, quod ut revelaret ſuum diſtulit adventum*. Prologus eſt ſequens: *Gaudium* (corr. *Gaium*) *pietatis cauſſa extollit, atque ut in ipſa pietate maneat, exhortatur. Diotrepen impietatis & ſuperbiae cauſſa obiurgat. Demetrio autem bonum teſtimonium perhibet cum fratribus univerſis*.

VIII. pag. 36. Iudae Apoſtoli Epiſtola, cui iſte praecurrit Prologus: *Iudas Apoſto-*

(1) Nomen *Hieronymi* expunctum eſt. Interim notandum pro virgulis ubique puncta uſurpari in hoc Codice.

(2) Eraſa priori ſcriptura, ab alia manu ſubſtitutum eſt *Antiocenſis*.

(3) Alia manus Saec. XIII. correxit: *Explicit Argumentum*.

(4) Eadem manus correxit: *Incipit Prologus in Epiſtolas Canonicas*. Notandum praeterea ubi antiquitus erat *Argumentum*, ſubſtitui recentius *Prologum*, & e contra.

(5) Eadem manus correxit: *Explicit Prologus. Incipit Argumentum in Epiſtola Iacobi*.

lus (1) *fratres de corruptionibus* (2) *viae veritatis ita informat, ut illicitum eſſe differtes de ſub iugo ſemel erutos ſervitutis, denuo operam ſuam officiis navigare* (ſic) *ſervilibus*. Capita habet VI. Primum: *De miſericordia & pax & charitatis & Dei gratiam* (ſic). Vltimum: *De his qui poteſt conſervare ſine peccato & conſtituere ante conſpectum gloriae ſuae*. In calce legitur: *Expliciunt ſeptem Epiſtolae Canonicae*.

IX. pag. 37. Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtae Liber Apocalypſis, cum Prologo, qui inc. *Ioannes Apoſtolus, & Evangeliſta a Chriſto electus atque dilectus, in tanto amore dilectionis ab eo eſt habitus, ut in coena ſuper pectus eius recumberet*. Deſ. *& Deo magiſterii doctrina ſervetur*. Tum ſequitur Argumentum, quod inc. *Apocalypſis Ioannis tot habes ſacramenta, quot verba*. Capita habet L. Primum: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis*. Vltimum: *De profectione bonorum, atque malorum*. In fine maiuſculis litteris: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus. Explicit Liber Apocalypſis Iohannis Apoſtoli & Evangeliſtae*.

X. pag. 48. Epiſtolae Paullinae XIV. quibus praeit Praefatio Beati Hieronymi Presbyteri, quae inc. *Primum quaeritur, quare poſt Evangelia, quae ſupplementum legis ſunt, & in quibus nobis exempla, & praecepta vivendi pleniſſime digeſta ſunt*. Deſ. *& manentem ſubſtantiam in caeleſtibus*. Huic ſubiicitur Argumentum in Epiſtolam ad Romanos, quod inc. *Romani, qui ex Iudaeis gentibuſque crediderunt*. Deſ. *ad pacem & concordiam cohortatur*. Mox pag. 50. occurrunt Canones in omnes Epiſtolas. Primus ita ſe habet: *Romani ſunt partes Italiae. Hi praeventi ſunt a falſis Apoſtolis, & ſub nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in legem & Prophetas erant inducti. Ilos revocat Apoſtolus ad veram & Evangelicam fidem ſcribens eis a Corintho*. Vltimus: *De eo quod poſſibile ſit omnibus & neceſſe univerſa mandata Dominica pleniſſime cuſtodire. Ad Romanos Cap. VI. Ad Corinth. XVII. Ad Galatas XXV. Ad Titum ſecunda Cap. III.* adiecto in fine: *Expliciunt Canones Epiſtolorum Paulli*. Inde vero pag. 51. *b. Incipiunt Capitula, qui* (ſic) *ſecundum Canones ſunt exquir.* Primum: *De nativitate Domini ſecundum carnem*. XXXVII. & ultimum: *De myſterio Domini ante paſſionem in ſilentio. Poſt paſſionem vero ipſius revelatio. Expliciunt Capitula ſecundum Canones*. Tandem pag. 52. *b.* Epiſtola ad Romanos, praevia Capitum tabula, quorum primum ita habet: *Primum quidem gratias ago Deo meo*. XXX. *Roga autem vos, fratres, ut obſervetis*; & Argumento, quod inc. *Epiſtolae ad Romanos cauſſa haec eſt*. Deſ. *& ab omni vitae pravitate revocare*.

XI. pag. 62. Ad Corinthios prima. Praecurrit Argumentum, quod inc. *Epiſtula prima ad Corinthios multas cauſſas, diverſaſque complectitur*. Deſ. *aut habent, licet propriat, tamen parvulas actiones*. Sequitur Praefatio, quae inc. *Corinthii ſunt Achaici*. Deſ. *ſcribens eis ab Epheſo per Timotheum diſcipulum ſuum*. Tandem occurrit Capitum tabula. I. *Obſecro itaque vos fratres*. XXV. *Obſecro autem vos fratres*.

XII. pag. 72. Ad Corinthios ſecunda. Argumentum inc. *In ſecunda ad Corinthios Epiſtola, quaſi in partem ſuperioris*. Deſ. *ſub praedicationis ſpecie lucra pecuniaria, quaeſtuſque ſectantes*. Prologus inc. *Poſt actam poenitentiam conſolatoriam Epiſtolam &c.* Tum Capitum tabula. I. *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti*. XX. *Praedixi, & praedico, ut praeſens vobis*.

XIII. pag. 78. Ad Galatas. Argumentum inc. *Galatas poſt ſuſceptionem Evangelii quidam ad obſervationem legis veteris compulerunt*. Deſ. *a gratia excidiſtis, qui in lege iuſtificamini*. Prologus inc. *Galatae ſunt Graeci*. Deſ. *ſcribens eis ab Epheſo*. Inde Capitum tabula. I. *Miror quod ſic tam cito transferimini*. XII. *Videte qualibus litteris ſcripſi vobis*.

XIV. pag. 81. *b.* Ad Epheſios, praevio Argumento, quod inc. *Epheſii ſunt Aſiani; hi accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide*. Deſ. *contra ſpirituales hoſtes valeant dimicare*. Tum ſpatium pro brevi Prologo relictum eſt; inde occurrit Capitum tabula. I. *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti*. X. *De cetero fratres confortamini in Domino*.

XV. pag. 85. Ad Philippenſes, cum Argumento, quod inc. *Philippi Macedoniae Civitas eſt, in qua Apoſtolus, poſt viſionem, quae ei oſtenſa fuerat*. Deſ. *eos velit fructibus abundare*. Tum Prologus inc. *Philippenſes ſunt Macedones*. Deſ. *ſcribens eis a Roma de carcere per Epaphroditum*. Inde Capitum tabula. I. *Gratias ago Deo meo in omnibus*. IX. *Gaviſus ſum autem in Domino*.

XVI. pag. 87. *b.* Ad Coloſſenſes, praevio Argumento, quod inc. *Prima apud Coloſſenſes Epaphre verbo fidei iactata ſunt fundamenta*. Deſ. *aut Iudaicis obſervationibus implicentur*. Prologus inc. *Coloſſenſes & hi ſicut Laodicenſes*. Deſ. *& Oneſimum accolitum*. Tum Capitum tabula. I. *Gratias agimus Deo & Patri*. X. *Mulieres ſubditae eſtote viris, ſicut oportet*.

XVII. pag. 90. Ad Theſſalonicenſes prima. Argumentum inc. *Grande fidei teſtimonium*. Deſ. *maiorem eos dicit debere ſollicitudinem praeparare*. Prologus inc. *Theſſalonicenſes ſunt Macedones*. Deſ. *& Oneſimum accolitum*. Inde Capitum tabula. I. *Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis*. IX. *Ipſe autem Deus pacis*.

XVIII. p. 92. Ad Theſſalonicenſes ſecunda. Argumentum inc. *Servatur in ſecunda Epiſtola eadem praedicatio*. Deſ. *conſuetudo ſerve-*

(1) Additum *frater Iacobi*.
(2) Corr. *corruptoribus*.

vetur. Prologus inc. *Ad Theſſalonicenſes ſecundam ſcribit Epiſtolam*. Deſ. *& Oneſimum acolitum*. Tum Capitum tabula. I. *Gratias agere debemus Deo ſemper*. V. *Denuntiamus autem vobis fratres*.

XIX. pag. 93. *b.* Ad Timotheum prima, cum argumento, quod inc. *Quae proficiſcens Macedonia Apoſtolus*. Deſ. *provectum capiant ſanctitatis*. Prologus inc. *Timotheum inſtruit & docet*. Deſ. *diſciplinae*. Tum Capitum tabula. I. *Sicut rogavi te, ut remaneres*. XII. *Divitibus huius ſaeculi*.

XX. pag. 96. *b.* Ad Timotheum ſecunda, cum Argumento duplici. Primum inc. *Inter initia Epiſcopatus ſui*. Deſ. *ſi tribulationum onere prematur*. Alterum inc. *Falſa ſcientia eſt*. Deſ. *vel ſubtilitatem diſputationum*. Inde Prologus inc. *Item Timotheo ſcribit*. Deſ. *ſcribens ab urbe Roma*. Tandem Capitum tabula. I. *Noli itaque erubeſcere*. VII. *Feſtina venire ad me cito*.

XXI. pag. 98. *b.* Ad Titum, cum Argumento, quod inc. *Brevis numero verſuum ad Titum Epiſtola eſt*. Deſ. *meliores eſſe didicerunt*. Prologus inc. *Titum commonefacit*. Deſ. *Iudaicis credunt*. Tum Capitum tabula. I. *Huius rei gratia reliqui te Cretae*. VI. *Fidelis ſermo & de his volo*.

XXII. pag. 99. *b.* Ad Philemonem, cum Prologo, qui inc. *Philemoni familiares litteras facit pro Oneſimo ſervo eius*. Deſ. *ab urbe Roma de carcere*. Tum Capitum tabula. I. *Gratias ago Deo meo*. III. *Ego Paullus ſcripſi mea manu*.

XXIII. pag. 100. Ad Hebraeos, cum Argumento, quod inc. *In primis dicendum eſt, cur Apoſtolus Paullus in hac Epiſtola ſcribendo non ſervaverit morem ſuum*. Deſ. *Graeco ſermone compoſuit*. Inde adeſt Capitum tabula. I. *Multifariam multiſque modis*. XXIII. *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem*.

XXIV. pag. 107. Hiſtoria apparitionis S. Michaëlis Archangeli in octo ſectiones diviſa, cum hoc titulo: *In Natalitiis S. Michaëlis*. Inc. *Memoriam Beati Michaëlis Archangeli toto orbe venerandam, ipſius, & opere condita & conſecrata nomine demonſtrat Eccleſia, quae non metallorum fulgore, ſed privilegio commendata ſignorum, vilis facta ſchemate, ſed caeleſti eſt praedita virtute*. Deſ. *maxime tamen eiuſdem die natalis quum & de provinciis circumpoſitis, plus ſolito confluens turba recurrat, & Angelicae virtutis maior quodammodo credatur adeſſe frequentia, & quod ſpiritualiter dixit Apoſtolus, & corporaliter agi videbatur, quod Angeli ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi, propter eos qui hereditatem capiunt ſalutis in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Amen*. Tum ſubiungitur manu diverſa: *Vacat, nec amplius replicetur in numero legendarum, vel nec reputanda eſt in numero legendarum*. In averſa pagina inter varia nullius momenti leguntur hymni rudes in laudem S. Ioannis Baptiſtae.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori, ac ferme quadrato Saec. IX. vel X. binis columnis, grandiori littera diligentiſſime exaratus, variis in locis interpolatus, & dignus, qui attente perpendatur, cum titulis, & initialibus rubricatis, num. 95. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 108.

PETRI TRECENSIS HISTORIA SCHOLASTICA.

PEtri Trecenſis Hiſtoria Scholaſtica, praevia Capitum Tabula, Epiſtola ad Guil- *Cod. III.*
lelmum Senonenſem Archiepiſcopum, & Praefatione, ut in Codice III. Plutei XXXIII. ſin. ſupra pag. 283. §. I.

In ultimo folio alia manu adnotatio exſtat de Davidis generatione, uſque ad Ioſeph, ac praeterea narratio brevis de Ioſepho Patriarcha veteris Legis.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis, necnon ſcholiis aliquot ad marginem, num. 96. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 119.

PETRI IOANNIS LECTVRA SVPER EVANGELIA MATTHAEI, ET LVCAE.

I. pag. 1. PEtri Ioannis, Ordinis Mino- *Cod. IV.*
rum (1), ut antiqua manu notatum eſt in Codicis primo tegmine, Lectura ſuper Evangelium Matthaei. Praecurrunt Prolegomena varia, quae inc. *Quatuor facies uni, & quatuor pennae uni &c. Ezech. I. Quemadmodum admirabilis eſt clauſura, ſecundum quam tota radiorum diffuſio, immo omnium generandorum formatio, & diſtinctio virtualiter continetur in ſemine, ſic non minus admirabilis eſt genitura, ſecundum quam omnia ſub numero, ordine originaliter procedunt ex ſemine*. Deſ. *tum quia licet illae particulae ſint parvae, & paucae, earum tamen ratio & intentio adſpicit totum Librum, & eum, qui eſt materia totius Libri, ſcilicet Chriſtum*. Expoſitio inc. *His igitur praelibatis, accedendum eſt ad Matthaeum, qui eſt in ordine primus, cuius Librum in ſeptem partes dividit Chryſoſtomus ſuper Matthaeum*. Deſ. *illi ergo preces offeramus devotas, ut cor noſtrum ſibi aperiat, & mundi vanitatibus claudat, fideli voce clamantes, & in cordibus noſtris cantantes, quod ipſe eſt Dominus, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit; ipſe eſt Leo reſurgens, qui ſolus meruit & potuit ſolvere ſeptem*

(1) Hic Petrus Ioannis, Dioeceſis Biterenſis, Ioachimi Abbatis veſtigiis inſiſtens, in Commentariis ad Evangelium, & Apocalypſim Ioannis, ea prodidit, propter quae haereticus pronunciatus eſt, unde poſt mortem, eius corpus effoſſum exuſtumque eſt. Vid. Bzovium ad A. MCCCXX. num. XXXIX.

ptem ſignacula libri Dei, cui eſt honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen. Explicit Lectura ſuper Evangelium Beati Matthaei. Amen. Subiicitur alia manu *Tabula Evangeliorum Beati Matthaei per totum annum.*

II. pag. 110. Eiuſdem Lectura ſuper Lucam. Praefatio inc. *Quoniam ex dictis ſuper Matthaei Evangelium, & Ioannis, fere maior pars Evangelii Marci, & Lucae eſt tacta, & ex eiſdem ad reliqua via expoſitionis pateat ſatis plana; idcirco ſolam Marci generalem, & ſummam diviſionem, quoniam pauca extra Matthaeum dixerit, breviter proponamus.* Deſ. *prout Gregorius in Homelia feſti Adſcenſionis exponit.* Lectura inc. *Lucas autem primo praemittit Prologum, ſecundo exſequitur hiſtoricum Evangelii ſtylum, ibi: Fuit in diebus. In Prologo autem primo praemittit unam cauſſam, propter quam hoc Evangelium ſcripſit, quae fuit exſufflatio, & evitatio falſorum Evangelii conſcriptorum, & falſitatum ab eis conſcriptarum.* Deſ. *oſtendens ad quem finem Chriſti vita, & doctrina, & paſſio, ac reſurrectio, & adſcenſio diſcipulos ſuos perduxit, ad iubilum videlicet ſempiternaliam laudum Dei unius & trini, benedicti & benedicendi in ſaecula ſaeculorum. Amen. Explicit Lectura ſuper Lucae Evangelium. Deo gratias. Amen.* Codicem claudit Summarium quaeſtionum, quae in hac ſuper Lucam Expoſitione pertractantur.

In fine adnotatio praeſeos legitur manu Fratris Thedaldi iam ſeneſcentis:

Nota quod Poſtilla Petri Ioanais ſuper Iſaiam incipit: Spiritu magno vidit ultima.

Super Ezechielem: Tu ſignaculum ſimilitudinis gloriae Domini.

Opera Petri ſupradicti ſuper Sententias primum per Quaeſtiones, & aliud opus per modum Summae.

Super ſecundum, ſuper tertium.

Super quartam incipit: An ius Regiae dignitatis.

Super Anagogica Hieremiae: Venerabilis & electe Dei miniſter.

Super Lamentationes: Circa Lamentationes Hieremiae.

In Codicis tegumento notatum eſt: *Iſta Poſtilla eſt ad uſum Fratris Matthaei Guidonis.* In primo autem folio haec alia: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia anno* 1406.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 97. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 568.

ANONYMI TRACTATVS SVPER CANTICA CANTICORVM, CATENA IN IOANNEM &c.

I. pag. 1. ANonymi Tractatus ſuper Cantica Canticorum (1). Praefatio inc. *Oſculetur me oſculo oris ſui. In hoc Libro, ſicut etiam in ceteris Libris, a lectoribus tria debent quaeri, intentio, utilitas, & ad quam partem Philoſophiae, vel humanitatis pertineat.* Deſ. *quae ſcilicet Cantica, ſunt confeſſa Canticorum, ideſt bonorum operum, atque cogitationum in minus perfectis fidelibus Canticum Canticorum dico ſic clamantium.* Tractatus inc. *Oſculetur me &c. Vox amicarum de novo & veteri Teſtamento cum quodam timore & humilitate dicentium, non oſculare, quod poſſet dicere ſponſa, ſed oſculetur, ideſt tangat me oſculo oris ſui, ideſt dulcedine praeſentiae ſuae &c.* Deſ. *& ſicut hinnulus cito currit, eodem modo & tu per nos ſalvandos convertere velis. Explicit Tractatus in Canticis Canticorum.* Tum eadem antiqua manus litteris ferme quadratis haec addidit: *Una eſt anima hominis, quae dum contemplatur, ſpiritus eſt; dum ſentit, ſenſus eſt; dum capit, animus eſt; dum intelligit, mens eſt; dum diſcernit, ratio eſt; dum vult, voluntas eſt.* Cod. V.

II. pag. 52. *b.* Fragmentum ſequitur de Sacramento Corporis Chriſti, quod inc. *Corporali ſiquidem ore corporaliter manducamus, & bibimus, quoties de altari Dominico ipſum Dominicum Corpus per manum ſacerdotis accipimus; ſpirituali vero ore cordis ſpiritualiter comeditur & hauritur, quando ſuaviter & utiliter, ſicut Beatus Auguſtinus dicit, in memoria reconditur &c.* Huic autem fragmento ſubiicitur ſequens proteſtatio: *Ego Beringerius indignus Diaconus Eccleſiae Sancti Mauricii Andegavenſis cognoſcens veram Catholicam & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem haereſim, praecipue eam, de qua hactenus infamatus ſum, quae adſtruere conatur panem & vinum, quae in altare ponuntur, poſt conſecrationem, ſolummodo Sacramentum, & non verum Corpus & Sanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti eſſe; nec poſſe ſenſualiter in ſolo Sacramento manibus ſacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Conſentio autem Sanctae Romanae & Apoſtolicae Sedi, & ore & corde profiteor de Sacramentis Dominicae menſae eam fidem tenere, quam Domnus & venerabilis Papa Nicolaus, & haec Sancta Synodus auctoritate Evangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmavit, ſcilicet panem & vinum, quae in altare ponuntur, poſt conſecrationem, non ſolum Sacramentum, ſed etiam verum Corpus & Sanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti eſſe; & ſenſualiter, non ſolum Sacra-* men-

(1) Tam hic Tractatus, quam ſequens Commentarius, ſeu Catena in Ioannem, manu antiqua in ſummo huius primae paginae margine, Hieronymo tribuuntur, quum ſcriptum ſit: *Hieronymus ſuper Canticis, & ſuper Ioannem*; ſed neutrum iſtorum Operum occurrit in edit. Veronenſi ſtudio & labore Dominici Vallarſii MDCCXXXIV. Tomis XI. in fol.

mento, ſed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri, iurans per Sanctam & homouſion Trinitatem, & per haec ſacroſancta Chriſti Evangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem venerint cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis aeterno anathemate dignos eſſe pronuncio. Quod ſi ego ipſe aliquando aliquid contra haec ſentire, ac praedicare praeſumpſero, ſubiaceam Canonum ſeveritati.

III. pag. 53. Commentarius, ſeu Catena ex variis Patribus, quorum nomina reticentur, in Evangelium Ioannis. Inc. *In principio erat Verbum. Verbum ſubſtantiale intelligitur, quod in ipſo homine manet intus. Quod de ſono intelligitur, non ipſe ſonus qui tranſit. Refer animum ad illud verbum, quod habes in corde tuo, tamquam conſilium natum in mente tua, ut mens tua pariat conſilium.* Deſ. *quamvis ſalva fide rerum, plerumque verba videantur exercere* (ſic) *fidem per hyperbolem. Explicit.* Haec Catena eſt multo prolixior, quam ſit in editione Veneta cum gloſſa ordinaria interlineari &c. anni MDLXXXVIII. fol. Tom. V. a pag. 185. uſque ad pag. 244. cum qua tamen finis tantummodo concordat.

IV. pag. 148. Auctoritates quaedam ex S. Hieronymo, Auguſtino, & Gregorio de Presbyteris uxorem habentibus, de decimis, de ieiunio, de eleemoſyna, & de Confeſſionis Sacramentalis ſigillo. Prima inc. *Hieronymus. Conſulendum decernitis, utrum Presbyterum habentem uxorem ſuſtentare & honorare debeatis, an a vobis proiicere. In quo reſpondemus, quia licet ipſi Sacerdotes valde reprehenſibiles ſint, vos tamen convenit Deum imitari, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Deiicere autem eum non debetis a vobis, quia nec Iudam Dominus, quum eſſet mendax diſcipulus, de numero diſcipulorum deiecit; verum de Presbyteris vobis, qui laici eſtis, qualeſcumque ſint, nec iudicandum, nec de vita eorum quidem propria inveſtigandum, ſed Epiſcoporum iudicio, quidquid illud eſt reſervandum. Si quis diſcernit Presbyterum coniugatum, tamquam occaſione nuptiarum idem offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo ſe abſtinet, anathema ſit &c.*

V. pag. ead. *b.* Anonymi Sermo ſine titulo, qui tamen eſt de Sacerdotibus, ſacrum miniſterium negligentibus, & alienas paroecias invadentibus. Inc. *Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipſi viderunt opera Domini & mirabilia eius in profundo. Dixit & ſtetit ſpiritus procellae, & exaltati ſunt fluctus eius. Aſcendunt uſque ad caelos, & deſcendunt uſque ad abyſſos; anima eorum in malis tabeſcebat; turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius; & omnis ſapientia eorum devorata eſt. Conqueritur Dominus per David, fratres chariſſimi, de nobis Sacerdotibus, quibus gubernaculum Eccleſiae ſuae commiſit, & opera, & conſilia ſua revelavit, quoniam navem ſuam male gubernamus, nec in die ſerenitatis, nec in die procellae diſcreti ſumus.* Deſ. *Deus autem, cuius Vicarii eſtis, qui dedit vobis iudicium, quod faceretis in mundo, confirmari in caelo, ipſe vos regat, & confirmet in officio commiſſo, ut ſubditum gregem offerre poſſitis venienti Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui vivit & regnat in ſaecula &c.*

Pro Codicis cuſtodia fragmentum legitur Commentarii in Satyram VI. Iuvenalis. Tum epigraphe: *In iſto Volumine continetur Expoſitio ſuper Cantica Canticorum. Item Expoſitio Evangelii Beati Io. Evangeliſtae. Eſt ad uſum Fratris Thedaldi; dedit ſibi Dominus I. de Iadi anno quo rediit de mari Illyrico.*

Codex membranac. Ms. in 8. quadr. Saec. XI. (1) cum initialibus, & titulis rubricatis, num. 98. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 150.

NICOLAI GORRAM EXPOSITIO SVPER EVANGELIVM MATTHAEI.

MAgiſtri Nicolai Gorram (2) Expoſitio Cod. VI.
ſuper Evangelium Matthaei, & primo in Prologum S. Hieronymi, quae inc. *Matthaeus &c. Praeſens Prologus in tres partes dividitur.* Deſ. *non tacerem.* Expoſitio in textum inc. *Liber generationis I. C. Sicut fluvius de loco voluptatis egrediens &c.* Deſ. *ad quae nos perducat, qui eſt benedictus in ſaecula.* Tum ſubiungitur declaratio brevis illorum verborum: *Data eſt mihi omnis poteſtas &c.* ut in Codice XI. Plut. VIII. ſupra pag. 382. cum quo initium & finis totius Expoſitionis concordat, ita ut ab uno eodemque exemplari uterque videatur profluxiſſe. Heic in fine adiecta erat fortaſſe ſcriptoris nota, quae deinde omnino eraſa eſt; forte quis divinando annum eruet MCCLXXIV.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 99. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 175.

ALEXANDRI DE ALEXANDRIA POSTILLAE SVPER IOANNEM.

ALexandri de Alexandria (3) Poſtillae ſu- Cod. VII.
per Ioannem. Praecedit Expoſitio in Pro-

(1) De eo meminit Cl. Franc. Ant. Zacharias in Itinere Litterar. per Italiam Venetiis per Seb. Coleti MDCCLXII. pag. 97. qui tamen duas manus, neſcio an recte agnoſcit, unam ſaeculi X. & alteram XI.

(2) Huic adſcribitur in epigraphe de more poſita in Codicis limine, manu antiqua. Fuit autem Nicolaus iſte de Gorram, ſive Gorrain, Gorrant, Gorgant, Gorham, Gorranus Gallus a loco natalitio in confinibus Cenomanenſium, & Aremoricorum nuncupatus, Ord. Praedic. Theologiae Magiſter Pariſiis, ubi diu docuit, obiitque A. MCCXCV. Scripſit Poſtillas, ſive Commentarios in univerſos Libros Sacrae Scripturae, qui recenſentur ab Iac. Quetif Tomo I. Bibl. Dominic pag. 438. Plerique adhuc inediti; lucem tamen viderunt in IV. Evang. Coloniae primum A. MCCCCLXXII.

(3) Fuit Ordinis Minor. Generalis A. MCCCXIII. & MCCCXIV. Romae mortuus. Vid. Wadding. pag. 7. & Annales eius ad A. MCCCXIII. ſeqq. Eius praeter alia memorantur Poſtillae in Eſaiam, Eccleſiaſticum, Tobiam, Evangelium Ioannis, & Epiſtolas Paulli.

Prologum B. Hieronymi, quae inc. *Hic eſt Io. Evangeliſta &c. In hoc Prologo procedit Hieron. in hunc modum. Primo deſcribit perſonam auctoris; ſecundo oſtendit praeeminentiam materiae, de qua agit &c.* Deſ. *& de quo dicitur Matth. XXIII. unus eſt magiſter veſter.* Poſtilla ad textum inc. *In principio erat Verbum. Iſtud Evangelium prima ſui diviſione dividitur in partes quatuor; nam primo inducitur perſona mediatoris, ſecundo per mediatorem reducitur perſona tranſgreſſoris &c.* Deſ. *ſed capacitate legentium comprehendi fortaſſe non poſſent. Explicit Poſtilla ſuper Evangelium Sancti Ioannis edita a Fratre Alexandro de Alexandria, Ordinis Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctore. Deo gratias. Amen.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIV. binis columnis, num. 100. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 165.

ANONYMI POSTILLA SVPER IOANNEM, ET EXPOSITIO SVPER HIEREMIAE THRENOS.

Cod. VIII. I. pag. 1. ANonymi Poſtilla ſuper Evangelium Ioannis, cum Prologo, qui inc. *Ad Evangelii Ioannis ſublimem celſitudinem, ac ſubtiliſſimam profunditatem ſummarie commendandam occurrit verbum Pſalmiſtae: vox tonitrui in rota.* Deſ. *ut hunc Angelum volantem per medium caeli, Evangelium aeternum habentem, & evangelizantem, fideli ac ſereno oculo contemplari poſſimus, ad laudem & gloriam unigeniti Dei, qui cum Patre &c.* Poſtilla in textum inc. *In principio erat Verbum. Totus hic Liber poteſt dividi in quatuor partes; ut prima ſit de ingreſſu Verbi in mundum, ſeu in Virginis uterum &c.* Deſ. *ſed & ultra hoc nos vere dicere poſſumus, quod verba, & ſigna in hoc Libro conſcripta in tantum excedunt intelligentiam noſtram, quod omnis noſtra expoſitio incomparabiliter deficit ab incomprehenſibili plenitudine veritatis, & intelligentiae libri huius, ad quam nos perducat ipſe Ieſus Dei filius, qui eſt ſolaris lux, & beatifica veritas animarum noſtrarum, cui laus & gloria & honor in ſaecula ſaeculorum.* Tum verſiculi:

Explicit haec illa, ſi poſt, addatur in illa.
Mille meae Siculis errant in montibus agnae;
Lac mihi non aeſtate novum, nec frigore deſit.

Scriptum eſt hoc Opus ſub anno Domini MCCCLVII. & in Vigilia Sancti Thomae Apoſtoli completum in Nemore de Mucello in loco Fratrum Minorum.

Thedaldi (1) *Liber eſt aliquo correctior iſte.* Tum pag. 97. Sequuntur Summaria quaedam, & additiones ad Opus ſupra deſcriptum.

II. pag. 99. Anonymi Expoſitio brevis ſuper Lamentationes Hieremiae Prophetae. Inc. *Circa expoſitionem Lamentationum Hieremiae Prophetae quinque ſunt praenotanda. Primum eſt, quare vocantur Threni.* Deſ. *& etiam de Chriſti poena pro eius peccatis in torculari crucis expreſſa.* Videtur mutila; ideoque in margine adſcriptum legitur: *Non plus inveni.* Tandem pag. 103. habetur Tabula ſuper Evangelia Iuannis totius anni.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus* 1406. In ultimo autem Codicis tegmine haec alia adnotata ſunt: *Iſte Liber, ſive iſta Poſtilla ſatis bona, eſt ad uſum Fratris Thedaldi de Mucello, quam ſuis tribus digitis non modico labore conſcripſit in paucis diebus, in loco Nemoris, anno Domini MCCCLVII.* Et inferius: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Matthaei Guidonis in vita ſua.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, manu Fr. Thedaldi exaratus, cum titulis rubricatis, & icone auctoris in littera initiali, num. 101. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 103.

ALEXANDRI DE ALEXANDRIA POSTILLAE SVPER IOANNEM.

MAgiſtri Alexandri de Alexandria Poſtillae ſuper Ioannem, ut in Cod. VII. huius Plutei ſupra pag 410. Heic autem praeter Expoſitionem in Hieronymi Prologum, adeſt etiam auctoris ipſius Praefatio, quae inc. *Amicus ſponſi ſtat, & audit, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Hoc verbum ſcribitur in Evangelio, cuius expoſitioni intendimus.* Deſ. *hoc gaudium impletur, quando anima intrat in gaudium Domini ſui, ad quod nos perducat &c.* In fine legitur: *Explicit Poſtilla ſuper Evangelium Sancti Ioannis edita a Fratre Alexandro de Alexandria, Ordinis Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctore. Deo gratias.* Cod. IX.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & primis duabus etiam auratis, & cum icone S. Ioannis, num. 103. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 63.

PETRI DE RIGA AVRORA BIBLIAE.

I. pag. 1. PEtri de Riga (2) Aurora Bibliae, ſeu Expoſitio brevis hiſtorica, & allegorica Librorum ferme omnium Sa- Cod. X.

(1) Ita legimus hanc primam vocem, quae tota pene eſt eraſa.

(2) Aliud Exemplar, & quidem multo uberius, huius Operis recenſuimus in Codice II. Plut. XV. Catalogi Tomo I. pag. 147. ſeqq. ubi de Auctore etiam aliquid praefati ſumus; ſed quum ibi propter materiae ubertatem, brevitati conſulere, ac propterea ſingulorum veteris praeſertim Teſtamenti Librorum initia reticere coacti fuiſſemus, quod illic praetermiſimus, heic praeſtandum operae pretium duximus.

Sacrae Scripturae, verſibus elegiacis, & quandoque leoninis, cum uberrimis ſcholiis marginalibus. Praecedit Praefatio proſaica, quae inc. *Frequens ſodalium meorum petitio.* Deſ. *patenter illuxit.* Liber Geneſis, poſt Opera ſex dierum, hexaſticho comprehenſa, cuius initium:

Primo facta die duo, caelum, terra leguntur &c.

inc.

Principio caelum terramque creaſſe refertur,
Qui ſine principio, qui ſine fine manet.

Deſ.

Inde Ioſeph rediit; fit pax cum fratribus; omnes
Supplicant (ſic) *huic fratres, ille remittit eis.*

II. pag. 9. Exodus inc.

Haec duodena patrum ſunt nomina, qui quaſi plebis
Semina Iudaicae, tot tribuere tribus.

Deſ.

Sed pietas Chriſti nos igni ſubtrahat iſti;
Crimina noſtra laves, nos ſuper aſtra levet.

III. pag. 16. Leviticus inc.

Vox autem Domini Moyſen vocat, imperat illi,
Vt ſua verba ferens, plebis in aure ferat.

Deſ.

Albugo caecat oculos, & denotat illum,
Qui tumet adſcribens candida facta ſibi.

IV. pag. 20. *b.* Numeri, ſeu, ut eſt in Codice titulus, quaedam de Libro Numeri ſecundum Beatum Gregorium. Inc.

Alloquitur Moyſen Deus, & iubet ut numeretur
Omnibus ex tribubus fortis ad arma cohors.

Deſ.

Poſt mortem Chriſti peccans redit ad Paradiſum,
Redditur & nobis nectare terra fluens.

V. pag. 23. *b.* Deuteronomium inc.

Haec ſunt verba, quibus Moyſes inſtruxit Hebraeos,
Et velut altera lex dicitur iſtud opus.

Deſ.

Vt ſic purgatus, iudex quum venerit, illam
Effugiat poenam, quae ſine fine manet.

VI. pag. 25. Liber Ioſue inc.

Poſt Moyſen Ioſue populo dominatur Hebraeo;
Terram quam Moyſes non dedit, iſte dedit.

Deſ.

His ita completis Ioſue ſua tempora complens
Tranſiit ad patres dignus honore ſuos.

VII. pag. 26. *b.* Liber Iudicum inc.

Poſt Ioſue de Iudicibus narratio fiat,
A quibus auxilium ſumpſit Hebraea tribus.

Deſ.

Qui cruce purpurea, qui morte ſui pretioſa
Exſtinxit Satanam cum legione ſua.

VIII. pag. 28. Liber Ruth inc.

Ad Ruth feſtinat Petri ſtylus, eius ut actus
Depingat tenui carmine ſermo brevis.

Deſ.

Ille Booth ex Ruth generavit Obeth, pater iſte
Efficitur Ieſſe, fit pater ille David.

IX. pag. ead. *b.* Libri Regum IV. cum Prologo decaſticho, qui inc.

Poſt Librum de Iudicibus ſacra lectio tractans
De Regum titulis nobile ponit opus &c.

Liber primus inc.

Monte manens Ephraim civis de Ramatha Sophi
Affuit unus, & huic Elcana nomen erat.

Liber quartus deſ.

Sic poſt hanc vitam, quae volvitur orbe dierum
Septem, nos revocat ad ſua templa Deus.

X. pag. 36. Liber Tobiae inc.

Qui legis hiſtoriam Tobiae, diſcute ſenſum
Qui latet, e petra larga fluenta bibes.

Deſ.

Illa ſepulturae requies finem notat orbis,
In requie Chriſtus dum ſua membra locat.

Tum ſequuntur tres verſus heroici de quinque feminis in veteri Teſtamento, quibus nomen fuit *Anna*.

XI. pag. 38. *b.* Liber Danielis inc.

Poſtquam ſubiectos ſibi Rex Babylonis Hebraeos
Vicit, & afflixit enſe, dolore, fame.

Deſ.

Quos in momento rapit, & vorat ira leonum,
Ceſſavitque malum, quum periere mali.

XII. pag. 42. *b.* Liber Iudith inc.

Euſtochio Paullaeque favens Hieronymus, actus
Tranſtulit inſignes, hiſtoriamque Iudith.

Deſ.

Quae poſt centenos annos, & quinque ſepulta
Plangitur Abra Iudith libera facta fuit.

XIII. pag. 43. *b.* Liber Eſther inc.

Donec ad Aethiopum terras veniatur ab Indis
Rege ſub Aſſuero ſubdita terra fuit.

Deſ.

Omnia Rex fieri cito praecipit, omnia fiunt,
Nullam ſenſerunt Regia iuſſa moram.

XIV. pag. 45. Machabaeorum Liber cum Prologo dodecaſticho, cuius initium:

Ma-

Magnus Alexander, quo primum Graecia Rege
Floruit, e terris multa trophaea tu-lit &c.

Liber inc.

Poſt eius mortem iuvenes, quibus ille reliquit
Ius regni, nec ſe, nec bene regna regunt.

Deſ.

Expulſi fratres Romam petiere querelam
De patre ſuſturi, Caeſar, in aure tua.

Heic autem deſinit Teſtamentum Vetus, tum ſequitur Novum, & quidem ita.

XV. pag. 47. *b.* Prologus in Novum Teſtamentum, ſeu in Quatuor Evangelia, inc.

Poſt legem veterem reſpira, Petre, refulges
Lex nova, fac verſus de novitate novos.

Deſ.

Ilis ita libatis retro mea penna reflectat,
Curras ut hiſtoriae littera more ſuo.

Poſt hunc Prologum ſequitur Evangelium ſecundum Lucam, quod inc.

Clarus Herode tus regis agente ſacerdus
Qui Zachariae nomine clarus erat.

Deſ.

Hic loquitur de fine Ieſus, Libroque Mathaeus
Dat finem, finit Petrus & ipſe ſuum.

Heic interim notandum, non ea tantum, quae in Evangelio Lucae, ſed quae in aliis etiam Evangeliis Matthaei, Marci, & Ioannis enarrantur, fuiſſe carmine expoſita. Pag. 56. ad illum verſum,

Sic potuit Chriſtus clauſo prodire ſepulcro,

adſcribitur rubrica: *Cuidam Monacho Sancti Laurentii narranti de cingulo ſuo, quo accinctus erat inſolito proiecto, vox in aëre facta eſt haec ſecundum Lucam:* ac deinde adnoratum legitur: *Iſte verſus non eſt de volumine Aurorae, immo cuiuſdam Monachi qui dubitabat.*

XVI. pag. 61. *b.* Recapitulationes Veteris Teſtamenti, in tot ſectiones diviſae, quot ſunt litterae alphabeti, ita tamen, ut ab unaquaque ipſarum excludatur una ex iiſdem litteris; opus quidem ingenioſum, & laborioſiſſimum, ſed cuius verſus minus puri, terſique eſſe potuerint. Prima ſectio ſine littera *A* inc.

Principio rerum poſt quinque dies homo primus
Conditus in ſexto creditur eſſe die.

Vltima ſine littera *Z* deſ.

Cum supradictis, quos carminis ordine pinxi
Continet hos omnes lex vetus illa viros.

Tum ſequitur octaſtichon nomina continens Apoſtolorum, & Diſcipulorum Legis novae, quod inc.

Iſti ſunt in Lege nova, Baptiſta Ioannes &c.

Clauditur tandem Codex hac ſubſcriptione: *Explicit Liber Aurorae Veteris, & Novi Teſtamenti. Iacobus Peruſcinus* (1) *ſcripſit, & complevit.*

In fine hoc monumentum legitur: *Anno Domini MCCXXXIX. Indictione XII. die Veneris, tertia die intrante menſe Iunii, tempore Domini Gregorii Papae IX.* (2) *obſcuratus eſt ſol, & tenebrae ita videntibus omnibus hominibus factae ſunt hora ſexta per univerſum mundum, quaſi eſſet nox; & ſpetulae ſolis apparebant ad modum falcis, & erat ſol concavus* (3), *& videbantur, ac ſi eſſet nox, ſtellae, & facies hominum vix poterant videri; & nulla nubes erat in caelo, ſet erat caelum clarum Domino Federico Romanorum Imperatore ſecundo regnante.* Inde in ſpatio vacuo, quod ſupererat eiuſdem paginae, adſcripta ſunt dicta quaedam ſententioſa, ex Petro Apoſtolo, Seneca, Bernardo, Auguſtino, & Iſidoro excerpta. Tandem in ultimo folio pro Codicis cuſtodia, antiqua manus de Orthographia, & Proſodia plures regulas carminibus expreſſas, cum uberrimis ſcholiis adiecit.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & titulis rubricatis, num. 102. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 65.

PLVTEVS XI. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VIII.

C O D E X II.

PHILIPPI VLTRARNENSIS CONCORDANTIAE IV. EVANGELIORVM.

FRatris Philippi Vltrarnenſis (4) Concordantiae quatuor Evangeliorum, cum expoſitione marginali. Praecedit tabula in principio Evangeliorum, quae per anni circulum leguntur, ac Prooemium, quod inc. *Evangelica doctrina, licet in quatuor ſit diſtincta Libros, unum tamen Evangelium, non quatuor, una fidei veritate, non u-*

no

(1) Franc. Ant. Zacharias, qui huiuſce Codicis meminit in Itinere Litterario per Italiam pag. 97. legit *Peruſinus*.

(2) Idem legit *Papae XI.*

(3) Idem omiſit hanc vocem, & puncta adiecit.

(4) Philippus Florentinus Vltrarnenſis Ord. Minor. Theologiae Doctor Pariſienſis circa annum MCCCXIII. Praeter Concluſiones, collectas e Libris Phyſicorum Ariſtotelis, laudatur eius Methodus componendi Sermones, ſive Collationes, necnon Sermones pro diebus feſtivis ac ferialibus totius anni. Vid. Fabric. Bibl. Med Tom. V. pag. 294. qui tamen nullam de Opere, quod in hoc Codice continetur, mentionem facit.

Digitized by Google

no tamen ordine a quatuor conſcriptam eſſe evidenti teſtimonio comprobatur. = Doctor vero egregius Auguſtinus, non tam ad oſtendendum ordinem, quam Evangeliſtarum concordiam laboravit, quamvis in quampluribus locis rerum geſtarum ordinem evidenter expreſſerit. Magiſter vero Zacharias, unum ex quatuor Evangelium ordinans, atile Opus edidit, ſimul cum textu Evangelii claras expoſitiones adnectens. Magiſter etiam in hiſtoria ordinavit hiſtoriae Evangelicae ordinem, cuius ordinatio cum ordinatione praedicti Magiſtri in pluribus non concordat. Horum ergo ſtudium imitari deſiderans, & adiutus operibus, in unum ordinem, quae dixerunt quatuor Evangeliſtae, ſi Deus dederit, propoſui congregare, quamvis hoc Opus ita vires meas excedat, ut quanto plus cogito, tanto mihi difficilius videatur = vel ſecundum quod Frater Bonaventura fecit in ordinando vitam B. Franciſci, ipſam ſub certis capitulis diſtinguendo. Deſ. *a Lucae Prologo ſumatur exordium.* Concordantia inc. *Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quae in nobis completae ſunt rerum &c.* Expoſitio marginalis inc. *In ordinando narrationem Evangeliſtarum in unam, Zacharias incepit a principio Evangelii Ioannis.* Textus deſ. *ſunt autem & alia multa, quae fecit Ieſus, quae ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror Mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros.* Expoſitio deſ. *in talibus eum ſequendo ſententiam Auguſtini, magis videtur dicendum, quod ita eſſe potuerit, quam quod ita fuerit. Gratias autem refero bonitati divinae, quod ultra quam putaverim, in hoc Opere mihi adſtitit, quod quidem diu ante cogitavi incipere, quamvis timerem me poſſe ad complementum perducere; & quando incepi, non minus tentando ſi poſſem, quam de proprio praeſumendo, laborare ſuſcepi.*

In ſupremo primae paginae margine legitur: *Iſtam Hiſtoriam quatuor Evangeliorum in unam ordinem compilavit quidam Frater Ordinis Minorum nomine Fr. Philippus Viterbienſis, qui fuit maximae ſcientiae, Lector excellens Pariſienſis, legit in pluribus Studiis generalibus multis annis.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. ineuntis, craſſiori littera exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 107. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 88.

ANONYMI POSTILLAE SVPER EVANGELIVM LVCAE, COMPVTVS LINCOLNIENSIS &c.

Cod. III

I. pag. 1. ANonymi Poſtilla ſuper Evangelium Lucae, cum variis Prologis, & gloſſis marginalibus. Primus Prologus eſt ipſius interpretis, & inc. *Spiritus Dei ſuper me, eo quod unxerit me ad annuntiandum manſuetis miſit me &c. Verbum propoſitum ad introducendum in Evangelium Lucae convenienter aſſumimus.* Deſ. *& ex hoc patet totius Libri generalis intelligentia; huic autem Libro duplex praemittitur Prologus.* Alter S. Hieronymi cum expoſitione in ipſum inc. *Evangelio Beati Lucae duplex praemittitur Prologus; unus eſt translatoris, ſcilicet Hieronymi, alius vero auctoris, ſcilicet Beati Lucae.* Deſ. *quia primi Doctores occaſionem exercitii debent relinquere poſteris.* Tertius ipſius Evangeliſtae item cum Poſtilla, inc. *Quoniam quidem multi conati ſunt &c. Hic eſt ſecundus Prologus auctoris, ſcilicet Beati Lucae, quem ſuo praemittit Evangelio, in quo ſuam manifeſtat intentionem.* Deſ. *ſi enim ordo conteſtatur ſapientiae, & bonitati, illi ſcripturae potiſſime debet competere, quae procedit a fonte ſapientiae, & ducit ad finem bonitatis completae, & haec eſt ſcriptura Evangelica.* Poſtilla in Evangelium inc. *Fuit in diebus Herodis Regis &c. Hoc Evangelium in quatuor principales partes dividitur, in quarum prima agitur de Incarnationis myſterio.* Deſ. *non quit alius noſter eſt ſinis niſi pervenire ad regnum, cuius nullus eſt finis, ad quem nos perducat Ieſus Chriſtus filius Dei per interceſſionem dulciſſimae Matris ſuae, & beatiſſimi Lucae Evangeliſtae, qui cum Patre & Spiritu Sancto regnat &c.*

II. pag. 115. Diſtinctiones quaeſtionum primi ſecundum Bonaventuram, manu, ut videtur, Fratris Thedaldi; ſunt autem Diſtinctiones XXXI

III. pag. 124. Liber Computi Eccleſiaſtici Lincolnienſis (1) Epiſcopi in duodecim Capita diviſus, quorum praecurrit tabula, cum ſcholiis marginalibus. Caput primum inſcriptum *De cauſſa Biſſexti, & de modis magis verificandi Calendarium noſtrum, & de ratione inveniendi annum Biſſextilem*, inc. *Computus eſt ſcientia numerationis & diviſionis temporum.* Vltimum *De temporibus terminatum*, deſ. *ab his autem ceterorum ie annorum obſervatio, patriarum conſuetudinibus eſt permiſſa.*

IV. pag. 142. Ordo & enumeratio Quaeſtionum Libri primi, & primae, & ſecundae Partis Libri ſecundi Summae Fratris Thomae de Aquino, manu, ut videtur, eiuſdem Fratris Thedaldi.

V. pag. 155. Tabula Titulorum Librorum Inſtitutionum Iuris Civilis, Authenticorum, Conſtitutionum Imperialium, Codicis, & Digeſtorum, manu eiuſdem.

VI. pag. 161. Aliae Tabulae exhibentes enumerationem Capitum, in quae dividuntur varii Libri, & Opera ſequentium auctorum, nimirum S. Ioannis Damaſceni, Senecae, Bernardi, Anſelmi Cantuarienſis, Auguſtini, Hugonis de Sancto Victore, Boëthii, & Tullii, manu eiuſdem.

VII. pag. 173. Alia Tabula Theologicarum Quaeſtionum, eiuſdem, quae uſque ad

(1) De eo aliquid attigimus Catalogi Tomo II. pag. 57. not. 2. Hoc autem Opus inter alia eius inedita recenſetur a Fabricio Bibl. Med. Tom. VI. pag. 104. col. 2.

ad finem Codicis progrediuntur.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. & XIV. binis columnis. Conſtat foliis ſcriptis 182.

BERTRANDI DE TVRRE COLLATIONES SVPER EVANGELIA.

Cod. V. BErtrandi de Turre (1) Collationes ſuper Evangelia Dominicalia, & Ferialia totius anni. Praefatio inc. *Quis, putas, eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illi in tempore tritici menſuram. Luc. XII. Sicut per hordeum quod habet in cortice aſperitatem, & in medulla ſuavitatem*. Deſ. *ſumptum de Luc. XXI. erunt ſigna in ſole & luna*. Tum ſequitur alter Prologus, cuius initium eſt: *Vidi alterum Angelum volantem per medium caelum &c. Apoc. XIV. Praedicator Evangelicus, qui more Apoſtoli non debet erubeſcere Evangelium*. Deſ. *determinatas Evangelii particulas exponendo, quarum prima, ut dictum eſt, ſecundum Romanum Ordinarium ſic incipit*. Collatio prima in Dominicam I. de Adventu inc. *Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis. In quo quidem Evangelio, quamvis aliqua exponi poſſint myſtice de Adventu primo filii Dei, ad litteram tamen totum exponi debet de adventu ultimo*. Collatio in Dominicam XXIV. poſt Pentecoſten deſ. *ad cuius vitae aeternae ſempiterna gaudia virtute verbi ſui, & facti Evangelii, in quo virtus Dei eſt ad ſalutem omni credenti (Rom. 1.) meritis etiam glorioſae Matris ſemper Virginis, & beatiſſimi Patris noſtri Franciſci, omniumque Sanctorum nos dignetur perducere Salvator Dominus Ieſus Chriſtus, qui cum Patre &c.* Tum pag. 236. *b.* ſequuntur aliae Collationes extra ordinem poſitae, in quarum calce legitur: *Expliciunt Collationes editae a Magiſtro Bertrando de Turre, Provinciae Aquitaniae, ſuper omnia Evangelia anni, tam Dominicalia, quam Ferialia, quarum aliquae ſunt in fine iſtius Poſtillae, aliae vero infra Poſtillam ordinatae, ſecundum Evangelia ſua propria in fine earum Evangeliorum eorumdem*.

In primo folio legitur: *Iſta Poſtilla eſt ad uſum Fratris Felicis de Florentia, pro qua Toloſae fecit aſſignari flor. XII. & d. IV....* (2) *Fratri Arnaldo de Roaſſio de Toloſa*. Et paullo inferius: *Fratris Bernardi.......* Inde verſiculi, & notulae quaedam ſequuntur nullius momenti.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, & pictura in principio, quae auctorem, Franciſcanis adſtantibus legentem exhibet, num. 110. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 254.

ANONYMI POSTILLA IN EPISTOLAS PAVLLINAS.

ANonymi Poſtilla in Epiſtolas Paullinas. Cod. VI.
Prolegomena inc. *Sicut veteris Teſtamenti ſeries in tres ordines diſtinguitur, ita & novum Teſtamentum, quod diſtinguitur in Evangelicam doctrinam, & Apoſtolicam, & doctrinam Patrum*. Deſ. *qualitas enim praemii eſt determinata a Deo, ſed non quantitas*. Poſtilla in Epiſtolam ad Romanos inc. *Paullus &c. Conſtructio pendet uſque ad illum locum: omnibus, qui ſunt Romae, quaſi Paullus, talis & talis ſcribit omnibus qui ſunt Romae, & in ſcribendo ſalutat ſic: Gratia ſit vobis*. In Epiſtolam ad Hebraeos deſinit imperfecte in verbis: *& ſuper panes erat patena aurea. Quidam volunt, quod ſuper omnes panes eſſet una patena, alii quidam volunt, quod ſingulae ſingulis; reor, quod variae ſuper hoc loquentur....* quae pertinent ad explanationem Capitis IX.

In principio pro Codicis cuſtodia adſutum eſt folium, ex alio volumine diſcerptum, cuius ſequens erat inſcriptio: *In nomine Domini. Amen. Continetur in libro Reclamorum, Libellorum, Cauſſarum, Inquiſitionum, & aliorum Actorum Civilium, & Criminalium Curiae Lucani Capituli, & Terrarum Maſſagroſae, Fibbialle, Gualdi, & Raſceri, Lucano Capitulo immediate ſubiectarum, facto, compoſito & ordinato per me Fedoccam Scottico de Luca Notarium, Poteſtatem, & Officialem dictarum Terrarum, ab ipſo Capitulo deputatum anno Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo tertio, indictione prima, uſque ad Kal. Septembris proximi futuri, & abinde in antea Ind. ſecunda, & incepto in Kalendis Iulii dicti anni, & duratura uſque ad Kal. Iulii anni Nativitatis Domini MCCCLXIV. Et de electione mea facta per dictum Capitulum ad dictum Officium Poteſtariae pro uno anno proxime futuro, incepto in feſto S. Petri de menſe Iunii dicti anni D. MCCCLXIII. & finiendo in eodem feſto dicti anni MCCCLXIV. conſtat Inſtrumenta publice ſcripto manu Ser Gullielmi quondam Ser Ciuelli Frammi de Luca Not. facto anno praedicto D. MCCCLXIII. Ind. I. &c.*

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, num. 111. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 92.

PE-

(1) Bertrandus iſte de Turre Nobili, inter Minoritas, ſeu Franciſcanos *Doctoris famoſi* cognomento clarus, fuit ab anno MCCCXIX. Archiepiſcopus Salernitanus, & ab anno MCCCXX. ad MCCCXXXIV. Cardinalis, ſcripſitque varia, quorum elenchum vide apud Fabric. Bibl. Med. Tom. I. pag. 244. qui forte Collationes, quae in hoc habentur Codice, ſub titulo *Sermonum in Evangelia, de tempore &c.* indigitat.

(2) Ubi puncta appoſuimus, compendiariae quaedam notae occurrunt, quas minime extricare potuimus.

PETRI TARANTASII POSTILLAE SVPER EPISTOLAS PAVLLI.

Cod. VIII. FRatris Petri Tarantaſii (1) de Ordine Praedicatorum Poſtillae ſuper Epiſtolas Paullinas. Prolegomena inc. *Dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terrae. Iſa. XLIX. Geneſis legimus Cap. 1. quod fecit Deus duo magna luminaria.* Deſ. *non impetratur meritis ſufficientibus, ſed de condigno adhuc manet gratia.* Poſtilla in Epiſtolam ad Romanos inc. *Paullus ſervus I. C. vocatus Apoſtolus &c. Circa principium huius Libri, ſicut & aliorum Librorum Theologiae, quatuor ſpecialiter ſoleat inquiri, quae in praecedenti Prologo determinata ſunt.* In Epiſtolam ad Hebraeos deſ. *quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum? Reſpondeo: accuſatio conſcientiae eſt de mortalibus, non de venialibus proprie. Expliciunt Epiſtolae Paulli Apoſtoli ſecundum Petrum de Tarantaſia.*

In prima Codicis pagina legitur: *Iſte Liber ſpectat ad Conventum Florentin. Ord. Minor. deputatus ad uſum Fratri Illuminato de Capoaſacris einſdem Ordinis*, qui tabulam Epiſtolarum per anni circulum in Eccleſia legendarum appoſuit.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 113. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 243.

PETRI DE TARANTASIA POSTILLAE SVPER EPISTOLAS PAVLLI.

Cod. IX. PEtri de Tarantaſia Poſtillae ſuper Epiſtolas Paullinas, ut in Codice ſuperiore. Heic tamen deſunt Prolegomena, & finis diverſus eſt; deſinit enim in verbis: *Octava ſalvat vitam aeternam promerendo, vel procurando, tanquam fidelis advocata. Rom. VI. Gratia Dei, vita aeterna. Pſalm. gratiam & gloriam dabit Dominus &c.* Tum ab eadem ſcriptoris manu ſubiicitur: *Expliciunt Poſtillae ſuper Epiſtolas Paulli. Bremiebras bardekya*; & inferius alia manu recentiore: *Petrus de Tarantaſia.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 114. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 277.

BERTRANDI DE TVRRE SERMONES IN EPISTOLAS, QVAE LEGVNTVR IN ECCLESIA.

EXpoſitiones Epiſtolarum, quae leguntur communiter in Eccleſia per totum anni circulum, editae a Venerabili Patre D. Fratre Bertrando de Turre, Ordinis Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctore, Epiſcopo Tuſculano Cardinali, & in varios Sermones diſtributae. Praefatio inc. *Scripſit Ezechias Epiſtolas ad Ephraim & Manaſſem.* Deſ. *in qua quidem tabula, ut iam diximus, omnes tam Epiſtolae, quam Lectiones, & Prophetiae vocabulo Epiſtolae nuncupantur.* Tum ſequitur tabula omnium Epiſtolarum, & Sermonum primae Partis, quae dicitur Dominicale, qua expleta, Opus incipit a Dominica I. de Adventu, & quidem ſic: *Scientes quia hora eſt iam nos &c. Rom. XIII. Ad evidentiam huius ſacrati temporis, quod appellatur Adventus Domini, & tempus renovationis, in quo ſancta mater Eccleſia ſua incipit Officia, ſunt aliqua praenotanda.* Deſinit in Dominica ultima poſt Pentecoſtem, & in Sermone ſecundo in Epiſtolam ipſius Dominicae, cuius ultima verba ſunt: *ſed dicat qui licet noſtrum Dominum Ieſu Chriſto, in quo habemus redemptionem, illud Pſalm. redime me, Domine, & miſerere mei, ut ſcilicet miſerendo peccata remittas, quibus remiſſis, ad caeli gaudia me perducas. Amen.* Tandem clauditur alia accuratiſſima Tabula rerum notabilium, per alphabetum digeſta. Cod. X.

In averſa pag. 386. quae vacua ſupereſt, notatur deficere Sermones quoſdam, nimirum S. Stephani, Expoſitionem quartae Epiſtolae in Quadrageſima, Sermonem in Paraſceve, Sermonem Septuageſimae, & in Vigilia Nativitatis.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, num. 115. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 458.

PETRI DE TARANTASIA POSTILLAE SVPER PAVLLI EPISTOLAS.

PEtri de Tarantaſia Poſtillae ſuper omnes D. Paulli Epiſtolas cum Prolegomenis, ut in Codice VIII. huius Plutei; finis vero concordat cum Codice IX. eiuſdem Plutei. Cod. XII.

In primo folio occurrit alia manu *Tabula omnium Epiſtolarum B. Paulli, quae leguntur in Eccleſia*, cui praemittitur haec inſcriptio: *Iſta Poſtilla ſuper omnes Epiſtolas Paulli eſt*

(1) Petrus de Tarantaſia Burgundiae, poſtea Summus Pontifex, & quidem ex Ordine Praedicatorum primus, ſub Innocentii V. nomine, licet per paucos menſes, a die ſcilicet xx. Ianuarii uſque ad diem xxii. Iunii anni MCCLXXVI. praeter alia Opera, ac Poſtillas in varios veteris Teſtamenti Libros, haſce etiam in Paulli Epiſtolas edidit, quae ſub Nicolai Gorram nomine, pluribus in locis excuſae typis prodiere, ut animadvertit Fabric. Bibl. Med. Tom. III. pag. 77. col. 1. & Tom. IV. pag. 38. col. 2.

Armerii Flor, Fratrum S. Crucis, quam fecit Fr. Nicolaus Ber. de . . . . .
Codex membranac. Ms. in ſol. Saec. XIII, binia columnia, cum initialibua coloratia, num. 117. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 361.

PLVTEVS XII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. V.

CODEX II.

GLOSSAE SVPER EPISTOLAS PAVLLI.

GLoſſae ſuper Epiſtolas Paullinaa. Praecedit Argumentum in Epiſtolam ad Romanoa, quod inc. *Sicut Prophetae poſt Legem, ſic & Apoſtoli poſt Evangelium recte ſcripſerunt.* Deſ. *haec ad Romanos ceteris difficilior, in qua & Apoſtolus videtur perfectior, prima poſita eſt, non quod ab Apoſtolo ſcripta ſit prima, ſed cauſſa dignitatis Romanorum, qui tunc univerſis gentibus imperabant.* Gloſſa in ipſam inc. *Paullus ſervus &c. Morem ſcribentium epiſtolas, praemittit ſalutationem, in qua commendans perſonam ſuam, & negotium ſuum, & actorem negotii, contra ſuperbiam, humilitatis, & contra merita, praeſtruit gratiae rationem.* In Epiſtolam ad Hebraeoa deſ. *& omnes ſanctos, etiam ſubditos in Baptiſmo ſanctificatos, De Italia; hinc intelligitur a Roma ſcripſiſſe. Gratia ſit cum omnibus vobis. Amen. Explicit Epiſtola ad Hebraeos.* Citantur autem in margine Ambroſius, Auguſtinua, Haymo, Hieronymua, Ioannes, Origenes &c.

In Codicia tegumento brevia Epiſtola legebatur hunc fortaſſe reſpiciens Codicem, ſed quum fuerit eraſa, nil aliud nunc eruitur, quam haec verba: *Rever. Pater vidi librum . . . . inſuper carlenos quatuor papales pro libro, Vr. Serv. Fr. F.* Inde ſequitur Epiſtolarum tabula, alia manu.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. ineuntis, binis columnia, cum titulis & textu rubricato, num. 119. notatus. Conſtat foliia ſcriptia 182.

PETRI DE TARANTASIA POSTILLA SVPER PAVLLI EPIST. AD ROMANOS, IO. DAMASCENI, AVGVSTINI, ET CYPRIANI QVAEDAM.

Cod. III. I. pag. 1. POſtilla ſuper Paulli Epiſtolam ad Romanos, nullo auctoria nomine inſtructa, ſed quae eſt Petri de Tarantaſia, & concordat cum Codice IX. Plutei ſuperioris.

II. pag. 55. Ioannia Presbyteri Damaſceni traditio Orthodoxae Fidei Capitibua C. in quatuor Libros diſtincta, & a Burgundione, Iudice Piſano de Graeco in Latinum traducta, ut in Codice XXXI. Plut. XII. Catalogi Tom. I. pag. 36. §. XIV. ubi pag. 37. lin. 1. pro verbis *gratia Dominus fructificavit* legendum *gaudium fructificantes.* In calce Operis habetur Capitum tabula.

III. pag. 75. S Auguſtini de Civitate Dei Libri XXII. prorſus anepigraphi, qui quum multo contractiores ſint, quam legantur in aliis Exemplaribus, quae multa in Bibliothecae Laurent. Pluteo XII. adſervantur, & Catalogi Tom. I. pag. 16. §. I. & pag. 23. Cod. XVI. & XVII & alibi recenſentur; ipſorum initium, & finem dare non ſupervacaneum duximus. Liber itaque primua inc. *Glorioſiſſimam Civitatem Dei adverſus eos, qui conditori ſuo deos ſuos praeferunt. fili chariſſime Marcelline, ſuſcipe, magnum opus & arduum; ſed Deus adiutor noſter eſt.* Vltimua deſ *ibi vacabimus, & videbimus, & amabimus, & laudabimus; ecce quod erit in fine ſine fine. Nam quis alius eſt noſter finis, niſi pervenire ad regnum, cuius nullus eſt finis?*

IV. pag. 98. Eiuſdem de Doctrina Chriſtiana Libri IV. praevia Retractatione. ut in Codice XXVIII. Plut XII. Catalogi Tomo I. pag. 34. §. I.

V. pag. 128. S. Cypriani Martyria Liber de XII. Abuſivis Saeculi, ut in Codice XXIX. Plut. XIX. Catalogi Tom. cit. pag. 572. §. XXXVI.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibua aliquot coloratia, num. 120. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 131.

PETRI DE TARANTASIA POSTILLAE SVPER EPISTOLAS PAVLLINAS.

PEtri de Tarantaſia, licet nomen reticeatur, Poſtillae ſuper Epiſtolaa Paullinaa XI. deſiderantur enim priores trea, ſcilicet una ad Romanoa, & duae ad Corinthioa. Incipiunt igitur ab Epiſtola ad Galataa, cui praemittitur Prologua, qui inc. *Quis dedit gallo intelligentiam. Iob XXXVIII. Olim Galli in Graecia venientes, Graecis ſe miſcuerunt, unde illa regio primo dicta eſt Gallograecia,* Cod. IV.

deia-

Digitized by Google

deinde Galacia, & populi illi, qui Gallograeci, deinde Galatae dicti ſunt &c. Poſtillae in Epiſtolam inc. *Paullus Apoſtolus &c. Hanc Epiſtolam ſcribit Paullus Galatis ab Epheſo; hi per Paullum ad fidem Chriſti converſi fuerant &c.* Poſtillae in ultimam ad Hebraeos deſinunt, ut in Codice IX. Plutei ſuperioris, quem vide.

In averſa parte paginae ultimae rubrica adnotatum eſt: *Iſta Poſtilla ſuper Epiſtolas Paulli, exceptis ad Romanos, & ad Cor. eſt ad uſum Fratris Thedaldi, quam emit a Dopno . . . . (1) Monacho Abbatiae Sancti Salvi anno Domini MCCCXCVIII. de menſe Ian. Florentiae.* In principio vero poſt rerum notabilium, quae in Epiſtolis Paullinis occurrunt, tabulam alphabeticam, idem Thedaldus de more adſcripſit: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minor. de Flor, anno Domini* 1406.

Codex membranac. Ms in fol. Saec. XIII. binis columnis, num. 121. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 182.

BERTRANDI COLLATIONES SVPER EVANGELIA.

Cod. VI. COllationes Bertrandi ſuper Evangelia Dominicalia & Ferialia, quae leguntur per totius anni circulum in Eccleſia a Dominica I. de Adventu, uſque ad Dominicam XXIV. poſt Pentecoſten, cum Praefatione, ut in Codice V. Plutei ſuperioris. Tum in calce ſubiungitur: *Explicit Poſtilla ſuper Evangelia totius anni ſecundum ordinem Romanae Eccleſiae ordinata, edita a Fratre Bertrando Ordinis Minorum, Sacrae Theologiae Doctore,* (additum deinde alia manu) *& Romanae Eccleſiae Presbytero Cardinali, & tandem Epiſcopo Tuſculano.* Hanc vero ſubſcriptionem ſubſequitur pag. 228. *Tabula omnium Diſtinctionum in praedicto Opere contentorum.* Notandum interim eſt, in tribus foliis vacuis, quae relicta fuerant inter pag. 115. & 119 ad ſupplendum forte aliquem defectum, recentiore manu fuiſſe exaratam tabulam rerum notabilium alphabeti ordine, eademque ſimiliter manu, in Codicis limine indicem Dominicarum, & Feriarum, appoſito paginarum, in quibus unaquaeque incidit, numero, fuiſſe deſcriptum.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 123. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 237.

DOMINICI DE BARTA POSTILLA SVPER APOCALYPSIM.

REverendi Patris Fratris Dominici de Barta Provinciae Aquitaniae, Ordinis Fratrum Minorum (2), Poſtilla ſuper Apocalypſim Beati Ioannis Apoſtoli. Prolegomena inc. *Ego quaſi fluvius Dorix, & ſicut aquaeductus exivi de Paradiſo. Quoniam doctrina ſublimis, & ardua nimis haec Apocalypſis.* Deſ. *fui in Inſula, quae appellatur Pathmos &c. Et ſic terminatur Expoſitio Prologi hujus in Librum Apocalypſis* (3). Poſtilla in textum pag. 7. b. inc. *Apocalypſis Ieſu Chriſti &c. Quoniam Scriptura Sacra eſt ſapientia vera, quae attingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter &c.* Deſ. *ſalutaris doctrinae, & ſupernaturalis gloriae, ad quam nos perducat ipſe Dei Filius &c.* Tum ſubditur: *Explicit Liber iſte compoſitus a Rever. Patre Fratre Dominico de Barta Provinciae Aquitaniae Ord. Fratrum Minor.* Cod. XI.

Codex partim membranac. partim chartac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. duplici manu exaratus, & num. 128. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 228.

PLVTEVS XIII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

CODEX I.

DIONYSII AREOPAGITAE ECCLESIASTICA HIERARCHIA CVM COMMENTARIIS.

DIonyſii Areopagitae de Eccleſiaſtica Hierarchia Liber, ex Anonymi interpretatione (4), praevio Epigrammate Graeco, ſed Latinis litteris expreſſo, Capitum tabula, & cum ampliſſimis Commentariis. Textus inc. *Quoniam quidem quae ſecundum nos Hierarchia puerorum ſacrorum ſacratiſſime in Deo manentis & divinae eſt & Dei-*

(1) Eraſum penitus fuit nomen venditoris.

(2) Fuit Provinciae Aquitaniae Miniſter Generalis, obiitque anno MCCCXLIII. in Monte Peſſulano. Scripſit hanc Poſtillam, de qua vid. Waddingum pag. 103.

(3) Inter haec Prolegomena pag. 3. inſerta eſt etiam expoſitio Prologi, quem praemiſit huic Libro Apocalypſeos Gilbertus.

(4) Hanc nos interpretationem Operum Dionyſii, quae in hoc, & ſequentibus duobus Codicibus continetur, conferentes cum variis iis verſionibus, quae adferuntur in editione Operum S. Dionyſii Areopagitae Colonienſi anni MDLVI. fol. ex Officina Heredum Ioannis Quentel, cum nulla ipſarum convenire comperimus.

Digitized by Google

Deiſicae ſcientiae, & operationis, & perfectionis. Expoſitio inc. *Liber de Angelica Hierarchia huic Libro de Hierarchia Eccleſiaſtica ideo praeponitur, quia Angelica Hierarchia dignior eſt, & natura prior, & quia ipſius imitativa, & ei aſſimilata pro humanae infirmitatis poſſibilitate eſt Hierarchia Eccleſiaſtica.* Textus deſ. *confido enim, quoniam dictis ego repoſitas in te divini ignis accendam ſcintillas.* Expoſitio deſ. *licet pro certo ſciamus quamplures noſſe de his multo manifeſtiora, & deiformiora, ſplendidiora, & pulchriora, & ad divinam ſimplicitatem ſimpliſicam incompatabiliter efficacius reducentia. De falſis, & temerariis idem ſupplico fieri, quod in fine expoſitionis prioris Libri ſupplicavi.*

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XIII. cum textu maiori littera exarato, titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 120. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 142.

DIONYSII AREOPAG. DE ANGELICA HIERARCHIA, ET DE MYSTICA THEOLOGIA LIBRI CVM COMMENTARIO.

Cod. II. I. pag. 1. Dionyſii Areopagitae de Angelica Hierarchia Liber in XV. Capita diviſus, cum ampliſſimo Commentario. Praecurrit Expoſitoris Prooemium, quod inc. *Nobilitatem quidem, & praeclarum in divitiis beatiſſimi Dionyſii etiam ſolum ipſum quod apud Athenienſes conſiliatorium &c.* Deſ. *advertat praeterea lector expoſitionis noſtrae qualiſcumque, quod ubi dicimus, hoc, ſeu hoc, non res diverſas, ſed eiuſdem nominis Graeci interpretationes diverſas intendimus dicere ad maiorem mentis auctoris dilucidationem.* Inde ſequitur Epigramma Graecum in argumentum Libri, Latinis expreſſum litteris, ſuaque donatum interpretatione, & Capitum tabula. Textus inc. *Omne datum bonum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum. Sed & omnis a patre motae luminis apparitionis proceſſus in nos bonitatis dono veniens &c.* Commentarius inc. *Eorum, qui hunc Librum de Graeco in Latinum tranſtulerunt, nunc huius, nunc illius verba, raro autem admodum noſtra in textu ponimus, ſicut nobis viſum eſt convenientius.* Textus deſ. *quaedam autem ut dictis aequipotentia praetermiſimus, & commenſurationem ſermonis prius intelligentes, & ſuper nos occultationem ſilentio honorantes.* Comment. deſ. *falſa autem, & temeraria ſi quis nos dixiſſe invenerit, ſupplicamus, ut fraterna charitate falſa reſcindat, temeraria dilucidet, & noſtrae compatiens ignorantiae, & temeritati, oratione ſua ab eo, qui eſt veritas, & humilitas, nobis impetret indulgentiam.*

II. pag. 167. Eiuſdem de Myſtica Theologia Liber, praevia Capitum tabula, & Summaria, item cum Commentario. Textus inc. *Trinitas ſuperſubſtantialis, & ſuperdea, & ſuperbona.* Comment. inc. *Myſtica Theologia eſt ſecretiſſima, & non iam per ſpeculum, & per imaginem creaturarum cum Deo locutio, quum videlicet mens tranſcendit omnes creaturas, & ſeipſam.* Textus deſ. *& ſuper omnem ablationem ſuperexcellentia ab omnibus ſimpliciter abſoluta, & ultra univerſa.* Expoſitio deſ. *& horum a nobis de ſuperexcellenti negotio deficienter dictorum defectus a perfectis benivole ſuppleri.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ab eadem qua ſuperior manu exaratus, num. 131. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 181.

DIONYSII AREOPAGITAE EPISTOLAE, ET DE DIVINIS NOMINIBVS LIBER CVM COMMENTARIO.

I. pag. 1. Dionyſii Areopagitae Epiſtolae X. Prima inſcripta *Gaio Monacho*, inc. *Tenebrae occultantur lumine & magis multo lumine. Ignorantiam occultant cognitiones, & magis multae cognitiones.* Decima *Ioanni Theologo, Apoſtolo, & Evangeliſtae exſulanti in Pathmos Inſula*, deſ. *& faciens ibi boni Dei imitationes, & his, qui erunt poſt tetrades.* Cod. III.

II. pag. 12. Eiuſdem de Divinis Nominibus Liber in Capita XIII. diviſus, cum Commentario, interiecto ſingulis Dionyſii ſectionibus, & gloſſis marginalibus. Praemittuntur Summaria praedictorum Capitum in varias particulas diviſa; tum ſequitur Epigramma Graecum, litteris expreſſum Latinis, cum ſua interpretatione, ac tertio Tituli eorumdem Capitum. Liber inc. *Nunc autem, o beate, poſt theologicas ſubſigurationes, ad Divinorum Nominum reſerationem, ut poſſibile, veniam.* Commentar. inc. *Scripturus iſte Pater Beatus Dionyſius de Divinis Nominibus, qui labor excedit omnem humanam virtutem, & cuius laboris pondus omnino eſt importabile &c.* Prima gloſſa marginalis inc. *Ex graeco* (1). *Signa, quoniam alterum negotium elaboratum eſt ab iſto Patre, velut quaedam praeintroductio, & praeſpeculatio elementaris eorum, quae de Deo in Scripturis paſſim dicta ſunt.* Textus deſ. *& ſit utique iſte intelligibilibus Divinis Nominationibus ſecundum nos terminus. Ad ſymbolicam autem Theologiam, duce Deo, tranſibimus.* Comment. deſ. *rogans auditorem, & lectorem benivolum, quatenus non recte dicta, benivole rectificet in perfectionem, ſuppleat, devium a veritate ad viam veritatis reducat, nec quidquam in his invide vel malitioſe carpat, vel deriſorie ſubſannet, ſed charitative, meae compatiatur inſufficientiae.* Vltima gloſſa marginalis ex Graeco ad vocem *ſymbolicam* deſ. *ſi autem vis differentiam ſcire Theologicae ſubſigurationis, & ſymbolicae Theologiae, lege tertium Capitulum eius, qui de Myſtica Theologia ſer-*

(1) Omnibus ferme gloſſis marginalibus additur *ex graeco*.

ſermonis. Tandem totum Opus claudit aliud Graecum Epigramma, Latinis litteris ſcriptum, ſuaque interpretatione donatum.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ab eadem qua duo ſuperiores Codices exaratus manu, & num. 132. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 248.

DIONYSII AREOPAGITAE DE DIVINIS NOMINIBVS LIBER CVM COMMENTARIO.

Cod. IV. DIonyſii Areopagitae Liber de Divinis Nominibus cum Commentario, ut in Codice ſuperiore §. II. Heic tamen deſunt in principio Summaria Capitum in ſuas particulas diſtributa, gloſſae marginales ex Graeco, & Epigramma in fine Libri adpoſitum.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum titulis, & initialibus rubricatis, num. 133. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 100.

DIONYSII AREOPAGITAE DE ANGELICA HIERARCHIA LIBER, ET AVGVSTINI QVAEDAM.

Cod. V. I. pag. 1. DIonyſii Areopagitae de Angelica Hierarchia Liber cum Commentario, ut in Codice II. huius Plutei §. I. Sed heic in fine eſt mutilus, textus enim deſinit in verbis: *& famulantur ad divinas ſuſceptiones* . . . . quae pertinent ad Caput VII. Commentarius vero in iis: *& nota quod luminis datio eſt in Graeco una dictio compoſita, ſimiliter & prima operatrix, & bona decentia*; quae in dicto Codice II. incidunt in pag. 81.

II. pag. 37. D. Aurelii Auguſtini Confeſſionum Libri XIII. ut in Codice III. Plutei XII. Catalogi Tomo I. pag. 7. §. I. Heic autem praecurrit Retractatio.

III. pag. 88. Eiuſdem de Doctrina Chriſtiana Libri IV. ut in Cod. XXVIII. Plutei XII. Cat. Tom. cit. pag. 34. §. I. in quo praeerat Retractatio; in hoc vero Retractationis loco praemittitur Oratio quaedam ſatis prolixa, quae inc. *Domine Deus omnipotens, qui es trinus & unus*. Deſ. *caeleſtis remedii gaudia mihi conferas ſempiterna. Amen*. In fine Operis ſcriptum eſt: *Explicit Liber IV. de Doctrina Chriſtiana. Deo gratias. Amen. In caelo tout plain requieſcat Hugo le Fiz payn*.

IV. pag. 115. Eiuſdem de Libero Arbitrio Libri III. per modum Dialogi. Primus inc. *D. Dic mihi, quaeſo te, utrum Deus non ſit auctor mali? A. Dicam, ſi planum feceris de quo malo quaeras*. Tertius deſ. *nos iam finem facere, & ab hac diſputatione requieſcere aliquando compellit*, ut in editione Operum cura Monachorum S. Mauri Venetiis apud Io. Bapt. Albrizium MDCCXXIX. fol. Tom. I. a pag. 569. ad pag 642.

V. pag. 137. Eiuſdem Encheiridion ad Laurentium, quod quantum ad initium, & finem concordat cum Codice V. Plutei XII. Catalogi Tom. cit. pag. 9. §. X. ſed in progreſſu lectio noſtri Codicis ab illo penitus diverſa eſt. Dividitur autem in Capita CXXV. (1) quorum praecurrit index, una cum brevi Prologo (2), qui inc. *Scripſi etiam Librum de Fide, Spe, & Charitate*. Deſ. *divina ſcriptura diffinit*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, & textu Dionyſiano craſſiori littera perſcripto, num. 134. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 156.

IO. DAMASCENI, ET ANSELMI OPERA VARIA.

I. pag. 1. IOannis Presbyteri Damaſceni, qui manſio (*ſic*) Liber, (ſeu Libri IV) in quo eſt traditio certa Orthodoxae Fidei, C. diviſa Capitibus, a Burgundione Iudice Cive Piſano de Graeco in Latinum Domino tertio Eugenio beatae memoriae Papa translatus, ut in Codice III. Plut. XII. ſupra pag. 423. §. II. De hoc Codice mentionem facit Vir Cl. Guido Grandius in Epiſt. de Pandectis &c. editio altera Flor. MDCCXXVII. 4. pag. 99. & Franc. Ant. Zacharias in Itinere Italico pag. 98. ubi illum tamquam Pluteo XII. repoſitum indicat. Cod. VI.

II. pag. 40. Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis Monologium cum Praefatione, & Capitum tabula, ut in Codice XXXI. Plut. XII. Catalogi Tom. I. pag. 35. §. II.

III. pag. 54. *b*. Eiuſdem Proſologium item cum Prologo & Capitum tabula. Ibid. §. III.

IV. pag. 59. Eiuſdem *Cur Deus Homo* Libri II. cum Praefatione, & Capitum tabula, ut in edit. Veneta anni MDCCXLIV. fol. per Ioſephum Coronam, quam citavimus in dicto Codice XXXI. Tom. I. a pag. 108. ad pag. 142.

V. pag. 76. Eiuſdem de Proceſſione Spiritus Sancti, ut in dicto Codice XXXI. Catalogi Tom. cit. pag. 36. §. IX.

VI. pag. 83. *b*. Eiuſdem Epiſtola ad Velerianum Nuemburgenſem Epiſcopum de Fermentato & Axymo. Ibid. §. X. ubi inſcribitur *De Sacrificio*.

VII. pag. 85. Eiuſdem de Voluntate Triplici, vel de Similitudinibus. Ibid. §. XIII.

VIII. pag. 106. Eiuſdem Liber, ſeu Epiſtola (3) de Conceptione Beatae Mariae. In Ap-

(1) Hoc Opus in Mss. non eaſdem ſectiones ſortitum eſt. In quibuſdam CXXXIV. aut CXXVI vel, ut in editis CXXII. in aliis LXXI. in nonnullis LIV. aut pariores habet, & in quibuſdam nullas.

(2) Eſt Caput LXIII. Libri II. Retractationum.

(3) In repetitione tituli in fine dicitur *Liber*.

Append. ad Tom. II. cit. edit. a pag. 238. ad pag. 245. ubi inſcribitur *Tractatus &c.*

IX. pag. 111. *b.* Eiuſdem Liber de Corpore Chriſti. Inc. *Primum quidem quid hoc ſacrificii Corpus appelletis, penitus non adverto.* Deſ. *ceterum dicamus aliter, panis Chriſti caro eſt, eius ſermo divinus eſt, & doctrina caeleſtis, quae noſtram animam reficit.* Tum ſubiungitur brevis ille Prologus tantum in Librum Meditationum, & Orationum eiuſdem Anſelmi, qui occurrit in cit edit. pag. 286. quo abſoluto, repetitur titulus Operis recenſiti, nimirum: *Explicit Liber de Corpore Chriſti*. De hoc autem Opere ita loquitur Io. Mabillonius Tom. I. Muſei Italici pag. 161. editionis ſecundae: *Liber Anſelmi de Corpore Chriſti, qui in editis deſideratur, non levis eſſet momenti, ſi Codex foret correctior*.

X. pag. 117. *b.* Eiuſdem de Sermone Figurativo Liber. Praecedit Prologus, qui inc. *Solet aliquoties in Scripturis ordo verborum cauſſa decoris aliter, quam vulgaris via dividendi figuratum inveniri*. Deſ. *dialyton*. Liber inc. *Prolempſis, id eſt praeoccupatio, ſive praeſumptio, dicitur figura*. Deſ. *& memores eſtote uxoris Lot*. Tum repetitur titulus rubricatus: *Explicit Liber Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi de Sermone Figurativo*. Non exſtat in cit. editione.

XI. pag. 120. *b.* Eiuſdem Liber de Sacramentis Eccleſiae, ut in dicto Codice XXXI. Catalogi Tom. cit. pag. 36. §. XI. ubi inſcribitur *Epiſtola de Sacramentis Eccleſiae*.

XII. pag. 121. Liber inſcriptus: *Quid ad haec reſpondeat quidam pro inſipiente*, ut in cit. edit. a pag. 50. ad pag. 52. ſub titulo: *Liber pro inſipiente adverſus S. Anſelmi in Proſlogio ratiocinationem auctore Gaunilone Maioriſ-Monaſterii Monacho*.

XIII. pag. 122. Alius Libellus inſcriptus: *Reſponſio inſipientis contra reſpondentem*. Ibid. a pag. 53. ad pag. 58. ſub titulo: *S. Anſelmi Liber Apologeticus contra Gaunilonem reſpondentem pro inſipiente*. Haec duo Opuſcula occurrebant etiam in dicto Codice XXXI. Plut. XII. Catalogi Tom. cit. pag. 36. §. IV. ſimul iuncta.

XIV. pag. 123. *b.* Eiuſdem Liber de Grammatico, ut in cit. edit. Tom. I. a pag. 211. ad pag. 220. ubi inſcribitur *Dialogus &c.*

In ultimo folio legitur: *Iſte Liber ſpectat ad Fratres Minores Provinciae Thuſciae conceſſus ad uſum Fratri Illuminato Flor. de Caponſaccis eiuſdem Ordinis*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, & indiculo in principio, num. 136. deſignatus (1). Conſtat foliis ſcriptis 127.

ORIGENIS HOMILIAE RUFFINO INTERPRETE.

Cod. VII.

I. pag. 1. PRaecurrit alia, ſed antiqua manu, in tribus primis paginis Diſquiſitio quaedam de Patriarchis. Inc. *Sciendum primo eſt, quod in ſingulis quibuſque locis, ubi Scriptura de duodecim Patriarchis commemorat, multa ſit in ipſa ordinis conſcriptione diverſitas*. Deſ. *etiam adorari dicitur a filiis patris ſui, filios patris ſui, quaſi in morali loco poſuimus haec*.

II. pag. 4. Origenis Adamantii ſuper Geneſim Homiliae XVI. Ruffino interprete, cum Prologo S. Hieronymi, ut in Cod. X. Plut. XXII. Catal. Tom. I. pag. 712. §. I.

III. pag. 67. Eiuſdem Homiliae XIII. ſuper Exodum, interprete eodem. Ibid. §. II.

IV. pag. 130. *b.* Eiuſdem Homiliae XVI. ſuper Leviticum, interprete eodem. Ibid. §. III.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus S. Crucis de Flor. Ord. Minor. in quo continentur infraſcripta Opera Origenis Presbyteri e Graeco in Latinum traducta, videlicet ſuper Geneſim, Exodum, & Leviticum*. In primi autem folii ſuperiore margine adſcriptum eſt: *Liber Sanctae Crucis in Ieruſalem*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XII. binis columnis perſpicuo charactere exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus litteris pictis, num. 135. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 232.

S. IOANNIS DAMASCENI, ANSELMI, ET BERNARDI OPERA VARIA.

Cod. VIII.

I. pag. 1. IOannis Damaſceni Summa Orthodoxae Fidei Libris IV. interprete Burgundione, ut in Codice VI. huius Plutei ſupra pag. 430. §. I.

II. pag. 27. Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis de Veritate Liber, praevio Prologo, & Summario Capitum XIII. ut in Codice XXXI. Plut. XII. Catalogi Tom. I. pag. 36. §. V.

III. pag. 29. *b.* Eiuſdem Tractatus de Libertate Arbitrii, praevia Capitum XIV. tabula. Ibid. § VI.

IV. pag. 31. *b.* Eiuſdem Libri II. *Cur Deus Homo*, cum Prologo, & Capitum tabula. Libri I. ſunt XXV. Libri II. ſunt XXII. ut in dicto Codice VI. huius Plutei ſupra pag. 430. §. IV. Inter hoc, & ſequens Opus interiectum legitur fragmentum Libri de Caſu Diaboli incipiens a verbis: *Cogitari poſſit, quomodo potuit Diabolus velle &c.* uſque ad verba: *quoniam non tales erunt homines* incluſive, quae in cit. edit. habentur a pag. 94. col. 2. verſ. 18. uſque ad pag. 95. col. 1. verſ. 20.

(1) Male indicatur a Zacharia loc. cit. ſub Plut. XII.

V. pag. 41. Eiuſdem de Conceptu Virginali Liber, praevia Capitum XXIX. tabula, ut in Codice XXXI. Plut XII. Catalogi Tom. cit. pag. 36. §. VIII. In hoc autem Codice Prologus cum ipſo Opere coniunctus eſt.

VI. pag. 44. *b.* Eiuſdem Liber de concordia Praeſcientiae, & Praedeſtinationis, ac Gratiae Dei cum libero arbitrio. Ibid. p. 35. §. I.

VII. pag. 50. Eiuſdem Monologium, praevia Epiſtola ad Lanfrancum Cantuariae Archiepiſcopum, quae inter eius Epiſtolas eſt CI. & incidit in cit. edit. Tom. II. pag. 162. col. 2., Praefatione. & Tabula Capitum LXXX. Ibid. § II. ubi tamen deerat Epiſtola ad Lanfrancum.

VIII. pag. 58. Eiuſdem Proslogion, cum Prooemio, & tabula Capitum XXVI. Ibid. §. III. Interim notandum pag. 60. *b.* col. 2. poſt verba *qui eſt trinus & unus Deus benedictus in ſaecula*, in quibus definit Proslogion amanuenſis incuria repetita fuiſſe tria Capita eiuſdem Opuſculi, ſcilicet II. III. & IV. quem errorem quum deinde animadvertiſſet, ea expungere voluit appoſita voce *vacat*.

IX. pag. 60. *b.* Liber (ut inſcribitur in cit. edit.) pro Inſipiente adverſus Anſelmi in Proslogio ratiocinationem, ut in Codice VI. huius Plutei ſupra pag. 431. §. XII. ſub diverſo aliquantum titulo. Heic tamen eſt omnino anepigraphus.

X. pag. 61. *b.* Anſelmi Liber Apologeticus contra Gaunilonem reſpondentem pro inſipiente. Ibid. §. XIII. item ſub titulo diverſo; nos vero titulum ex editione mutuati ſumus, quum in Codice item eſſet anepigraphus.

XI. pag. 62. *b.* Eiuſdem de Proceſſione Sancti Spiritus Liber cum Prologo, qui tamen cum ipſo Opere coniunctus eſt, ut in cit. Cod. XXXI. Plut. XII. Catalogi Tom. I. pag. 36. §. IX.

XII. pag. 67. Eiuſdem Liber de Incarnatione Verbi, cum brevi Epiſtola nuncupatoria ad Urbanum Papam. Ibid. §. XII.

XIII. pag. 70. Eiuſdem Liber de Caſu Diaboli, praevia Capitum XXVIII. tabula. Ibid. §. VII. Antequam ad reliqua huius Codicis Opera recenſenda progrediamur monendus eſt lector, Volumen hoc ex duobus olim diverſis Codicibus eamdem tamen ſcriptoris manum referentibus conflatum, & compactum fuiſſe, ac propterea mirum non eſſe, ſi Opuſcula quaedam bis repetita occurrant.

XIV. pag. 75 Eiuſdem Monologium, ut in hoc ipſo Codice §. VII. Heic tamen deeſt Praefatio, & mutila eſt Capitum tabula, quum incipiat a Capite LIII.

XV. pag. 83. Diſputatio pro inſipiente, & reſponſio Beati Anſelmi (1). Ibid. §. IX. & X.

XVI. pag. 84. *b.* Eiuſdem Liber de concordia Praeſcientiae, & Praedeſtinationis & Gratiae cum libero arbitrio. Ibid. §. VI.

XVII. pag. 89. *b.* Eiuſdem Epiſtola de Azymo ad Valerianum Vemburgenſem Epiſcopum, ut in Codice VI. huius Plutei ſupra pag. 430 §. VI.

XVIII. pag. 90. Eiuſdem Meditatio humanae redemptionis, ut in edit. alias cit. Tom. I. a pag. 312. ad pag. 315. & eſt Meditatio XI.

XIX. pag. 91. Eiuſdem Liber de Similitudinibus, ut in dicto Codice VI. huius Plutei ſupra pag. 430. § VII.

XX. pag. 1-4. *b.* Eiuſdem de Corpore & Sanguine Domini Libri III. (2) praevio Prologo, Operis titulus eſt: *In nomine ſanctae & individuae Trinitatis de Corpore, & Sanguine Domini, ſecundum Magiſtrum Anſelmum.* Prologus inc. *Quia ſancti de Corpore & Sanguine Domini varie ſcribentes, aliquando de univerſo Chriſto, capite ſimul & membris, aliquando non de univerſo, ſed vel de capite, vel de membris loquuntur, aliquando cum Sacramento, aliquando ſine Sacramento, ſimplicibus, ac de re ineffabili non intellecta, errores (ſic), plus enim quam oportet ſapere volentibus gignuntur haereſes.* Deſ. *nunc ergo prima portiuncula huius Operis, Deo annuente, expediam de veritate Dominici Corporis, ſecunda de ipſius Sacramenti variis quaeſtiunculis.* Tum Prologum ſequitur Tabula Capitum Libri I. quae ſunt XXII. & quidem hoc ordine:

I. *Quod Deus hominem pro nobis aſſumptum ſuper omnia exaltavit.*

II. *Quod ut certius in ſimili natura noſtra per gratiam ſperemus & gloriam, nos fratres eius fecit, & illum, & cum illo nobis omnia donavit.*

III. *Quod ad maiorem tantae gratiae certitudinem, ipſum caput noſtrum Deus, nos membra illius ita conſtituit, ut nos corpus eius cum ipſo capite dicamur; Chriſtus Sacramento, & veritate Corporis ſui nos ſibi uniens, & incorporans.*

IV. *Quid ſit Sacramentum, & quot modis accipiatur.*

V. *Quod viſibile Sacramentum panis, & vini nuncupative dicatur Chriſti Corpus.*

VI. *Quod Chriſtus in pane ſacramentali non ita perſonaliter ſit impanatus, ut in carne incarnatus.*

VII. *Quod remanentibus qualitatibus ſuis, ſubſtantia panis & vini in verum Corpus Chriſti mutetur.*

VIII. *Quomodo Sacramentum Corporis Chriſti a ceteris Sacramentis differat, vel conveniat.*

IX. *Quod novus panis, & vinum in Corpus Chriſti mutata, novam autem carnem, vel ſanguinem non generant.*

X. *Quod non de quolibet filio hominis, ſed*

(1) Miror, quod laudatus Zacharias in Itin. Litter. per Ital. Venet. apud Seb. Coleti 4. p. 97. 97. legit *Brans* pro *Beati Anſelmi*.

(2) Liber rectius effugit Zachariam, qui loc. cit duos tantum Libros enunciat; praeterea Io. Mabillonii teſtimonium de Anſelmi Opere inedito *de Corpore Chriſti* in medium proferens, non animadvertit, Mabillonii verba de alio Libello ita inſcripto, de quo ſupra pag. 4 ... §. IX. verba fecimus, non de hiſce tribus Libris eſſe intelligenda.

de ipſo Chriſto intelligendum eſt: niſi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.

XI. *Quod in Sacramento viſibili ſit ſpirituale & inviſibile Corpus Chriſti.*

XII. *Quod Corpus Chriſti quum in Sacramento ſit ſpiritualiter, & inviſibiliter, non tamen minus ſubſtantialiter, & vere.*

XIII. *Quod veritas Corporis Chriſti viſibilibus etiam ſignis ſit ſaepius oſtenſa.*

XIV. *Quod Corpus Chriſti quum ſit locale, in cuelo eſt, & in terra.*

XV. *Quod Corpus Chriſti diviſum, & a fidelibus ſumptum, permanet incorruptum, & integrum.*

XVI. *Quod immolatio Chriſti in altare non dicitur, quod iterum occidatur, ſed quod vera eius immolatio repraeſentata, ideſt in altari nunc quod tunc in Cruce, operetur.*

XVII. *Quod dupliciter, vel tripliciter dicitur Corpus Chriſti.*

XVIII. *Quod inviſibile Corpus Chriſti in Sacramento, Sacramentum ſit viſibilis Corporis Chriſti in humana forma, verum veri, ideſt eiuſdem.* (Hoc Capite impugnatur Berengarius.)

XIX. *Quod Sacramentum duobus modis ſignificet, vel ſua ex ſe ſimilitudine, vel alicuius actionis erga ſe.*

XX. *Quod in ſacrificio eſt Sacramentum corporale, & Corpus Chriſti ſpirituale, duae ſunt etiam eius comeſtiones, una corporalis, altera ſpiritualis; & boni quidem duabus comeſtionibus ſumunt Corpus Chriſti, mali tantum una.*

XXI. *Quod ſicut non minus a malo, nec magis a bono Sacerdote conſecretur veritas Corporis Chriſti, ſic non minus a malo, nec magis a quolibet bono ſumitur, quantum ad ſubſtantiam.*

XXII. *Quomodo vere, & ſalubriter a quolibet ſumi poſſit Corpus Chriſti.*

Caput I. inc. *Quia a verae fidei cognitione originalis delicti caecitate tenti, ad varios errores decideramus.* Vltimum deſ. *quia revera ſollicite debes perpendere, cuius ſit actionis, vel ſaltem intentionis, qui tantae vult fieri particeps communionis.*

Libro II. pag. 116. *b.* praecurrunt haec Capita:

I. *Quod Sacramentum Corporis Chriſti nullatenus ſolvatur in indigeſtionem, vel aliquam foedum corruptionem.*

II. *Cur viſibile Sacrificium inviſibili Deo fiat?*

III. *Cur Sacrificium Eccleſiae non conſtet ſolo Sacramento, vel Corpore, & Sanguine Chriſti ſine Sacramento, vel cur utroque?*

IV. *Cur fides tanto tempore exigatur in Sacramento Corporis Chriſti?*

V. *Cur magis conſecretur in pane, vino, & aqua Corpus, & Sanguis Chriſti, quam in ceteris corporum ſpeciebus?*

VI. *Cur ſumpto Corpore Chriſti non ſtatim etiam in carne vivamus aeternaliter, quum ipſum ſit vita aeterna?*

VII. *Cur temporalibus meritis aeterna retributio fiat?*

VIII. *Cur panis in Carnem, & vinum in Sanguinem per ſe conſecrentur?*

IX. *Cur Corpus Chriſti magis conſecretur in pane candido, quam nigro, vel cuiuſcumque coloris, quum Sanguis conſecretur in cuiuſcumque coloris vino?*

X. *Cur magis conſecretur Corpus Chriſti in pane azymo, quam fermentata.*

Caput I. inc. *Quia ſuperiori libello de veritate & poteſtate Corporis Chriſti, adſpirante ſua gratia, aliquantulum explicuimus.* Vltimum deſ. *reliquoſque Eccleſiaſticos ardines ad exemplum veterum inſtituimus, & cetera quamplura in hunc modum.*

Libro III. pag. 121. haec Capita praemittuntur:

I. *Quod ſancti quibuſdam ſuis auctoritatibus videntur adſtruere haereticorum Sacramenta eſſe irrita & noxia.*

II. *Quod ſolius Dei ſit omnia Sacramenta facere ſemper ſancta & vera, quantum ad ipſum.*

III. *Quod Sacramenta Chriſti pro meritis miniſtrorum fieri credenda non ſunt, ne pereat unitas Sacramentorum & Eccleſiae.*

IV. *Quod Deus pretioſa Sacramenta in non pretioſis ſpeciebus poſuit, non ut eſſent vilia, & abiecta, ſed gratuita.*

V. *Quod tanta ſunt Dei Sacramenta, ut omnium hominum ſuperent merita.*

VI. *Quod Laico, vel Pagano baptizare permittitur.*

VII. *Quod ſanguinis effuſione, vel ſola fide Baptiſmus compleatur.*

VIII. *Quod ſicut in Baptiſmate, ſic in conficiendo Chriſti Corpore nihil a bono magis, nihil fiat a malo minus.*

IX. *Quod Sacramenta haereticorum de Eccleſia in Eccleſiam ſiunt.*

X. *Quod Sacramenta tenus Sacerdotium apud haereticos maneat omnia integrum.*

XI. *Quod etiam ſolutare ſit ſacrificium haereticorum, ſi munde communicetur a Catholicis.*

XII. *Quomodo ſolvitur illud, quod Sancti de improbandis Sacramentis haereticorum dicunt, utrum Sacramenta rite fiant, ſi ſolemnibus verbis aliqua contra fidem, vel incuria, vel haereſi interſerant.*

XIII. *Quare in nomine Trinitatis Baptiſma fieri inſtitutum ſit.*

Caput I. inc. *Quia de peccatoribus miniſtris, ſed tamen Eccleſiaſticis, quod revera & rata Sacramenta celebrant adſtruximus.* Caput ultimum deſ. *in celebrandis igitur Sacramentis Chriſti, non ſectarum novitates, vel haereſes inducere, ſed eius inſtitutionibus ſtudeamus fideliter deſervire, ut ſicut eius poteſtate verum, eius auctoritate ratum eſt, quid in eis agimus; ſic eius gratia ſaluti ferum nobis ſentiamus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per omnia ſaecula ſaeculorum. Amen.* Tum rubrica: *Explicit Liber Anſelm. Cantuarienſis Archiepiſcopi de Corpore, & Sanguine Domini.*

XXI.

XXI. pag. 127. Beati Bernardi Abbatis Claraevallenſis de Conſideratione ad Eugenium Papam Libri V. cum Praefatione, ut in Codice XI. Plutei XIV. Catalogi Tom. I. pag. 113. §. I. ubi tamen praeerat Epiſtola ipſa auctoris nuncupatoria Pontifici, quae in hoc deſideratur.

XXII. pag. 139. *b.* Eiuſdem Tractatus de diligendo Deo, ut in Codice XVIII. Plutei XIV. Catalogi Tom. cit. pag. 122. §. XIX. Heic tamen poſt ultima verba: *nullus profecto eſſe poterit miſerationis affectus*, adnectuntur alia, quorum initium eſt: *Satis, quantum reor, apparet, & quonam modo Deus diligendus ſit, & quo merito ſuo*. Finis vero: *unde & dictum eſt primum & maximum*: quae verba pertinent ad Cap. VI. lin. 20. & progrediuntur uſque ad Cap. VIII. lin. 5. editionis Operum cura Io. Mabillonii Pariſ. apud Carolum Robuſtel fol. Tom. II. a pag. 597. ad pag. 599 quaeque, uti diligenti collatione comperimus, ſuo loco deerant.

XXIII. pag. 144. Eiuſdem de duodecim gradibus humilitatis, & ſuperbiae Liber, praevia Retractatione, & Prologo, ut in dicto Codice XVIII. Catalogi Tom. cit. pag. 124. §. XXXVII. ubi pro verbis: *quoniam in noſtro Codice legis*, quae pro Operis fine retulimus, legendum *quum in noſtro Codice leges*.

XXIV. pag. 150. Eiuſdem de Amore Dei Liber, ut in Codice I. Plutei XVI. Catalogi Tom cit. pag. 158. §. VIII.

XXV. pag. 158. Eiuſdem Epiſtola ad Lugdunenſes, ut in dicto Cod. I. loc. cit. pag. 161. §. XXVII.

In primis duobus foliis, quae pro Codicis cuſtodia adſuta ſunt, legitur fragmentum Commentarii in Cantica Canticorum.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, male indicatus a Zacharia loc. cit. tamquam in Plut. XII. repoſitus, dignus Codex qui conferatur ob multas variantes lectiones, quas obiter animadvertimus, num. 137. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 158.

SS. BASILII, AMBROSII, ET IO. DAMASCENI QVAEDAM.

Cod. IX. I. pag. 1. S. Baſilii Magni in Hexaëmeron, ſive Opus ſex dierum Homiliae IX. ex translatione Latina veteri (1). Prima inc. *In principio fecit Deus caelum & terram. Decens eſt principium facturo de mundi conſtitutione narrare. Principium decorationis eorum, quae videntur proponere ſermoni; caeli enim & terrae creatio mundi futura eſt, non caſu deducta, ut quidam imaginati ſunt*. Homilia IX. deſ. *erubeſcat Anomius, verecundetur Iudaeus, exſultet dogmatibus veritatis, qui prius, glorificetur Dominus, cui gloria &c.* Diverſa omnino eſt haec verſio ab ea Euſtathii, quae legitur in Appendice ad Tomum I. Operum S. Baſilii, Pariſienſis editionis, cura Iuliani Garnier, per Io. Bapt. Coignard MDCCXXI. fol. Tom. I. pag. 631.

II. pag. 19. *b.* S. Ambroſii Mediolanenſis Archiepiſcopi Hexaëmeron, ideſt de Opere ſex dierum Libri VI. cum Praefatione, ut in Codice XXIII. Plutei XIV. Catalogi Tom. I. pag. 142. §. I.

III. pag. 48. Ioannis Presbyteri Damaſceni, qui Manſur, Liber, in quo eſt traditio certa Orthodoxae Fidei, Capitulis diviſa centum, a Burgundione Iudice Cive Piſano de Graeco in Latinum, Domino III. Eugenio beatae memoriae Papae translatus, ut in Codice III. Plutei XII ſupra pag. 423. §. II. Adiiciuntur in fine, alia manu, Anonymi metaphyſica quaedam de virtute &c.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Armarii Conventus Fratrum Minorum de Florentia. Fuit autem olim deputatus ad uſum Rev. Patris Fratris Philippi de Perusio, qui fuit Magiſter Theſiae multis annis, & ſocius Featris Bonaventurae de Balneoregio, tandem ſenex, & plenus dierum mortuus eſt in ſenectute bona in Conventu Florentino*.

Cod. membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 138. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 71.

DIONYSII AREOPAGITAE OPERA, HVGONIS POSTILLA IN CAELESTEM HIERARCHIAM, ET ARISTOTELIS QVAEDAM.

I. pag. 1. HVgonis Poſtilla ſuper Dionyſii Areopagitae Caeleſtem Hierarchiam. Inc. *Iudaei ſigna quaerunt, & Graeci ſapientiam; ſunt enim quaedam ſapientia*. Deſ. *& aenigmatibus variis a viſibilibus ſumptis Theologiae demonſtrantur*. Poſtilla inc. *Quoniam omnis divina illuminatio ſecundum bonitatem varie impraeviſa proveniens, manet ſimpla, & non hoc ſolum, ſed & unificat illuminata; ipſa enim gratia, divina illuminatio eſt*. Deſ. *quia illius, quem exponendum ſuſcepi, in qua ſapientia transcendit, ſanctitas condeſcendit*. Exſtat in editione Operum Hugonis de S. Victore Moguntiae apud Ant. Hierat MDCXVII. fol. a pag. 340. ad pag. 418. ſub titulo: *Adnotationes elucidatoriae in Dionyſium Areopagitam de Caeleſti Hierarchia ab Ioanne Scoto Latine verſum*. Cod. XI.

II. p. 37. Dionyſii Areopagitae de Eccleſiaſtica Hierarchia Liber, praevia tabula, interprete Ioanne Scoto. Inc. *Quia quidem ſecundum nos Hierarchia puerorum*. Deſ. *divini ignis accedens abſque vapores*.

III. pag. 53. Eiuſdem de Divinis Nomini-

(1) Coniecit Cl. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. CCXVIII. translatum forte fuiſſe a Burgundione Cive ac Iudice Piſano hoc Baſilii Hexaëmeron.

nibus Liber, praevia Capitum tabula, & Epigrammate Latine reddito, interprete eodem, Inc *Nunc autem. o beate*. Deſ. *tranſcendemus*.

IV. p. 75. *b*. Eiuſdem de Myſtica Theologia Liber, praevia Capitum tabula, interprete Anonymo, ut in Cod. II. huius Plutei ſupra pag. 427. §. II. ſed in fine aliquantum diverſus.

V. pag. 84. *b*. Eiuſdem Epiſtolae XI. interprete eodem Joanne Scoto.

VI. pag. 92. Anonymi de Intelligentia Liber cum expoſitione. Inc. *ſumma in hoc Capitulo noſtrae intentionis eſt*, Deſ. *inter ſpecies quantitatis non eſt enumerata*.

VII. p. 98. *b*. Ariſtotelis Liber de Secretis Secretorum, cum duobus Prologis (1), ut in Codice II. Plutei LXXXIII. Catalogi Tom. III. pag. 205. §. I. Libri vero Ariſtotelis initium cum illo quidem concordat, finis vero diverſus ita habet: *Ut ſcilicet fiat conſuetudinis mutatio paullatim una vice poſt aliam, & ſic cum Dei auxilio bene fiet. Explicit Ariſtotelis Tractatus de Secretis Secretorum*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. partim XII. partim XIII. binis columnis, eum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 141. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 101.

PLUTEUS XIV. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XI.

CODEX I.

IO. CHRYSOSTOMI COMMENTARIUS SUPER MATTHAEUM INTERPRETIBUS ANIANO, ET GEORGIO TRAPEZUNTIO.

IOannis Chryſoſtomi Commentarius ſuper Evangelium Beati Matthaei Evangeliſtae ex Graeco in Latinum traductus, a principio uſque ad Homiliam XXVI incluſive ab Aniano (2) viro doctiſſimo, & deinceps uſque ad Librum (3) LXXXVIII. incluſive a Georgio Trapezuntio. Praecurrit Aniani Praefatio, quae inſcribitur, & inc. *Domino vere ſancto & beatiſſimo Orontio Epiſcopo Anianus. Piſſimi patris aff ctum*. Deſ. *ut aliquid de ipſius virtute poſſimus imitari. Memor noſtri eſto ſemper in Chriſto, Domine merito beatiſſime*. Commentarius, ſive Homilia I. inc. *Oportuerat quidem nihil nos indigere auxilio litterarum, ſed tam mundam in omnibus exhibere vitam, ut illarum vice, gratia ſpiritus uteremur*, Homilia XXVI. ex praedicti Aniani verſione deſ. *omnem oſtendamus humilitatem, atque philoſophiam, ut praeſentia bona & futura conſequamur, gratia. & miſericordia D. N. I. C.* Exinde a pagina Codicis 103. *b*, incipit Georgii Trapezuntii Latina interpretatio, hoc praemiſſo titulo: *Beati Ioannis Chryſoſtomi Liber XXVI.* (4) *ſuper Matthaeum a Georgio Trapezuntio ex Graeco in Latinum traductus* (5). Inc. *Intranti autem ei in Capharnaum advenit ei Centurio, deprecans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur &c. Leproſus quidem, ut audiſtis, quum a monte Ieſus deſcendiſſet, ad eum acceſſit*. Liber LXXXVIII. deſ. *ideo conſervum tuum in omnibus diligenter paſcis atque curas. Liber Sancti Ioannis Chryſoſtomi ſuper Matthaeum a Georgio Trapezuntio converſus explicit feliciter*. Clauditur tan-

(1) Prologus ſecundus pro *Philippi* traductoris nomine, quod in Codice, quem citamus, legitur, hic *Ioannis* nomen praefert. Tractatus vero in hoc multo brevior, quam in illo eſt.

(2) Ambroſii Traverſarii aetate manebat opinio, traductas ab Aniano fuiſſe quinque tantum ac viginti Homilias B. Ioannis Chryſoſtomi ſuper Matthaei Evangelio ad Orontium Epiſcopum. Eumdem numerum Latine fuiſſe ab Aniano verſum indicavit Veſpaſianus Philippi qui in Vita Nicolai V. a Lud. Ant. Muratorio edita Tomo XXV. Script. Rer. Ital. col. 283. ait: *Griſoſtomo* (Latinae ſcilicet datus linguae) *ſopra S. Matteo circa Omelie ottonta. che era ſtato anni 500 e piu perduto. perche erano tradotte Omelie venticinque da Aniano gia ſono anni più di 500 ed era queſto Opera aſſai deſiderato e dagli antichi, e da' moderni. Perche e ſcritto, andando S Tommoſo d' Aquino a Parigi. innanzi che vi giugneſſe, ſendogli moſtro diſſe: Io vorrei piuttoſto S. Gio. Griſoſtomo ſopra S Matteo, che Parigi. Avevalo in grandiſſima venerazione. Queſto tradusse il Trabiſonda &c.* In Codice chartaceo in fol. Bibliothecae Marcianae aſſervantur Homiliae ab Aniano Latine verſae, in quarum calce legitur: *Explicit Homelia vigeſima quinta, & ultima primae partis Sancti Ioannis Chryſoſtomi, ſive Oſaurei ſuper Matthaeum Evangeliſtam feliciter. Lege libenter &c.* At in hoc Codice S. Crucis ſex & viginti ſunt, quem quidem numerum probavit etiam Io. Mabillonius Tom. I. Muſei Italici Part. I. pag. 162. his verbis: *Alius Codex S. Io. Chryſoſtomi in Matthaeum Homilias XXVI. Aniano interprete, ſubſequentes a Georgio Trapezuntio in Latinum verſas complectitur*. Poſt nec ita multa: *Porro viginti ſex Homilias priores, nec plures, nec pauciores ab Aniano vetere interprete in Latinum translatas fuiſſe, ex aliis item Codicibus antiquis perſpectum habemus*. De hac Aniani verſione doctiſſime diſſerit Bernardus de Montfaucon in Praefatione ad Volumen VII. Operum Chryſoſtomi Pariſiis MDCCXXVII. fol. §. V. qui hunc ipſum adlegat Codicem.

(3) *Libri* enim, non *Homiliae* inſcribuntur in Georgii Trapezuntii verſione.

(4) Haec Homilia, quae in Codice, eodem numero notatur, ac ſuperior, in editione Operum Chryſoſtomi alias cit. pag. 313. deſignatur numero *XXVI*. aliat *XXVII*.

(5) Conſule cit. Montfauconii Praefationem §. VI. & Dominicum Georgium in Vita Nicolai V Romae typis Palearinis MDCCXLII. 4. pag 180.

Digitized by Google

tandem Codex ſequenti Epiſtola (1), quam integram in medium proferre operae pretium duximus. Ea vero ita habet:

Georgius Trapezuntius illuſtri Senatori Veneto Franciſco Barbaro Sal. Redditae mihi ſunt tuae litterae, quibus ſcribis, ut Chryſoſtomi Opus a me nuper traductum ad te mittam; quod quam libenter faciam, hinc intelliges, quod tardius reſcribere malui, quam inanes litteras mittere; nam Liber non erat apud me, ſed apud Pontificem, cuius iuſſu traduximus; & quum in dies recuperare ſperaremus, ſcribendi quoque officium in dies craſtinos remittebamus. Nunc vero quoniam Legato Venetorum Librum commendavimus, ut ad te ipſum tranſmittat, has ſcripſimus; quibus illud etiam Excellentiae tuae ſignificare placuit, alia quoque multa hoc biennio nos vertiſſe volumina; nam & Cyrillum Alexandrinum ſuper Ioannem, opus certe divinum, & Euſebium Pamphili de Doctrina Chriſtiana, Librum omnium qui legerunt iudicio adeo utilem, ut vix alter ei ſimilis reperiri poſſit; & Ariſtotelis aureos de Animalibus Libros, cuius etiam de Rhetorica Libros antea vertimus, ſed alios alias. Nunc Chryſoſtomum lege, cuius Latinam eloquentiam tanto a Graeca diſtare neceſſe eſt, quanto a dicendi eius elegantia Georgius diſtat. Sed quidquid in nobis eſt, id abs te initium habuit, cuius ope, ac opere Latini facti ſumus. Quare non magis nobis, & Chryſoſtomus, & alii Graeci, qui modo per nos Latine loquuntur, quam tibi certe debebunt. Ceteros tunc, ſi iuſſeris, mittam, quum Chryſoſtomum remiſeris, quod quam cito fieri poteſt, facias oro. Nam hic nulli propter temporis brevitatem in Domino noſtro (ſic, ſed forte legendum *a Domino*) *exemplum factum eſt, & multi, potenteſque petunt. Sed abs te fuit incipiendum, qui me de Graecia eripuiſti, & primus in Italiam in Latina ſtudia reduxiſti. Vale. Ex Vrbe V. Kal. Maias MCCCCL.*

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus S. Crucis de Flor. Ord. Minor. continens Commentarium Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani in Matthaeum Evangeliſtam ex Graeco in Latinum traductum, a principio uſque ad XXVI. Homeliam ab Aniano viro doctiſſimo; a XXVI. vero uſque in finem a Georgio Trapezuntio viro doctiſſimo traductum.*

Codex membranac. Ms in fol. maiori Saec. XV. admirandae pulcritudinis, cum initialibus auratis & coloratis, ac pictura in principio, quae totum fere implet marginem, num. 143. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 292.

IO. CHRYSOSTOMI IN EVANGELIVM IOANNIS HOMILIAE, FRANCISCO MARIOTTI INTERPRETE.

S. Ioannis Chryſoſtomi in Ioannis Evangelium Homiliae LXXXVIII. a D. Franciſco D. Mariotti Arretino ex Graeco in Latinum traductae, cum Epiſtola ad clarum virum Coſmum Medicem Florentinum, quae ita ſe habet: Cod. II.

Ad clarum virum Coſmum Medicem Florentinum in Ioannis Chryſoſtomi Commentarium ſuper Ioannis Evangelio Franciſci Arretini Praefatio (2).

Communis fere omnium opinio eſt, Coſme vir clariſſime, ſuperiores & longe a memoria noſtra remotas aetates omnium virtutum genere noſtram plurimum ſuperaſſe; nec ullum nunc inveniri quem maioribus illis comparare poſſimus. In qua ſententia multitudinem eſſe minime miror; cuius id negotium eſt, ut audita viſis, & vetuſtiſſima quaeque maiora arbitretur. Quod autem viri graves, & doctrina, & rerum uſu exerciti idem ſentiant, hoc ego quam iniquiſſimo animo ferendum cenſeo. Non tamen is ſum, qui negem maiori clarorum virorum copia illa tempora floruiſſe. Aſſentior ſane libenter, ob meam in ſaeculum noſtrum pietatem, ſi commode poſſim, negaturus. Non enim ita mihi faſtidio ſunt homines mei, ut neminem illis profitear comparandum, ut plerique obſtinata affectione contendunt, male de ſaeculi ſui hominibus meriti, quibus partim quod viderint, partim quod conſuetudine devinctos habuerint, nonnulli quod beneficios in ſe experti ſint, favere profecto deberent, ut etiamſi non omnino id ſentirent, tempora tamen ſua amore complecti, & pro viribus extollere viderentur. Eſt enim, ut ſentio, bene inſtituti hominis temporum ſuorum bonis delectari, & ſi quem videant virtutibus praecellere, tanto eum maiori admiratione, & laudibus proſequi, quanto inter paucos eius virtus clarior apparet. Et profecto ſi aetatem noſtram non maligne, non invide conſiderare voluerimus, viros clariſſimos habuit, habetque, quos, ſive ſapientia, ſive magnitudine animi, ſive geſtarum rerum gloria, ſive magnificentia, ſive rerum publicarum adminiſtratione, ſi non praeferre, auſim tamen maioribus comparare; unde non minora virtutis exempla, quam a maioribus illis nobis proponerentur. Quod licet non huius loci, neque propoſiti ſit in praeſentia diſquirere, paucos tamen attingam, ne videar velle quidem, quos tamen laudare poſſim, non habere. Quid enim de Martino Quinto dicam, qui quum primum ad Summum eſt Pontificatum aſ-

(1) Hac Epiſtola Georgius Barbaro Libri ſui exemplum mittit, non vero, uti coniiciebant Diarii Eruditorum Hominum Florentini ſcriptores Tomo II. Part. III. pag. 111. Librum ipſum inſcribit. Vide quae ad hanc rem animadvertit Cl. Franc. Anton. Zacharias in Hiſtoria Litterar. Italiae Tomo VIII. pag. 189.

(2) Hanc ideo proferimus, & quod rariſſimae primae editioni praefigatur, & quod non parum in Codice differat ab edito.

aſſumptus, imbecillimum, & variis caſibus agitatum Eccleſiae ſtatum, & diuturnum ſchiſma ita ſedavit, ita in unum corpus redegit, ut ex maximis perturbationibus, & procellis, in tranquilliſſimum portum ſancti Gubernatoris peritia periclitantem Petri naviculam appulerit. Quid ad clariſſimum Principem Nicolao V. deſuit? cuius tempora etſi breviſſima, quantulacumque tamen, in hac noſtra inferiore Italia, Auguſti paci contulerim, cuius ductu, & auſpicio, ut urbs Roma, ita & Romana lingua renovata eſt; quem niſi invida tam repente mors e medio ſuſtuliſſet, non minus quam Auguſtus, urbem e lateritia marmoream reliquiſſe gloriari potuiſſet. Quid Pio ſecundo pietate par? vere, inquam, Pio, qui ut commiſſae ſibi Eccleſiae, & Chriſtianae Religioni conſuleret, invalido & imbecillo corpore, nullum recuſavit laborem. Quid Alphonſum Aragonum Regem memorem? qui ut maximo animo Siciliae ſibi Regnum vendicavit, ita quoad vixit, & ſapientia, & auctoritate incredibili id rexit, & tutatus eſt. Quid Franciſcum Sphortiam? nonne eum cuivis veterum Imperatorum iure connumerabis? cuius tu nominis & gloriae, Coſme, vel in primis auctor fuiſti. Neque enim ullo pacto tacere te poſſum, aut debeo. Tu enim unus es, quem in privata fortuna, cuivis maiorum non aequandum modo, ſed longe praeferendum contenderim. Tu unus es, quem unice admirari, de quo maxime gloriari poſſimus. Tu unus, non Florentiae modo, non Italiae, ſed ſaeculi noſtri ornamentum. Tu unus multorum ſimul laudes complexus es; Pompeii auctoritatem & gloriam, Catonis ſeveritatem, Luculli magnificentiam, Craſſi, ſed in meliores uſus, divitias, ſummam praeterea in immortalem Deum religionem. Exſtant clariſſima pietatis tuae, & in Deum, & in Patriam monumenta. Exſtant innumera, & in privatos homines beneficia; longe plura ſuſpicor, quibus tacita tecum conſcientia laetaris, quae indigentibus Dei ſervis, innuptis virginibus, reliquis pietatis operibus, tam larga dextra exhibes, ut ſecundum Domini praeceptum, neſciat ſiniſtra; & tamen in dies magis atque magis divitiae abundant, creſcunt, exuberant. Centuplum accipietis, inquit; & merito quidem; cui enim potius credendae ſunt, quam qui & ſciat, & velit quam liberaliſſime diſtribuere? Iure igitur ſummi Dei clementia in clariſſima Italiae Civitate, in ſumma & auctoritate, & amore omnium, te Principem conſtituit, & ut Ciceronem Italia, ita cives te tui in Patriam ſummo omnium conſenſu ab exſilio reportarunt, ubi tot annos in tranquilliſſima pace, in omnium admiratione, filiis paternam imaginem, virtutemque reverentibus, nepotibus indolis eximiae, tot propinquis, tot amicis munitus, ſumma cum laude conſenuiſti, ubi te omnes Patrem Patriae, & loquuntur & ſentiunt, ubi ut Demoſthenem ferunt Athenienſis populi, ita tu, & Principum, & Rerumpublicarum pro arbitrio tuo habenas ſaepenumero moderatus es; ut nemo ſit, qui ſapientiam, qui virtutem, qui ingenium tuum non admiretur, ut & ubi clarorum Principum pervenire non potuit nomen, ibi tuum celeberrimum habeatur; atque ut te conſummatiſſimum virum reddas, inter publicas & graviſſimas occupationes, ſi quid otii datur, id omne liberali menſae, hoc eſt ſtudiis & divinis impendis lectionibus, quibus animus eruditur, oblectatur, paſcitur, veram concipit beatitudinem. Haec, & alia plurima quum de praeſtantia tua iamdiu acciperem, accuſabam ſane fortunam meam, quod talem virum videre, & colere non licebat, quod ego unum inprimis deſiderabam. Votis meis humanitate incredibili adnuiſti, iuſſiſti Florentiam venire. Veni, te viſitavi, ut ſilium accepiſti, ſpem bonam dediſti. Sed quum inter loquendum abs te acciperem, quantopere in Ioannis Chryſoſtomi Commentario ſuper Ioannis Evangelio, quem nuper rudi & inemendato ſtylo traductum Reverendo Patri Ioanni Epiſcopo Atrabatenſi dederam, delectare, incredibilem cepi voluptatem, aliqua ex parte tuae in me benignitati ſatisfacturum ratus. Itaque quum primum Romam rediſſem, me ei ultimam manum imponere, & clariſſimo nomini tuo inſcribere pollicitus ſum. Primam igitur eius partem, cuius Graecum exemplar penes me eſt, pro ingenioli mei viribus emendavi, quam, dum reliquum & inveniam & abſolvam, viſum eſt interea ad praeſtantiam tuam mittere, ut me pollicitationis meae memorem intelligas. Opus enim permagnum eſt, & tempore indiget; & licet in Librorum Praefationibus auctorum laudes colligi ſoleant, eas tamen in praeſentia praetermittere ſtatui; non quia lautiſſimus in Chryſoſtomo, ſive doctrinam, ſive mores intueri velimus, commendationis campus pateat, ut etiam infanti linguae uberrimam dicendi materiam praeſtare poſſit; ſed quum ad te virum praeſtantiſſimum dirigatur, nolui tantum mihi tribuere, ut ea oſtendam, quae tibi longe, quam mihi erant clariora. Cognoſces vim hominis, cognoſces doctrinam, cognoſces mores, quorum pleroſque, vel omnes potius, in te recognoſces. Non tamen is ſum, qui non intelligam, quantum Chryſoſtomo dignitatis, quantum ſplendoris, imbecillis interpres abſtulerit; ſed utcumque, ſententias tamen me aſſequutum ſpero. Accipias ergo, qua ſoles humanitate, hanc editionem, quam ego tam libenter exhibeo, ut ſi gratum tibi fuiſſe intellexero, maximum abs te beneficium me accepiſſe exiſtimem, nec me mediocriter, & ad hanc perficiendam, & alia aggredienda Coſmus lector hortabitur.

Homilia I. inc. *Qui agonum certamina ſpectare conſueverunt, quum inſignem quempiam athletam, & coronis plurimis donatum alicunde profectum intelligunt, omnes certatim concurrunt, ut eius luctas, artemque, & corporis robur conſpiciantur, & videri quidem nonnumquam univerſum theatrum, licet multis hominum millibus inundans, qui & corporis, & animi oculos penitus intendant, ut nihil eorum, quae in ipſo aguntur ſpectaculo ſe praetereat. Tum ſi quis praeſtanti ingenio muſicus adventaverit, non minori ſtudio iidem ipſi theatrum occupant, & omiſſis omnibus, quae in manibus ha-*

habens negotiis, & ſaepenumero neceſſariis, & urgentibus, non minori ſtudio advolant, ſedentque incredibili cautus, plauſuſque accipiendi cupiditate, & de utraſque praeſtantia inter ſe diſputant, & haec quidem multi. Vltima deſ. *quod ſi in praecipitia nos deſerimus, quomodo reſpirare poterimus; etenim ſi quis caſurum erigeret, ut eſt eleemoſyna, alter autem humi prémeret, ut avaritia, nihil aliud ab hac pugna exſpectandum eſt, quam ut diſcerpatur. Quod ne nobis accidat, neve avaritia deorſum premente eleemoſyna nos derélinquat, leves efficiamur, & evolemus, ut & malorum liberatione, & bonis operibus perfecti, ſempiterna bona conſequamur, gratia, & benignitate D. N. I. C. cum quo &c.*

Animadvertit vir Cl. Richardus Simonius *Lettres choiſies* Tom. I. pag. 116. nonnullas ex his ſumptas eſſe ex veteri Latina verſione Burgundionis Civis, & Iudicis Piſani (1). Ac revera Chryſoſtomum in Ioannem Burgundionem latine vertiſſe, teſtatur Robertus Abbas Montis in Continuatione Chronici Sigeberti ad A. C. MCLXXX. Prologum, quem interpretationi ſuae latine praemiſerat Burgundio ex Codice Vaticano deſcripſerat Io. Mabillonius, & ex eius ſchedis edidere clari viri Edmundus Martenius, & Vrſinus Durandius Tomo I. ampliſſimae Collectionis Veterum Scriptorum & Monumentorum col. 1028. ſeqq. Fabricius autem Biblioth. Graeca Tomo VII. pag. 647. ait Burgundionis verſionem a Franciſco Arretino recognitam primum vidiſſe lucem Romae Anno MCCCCLXX. Coloniae MCCCCLXXXVI. fol. unde Arretinum pro Auctore habitum in Antuerpienſi A. MDXLII. 8. atque in aliis. Michaël Mattairius in Annal. Typograph. Hagae Comitum MDCCXIX. 4. pag. 68. priorem editionem ita indicavit: *S. Chryſoſtomi Homiliae in Evangelium S. Ioannis Latine, Franciſco Arretino interprete. Romae in St. Euſebii Monaſterio MCCCCLXX. XXIX. Octob.* Nomen Typographi non additur; at conicit idem Mattairius fuiſſe Georgium Laver, cuius, uti & Coenobii S. Euſebii meminit ad annum MCCCCLXXII. Ex Epiſtola autem Mariotti nuncupatoria ad Coſmum Medicem, quam protulimus, tum ob raritatem primae editionis, tum quia omiſſa eſt a Cl. Montfauconio in editione Operum Chryſoſtomi, nulla fit mentio de Burgundionis verſione, immo erui poſſe videtur ex integro Chryſoſtomi ſuper Ioannem Homilias tranſtuliſſe Mariottum, quod ex utriuſque verſionis collatione deprehendere per ſe quiſque poterit. In Monito autem praevio rariſſimae ſupra memoratae editioni anni MCCCCLXX. quam conſuluimus in lectiſſima Bibliotheca Servorum S. Mariae, quid in nova hac adornanda verſione Mariottus praeſtiterit, deprehendimus: *Paullo Apoſtolo teſte primae, quam ſcribit ad Corinthios Epiſtolae XI. Capitulo: Diviſiones gratiarum ſunt, unus autem ſpiritus; cuius veritas dicti, licet in cunctis videatur hominibus, maxime tamen in ipſis duobus, interpretandi gratiam adeptis, in Franciſco videlicet Arretino, & alio quodam veteri Homilias beatiſſimi Ioannis Chryſoſtomi ſuper Ioannem, filium tonitrui, de Graeco in Latinum transferentibus. Franciſca enim haec noſtro, cuius translationem hoc praeſens continet volumen, meliorem partem dedit, ut clare patet omnibus, utriaſque dicta conferentibus. Quod enim primus confuſe, & generalibus tranſtulit vocabulis, hoc iſte noſter, tamquam ante oculos poſuit, ſpecialius, immo ſingulariter declarando, & ſtylo ornatiori lectorum corda demulcendo. Quapropter amborum nobis oblatis praenominatorum operibus, placuit, & haud dubium placebit & aliis, tanti viri per mundum diſpergere laborem, ut & ipſe ne dum meritum, ſed etiam apud Deum, & Sanctos eius habeat honorem. Correctus autem ipſas Homilias ſecure quiſque intelliget, dummodo ſubſcriptis pauculis, aurem cordis aperiat &c.* Mox ſequitur index rerum memorabilium, & Epiſtola ad Coſmum Medicem. In fine autem legitur: *Omeliae LXXXVII. Beati Iohannis Chryſoſtomi ſuper Evangelio Iohannis Rome in S. Euſebii Monaſterio ſcripte & diligenter correcte: Anno Domini MCCCCLXX. die Lune XXIX. menſis Octobris: Ponti. S. in Chriſto Patris ac Domini noſtri Domini Pauli divina providentia Pape Secundi: anno eius ſeptimo. Expliciunt: Deo Laus.* Fol. minori.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Conventus S. Crucis de Flor. Ord. Minor. continens Commentarium Ioannis Chryſoſtomi ſuper Evangelium Ioannis Evangeliſtae ex Graeco in Latinum traductum a Domino Franciſco Domini Mariotti Arretino.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XV. mirae pulcritudinis, & elegantiae, cum initialibus auro, variiſque coloribus eleganter depictis, icone S. Io. Chryſoſtomi in littera initiali, & pictura, quae totum ferme marginem amplectitur, num. 144. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 311.

(1) *Lettres choiſies de Mr. Simon &c. Nouvelle edition &c. par Mr. Bruzen le Martiniere. A Amſterdam chez Pierre Mortier MDCCXXX.* Tomi IV. e pag. 109. ſeqq. Tomo I. extat *Lettre X. a Mr. l' Abbè G. de la Maiſon, & Societè de Sorbonne. Iugement des diverſes editions latines de Saint Jean Chryſoſtome, & principalement de la verſion d' Anianus, dont il y à un exemplaire Ms. dans la Bibliotheque du Roy.* In hac igitur Epiſtola, diſcuſſa veteri Aniani verſione, ſubiungit pag. 115. ſeqq. *Ie n' ai rien vû de plus ancien, pour ce qui regarde l' impreſſion de ces traductions latines, que les Homelies ſur l' Evangile de Saint Iean, qu' ont etè imprimee a Rome ſeparement des l' anneè 1470. avec ce titre, qui eſt a la fin:* Omelie LXXXVII. B. Ioannis Chryſoſtomi ſuper Evangelium Ioannis. Romae in S. Euſebii Monaſterio ſcriptae, & diligenter correctae anno Domini MCCCCLXX. die lunae XXIX. menſis Octobris. *Il y à un petit avertiſſement au devant, qui nous apprend, que François Arretin, n' eſt pas le ſeul auteur de cete verſion, s' etant ſervi d' un autre plus ancienne, qui n' etait pas exacte. Le meme Aretin a auſſi traduit une bonne partie des Homelies de S. Chryſoſtome ſur l' Epitre premiere aux Corinthiens: mais ſi nous, nous en rapportons au Iugement d' Eraſme ce traducteur eſt tombè dans des fautes groſſieres &c.*

IO. CHRYSOSTOMI LIBRI DE SACERDOTIO, IN IOB, ET DE POENITENTIA LILIO AEGIDIO TYPHERNATE INTERPRETE.

Cod. III I. pag. 1. LIber (ſeu potius Libri VI.) Dialogi S. Ioannis Chryſoſtomi Conſtantinopolitani Epiſcopi, & S. Baſilii Caeſarienſis Epiſcopi Collegae Beati Gregorii Nazianzeni, qui intitulantur de Dignitate Sacerdotali, interprete Anonymo, ſed forte Lilio Aegidio Libellio Typhernate, cui ſequentes debentur eiuſdem Chryſoſtomi verſiones (1). Inc. *Mihi quidem multi fuerunt amici certi, & amicitiae iura ſinceres, ſolideque ſervantes.* Deſ. *ut nos quoque in die illo periclitantes in aeternum tuum recipias tabernaculum. Amen.* Tum rubrica: *Explicit Liber VI. & ultimus Sancti Ioannis Chryſoſtomi de Dignitate Sacerdotali per modum Dialogi cum Sancto Baſilio* 1465.

II pag. 70. *b.* Eiuſdem S. Ioannis Chryſoſtomi in iuſtum & beatum Iob de patientia Sermones V. interprete Lilio Aegidio Libellio Typhernate (2). Praecedit Epiſtola nuncupatoria, cuius inſcriptio, & initium ſequens eſt: *Sanctiſſimo Patri & Clementiſſimo D. D. Nicolao divina providentia Papae Quinto Sanctae Romanae ac univerſalis Eccleſiae Summo Pontifici Lilii Typhernatis ſuorum ſervorum* (3) *Prologus in Sermones S. Io. Chryſoſtomi. Conſueverunt, P. B. qui ſub ceteris praedeceſſoribus tuis fideles militaverunt diverſis ſtudiis, diverſas illorum naturas imitari, atque ſe probus quiſque in Eccleſiae corpore, quaſi in membrum capitis conforme illorum moribus exhibere &c.* Finis: *Ioannis igitur Chryſoſtomi Graeci Sermones, quorum aliquot quidem in Iob de Patientia, aliquot vero de Poenitentia conſcripti ſunt, quum in meas nuper veniſſent manus, & debito meo convenire viſi ſunt, atque ipſi etiam tempori congruere, quo, Iubilaea appropinquante, & pati primum velle, & ipſas per paſſiones poenitentiam agere, ſicque remiſſionis, indulgentiaeque tempus ſubire monemur; hos ergo Latinos facere. Beatitudinique tuae offerre curavi, evitans ſimul, & unicum acceptum talentum, fodiens in terram abſcondere, & cum vidua properans, duo ſaltem aera in dominicum gazophylacium mittere. Quo quidem in Opere, ſicut ille inquit, & verbum de verbo & ſenſum quoque de ſenſu, aut ex utroque commixtum & medie temperatum genus tranſlationis expreſſi; quaedam de ſacris mutuata ſcripturis, iuxta Graecam editionem traduxi. Quae tametſi a noviſſima noſtra quandoque diſcrepent, conſilium tamen non fuit a Graeca dimovere ſententia, qua a Chryſoſtomo quae diſputantur clarius convenientiusque conſentiunt.* Sermo I. inc. *Annuus hodierna die certator orbis advenit, venit ad nos peregrinus, atque Angelis par in honore dimicator.* Vltimus deſ. *hos amplectamur zelo, hos imitemur omnes, quo pares ipſis laudes adſequamur, in C. I. D. N. cui gloria &c.*

III. pag. 105. Eiuſdem de Poenitentia Sermones XI. interprete eodem. Primus, qui heic inſcribitur in ordine textus, inc. *Laeta nobis hodie feſtivitas, celebritas, ſolitoque illuſtratur coetus. Quaenam ergo cauſſa? Ipſe ieiunii clarum tempus hoc eſſe novi, ieiunii, non praeſentis, ſed exſpectati.* Vltimus, numero XVI. notatus. deſ. *ut multa cum fiducia coram Chriſti tribunali ſtare poſſimus, regnumque caelorum conſequi, cuius omnes nos participes fieri contingat, gratia & clementia D. N. I. C. cui cum Patre ſimul cum Sancto Spiritu gloria &c.* Inde rubrica; *Expliciunt Sermones aliquot de Patientia Iob; aliquot vero de Poenitentia conſcripti per Ioannem Chryſoſtomum, ac traducti e Graeco in Latinum per ſpectabilem virum Lilium Typhernatem.*

In prima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bucellis, qui pertinet Armario Conventus S. Crucis de Florent. Ord. Fratrum Minor, &c.*

Cod. membr. Ms. in 4. Saec. XV. elegantiſſimae ſcripturae, cum initialibus, auro variiſque coloribus illuminatis, & pictura in principio, ab impia manu ſemirecciſa, numero 145. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 181.

S. IO. CHRYSOSTOMI HOMILIAE SVPER MATTHAEVM INTERPRETE BVRGVNDIONE.

SPatris noſtri Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani ſuper Matthaeum Homiliae XC. ex Graeco in Latinum traductae a Burgundione Piſano. Praecurrit Prologus, qui ita ſe habet: *Quum Beati Ioannis Chryſoſtomi ſuper Evangelium Sancti Matthaei duae Expoſitiones, utpote ab eo conditae proferrentur, & nulla earum debito fine integra expleta eſſe perhiberetur; Dominus Papa Eugenius III. vir per omnia diligentiſſimus, cen omnium pater, communi orbis terrarum utilitati invigilans, praedictas Commentationes congruae conſummationi tradere ſatagebat. Verum quia citra mare inopia exemplarium effectui mancipare hoc minime poterat, ad tranſmarinas ſtatuit dirigere partes. Ad Antiochenum igitur Patriarcham ſcribens, quod praedictis Commentationibus deerat, eius interventu ab aliquo interprete ſuppleri admonebat. Ipſe autem, ſive diffidia, ſive inſcitia interpretum ignoro, hoc minime complens. Expoſitionem eiuſdem S. Ioannis ſuper eumdem Evangeliſtam Grae-* Cod. IV.

cis

(1) Nihil habet de hac verſione Montfauconius in Monito praevio ad hos Chryſoſtomi Libros VI. de Sacerdotio. Tomo I. Operum pag. 360.

(2) Hanc Lilii Aegidii Typhernatis verſionem ignoravit Dominicus Georgius in Diſquiſitione de Nicolai V. erga litteras, & litteratos patrocinio pag. 189. & 192. ubi Opuſcula a Lilio, iuſſu Nicolai V. Latine reddita commemorat. Obſervavit eam tamen Zacharias in Iter. Litter. per Ital. pag. 99.

(3) Sic [illegible] in Codice, ſed deeſt forte minimi.

cis litteris ſcriptam, eidem Summo Pontifici mandare curavit: quam quum Praeſul ille accepiſſet, mihi Burgundioni Iudici ſuo, natione Piſano, id idem mea enucleatione perficiendum commiſit. Mea igitur relatione eum a praedictis duobus omnifariam diſcrepare cognoſcens, & hunc tertium promulgare editionem mihi praecepit: quumque non immenſi voluminis prolixitate ſolum, ſed & ſtyli altitudine, & ſententiarum profunditate id meas omnimodo excedere vires autumarem, primitus hunc laborem ſubire renitens, in arcto undique conſtitutus, tandem eius orationum meritis confidens, & correctione eius, quam toti Operi imponere promiſit, ſubnixus, mandatis eius obtemperare ſummo niſu propoſui; ac praeter ſpem brevi temporis ſpatio, divina favente gratia, ſeptem ferme menſium intercapedine integrum id Opus de Graeco in Latinum fideliter tranſtuli ſermonem: tantique viri ſeriem qualitercumque mutare nequaquam dignum fore exiſtimans, verbum de verbo reddidi, non ſenſum ſolum, ſed & ordinem verborum, in quantum potui, ſine ulteritate conſervans; ut non minus ex ſententiarum lepore, quam ex characteris proprietate, ſancti huius Ioannis hoc eſſe Opus incunctanter credatur, & ex orthodoxae fidei traditione luculentiori indagatione heic explanatae, haec tertia reliquis duabus editionibus ſollertis lectoris iudicio non immerito praeponatur. Si quid autem heic ſecus quam oportet poſitum invenietur, non huius Sancti, ſed mea culpa geſtum id eſſe pateat. In unaquaque ergo die dominica populum ſingula alloquens oratione, in nonaginta Homilias Librum hunc congrua coaequalitate diviſit, nullamque fere totius Evangelii ſecundum Matthaeum dictionem myſterio vacuam dereliquit, & otioſe textui inſertum fuiſſe oſtendit. Et ut commodius quae ſingulis dicebantur memoriae commendarentur, velut quamdam catenam, una continuitatis complexione contextam, totum Evangelium a principio uſque ad finem in ſeipſo connexum mira tranſitionis copulatione ſubiungit, ut totus hic Liber, velut unum integrum corpus his Homiliis compactum eſſe appareat, & ad moralitatem potius, quam ad allegoriam omnia reflectens, ex inſtanti ſibi Evangelii dictione mirabiliter occaſionem ſuſcipiens, in morale ſemper unumquemque concludit Sermonem, & quum de omnibus virtutibus diſputet, vitiaque confutet, adverſum ſuperbiam & avaritiam in omnibus fere ſuis Orationibus maxime invehitur. Ad eleemoſynam vero continue nos promovens, plures huius Libri Sermones in eam conſummat. Huiuſce igitur Librum, veſtra inſtantia completum, veſtrae maieſtati, Sanctiſſime Pater, offero, ut veſtrae celſitudinis emendatione limatus, & veſtra auctoritate ſubnixus, in univerſo orbe terrarum expanſus eniteat, quatenus pluribus ſpiritualia hinc pabula lucrantibus, longaevam proſpere viventes vitam centuplum heic accipiatis, & in futuro aeternis fruamini bonis. Amen.

Homilia I. inc. *Oportebat quidem nos non*
Cat. Lat. Codd. Tom. IV.

(1) In Muſeo Italico Tom. I. Parte I. pag. 162.

indigere eo quod a litteris eſt auxilio, ſed ita vitam praebere puram, ut ſpiritus gratia pro libro fieret noſtris animabus, & ſicut hic per atramentum, ita corda noſtra per ſpiritum ſcripta eſſent. Vltima num. XC. deſignata, deſ. *ita enim & heic non negotioſam vivemus vitam, & ſtabilem, & aeterna fruemur vita, qua ſit omnes nos potiri, gratia, & philanthropia, ideſt miſericordia D. N. I. C. cui gloria &c.* Tum partim rubrica, partim atramento adſcripta ſunt haec: *Explicit Liber Beati Ioannis Chryſoſtomi Arch. Conſtantinopolitani ſuper Matthaeum. Deo gratias. Amen.*

Domino Papa Eugenio tertio praecipiente peccator Burgundius Iudex de Civitate Piſana tranſtulit hunc Librum de Graeco in Latinum ſermonem, Evangelii ſecundum Matthaeum per nonaginta Homilias Sancti Ioannis Chryſoſtomi expoſitionem eloquentiſſimam, diligenti exquiſitione continentem. Expletum eſt autem hoc Opus, & integre, fideliterque conſummatum anno Dominicae Incarnationis MCLI. Indictione XV. (immo XIII.) *tertio Kalendas* (Mabillonius [1] legit *in Kalendis*) *Decembris.*

Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu, laudemus & ſuperexultemus eum in ſaecula. Per Virginem matrem concedat nobis Dominus ſalutem & pacem. Laus, honor, virtus, gloria Deo Patri, & Filio, Sancto ſimul Paraclito in ſaeculorum ſaecula. Amen.

Quae ſequuntur alia manu ſunt notata: *Iſte Burgundio tranſtulit plura Opera Chryſoſtomi; nam tranſtulit Opus iſtud ſuper Matth. & ſuper Io. & ſuper Geneſim, & Opus Sententiarum Ioannis Damaſceni, & alia plura, ut creditur.*

In primo autem folio: *Iſte Liber eſt Conv. S. Crucis de Flor. Ord. Minor. continens Commentarium Ioannis Chryſoſtomi ſuper Matthaeum ex Graeco in Latinum traductum a Burgundio Piſano viro doctiſſimo.*

Hoc idem exemplum commemoratum eſt ab Ioanne Mabillonio Tom. I. Muſei Italici Part. I. pag. 162., a Laurentio Pignorio Epiſt. XXXIX., a Guidone Grandio in Epiſtola de Pandectis &c. Florentiae MDCCXXVII. 4. pag. 99., & a Scipione Maffeio in Verona Illuſtrata Parte II. &c. Libro III. col. 68. Hallucinatus tamen eſt Maffeius, dum ſcripſit ineunte anno MCC. haec, & alia Latine fuiſſe a Burgundione traducta. Obiit enim Burgundio A. MCXCVIII. III. Kal. Novembris. His adde Io. Albertum Fabricium, qui Tomo VII. Biblioth. Graec. pag. 645. haec adnotat: *Idem Opus* (Chryſoſtomi ſcilicet in Matthaeum) *A. C. MCLI. Latine tranſtulerat Burgundio Piſanus, iuſſu Papae Eugenii III. quam verſionem Florentiae in Bibliotheca S. Crucis Minorum Conventualium Ms. invenit Io. Mabillonius.* Alterum praeterea eiuſdem verſionis Codicem in Vaticana Bibliotheca verſaverat Mabillonius, cuius ex apographo exiit Prologus opera Edmundi Martenii, & Vrſini Durandi Tomo I. ampliſſimae Colle-

ſtionis Vet. Scriptorum, & Monument. &c. col. 817. ſeq. Ille tamen mendis obſitus eſt. ideoque ad ſidem huius Codicis duximus proferendum. Haec autem verſio Burgundionis, ut animadvertit Cl. Laur. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. cccxxvi. delituit Ambroſium Traverſarium. Veſpaſianum Philippi filium, Georgium Trapezuntium Thomam Sarzanenſem, poſtea Nicolaum V. Romanum Pontificem, alioſque, quibus Aniani tantum nota fuerat traductio. Huius quoque expers fuit ſaeculo XVI. Chriſtophorus Seraiighus, cuius extſtat verſio in Codice chartaceo in 4. Bibliothecae Marcianae Florentiae, tali titulo: *Divi Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani in Evangelium ſecundum Matthaeum altera brevis interpretatio nunc primum verſa, & nuſquam alias in lucem edita MDXL.* Inſcribitur autem *Marcello Cervino S. R. E. Reverendiſſimo Cardinali*, Epiſtola data *Florentiae Kal. Maii MDXL.* ſubſcribitur: *Chriſtophorus Seraiighus Florinus.* Quin etiam aetate noſtra Bernardo de Montfaucon ignota fuit; nam quum animadverteret in vetuſtis Latinorum Mss. Catalogis, quibus Monaſteriorum conflatae fuerant Bibliothecae, notari, integrum, idque Latinum Ioannis Chryſoſtomi Commentarium ſuper Matthaei Evangelio, idemque a Thoma laudatum Aquinate; univerſum fuiſſe ab Aniano traductum adfirmavit, Operum Chryſoſtomi Tomo VII. pag. 7. ſeqq. Praef. § V. ubi agit de Aniani interpretatione Latina. Sed ad Commentarii tantum particulam transferendam Anianus, ad univerſum vero traducendum opus curam ſuam contulit Burgundio, cuius quidem verſione uſus eſt Beatus Thomas.

Cod. membr. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, numero 146. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 325.

S. AVGVSTINI EPISCOPI IN IOANNIS EVANGELIVM EXPOSITIO.

Cod. V. COdex hic vetuſtiſſimus initio, ac fine mutilus eſt, (1) & continet S. Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi Expoſitionem in Evangelium S. Ioannis, quae heic incipit a Tractatu II. & deſinit in Tractatu LXXVIII. progreditur autem eodem ordine, quo exhibetur inter eius Opera, ſtudio Monachorum S. Mauri Venetiis per Io. Baptiſtam Albritium MDCCXXX. fol. Tom. III. Part. II. pag. 290. ſeqq. Hoc praenotato recenſionem Codicis aggrediamur.

Pag. 1. Homilia ſecunda (2) initio mutila incipit a verbis ..... *viſſent Deum, viderunt hoc quod dicit Ioannes &c.* quae in cit. edit. incidunt in pag. 299. lin. 17.

Pag. 78. Homilia de eadem lectione. Inc. *Nec auribus, nec cordibus veſtris reparant tamen audientis effectum.* Deſ. *neque aliquid deerit, ut quaſi inopiam patiaris.* Haec Homilia habetur in Codice loco Tractatuum XVIII. & XIX. qui in editione occurrunt a pag. 430 uſque ad pag. 448.

Pag. 80. *b.* Homilia XIX. (in edit. Tractatus XXI. pag. 455.) incipit a verbis: *Qua potuimus facultate tractavimus &c.*

Pag. 188. *b.* In Homilia XLVII. (in edit. Tract. XLIX. pag. 618.) inter verba: *ſed Dominus in hoc verbo non ipſam* (edit. pag. 622. lin. 54.) & proxime ſequentia: *Iudam, ſed ſucceſſorem ipſius praedicabat* (3) alia ſcriptor inſeruit, quae ad alium pertineat Tractatum, & trium paginarum ſpatium implent, quaeque tamquam non ſuo loco poſita, marginalibus quibuſdam lineolis deinde fuerunt expuncta; praeterea bibliopegi incuria hoc ipſo in loco quinternio integer numero XXV. notatus, qui volumen claudere debuerat, inſertus eſt, qui continet potiorem partem Homiliae XV. in Coena Domini uſque ad Homiliam XXIV.

Pag. 220. Homilia prima (4) in Coena Domini (in edit. Tractatus LV. pag. 653.) incipit a verbis: *Ante diem autem feſtum Paſchae &c.* Pauca illa, quae in editione praecedunt, in Codice litteris rubricatis, ad inſtar tituli ſunt exarata.

Pag. 238. Homilia XV. (in edit. Tract. LXIX. pag. 681) poſt verba *& praeparari eas cum* (ibid lin. 8) quae ſequuntur, requirenda ſunt in principio paginae Codicis 189. quae prima eſt quinternionis illius. quem non ſuo loco poſitum paullo ante monuimus.

Pag. 198. Homilia XXIV. in Coena Domini (in edit. Tract. LXXVIII. pag. 698.) deſinit in verbis: *Cur itaque turbaretur & formidaret cor, quando ſic deſe ....* (edit. pag. cit. lin. 57) & in his abſolvitur quidquid ex Auguſtini Expoſitione in Ioannis Evangelium continetur in hoc Codice.

Interim notandum, Codicem hunc cenſoris manum paſſim ſubiiſſe, ita ut non tantum voces, ſed integros etiam verſiculos eraſos, & correctos fuiſſe adpareat. Quaternionibus conſtat XXV. quorum numerus in calce uniuſcuiuſque deſignatur. Pro ipſius cuſtodia tam in principio, quam in fine duo folia adſuta ſunt partem Vitae S. Martini, manu ſaeculi XI. exaratam continentia.

Codex membranac. Ms. in fol. ferme quadrato Saec. X. optimae notae, cum titulis rubricatis, & maiuſcula littera exaratis, in quo conſerendo cum editione varias quandoque lectiones animadvertimus, num. 147. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 239.

SS. AM-

(1) Memoratur hic Codex in Vita Ambroſii Camaldulenſis pag. ccxviii. ubi tamen falſo adſeritur continere S. Ioannis Chryſoſtomi Homilias in Ioannem a Burgundione Latine traductas.

(2) *Homilias* vocat Codex, quae in editione *Tractatus* dicuntur.

(3) In edit. *praevidebat*.

(4) Hinc enim Codex numerationem novam exorditur.

SS. AMBROSII, REMIGII, ET HIERONYMI VARIA.

Cod. VI. I. pag. 1. S. Ambroſii Epiſcopi Commentarius in Epiſtolam ad Romanos cum Prulogo, ut in Cod. II. Plutei XIV. Caralogi Tom. I. pag. 90. §. I. In fine legitur: *Explicit Tractatus Sancti Ambroſii Epiſcopi in Epiſtolam ad Romanos.*

II. pag. 56. S. Remigii Epiſcopi Tractatus in Epiſtolas Paullinas XII. ut in dicto Codice II. pag. 91. §. II. cum quo collatione habita, initium & finem uniuſcuiuſque Epiſtolae inter ſe convenire comperimus. Tractatuum vero ſeries ira habet:

I. pag. cit. In Epiſtolam ad Romanos cum Prologo.

II. pag. 118. *b.* In Epiſtolam I. ad Corinthios, cum Prologo.

III. pag. 157. In Epiſtolam II. ad Corinthios, cum Prologo.

IV. pag. 185. *b.* In Epiſtolam I. ad Theſſalonicenſes, cum Argumento.

V. pag. 190. In Epiſtolam II. ad Theſſalonieenſes, cum Argumento.

VI. pag. 192. *b.* In Epiſtolam I. ad Timotheum, cum Argumento.

VII. pag. 198. *b.* In Epiſtolam II. ad Timotheum, cum Argumento.

VIII. pag. 204. In Epiſtolam ad Galatas, cum Prologo.

IX. pag. 217. In Epiſtolam ad Epheſios, cum Prologo.

X. pag. 232. In Epiſtolam ad Philippenſes, cum Argumento.

XI. pag. 240. In Epiſtolam ad Coloſſenſes.

XII. p. 244. *b.* In Epiſtolam ad Hebraeos, cum Praefatione.

III. pag. 290. *b.* Tractatus S. Hieronymi in Epiſtolam ad Titum cum Prologo, ut in Cod. VII. Plut. XIX. Catalogi Tom. cit. pag. 508. §. V.

IV. pag. 305. Eiuſdem Tractatus in Epiſtolam ad Philemonem, cum Prologo, ut ibid. §. VI.

Adiicitur pag. 310. *b.* fragmentum expoſitionis S. Ambroſii in illa Epiſtolae I. ad Corinthios verba Cap. V. verſ. 6. *Non eſt bona gloriatio veſtra &c.* praemiſſo rubricatis litteris titulo: *Dominica in Reſurrectione Domini.* Expoſitio inc. *Si quis poteſtatem non habet abiicere quem ſcit reum, aut probare non valet, immunis eſt.* Definit imperfecte in verbis: *& hoc opus naturae ubique cognitum docet, quoniam non . . . . .* (1) Sequitur deinde Tabula ſectionum ſupra deſcriptarum expoſitionum per anni circulom recitandarum, ob dictum Codicis defectum, initio mutila.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XI. binis columnis, craſſiori, & perſpicua littera exaratus, cum initialibus pictis, & cum icone Paulii in principio, num. 148. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 311.

S. AMBROSII OPERA QVAEDAM, S. DIDYMI LIBER DE SPIRITV SANCTO.

Cod. VII. I. pag. 1. BEati Ambroſii Archiepiſcopi Liber de Paradiſo, ut in Codice IV. Plut. XIV. Catalogi Tomo. I. pag. 92. §. I.

II. pag. 15. *b.* Eiuſdem de Cain, & Abel Libri II. Ibid. §. II.

III. pag. 30. Poſt enumerationem Librorum, qui ſubſequuntur, rubrica exaratam, ſequitur *Liber de Abraham*. Ibid. §. III.

IV. pag. 40. *b.* Eiuſdem de Iſaac, & de Animae natura Liber. Ibid. §. IV.

V. pag. 49. Eiuſdem de bono mortis Liber. Ibid. §. V.

VI. pag. 56. *b.* Eiuſdem de Eſau & fuga ſaeculi Liber. Ibid. § VI.

VII. pag. 64. Eiuſdem de Iacob, & Vita Beata Libri II. Ibid. §. VII.

VIII. pag. 75. Eiuſdem de S. Ioſeph Liber. Ibid. §. VIII.

IX. pag. 83. *b.* Eiuſdem de benedictionibus Patriarcharum Liber. Ibid. §. IX.

X. pag. 89. *b.* Eiuſdem Apologia S. Patris noſtri David. Ibid. §. X.

XI. pag. 98. Eiuſdem de vinea Nabuthae Iſraëlitae Liber. Ibid. pag. 93. §. XI.

XII. pag. 108. Eiuſdem de utilitate Ieiunii Liber. Ibid. §. XII.

XIII. pag. 114. *b.* Eiuſdem de corruptione virginis Liber. Ibid. §. XIII.

XIV. pag. 119. Eiuſdem de corruptore virginis Liber. Ibid. §. XIV.

XV. pag. ead. Eiuſdem de lapſu virginis Liber. Ibid. §. XV.

XVI. pag. 120. Eiuſdem de tribus Quaeſtionibus ſapientiſſimi Salomonis Liber. Ibid. § XVI.

XVII. pag. 122. Eiuſdem de Poenitentia contra Novatianos Libri II. Ibid. §. XVII.

XVIII. pag. 136. Eiuſdem de Officiis Libri III. ut in Codice III. Plutei XIV. Catalogi Tom. cit. pag. 91. §. II.

XIX. pag. 171. Eiuſdem Tractatus de Pſalmo centeſimo octavo decimo, ut in Codice IX. Plurei eiuſdem Catalogi Tom. cit. pag. 101. §. I. Subiicitur interpretatio Hebraicarum litterarum, a quibus incipiunt ſectiones praedicti Pſalmi.

XX. pag. 251. S. Didymi Graeci monachi Alexandrini de Spiritu Sancto Liber a S. Hieronymo translatus, eum Praefatione, ut in Codice XXII. Plurei XVII. Catalogi Tom. cit. pag. 345. §. VI.

(1) Ex antiqua Codicis numeratione adparet tres paginas deſiderari.

XXI, pag. 262. *b.* Athanaſii de Fide & Spiritu Sancto Libri II. anonymo interprete, ſed forte Burgundione, praevia Capitum XIII. tabula. Libri I. Caput I. inſcriptum *Deum Spiritum Sanctum aperte de Capite fidei, ideſt ſymbolo intelligendum*, inc. *Fides Catholica in univerſum mundum per Patriarchas, ac Prophetas, & gratiae diſpenſatores, Spiritu Sancto inſinuante, diffuſa eſt*. Vltimum: *Loculem non eſſe Spiritum aperte de Capite fidei, ideſt de Symbolo intelligendum*, deſ. *ſi haec tanta inquam per aliquam donari exiſtimas creaturam, in Angelorum, & Archangelorum tendis iniuriam, quibus tanta, & talia tribui per conſervam exiſtimas largitatem*. Libro II. praecedunt Capita XII. Primum, cui titulus: *Quia nulla creatura rationali creaturae poſſit infundi*, inc. *Legimus de profluа effuſione Spiritus Sancti; Ieſus autem plenus Spiritu Sancto regreſſus eſt a Iordane*. Vltimum: *Vbi eos, qui Spiritus templum effecti ſunt, ita dicit proficere debere, ut Deum portare in corpore mereantur*, deſ. *Dei inquam peculiare eſt, filioſque perditionis de naturae vitiis exuere, eoſque, purgatis conſcientiis innovare, Dei filios facere, & in caeleſtis regni gloriam ſublimare*. *Explicit Liber II.*

In prima pagina, evanidis litteris legitur: *Iſte Liber eſt Armarii Flor. Conventus S. Crucis, quem ſibi fecit Frater Philippus de Sancta Cruc. & aſſignavit Armario Florentino*. Tum ſequuntur indices duo, primus generalis Operum B. Ambroſii, alter peculiaris eorum, quae in hoc Volumine continentur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 149. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 272.

S. AMBROSII EXPLANATIO SVPER PSALMOS.

Cod. VIII. IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis Explanatio Sancti Ambroſii ſuper Pſalmos XII. praevia ſingulis Praefatione, ut in Codice V. Plutei XIV. Catalogi Tom. I. pag. 95. §. XVIII. Heic autem in fine legitur: *Finit Tractatus Beati Ambroſii Archiepiſcopi in Pſalmo LX. primo*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, numero 153. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 75.

CASSIODORI, S. AMBROSII, ET S. HIERONYMI OPERA QVAEDAM.

Cod. IX. I. pag. 1. CAſſiodori Senatoris Liber de Anima duodecim Capitula, vel propoſitiones continens, cum duplici Prologo, ut in Codice XIX. Plutei XVIII. Catalogi Tomo I. pagina 472. §. VI.

II. pag. 16. S. Ambroſii Archiepiſcopi Mediolanenſis de vita & honore Sacerdotii, ſive Paſtoralis Officii, qui & Paſtoralis merito poteſt dici, ut in Cod. III. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 91. § III. ſub titulo: *De vita, & ordinatione Epiſcoporum*.

III. pag. 20. Eiuſdem de morte Valentiniani iunioris, ut in Cod. VI. Plutei XIV. Tom. cit. pag. 96. §. IV. ſub titulo: *De conſolatione Valentiniani Imp.* Heic autem in fine legitur: *Explicit de obitu Valentiniani iunioris Epitaphium Beati Ambroſii Epiſcopi*.

IV. pag. 29. Eiuſdem de eadem Epiſtola ad Fratrem ſuum directa. Ibid. §. V. ubi inſcribitur: *Ad Theodoſium Imp. de morte Valentiniani*.

V. pag. 30. Eiuſdem reſcriptum de legatione ad Maxim. habita ad ipſum Valentinianum directe, ut in Cod. V. Plut. XIV. Tom. cit. pag. 95. §. XIV. ſub titulo: *Relatio Ambroſii ad Valentinianum*.

VI. pag. 31. *b.* Eiuſdem Epiſtola, ſive Oratio edita contra poſtulantes privilegia pro Gentilium caeremoniis reſtituendis ad eumdem. Ibid. §. XV. ſub titulo: *De contemnenda ſimulacrorum cultura*.

VII. pag. 33. *b.* Symmachi Praefecti Oratio ad Valentinianum pro caeremoniis Gentilium reſtituendis. Ibid. pag. 96. §. VIII. ubi inſcribitur *Relatio &c.*

VIII. pag. 35. *b.* B. Ambroſii Oratio contra Orationem Symmachi ad eumdem Valentinianum. Ibid. § IX.

IX. pag. 39. *b.* Eiuſdem ad Theodoſium contra ſententiam datam de reaedificatione Synagogae. Ibid. §. X. ſub titulo: *Epiſtola eiuſdem ad Theodoſium Imp.* Heic autem diverſo utitur principio, & quidem ita: *Excitatus iugibus fere curis &c.*

X. pag. 43. *b.* Eiuſdem ad Valentinianum contra Auxentium Arianum. Ibid. §. XI.

XI. pag. 45. Eiuſdem de eadem materia populo Mediolanenſi conſolatoria & ſatisfactoria eidem. Ibid. § XII. ſub titulo: *Contra Auxentium de Baſilicis tradendis*.

XII. pag. 50. Eiuſdem conſolatoria ad quemdam alium petentem de eadem materia. Ibid. §. XIII. ſub titulo diverſo.

XIII. pag. 53. *b.* Eiuſdem Epiſtola ad quemdam (ſcilicet Horontianum) de eo quod in Hexaëmeron omiſſum eſt; quare homo poſt omnia eſt creatus. Inc. *Movere te inſinuaſti &c.* ut in Cod. X. Plutei XIV. Catalogi Tom. cit. pag. 103. §. I.

XIV. pag. 56. *b.* Eiuſdem ad eumdem de myſterio ſex dierum, & ſeptenarii, & octenarii numeri. Inc. *Diviſionem egregie advertiſti &c.* Ibid.

XV. pag. 59. Eiuſdem Epiſtola ad Eccleſiam Vercellenſem, ut ibid. §. X

XVI. pag. 72. Eiuſdem de obitu Theodoſii Imperatoris Liber, ſive Epiſtola ad filium Auguſtum, ut in Codice VI. Plutei XIV. Tom. cit. pag. 95. §. I.

XVII.

XVII. pag. 79. *b.* Eiuſdem (1) Expoſitio ſuper Capitulo (ultimo Proverbior.) *Mulierem fortem &c.* Inc. *Praeſtant nobis qui diem iſtum commendavit in ſanctis ſuis*. Deſ. *beati qui habitant in domo tua &c.* Eſt Sermo Auguſtini xxxvii. Operum alias cit. edit. Venet. Tom. V. a pag. 181. ad pag. 194.

XVIII. pag. 88. Tractatus quidam de Proceſſione Spiritus Sancti (2), qualiter differant Latini & Graeci. Inc. *De Proceſſione Spiritus inter nos & Graecos magna eſt diverſitas*. Deſ *ſic Spiritus Sanctus a Filio quoque, qui ex Patre non eſt principaliter, ſed ſecundario*. Tum rubrica ſubiicitur: *Explicit Tractatus incompletus de Spiritu Sancto*.

XIX. pag. 89. S. Hieronymi Presbyteri Epiſtola ad Euſtochium de Virginitate ſervanda, ut in Cod XXIII. Plutei XII. Catalogi Tom cit. pag. 27. § VIII.

Adeſt in principio Codicis exactiſſima Tabula eorum, quae in eodem continentur, manu, ut videtur Fratris Thedaldi, qui etiam aliquot margini adnotationes adiecit.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. exeuntis, cum titulis, & initialibus Operum litteris rubricatis, num. 151. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 103.

HILARII DE TRINITATE LIBRI XII. ET DE SYNODIS LIBER, S. AMBROSII QVAEDAM.

Cod. X. I. pag. 1. Hilarii de Trinitate Libri XII. Primus inc. *Circumſpicienti mihi proprium vitae humanae ac religioſum officium*. Vltimus deſ. *Dominus meus Ieſus Chriſtus manens in te, & ex te, & apud te ſemper Deus, qui eſt benedictus in ſaecula ſaeculorum. Amen. Explicit de Trinitate Liber XII.* ut in edit. Operum ſtudio Monachorum S. Mauri, Veronae apud Iac. Vallarſium MDCCXXX. fol. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 444.

II. pag. 111. Eiuſdem de Synodis Liber. Inc. *Dilectiſſimis & beatiſſimis Fratribus Epiſcopis &c. Conſtitutum mecum habebam*. Deſ. *mementote exſilii mei in orationibus veſtris ſanctis, a quo me poſt expoſitionem huius fidei neſcio an tam iucundum eſt ad vos in Chriſto Domino reverti, quam ſecurum eſt mori. Deus & Dominus incontaminatos vos & illaeſos in diem revelationis reſervet opto fratres. Homouſion Graecum eſt. Interpretatio homouſion, unius ſubſtantiae; & homouſion, ſimilis ſubſtantiae; ſed per homouſion oportet intelligi. Explicit Liber Sancti Hilarii Pictavienſis Epiſcopi de Synodis*. Ibid. a pag. 457. ad pag. 520.

III. pag. 127. Beati Ambroſii Epiſcopi ad Gratianum Imperatorem de Fide Libri IX. ut in Cod. VI. Plutei XIV. Catal. Tom. I. pag. 96. §. XIV.

IV. pag. 197. *b.* Eiuſdem de Spiritu Sancto Liber praevia Capitum tabula, ſed praeter Prooemium, & initium Capitis I. nil aliud habes. Integrum Opus invenies Catal. Tom. cit. pag. 97. § XV.

V. pag. 199. Eiuſdem de Virginitate Libri III. ut in Cod. IX. Plutei XIV. Tom. cit. pag. 101 §. II.

VI. pag. 209. Eiuſdem de Viduis Libri III. Ibid. §. III.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis, num. 150. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 229.

S. AMBROSII TRACTATVS IN PSALMVM CXVIII.

Ambroſii Mediolanenſis Epiſc. Tractatus de Pſalmo centeſimo octavo decimo, ut in Cod. VII. huius Plutei ſupra pag. 454. §. XIX. Hic quoque ſubiungitur interpretatio Litterarum Hebraicarum, a quibus incipiunt ſectiones praedicti Pſalmi; & in prima pagina legitur index Operum S. Ambroſii, in altera vero averſa occurrit *Viſio inventa in Libro Epiſtolarum Hieronymi in margine quadam*, & inc. *Beatus Auguſtinus vidit viſionem, quod videbatur ei eſſe in quodam prato &c.* tum brevis notitia circa expoſitionem Ambroſii in Pſalmum praedictum. Cod. XI.

In principio habetur etiam nota: *Iſte Liber eſt Conventus Fratrum Minorum de Caſtro Florentino*, & in calce: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Flor. Conv. 1406.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, cum notulis marginalibus non aſpernandis, & titulis rubricatis, num. 154. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 146.

FINIS PLVTEI XIV.

PLV-

(1) In margine alia manu additum eſt: *lege Auguſtini*.

(2) Auctor ſe prodit Latinum Scriptorem, quum dicat pag 88. *b. Notandum tamen, quod noſtri Doctores Graecos non pro nihilo hoc dixiſſe conſideraverunt &c.* In Indiculo Codici a Fratre Thedaldo de Caſa praemiſſo, indicatur ita: *Tractatus incompletus de differentia Proceſſionis Spiritus Sancti inter nos & Graecos per quemdam editus, cuius nomen non eſt cognitum.*

Digitized by Google

PLVTEVS XV. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XIII.

C O D E X I.

S. HIERONYMI EXPOSITIO SVPER EPISTOLAS PAVLLI.

I. pag. 1. S. Hieronymi Presbyteri Commentarius ſuper Epiſtolas Paulli. Praecurrunt Praefationes duae ſub eiuſdem Hieronymi nomine. Prima (1) inc. *Epiſtolae ad Romanos cauſſa haec eſt. Eccleſiam e duobus populis, ideſt de Iudaeis, & Gentilibus congregatam.* Def. *qui emendatus melior factus eſt.* Altera inc. *Primum quaeritur, quare poſt Evangelia, quae ſupplementum Legis ſunt.* Def. *cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.* Tum ſubiicitur Argumentum in Epiſtolam ad Romanos, quod inc. *Romani ſunt qui ex Iudaeis, Gentilibuſque crediderant; hi ſuperba contentione volebant ſe alterutrum ſuperponere.* Def. *ad pacem & concordiam cohortatur.* Inde ſequitur Tabula Capitum LXXIV. Primum eſt *De Nativitate Chriſti ſecundum carnem.* Vltimum *De myſterio ante Domini paſſionem in ſilentio habito, poſt paſſionem vero ipſius revelato.* Poſt aliud breviſſimum Argumentum, cuius initium eſt: *Romani ſunt in partes Italiae &c.* Commentarius inc. *Paullus &c. Quaerimus quare Paullus ſcribat, quum Saulus ante ſit vocatus, quod ex more Sanctorum feciſſe credendus eſt.* Def. *ſed nos inſtitutione, boni, vel ſapientes eſſe poſſumus; ille natura. Cui per Ieſum Chriſtum gloria, & honor in ſaecula ſaeculorum. Ad obeditionem fidei in cunctis gentibus. Spiritum Sanctum ſignificat. Item infert: cognitio ſoli ſapienti Deo per Ieſum Chriſtum, cui eſt honor & gloria in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Exſtat Tomo XI. Operum S. Hieronymi editionis Veronenſis, ſtudio, & labore Dominici Vallarſii MDCCXLII. fol. a pag. 837. ad pag. 900. ubi de vero huius Commentarii Auctore, qui eſt Pelagius, legenda eſt Admonitio praevia pag. 835.

II. pag. 23. Eiuſdem Gloſſulae (2) ſuper Epiſtola I. ad Corinthios. Praecedit Prologus, qui inc. *Corinthus metropolis civitas Achaiae eſt; huius incolae a Beato Apoſtolo Paullo verbum Evangelicae veritatis audierant.* Def. *ipſius Epiſtolae ſeries manifeſtiſſime perdocebit.* Inde recurrunt Capita LXXIII. Primum *De plenitudine divitiorum gratiae, & ſcientiae Corinthiorum.* Vltimum *De Apoſtolo anathematizante eum, qui non amat Dominum Ieſum Chriſtum.* Mox ſequitur Argumentum, cuius initium eſt: *Corinthii ſunt Achaici.* Gloſſulae inc. *Paullus, quod nomen praeponit in Epiſtolis, auctoritatis eſſe noſcendum.* Def. *quomodo, inquiunt, dicit amen ſuper tuam benedictionem?* Ibid. a pag. 901. ad pag. 950.

III. pag. 38. *b.* Eiuſdem Explanatio ſuper Epiſtola II. ad Corinthios. Praecedunt Capita XXVIII. Primum eſt *De paſſionibus & conſolationibus.* Vltimum *De Apoſtolo Corinthios conſolante.* Tum legitur breviſſimum Argumentum, quod inc. *Poſt actam poenitentiam &c.* Explanatio inc. *Paullus Apoſtolus &c. Quaeritur, cur in omnibus Epiſtolis contra uſum Epiſtolarum, primum ſuum nomen ponit, quam eorum, ad quos litteras deſtinat.* Def. *ſicut eſt in aliquantis, ſive quod omnes in his bonis vellet eſſe perfectos.* In fine legitur: *Explicit Epiſtola ſecunda ad Corinthios, ſcripta de Macedonia, verſuum DXCI.* Ibid. a pag. 950. ad pag. 980.

IV. pag. 48. *b.* Eiuſdem Explanatio in Epiſtola ad Galatas. Praecedunt Capita XXXVIII. Primum *De reſurrectione Domini.* Vltimum *De Apoſtolo in corpore ſuo Stigmata D. N. I. C. portante.* Inde habetur Argumentum, quod inc. *Galatae ſunt Graeci; hi verbum veritatis primo ab Apoſtolo acceperunt &c.* Explanatio inc. *Paullus &c. Sicut ſacra Scripturarum teſtatur auctoritas, non venire ad Patrem, niſi per Filium & Spiritum Sanctum; item non venire ad Filium, niſi quem vocaverit Pater, & Spiritus Sanctus.* Def. *vos autem ſpiritualiter converſamini, & ſpiritualiter circumciſi.* Ibid. a pag. 979. ad pag. 996.

V. pag. 52. *b.* Eiuſdem Gloſſae in Epiſtola ad Epheſios. Praecurrunt Capita XXX. Primum *De Sanctis, quod ante conſtitutionem Mundi in Domino Chriſto electi ſunt, & de omni ſapientia, & prudentia Sacramenti, & renovatione omnium in Domino Chriſto, quae in caelo ſunt, & quae in terra.* Vltimum *De indumento armorum Dei, & inſidiis Diaboli, & colluctatione adverſus Poteſtates, & Principes iſtius ſaeculi.* Tum breviſſimum Argumentum, quod inc. *Epheſii ſunt Aſiani &c.* Gloſſae inc. *Paullus &c. Omnes ſancti, fideles; non omnes fideles, ſancti, quia poſſunt etiam Cathecumeni, ex eo quod Chriſto credunt fideles dici; non tamen ſancti ſunt, quia non per Baptiſmum ſanctificati.* Def. *ſive charitas, ſive in quorum corde, nullo adulterino ſaeculi amore,*

Chri-

(1) Ad hanc manu antiqua ſupra notatum eſt: *Haec Praefatio videtur poſtponenda ſequenti, quia videtur principaliter de Epiſtola ad Rom. loqui, licet etiam poſtea de omnibus aliis mentionem faciat.*

(2) Inſcribuntur in Codice nunc *Gloſſulae*, nunc *Explanatio*, nunc *Expoſitio*, nunc *Commentarius*.

Chriſti dilectiu violetar. Ibid. a pag. 995. ad p. 1012.

VI. pag. 57. Eiuſdem Explanatio in Epiſtola ad Philippenſes. Capita habet XX Primum *De Presbyteris, qaod ipſi fuerint aliquando Epiſcopi*. Vltimum *De Caeſaris domo, qaod habuerit Sanctos*. Inde occurrit breve Argumentum, cuius initium eſt: *Philippenſes ſunt Macedones &c.* Expoſitio inc. *Paullus & Timotheus &c. Ambo ſervi, non ambo Apoſtoli, quia nemo hoc tempore ſine Chriſto ſunctus*. Deſ. *qui de Caeſaris domo emverſi ſunt. Explicit Epiſtola ad Philippenſes habens verſus CCL.* Ibid. a pag. 1011. ad pag. 1022.

VII. pag. 60. *b.* Eiuſdem Gloſſae in Epiſtola ad Coloſſenſes. Capita habet XXIX. Primum *De ſpe repoſita Sanctis in emlis*. Vltimum *De Archippo, ut miniſterium ſuſceptum in Domino impleat*. Argumentum inc. *Coloſſenſes & hi, ſicut Laodicenſes, ſunt Aſiaai &c.* Gloſſae inc. *Paullus &c. Sine exceptione perſonae, vel notitiae ſolam in omnibus diligitis ſanctitatem*. Deſ. *quia veſtri haec patior cauſſa, & imitamini tolerantium paſſionum*. Ibid. a pag. 1023. ad pag. 1032.

VIII. pag. 63. Eiuſdem Gloſſae in prima Epiſtola ad Theſſalonicenſes. Capita habet XXIV. Primum *De Apoſtolo, & Silvano, & Timotheo pro Theſſalonicenſibus ſemper orantibus*. Vltimum *De Apoſtolo Theſſalonicenſes adiurante per Dominum, ut omnibus fratribus Epiſtola haec legatur*. Argumentum inc. *Theſſalonicenſes ſunt Macedones &c.* Gloſſae inc. *Paullus, & Silvanus &c. Per ipſos illis verbum Domini fuerat enuntiatum, ſicut & Corinthiis &c.* Deſ. *gratia cum omnibus perſeveret*. Ibid. a pag. 1031. ad pag. 1039.

IX. pag. 66. Expoſitio Epiſtolae ſecundae ad eoſdem, cui praeeſt Tabula Capitum IX. Primum *De perſequatione, qaod exemplum ſit iuſti iudicii Dei, & perſequutorum ſupplicio ſempiterno*. Vltimum *De ſeparatione inobedientium, ut revereantur*. Expoſitio inc. *Paullus & Silvanus &c. Qui ſibi talem Eccleſiam congaiſivit*. Deſ. *quum ex integro manu propria ſcripſit; ut poſt eam nec ſibi, nec Angelis crederent*. Ibid. a pag. 1039. ad pag. 1044.

X. pag. 67. *b.* Eiuſdem Expoſitio in Epiſtola I. ad Timotheum. Capita ſunt XXX. Primum *De fabulis, & genealogiis, & doctrinis vanis, ac perverſa* (ſic). *& plenitudine ſanae doctrinae*. Vltimum *De profanis novitatibus vocum*. Poſt breviſſimum Argumentum, quod inc. *Timotheum inſtruit &c.* Expoſitio inc. *Paullus Apoſtolus &c. Auctoritas nominis, & officii praenotatur, propter eos, quibus erat reſponſurus*. Deſ. *a fide veritatis ceciderunt, gratia tecum permanet in aeternum. Amen.* Ibid. a pag. 1043. ad pag. 1064.

XI. pag. 72. Eiuſdem Gloſſae ſuper Epiſtola II. ad Timotheum. Capita ſunt XXV. Primum *De exhortatione martyrii, & omni regula veritatis, & de ſua paſſione, de Eunice, atque Loide matre, & avia Timothei, & quod Sancti non ſpiritum timoris acceperunt, ſed virtutis, & charitatis, & ſapientiae*. Vltimum *De Eubolo, Prudente, & Lino, & Claudio* (ſic), *& fratribus univerſis*. Gloſſae inc. *Paullus Apoſtolus &c. Non eius meritis; ſive a Chriſto miſſus non ſine Dei voluntate*. Deſ. *gratia vobiſcum amen, quia carne mortuus, ſpiritualiter vivis*. Ibid. a pag. 1055. ad p. 1062.

XII. pag. 74. Eiuſdem Expoſitio in Epiſtola ad Titum. Capita habet X. Primum *De Domino Patre, quod ante aeterna tempora Dominum Filium nobis promiſerit, quem poſtea declaravit in ſuo tempore*. Vltimum *De Apoſtolo diligentes eum per litteras ſalutante*. Poſt breviſſimum Argumentum, quod inc. *Titum commonefacit & inſtruit &c.* Expoſitio inc. *Paullus ſervus Dei, non peccati. Apoſtolus autem Ieſu Chriſti; non enim omnis ſervus Apoſtolus*. Deſ. *qui nos fideliter amant, ſive qui fidei cauſſa nos diligunt. Notandum quod excipiat Apoſtolus quos ſalutat*. Ibid. a pag. 1063. ad pag. 1068.

XIII. pag. 75. *b.* Eiuſdem Expoſitio in Epiſtola ad Philemonem. In Capita dividitur IV. Primum *De Philemone, Appia, Archippo, & domeſtica eius eccleſia*. Vltimum *De Epaphra concaptivo Apoſtoli, & Marco, & Ariſtarcho, & Dema, & Luca, adiutoribus Paulli*. Poſt breviſſimum Argumentum, quod inc. *Ad Philemonem familiares litteras facit &c.* Expoſitio inc. *Paullus &c. In carcere, vel catena &c.* Ibid. a pag. 1069. ad pag. 1070. Animadvertendum autem eſt poſt verba: *Non alicuius criminis cauſſa, ſed fidei ſocietate*, quibus editio abſolvitur, in Codice noſtro haec ſubiungi: *Scire autem debes apud Hebraeos in fine Librorum, unum ex tribus coloribus ſubnecti, ut aut amen ſcribant, aut ſelum, aut ſalum, quod exprimit pacem, unde & Salomon pacificus dicitur. Ergo ut nos ſolemus, completis opuſculis, ad diſtinctionem alterius ſubſequentis, medium interponere, explicit, aut feliciter, aut aliquid iſtiuſmodi; ita Hebraei quae ſcripta ſunt roborant, ut dicant amen, aut in ſempiternum, & ſcripta, & ſcribenda commemorant, ut ponant ſelam, aut tranſacta feliciter proteſtantur, pacem in ultimo ſubnotantes. Hoec nos de intimo Hebraeorum fonte libavimus, non opinionum rivulos perſequentes, neque errorum, quibus totus Mundus expletus eſt varietate perterriti, ſed cupientes ſcire, & docere, quae ſunt vera. Explicit Epiſtola ad Philemonem.*

XIV. pag. 76. *b.* Eiuſdem Expoſitio in Epiſtola ad Hebraeos. Praecedit Prologus, qui inc. *Inprimis dicendum, cur Apoſtolus Paullus in hac Epiſtola in ſcribendo non ſervaverit morem ſuum &c.* Inde ſequuntur Capita XLVIII. Primum eſt *Quod Deus Pater ea, quae in Prophetis olim loquutus eſt, nunc in Filio ſuo oſtendit, & quod verbo ſuo purgationem peccatorum facit*. Vltimum *Obſecratio Paulli pro Timotheo, & ſalutatio de Italia*. Expoſitio inc. *Multifarie &c. Per multos, inquit, Prophetas, & diverſo modo maioribus noſtris loquutus eſt Dominus; nam ſacra libro-*

rum

rum teſtatur auctoritas, nunc per eum, qui repletus eſt Spiritu Sancto, vel Sacerdotali veſte circumdatus. Deſ. *quum idem Apoſtolus in ſuperioribus dicat: impoſſibile eſt ſanguinem taurorum, & hircorum auferre peccata, cur hoc loco infert, caeſorum animalium ſanguinem pro peccato in ſanctum ferri ſolitum? Sed hoc eſt, quoniam levia & minora delicta oblatis hoſtiis redimuntur; ceterum maiora crimina, & quae lege puniuntur, caeſae victimae non remittunt. Explicit Expoſitio Sancti Hieronymi in XIV. Epiſtolis Paulli Apoſtoli.* Haec ultima Expoſitio non reperitur in cit. editione.

XV. pag. 82. Eiuſdem Explanatio, in tres Libros diviſa, in Epiſtola Paulli Apoſtoli ad Galatas cum Praefatione, ut in Codice VII. Plut. XIX. Catal. Tomo I. pag. 508. §. III.

XVI. pag. 112. *b.* Eiuſdem Explanatio in Epiſtola Beati Paulli ad Epheſios Libris III, cum Praefatione, ut ibid. §. IV.

XVII. pag. 140. *b.* Eiuſdem Explanatio in Epiſtola ad Titum, cum Prologo, ut ibid § V.

XVIII. pag. 151. *b.* Eiuſdem Expoſitio in Epiſtola ad Philemonem, cum Praefatione, ut ibid §. VI. Non parum autem huius lectionem Codicis a Mediceo diſcrepare obiter animadvertimus.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XII. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis, notis in margine doctis adſperſus, num. 160. notatus, in cuius tegmine legitur: *Iſte Liber eſt Sabde ani Cam.* (forte *Camericenſis*). Conſtat foliis ſcriptis 157.

SS. AMBROSII, REMIGII, ET HIERONYMI EXPOSITIO SVPER EPISTOLAS PAVLLI.

Cod. II. I. pag. 1. S. Ambroſii Epiſcopi Expoſitio ſuper Epiſtolam ad Romanos. cum Prologo, ut in Codice VI. Plutei XIV. ſupra pag. 453. §. I.

II. pag. 37. *b.* S. Remigii Epiſcopi Tractatus in Epiſtolas Paullinas, nimirum:

I. pag. ead. In Epiſtolam ad Romanos cum Prologo. Ibid. § II. num. I.

II. pag. 83. In Epiſtolam I. ad Corinthios, cum Argumento. Ibid. num. II.

III pag. 116. In ſecundam ad Corinthios, cum Prologo, Ibid. num. III.

IV. pag. 141. *b.* In Epiſtolam primam ad Theſſalonicenſes, praevio Argumento, Ibid. num. IV. In principio huius Expoſitionis antiqua manus adnotavit: *De primo Capitulo deficit aliquantulum. de ſecundo plus, ſed de tertio valde modicum eſt.*

V. pag. 146. In ſecundam ad Theſſalonicenſes, cum Argumento. Ibid. num. V. Heic quoque antiqua manus adnotavit: *Nota quod de tertio Capitulo deficit multum.*

VI. pag. 148. In Epiſtolam I. ad Timotheum, cum Argumento. Ibid. num. VI.

VII. pag. 153 *b.* In Epiſtolam II. ad Timotheum. Ibid. num. VII.

VIII. pag. 158. *b.* In Epiſtolam ad Galatas, cum Prologo. Ibid. num. VIII.

IX. pag. 169. *b.* In Epiſtolam ad Epheſios, cum Argumento. Ibid. num. IX.

X. pag. 182. In Epiſtolam ad Philippenſes, cum Argumento. Ibid. num. X.

XI. pag. 189. In Epiſtolam ad Coloſſenſes. Ibid. num. XI.

III. pag. 194. S. Hieronymi Presbyteri Expoſitio in Epiſtolam Paulli ad Galatas, in tres Libros diviſa, cum Praefatione, ut in Codice VII. Plut. XIX. Catalogi Tomo I. pag. 508. §. III.

IV. pag. 236. *b.* Eiuſdem Commentarius in Epiſtolam ad Epheſios, item in Libros III. diviſus, cum Praefatione, ut ibid. §. IV. Heic autem Praefatio anepigrapha eſt ac diverſa, & inc. *Sapientem virum quid teneat interpres.* Deſ. *nunc ad Epheſios tranſeundum eſt medium* (ſic) *Apoſtoli Epiſtolam.*

V. pag. 270. Eiuſdem Expoſitio in Epiſtolam ad Titum, cum Prologo. Ibid § V.

VI. pag. 283. Eiuſdem Expoſitio in Epiſtolam ad Philemonem, cum Prologo. Ibid. §. VI.

VII. pag. 288. *b.* S. Remigii Expoſitio in Epiſtolam ad Hebraeos, cum Prologo S. Hieronymi, ut in dicto Codice VI. Plutei ſuperioris ſupra pag. 453. § II. num. XII.

In principio legitur ſeries lectionum Epiſtolarum B. Paulli, quae leguntur per anni circulum, manu Fratris Thedaldi.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec XI. binis columnis, nitidiſſimo charactere exaratus, cum initialibus aliquot figuratis, & titulis quadrata littera expreſſis, num. 155. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 327.

S. HIERONYMI EXPLANATIO SVPER ISAIAM.

S. Hieronymi Presbyteri Explanatio ſuper Iſaiam Prophetam, cum Prologo, ut in Codice II. Plutei XIX. Catalogi Tomo I. pag. 504. In fine manu Fratris Thedaldi ſubditur tabula Lectionum, quae de Iſaia ſumuntur ab Eccleſia. *Cod. III.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis, grandiori littera exaratus, num. 156. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 288.

S. HIERONYMI EXPOSITIO SVPER HIEREMIAM.

I. pag. 1. S. Hieronymi Presbyteri Explanationum ſuper Hieremiam Prophetam Libri VI. cum Prologo, ut in Codice XIX. Plut. XVIII. Catal. Tom I. p. 471. §. I. Heic autem in fine legitur: *Explicit in Hie-* *Cod. IV.*

Hieremiam Prophetam Explanationum S. Hieronymi Liber VI.

II. pag. 89. Eiuſdem Explanatio in Lamentationes Hieremiae Prophetae Libris IV. praevio Prologo, qui inc. *Habes in Lamentationibus Hieremiae quatuor alphabeta, quibus duo prima quaſi ſapphica metro ſcripta ſunt.* Deſ. *penetrare poterat ullo cogitatio. Sed nunc iam quomodo textus ipſius hiſtoriae incipiat, videamus.* Explanatio inc. *Quomodo ſedes &c. Deplorat Propheta ruinam perverſi populi, & ſubverſionem perfidae Civitatis, quae ſemper contraria Domino fuit.* Deſ. *ſed pleniſſime credidit, quod in ſemine Abrahae benediceatur omnes cognationes terrae, in quam univerſitate numeri & ipſi Iudaei comprehenduntur. Finit Liber quartus Beati Hieronymi Explanationis Hieremiae Prophetae.* Aliam in eumdem Prophetam Expoſitionem, ſed ab hac diverſam ſub S. Hieronymi nomine habes in dicto Codice XIX. §. II.

Codex membranan. Ms. in fol. Saec. XIII. ineuntis, binis columnis, ab eadem, qua ſuperior manu exaratus, & num. 157. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 113.

S. HIERONYMI EXPOSITIO SVPER XII. PROPHETAS MINORES, ET SVPER DANIELEM.

Cod. V. I. pag. 1. S. Hieronymi Presbyteri Explanatio ſuper duodecim Prophetas Minores, cum Prologo, ut in Codice I. Plutei XIX. Catalogi Tom. I. pag. 503.

II. pag. 165. Eiuſdem Expoſitio ſuper Danielem, cum Prologo, & Argumento, ut in Codice XIX. Plutei XVIII. Catalogi Tomo cit. pag. 471. §. III.

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 159. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 182.

ADONIS MARTYROLOGIVM.

Cod. VI. ADonis Martyrologium cum recentioribus quibuſdam additionibus margini adſcriptis a duabus diverſis manibus. Praecurrit Epiſtola inſcripta: *Hieronymus Presb. Ado lectori ſalutem*, quae inc. *Ne putes me in hoc Opere in vacuum laboraſſe, & rem non neceſſariam exſequutum fuiſſe.* Deſ. *ſalutatus in Chriſto vale.* Concordat cum edita ſub nomine Adonis Archiepiſcopi Viennenſis in eius Martyrologio impreſſo, opera & ſtudio Dominici Georgii, Romae typis Palladis apud Nic. & Marcum Palearinos MDCCXLV. fol. pag. XXVII. Tum ſequitur Libellus de feſtivitatibus Apoſtolorum, & reliquorum, qui Diſcipuli, aut vicini, ſucceſſoreſque eorum fuerunt. Inc. *Romae natalis Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, qui paſſi ſunt ſub Nerone, Baſſo, & Tuſco Conſulibus.* Deſinit in die IV. Kal. Sept. in Paſſione & Decollatione, vel potius Inventione Capitis Beatiſſimi Ioannis Baptiſtae, & in verbis: *Cuius praeſagium ſub Theodoſio Principe per Theophilum eiuſdem urbis Epiſcopum completur.* In cit. edit. a pag. XLI. ad pag. XLIX. col. 2. lin. 19. Tandem pag. 14. Martyrologium incipit ita: *Letamus ſadiecendat. Menſis Ianuarius habet dies XXXI. Luna XXX. Kal. Ian. Octava Domini. Romae Natalis Sancti Almachii martyris, qui iubente Alippio urbis Praefecto, quum diceret, hodie Octavae Dominici diei ſunt, ceſſate a ſuperſtitionibus idolorum, & ſacrificiis pollutis, a gladiatoribus hac de cauſſa occiſus eſt.* Deſinit in die II. Kal. Ianuarias, & in his verbis: *Senonas, Sanctae Columbae Virg. quae ſuperato igne, gladio caeſa eſt: item Senonas. Beatorum Sabiniani & Potentiani, qui a Beatis Apoſtolis ad praedicandum directi, praefatam urbem martyrii ſui confeſſione illuſtrem fecerunt.* Textus huius Martyrologii mire concordat cum citata editione, quam conſuluimus. Heic autem a Franciſcano, ut mihi videtur ſaeculi XIV. additamenta facta ſunt, videlicet:

Pag. 25. *b.* Vbi commemoratio fit Natalis Sanctae Dorotheae VIII. Idus Febr. in calce hi verſiculi occurrunt:

In quacumque domo nomen fuerit, vel imago
Virginis egregiae Dorotheae Martyris almae,
Nullus abortivus infans naſcetur in illa,
Nec domus haec ignis, furtique pericula ſentit,
Nec quiſquam poterit inibi mala morte perire,
Caeleſti pane morient quum participetur.

Pag. 39. XIII. Kal. Maii. *Civitate Florentia B. Creſcentii ſubdiaconi, & diſcipuli B. Patris Zenobii, eiuſdem urbis Epiſcopi, qui imitatus magiſtrum ſuum, plenus ſanctitate quievit, quem Summus Pontifex una cum Eugenio, & eodem Patre Sanctiſſimo, Catalogo Sanctorum adſcripſit.*

Pag. 54. *Eodem die* (ſcilicet VIII. Kal. Iunii) *Florentiae Natalis Sanctiſſimi Zenobii, eiuſdem Civitatis Epiſcopi.* Hucuſque manu antiqua, inde aliena additum eſt: *Ad cuius commendationem ſanctitatis, dum corpus ipſius transportaretur in menſe Ianuarii, feretrum arborem ſiccam caſu tetigit in Civitate praefata, & mox coram omnibus floruit. Qui etiam dum viveret, adeo vita, & miraculis claruit, ut tres mortuos revocaret ad vitam. Item eodem die apud Aſſiſium, translatio Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci.*

Pag. 74. *b.* II. Non. Iulii. *In Thuſcia, Civitate Feſulana, Paſſio Beati Romuli, Epiſcopi primi civitatis eiuſdem, & ſociorum eius, qui a Beato Petro Apoſtolo ibidem Epiſcopus ordinatus, ſed primo gentis terrae illius ferocitate tee-*

Digitized by Google

ſitas. *Brixiam devenit*, *ubi plurimis prodigiis claruit*. *tandem Angelico monitu Fr ſulas rediens*, *& plurimos ad Chriſtum convertens*, *glorioſo martyrio coronotas eſt*.

Pag. 88. *b*. VII Idus Aug. *Bononiae B*, *Dominici Confeſſoris*, *fundatoris Ordinis Praedicatorum*. *Eodem die feſtivitas glorioſae Virginis Mariae* , *quando tempore Liberii Papae per nivem ſabricandam ſibi Eccleſiam Ioanni Patricio demonſtravit*.

Pag. 97. *b*. II. Idus Aug. *Eodem die apud Aſſiſium civitatem Italiae Natale Sanctae Clarae Virginis* , *quae filia fuit in Chriſto Beati Franciſci*, *& ab eo inſtructa*, *de cuius tranſitu glorioſo legitur*, *quod media nocte Virginum Regina choreis comitata virginibus ad eam acceſſit*, *& amplexans eam*, *pallio miri decoris texit*; *tantus autem fulgor de eius corona radiabat*, *quod noctem illam in diei claritatem convertit*, *ſicque poſt modicum Clara Beniſſima cum claeis virginibus perenniter regnatura migravit ad Chriſtum an. D. MCCLIII*.

Pag. 98. *b* Id. Aug. ubi de Sancta Concordia agitur ad marginem item adſcribitur : *Poſtmodum vero corpus Sanctae Concordiae Florentiam translatum in Eccleſia B. Laurentii requieſcit*.

Pag. 124. Manu antiqua legitur *VIII. Kal. Octobris Conceptio S. Ioannis Baptiſtae*.

Pag. 131. IV. Non. Octobris. Additum in margine: *Apud Aſſiſium Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci*, *Crucifixi ſigniferi glorioſi*. *cui Chriſtus de Crucifixi imagine loquutus eſt*, *dicens*: *vade*, *repara domum meam*. *quae*, *ut cernis*, *tota deſtruitur* , *& Domino Innocentio Papae III. ipſum ſuſtentantem Lateranenſem Eccleſiam in viſione mirabiliter demonſtravit*. *Factus igitur praeco Evangelicus*, *& trium Ordinum fundator egregius*, *totum quaſi mundum per novitatem vitae ad divinum inflammavit amorem*, *cuius ſanctiſſimum corpus Chriſtus Ieſus*, *volens ipſum ſuae Crucis vexilliferum glorioſum oſtendere univerſis*, *Paſſionis ſuae Stigmatibus ſingulariter inſignivit*. *Poſt multos autem labores*, *& agones*. *quos pro Chriſto pertulit*, *poſt multa miracula*, *& doctrinam ſinceram*, *quibus ubique Eccleſiam reſloruit*, *quievit in Chriſto anno D. MCCXXVI. in civitate Aſſiſii glorioſe ſepultus*, *ubi & in toto orbe terrarum innumeris coruſcat miraculis*.

Pag. 132. *b*. VI. Idus Octobris. *In Territorio Florentino* , *loco qui dicitur Paſignanum*, *depoſitio B. Ioannis Abbatis*. *qui Gualbertus dicitur*, *primi fundatoris Ordinis Valliſumbroſae*, *qui plurimis miraculis etiam in corpore vivens claruit*; *nam etiam in Eccleſia Sancti Miniatis Martyris*, *antequam ipſe habitum Religionis aſſumeret*, *Crucifixi imago eidem ſe modo mirabili inclinavit*, *quae ad memoriam miraculi*, *uſque hodie venerabiliter in praefata Eccleſia reſervatur*.

Pag. 137. *b*. XI. Kal. Novembris. *In Thuſcia civitate Feſul*. *Sancti Donati Scoti Epiſcopi*, *& Conf*. tum alia manu adiicitur : *cuius precibus Lupus*, *qui puerulum rapuerat*, *converſus ad pedes Sancti depoſuit*, *& incolumem matri flenti*, *& ſe lacerans reſtituit*.

Pag. 138. IX. Kal. Novembris. *In Territorio Florentino Paſſio B. Creſcii Martyris*, *& ſociorum eius*, *qui unus fuit de ſociis Sancti Miniatis Martyris*.

Pag. 146. XV. Kal. Decembris. *In Thuſcia Civitate Florentia depoſitio B. Eugenii Diaconi*, *& diſcipuli Beati Zenobii*, *eiuſdem civitatis Epiſcopi*.

In calce leguntur haec monumenta:

I. *Iſtud Martyrologium pertinet ad Conventum Florentinum Ordinis Minorum*, *deputatum ad uſum Fratri Illuminato de Caponſuccis*.

II. *Iſtud Martyrologium pertinet ad Plebem de Signa*, *pro quo habuit Plebanus unum Librum de Vitis Patrum*, *& quando repeteretur*, *non redderetur*, *niſi primo praefatum Librum* (ſic) *de Vitis Patrum reſtituatur*, *quem praeſtitit Frater Philippus de Peruſio in die Sancti Vincentii anno Domini MCCCVII*. *Poſtea ipſum emit Frater Anaſtaſius a Fratre Illuminato de Caponſuccis*.

III. Manu ſaeculi XII. exeuntis occurrit Italicum Carmen ad inſtar proſae exaratum, & aevi diuturnitate fere detritum, cuius aegre haec eruimus:

Salva lo Veſcovo ſenato
Lo mellior cumque ſia nato,
Che finora fue ſagrato,
Tutt' illumina 'l chericato
Nè Fiſolaco, *nè Cato*
Non fue ſi ringraziato
El Papul ſuo . . . . . (1)
Per ſuo . . *do plu* . . *mato*
Suo grande Veſcovato
Bene creſciuto e migliorato,
L' Apoſtolico Romano
. . . . (2) *l' arano*
S. Benedetto, *e S. Germano*
'l deſtinò d' eſſer ſovrano
De tutto regno Criſtiano.
Perciò venne da Laterano,
Del Paradiſo de viana
Za non fue queſto villano
Dacel mondo fue Pagano
Non ci ſon nel Marchiſciano,
Se mi dà caval balzano
Moſterrolla al bon Toſcano
Al Veſcovo Volterrano
Cui ben dicente baſcio la mano
Lo Veſcovo Grimaldeſco
Cento Cavale . . . . .
Di nau tempo non gli creſcono,
Anzi plazono, *& abbelliſcono*
Nè Latino, *nè Tedeſco*,
Nè Lombardo, *nè Franceſco*
Suo meglior, *se non veſtiſca*
Tanto di bontade uniſco
Il lume tuo per un moreſco
Corridor Caval pultreſco,
Barcudore non nateeſco
Di paura sbaginteſco

. . . *la-*

(1) Verba omnino deleta ſunt.
(2) Verba prorſus evanuerunt.

. . . . *latineſco*
. . . . *voreſco*
Di lui benedicer non fineſco,
Mentre in queſto Mondo veſco.

In prima pagina recentiore manu eſt tabula Sanctorum, quorum fit mentio in hoc Martyrologio, ordine alphabetico digeſta.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XI. binis columnis, vere inſignis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 162. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 165.

S. HIERONYMI, ET ALIORVM AD IPSVM EPISTOLAE.

Cod. VII. S. Hieronymi, & aliorum ad Ipſum Epiſtolae, quarum ſeries collata cum impreſſis in editione eius Operum ſtudio ac labore Dominici Vallarſii Veronae MDCCXXXIV. fol. Tom. I. ſequens eſt:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. pag. 1. Hieronymi ad Auguſtinum —— CXV.

II. pag. ead. Auguſtini ad Hieronymum —— CXVI.

III. pag. 8. Damaſi Papae ad Hieronymum Presbyterum —— XXXV.

IV. pag. ead. Hieronymi ad Damaſum Papam de octo vindictis Cain —— XXXVI.

V. pag. 11. *b.* Damaſi ad Hieronymum —— XIX.

VI. pag. ead. Hieronymi ad Damaſum de Oſanna —— XX.

VII. pag. 12. *b.* Eiuſdem ad eumdem de fide, cui in Antiochia communicare deberet —— XV.

VIII. pag. 13 *b.* Eiuſdem ad eumdem unde ſupra —— XVI.

IX. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem de Seraphim & calculo —— XVIII. Incipit autem a verbis: *ſeptuaginta & miſſum eſt ad me unum de Seraphim &c.* edit. cit. pag. 57. §. XVII.

X. pag. 15. Eiuſdem Sermo de morte Oziae Regis, & Seraphim & calculo in Eſaia Propheta —— XVIII. Progreditur uſque ad verba: *auribus ſonitum ſtudeamus, & lingua*: quae ſunt poſtrema §. XVI. pag. cit.

XI. pag. 18. *b.* Eiuſdem ad Damaſum de Filio prodigo —— XXI.

XII. pag. 24. *b.* Auguſtini ad Hieronymum —— CI.

XIII. pag. 25. Hieronymi reſcriptum ad Auguſtinum —— CII.

XIV. pag. ead. *b.* Auguſtini ad Hieronymum —— CX. In medio huius Epiſtolae, amanuenſis incuria, inſertae ſunt ſequentes duae Epiſtolae nimirum:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

XV. pag. 26. *b.* Hieronymi reſcriptum ad Auguſtinum —— CIII.

XVI. pag. ead. Auguſtini ad Praeſidium —— CXL.

XVII. pag. 28. *b.* Eiuſdem ad Hieronymum —— LVI.

XVIII. pag. 29. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum —— CV.

XIX. pag. 30. *b.* Auguſtini ad Hieronymum —— LXVII. Haec Epiſtola deſinit in verbis: *niſi hoc ſoleres eſſe indicium minus de claritate praeſumentis*; quare deſunt in Codice poſtremi verſus quatuor.

XX. pag. 32. Eiuſdem ad eumdem —— CIV.

XXI. pag. 33. Hieronymi ad Auguſtinum —— CXII.

XXII. pag. 39. Eiuſdem ad Marcellinum & Anapſychiam —— CXXVI.

XXIII. pag. 40. Auguſtini ad Hieronymum de origine animae —— CXXXI.

XXIV. pag. 45. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum —— CXXXIV.

XXV. pag. 46. Eiuſdem ad eumdem —— CXLI.

XXVI. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem —— CXLII.

XXVII. pag. ead. *b.* Eiuſdem explanatio fidei ad Auguſtinum, & Alypium Epiſcopos miſſa. Exſtat inter Opuſcula Tom. XI. cit. edit. pag. 146. ſub titulo: *Symboli Explanatio ad Damaſum.*

XXVIII. pag. 47. *b.* Eiuſdem ad Amandum Presbyterum de diverſis quaeſtionibus —— LV. Haec in Codice dividitur in duas partes, quarum ſecundae, quae incipit a verbis: *Propoſitio fuit de eadem Apoſtoli Epiſtola &c.* (1) praefigitur titulus: *Epiſtolaris reſponſio ad quem ſupra.*

XXIX. pag. 49. Eiuſdem ad Pammachium de optimo genere interpretandi —— LVII.

XXX. pag. 53. *b.* Eiuſdem ad Evagrium (2), qualiter Presbyter & Diaconus differant —— CXLVI.

XXXI. pag. 54. Eiuſdem ad Evangelum Presbyterum de Melchiſedech —— LXXIII.

XXXII. pag. 56. Eiuſdem ad Marcum Presbyterum Calcido —— XVII.

XXXIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Avitum, ubi ea, quae in Libris Peſiarchon adverſus fidem Catholicam ſunt, pandit —— CXXIV.

XXXIV. pag. 61. Definitio Fidei, Symbolique Nicaeni Concilii. Exſtat inter Opuſcula cit. Tom. XI. a pag. 149. ad pag. 153. ſub titulo: *Ex-*

G g 2 *pla-*

(1) In edit. pag. 197. §. V.
(2) Nomen eſt correctum, & prius fortaſſe legebatur *Evangelium*, ut in editione.

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

planatio fidei ad Cyrillum.

xxxv. pag. 63. *b.* Hieronymi ad Exſuperantium ——— ——— CXLV.

xxxvi. pag. 64. Eiuſdem ad Deſiderium ——— ——— XLVII.

xxxvii. pag. ead. Eiuſdem de tribus virtutibus. Inter Opuſcula Tom. XI. eit. a pag. 87. ad pag. 91.

xxxviii. pag. 66. *b.* Eiuſdem ad Dardanum de terra repromiſſionis — CXXIX.

xxxix. pag. 69. *b.* Eiuſdem contra Helvidium de perpetua virginitate S. Mariae. Inter Opera Tom. II. a pag. 205. ad pag. 230. ſub titulo: *Liber S. Hieronymi adverſus Helvidium.*

xl. pag. 76. *b.* Eiuſdem adverſus Vigilantium, ubi eius arguit blaſphemias ——— ——— LXI.

xli. pag. 78. Eiuſdem ad Ruffinum Presbyterum Romae de iudicio Salomonis in ſectione parvuli — LXXIV.

xlii. pag. 79. *b.* Eiuſdem ad Florentinum de ortu amicitiae —— IV.

xliii. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem ——— ——— V.

xliv. pag. 80. Eiuſdem ad Sabinianum Diaconum lapſum —— CXLVII. In huius calce Epiſtolae rubrica adſcriptum eſt: *Explicit Epiſtolarum Hieronymi Pars I.*

Legitur in principio Tabula ſuper hoc primo Volumine Epiſtolarum, aliorumque Tractatuum, qui in hoc Codice continentur, manu Fr. Thedaldi de Caſa, qui poſtrema etiam tria folia, ultimae Epiſtolae poriorem partem continentia ſupplevit.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. ineuntis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 165. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 84.

S. HIERONYMI EXPOSITIO PSALTERII.

Cod. VIII. S. Hieronymi Presbyteri Commentarius (1) in aliquot Pſalmos Davidis cum hoc titulo maiuſculis, ac rubricatis litteris exarato: *In hoc Codice continetur Expoſitio Pſalmorum numero XLVIII.* (2) *interpretati a Sancto Hieronymo.* Praecurrit brevis Prologus, cuius initium eſt: *Pſalterium ita eſt, quaſi magna domus.* Deſ. *grandis itaque porta iſtius domus.* Primus Pſalmus eſt qui ita incipit: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum. Quidam putant iſtius Pſalmi clavem ſuper Chriſti Domini noſtri perſonam eſſe referendam; ut beatus iſte vir ſecundum hominem Chriſtus ſit: bona quidem voluntas, ſed imperitia eſt; ſi enim beatus vir Chriſtus eſt, & Chriſtus legem dedit, quomodo nunc de Chriſto dicitur, ſed in lege Domini voluntas eius.* Pſalmus ultimus *Laudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus*, alia manu num. CXLVI. notatus, deſinit imperfecte in verbis: *Igitur de corvis ſimpliciter accipimus. Ergo & corvi ſalvi erunt. Reſponde Iudaee, reſponde, qui Iudaicum litterum tantum requiris, ut dicis iſtos corvos vere corvos eſſe non interpreturis . . . . .* Pſalmi, qui in hoc Codice exponuntur, ſunt: I. II. III. IV. V. VIII. XIV. LXIV. LXVII. LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. LXXVIII. LXXX. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. LXXXIV. LXXXVI. LXXXIX. XC. XCI. XCIII. XCV. (3) XCVI. XCVII. XCVIII. C. CI. CII. CIII. CIV. CV. CVI. CVII. CVIII. CIX. CX. CXI. CXIV. CXV. CXIX. CXXVII. CXXVIII. CXXXI. CXXXII. CXXXIII. CXXXVI. CXXXVII. CXXXIX. CXL. CXLI. CXLII. CXLIII. CXLV. CXLVI. In Commentario ſub nomine S. Hieronymi in Pſalterium, quod occurrit in Appendice ad cit. Tomum VII. a pag. 408. ad pag. 409. leguntur tantum pag. 403. Prologus in Pſalterium; pag. 408. Argumentum Pſalmi V.; pag. 412. Pſ. LXXVIII.; ante Pſ. CI. in Codice pag. 79. praecurrit hic Prologus: *Hieronymus Presbyter. Daemonum cibus eſt Carmina Poëtarum; ſaecularis ſapientia, Rhetoricorum pompa verborum. Haec ſua omnes ſuavitate delectant, & dum aures verſibus dulci modulatione currentibus capiunt, animas quoque penetrant, & pectoris interna devincunt. Verum ubi cum ſummo ſtudio fuerint ac labore perlecta, nihil aliud, niſi inanem ſonum & ſermonum ſtrepitum ſuis lectoribus tribuunt, nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla iuſtitiae refectio reparatur.* Item pag. 413. Pſ. CXXVII.; p. 417. Pſ. CXXVIII.; pag. 419. Pſ. CXXXI.; p. 420. Pſ. CXLI. Interpretationes autem aliorum Pſalmorum, quae habentur in hoc Codice omittuntur. Nulla alia epigraphe ante ſingulas expoſitiones legitur, praeter iſtam, rubris, & maioribus litteris exaratam: *Explicit Pſalmus, incipit alius.* Aliud huiuſce Commentarii exemplar habes in Cod. XX. Plut. XVIII. Catalogi Tomo I. pag. 472. ubi notandum eſt uberiorem in illo eſſe Pſalmorum Expoſitionem, uſque ad Pſalmum CXVIII. incluſive; ſupplementum vero illud a Pſ. CXIX. uſque ad finem, de quo praefati ſumus Tomo cit. pag. 473. diligenti facta collatione ex hoc exemplo defluxiſſe.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XI. cum titulis, & initialibus rubricatis, perſpicuo charactere exaratus, & num. 164. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 148.

S. HIE-

(1) Conſulenda de hoc Commentario in Pſalmos ſub Hieronymi nomine Admonitio, praemiſſa Breviario in Pſalmos in Appendice ad Tomum VII. Operum Hieronymi ſuperius citatae editionis Veronenſis fol. pag. v. ſeqq.

(2) Sunt tamen revera LVII.

(3) Ad hunc Pſalmum XCV. in margine alia manu adnotatur: *multa pulcra in iſto Pſalmo dicuntur.*

S. HIERONYMI SVPER EZECHIELEM COMMENT.

Cod. IX. SAncti Hieronymi ſuper Ezechielem Prophetam Explanationum Libri XIV. cum Prologo, ut in Codice III. Plutei XIX. Catalogi Tom. I. pag. 505.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XI. binis columnis, elegantiſſime exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus pictis, num. 158. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 270.

S. HIERONYMI COMMENTARIVS IN EVANGELIVM MATTHAEI.

Cod. S. Euſebii Hieronymi Presbyteri Commentarius in Evangelium Matthaei, praevia Capitum tabula, & Prologo quatuor Evangeliorum, ut in Codice VII. Plutei XIX. Catalogi Tomo I. pag. 508. §. I. Heic autem ob defectum Codicis pauca deſunt in fine, & deſinit in verbis: *cum diſcipulis ſe futurum promittit, &* . . . . . .

In primo folio tabula occurrit Evangeliorum. quae leguntur in Eccleſia, & hoc monumentum: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armeria Fratrum Minorum de Florentia* 1406.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori ferme quadrato Saec. X. cum titulis rubricatis, & duplici manu exaratus, cuius altera ad Longobardicam ſcripturam accedit, num. 163. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 173.

S. HIERONYMI OPERA QVAEDAM.

Cod. XI. I. pag. 1. S. Hieronymi Presbyteri Liber Interpretationum nominum Hebraicorum, ut in Codice XIV. Plut. XX. Catalogi Tomo I. pag. 625. §. III. Heic autem Prologus inc. *Philo vir diſertiſſimus &c.*

II. pag. 31. Eiuſdem Quaeſtiones in Libros duos priores Regnorum. Inc. *Fuit unus de Ramathaim*. Deſ. *ſexcentis aureis emiſſe*, ut in Appendice ad Tomum III. a pag. 755. ad pag. 786.

III. pag. 42. Eiuſdem Liber Quaeſtionum Hebraicarum in Geneſim, cum Prooemio, ut in cit. Cod. XIV. §. I.

IV. pag. 58. Eiuſdem de decem tentationibus Liber. Inc. *Haec ſunt verba, quae locutus eſt Moyſes*. Deſ. *ad conſiderandam terram*. In Appendice ad dictum Tomum III. a pag. 741. ad pag. 746.

V. pag. 59. Eiuſdem Canticum Debborae & Sarach. Ibid. a pag. 745. ad pag. 751.

VI. pag. 61. Eiuſdem in Lamentationes Hieremiae de alphabeto. Tomo XI. a pag. 727. ad pag. 732.

VII. pag. 63. Eiuſdem Epiſtola ad Dardanum de diverſis generibus muſicorum, ut in Appendice dicti Tomi XI. a pag. 202. ad pag. 203. ubi per alios novem verſus progreditur. Deſinit autem in Codice in verbis: *in manu Iudaeorum*.

VIII. pag. 63. *b.* Eiuſdem Liber de diſtantiis locorum Hebraicorum cum Praefatione, ut in dicto Codice XIV. Catalogi Tom. cit. pag. 525. §. II.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis, ac notulis quibuſdam in margine inſtructus, num. 167. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 80.

LIBER DE INFANTIA SALVATORIS, SS. IGNATII, DIONYSII, HIERONYMI, GREGORII, LEONIS PP. BONAVENTVRAE, BERNARDI QVAEDAM ETC.

I. pag. 1. Liber de Infantia Salvatoris (1) cum Prologo S. Hieronymi (2), qui inc. *Dominis meis Sanctis ac Beatiſſimis Chromatio & Heliodoro Epiſcopis &c. Qui terram auri conſciam fodit*. Deſ. *per noſtram poterunt obedientiam pervenire*. Liber incipit a Capite *De fuga Ieſu in Aegyptum*, & a verbis: *Una die admonitus eſt Ioſeph*. Ultimum Caput: *Quomodo, quando ſimul comedebant, Ieſus menſae benedicebat, & quando dormiebat claritas Dei ſuper eum fulgebat*, deſ. *in die, ſive in nocte claritas Dei reſplendebat ſuper eum in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Habes huius apocryphi Libelli aliud exemplar in Cod. X. Plut. XIX. Catal. Tomo I. pag. 523. §. III. Cod. XII.

II. pag. 7. Vita Beatae Mariae ſecundum Epiphanium. Inc. *De dominabili & veraci Dei Genitrice ſemperque Virgine Maria multi pertranſierunt Prophetae diverſis figuris, & nominationibus ipſius*. Deſ. *& poſt adſcenſionem Domini in domo Theologi, & Sanctae Sion annis XXIV. qui omnes in unum fiunt LXXII.*

III. pag. ead. *b.* Vita eiuſdem ſecundum Hieronymum. Inc. *Hieronymus ad Chromatium, & Heliodorum. Hanc ſibi regulam Beata Maria Virgo ſtatuerat, ut a mane uſque ad horam tertiam orationibus inſiſteret*. Deſ. *quotidie videbatur ei Angelus loqui, & quaſi cariſſimi obtemperabant ei*.

IV. pag. 8. S. Ignatii ad glorioſam Virginem Mariam Chriſti matrem Epiſtola. Inc.

Chri

(1) In indiculo praevio, antiqua manu adnotatur: *De Infantia Salvatoris intitulatus B. Hieronymi, ſed non eſt, quia reprobatus eſt in Decreto, in Libris, qui non ſunt tenendi ab Eccleſia*.

(2) Exſtat inter Epiſtolas ſpurias in editione cit. Hieronymi Operum, curante Dominico Vallarſio, Veronae MDCCXLII. fol. Tomo XI. pag. 279.

Digitized by Google

Chriſtiferae Mariae ſervus Ignatius. Me aeo-plyzum. Deſ. *confortentur*. Exſtat inter Patrea Io. Bapt. Cotelerii Pariſiia apud Petrum le Petit MDCLXXII. fol. Parte II. pag. 941.

V. pag. ead. B. Mariae Virginia Epiſtola ad S. Ignatium. Ine. *Ignatio dilecto condiſcipulo humilis Maria. De Ieſu*. Deſ. *in Deo ſalutari suo*. Ibid. pag. 942.

VI. pag. ead. S. Ignatii Epiſtola ad S. Ioannem Evangeliſtam ſuum magiſtrum. Inc. *Ioanni ſeniori Ignatius, & qui eum eo ſunt fratres. De tua mora dolemus graviter*. Deſ. *cum deſiderio noſtro, & valeas. Amen*. Ibid. pag. 941.

VII. pag. ead. *b*. Eiuſdem alia ad eumdem. Inc. *Ioanni Sancto ſeniori ſuus Ignatius, Si licitum eſt mihi*. Deſ. *properare me iubeas, & valeas. Amen*. Ibid. pag. 941. (1).

VIII. pag. ead. Exemplum Epiſtolae (2), qoam miſit Rex Abagarua Chriſto, & reſponſio Chriſti ad eum per Epiſtolam, praevio Argumento, quibus etiam adnectitur prolixa narratio, & hiſtoria de Sudario. Horum omnium initium eſt: *Abagarus Rex Civitatis Edeſſae, Cuſuae filius, regni ipſius anno XXX. Imperii Tiberii Caeſaris anno XIX. miſit Romae Legatos, Ananiam videlicet illuſtrem, & alios decem viros prudentes*. Finis: *ac obſeſſos diverſis languoribus liberando. Qui cum Patre &c.* Hae duae Epiſtolae adſeruntur poſt Antonii Magni Epp. in editione Oper. Dionyſii Areop. Coloniae per Io. Quentel MDLVI. fol. pag. 756. ſed ibi Argumenta multo breviora ſunt quam in Codice.

IX. pag. 12. S. Dionyſii Epiſtola ad Timotheum Paulli diſcipulum de glorioſo martyrio Petri, & Paulli Apoſtolorum (3). Inc. *Saluto te divum diſcipulum, & filium ſpiritualem, & veri patris, & boni amatoris, qui conſummaſti voluntatem magiſtri tui, & ſuſtinuiſti cum eo tribulationes, & omnes paſſiones, & perpeſſus es omnes agones, & flagella*. Deſ. *qui ſuit ſervus & amicus D. N. I. C. quem decet gloria, laus, & cultus cum Patre &c.* Tum rubrica: *Explicit Epiſtola Beati Dionyſii ad Timotheum de felici martyrio glorioſorum Apoſtolorum Petri & Paulli in Romana Vrbe*.

X. pag. 15. Epiſtola de vita & moribus gentis Brachmanorum (4). Inc. *Alexander magnum deſiderium habeas ſcire mores & vitam Brachmanorum ſcripſit ad Regem eorum, ut ſuper hoc ei plenius ſignificaret; unde ſcribeat ſibi vitam, & mores ſuos, & ſuorum, dixit: Nos Bragmani ſimplicem & puram vitam ducimus*. Deſ. *hanc admirationem ſemper habemus*. Inde rubris litteris adnotatum eſt: *Explicit Epiſtola Regis Brachmanorum ad Alexandrum de vita & moribus eorum*.

XI. pag. 16. S Hieronymi Presbyteri Sermo in Nativitate Sanctae Mariae Virginis, eum doobus Prologis, ut in Codice XXIV. Plutei LXXXIX. Catalogi Tomo ſuperiore pag. 283. § V.

XII. pag. 19. Apocryphum de Aſſumptione Virginis, cuius facit mentionem Hieronymus in Sermone de ipſa Aſſumptione; dicitur autem hoc eſſe Ioannis Theologi, ideſt Io. Evangeliſtae, prout patet legenti parum infra. Inc. *Sancta & glorioſa Dei Genitrice iuxta conſuetudinem ad monumentum Dei veniente adolevit incenſum: precabatur ex eo genitum Dominum ad ipſum reſolvi. Videntes autem Iudaei hoec per ſingulos dies, dixerunt ad principes ſacerdotum, qui vocantes cuſtodes ordinatos ab ipſis ſciſcitati ſunt ſi haec ita ſunt*. Deſ. *cuius confirmemur orationibus, glorificantes Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum &c.*

XIII. pag. 20. *b*. Aliud apocryphum de eadem Aſſomptione, & dicitur eſſe Ioſeph ab Arimathea, prout in fine patet. Inc. *Priuſquam Dominus ad Patrem veniret, Mater a Filio interrogavit de tranſitu ſuo cali uſſumine: Chariſſime Fili, poſco, ut quum anima mea de corpore exierit &c.* Deſ. *& uſque dum vixero, praedicare non deſiſto*.

XIV. pag. 22. B. Gregorii Papae Paſtorale, ut in Codice XIII. Plutei XVIII. Catalogi Tom. I. pag. 467. ubi praeerat eiuſdem Gregorii Epiſtola ad Leandrum, quae heio deſideratur.

XV. pag. 42. Apologia pauperum (5) adverſus calumniatorem, quam feeit Fr. Bonaventura, Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & S. Romanae Eccleſiae Card. & Epiſc. Albanenſia. Praecurrit Prologus, qui inc. *Summi legislatoris inviolabili conſtat diffinitione ſancitum*. Deſ. *contra fulminantium telorum acumina protegantur invicti*. Apologia inc. *Igitur libellum illum calumnioſum, cuius hoc initium eſt*: Tantum ſibi praeſumptionis aſſumpſerunt quidam homines. Deſ. *ut ſalvam faceret a perſequentibus animam meam. Explicit Apologia bonae memoriae Fratris Bonaventurae & Domini Albanenſis, & Epiſcopi Cardinalis. Deo gratias. Amen*. Inde alia, ſed antiqua manu hoc monumentum legitur: *Nota, quod dixit ſemel Papa Nicolaus III. quod Ordo Fratrum Minorum eſſet ab Eccleſia defendendus, etiamſi de nullo alio ſerviret in Eccleſia, niſi de hoc, quod Infidelibus quaerentibus qui ſunt inter Chriſtianos Evangelii obſervatores, poteſt reſponderi, quod Fratres Minores*. Legitur haec Apologia pauperum in editione Operum Bonaventurae Venet. typia Io. Bapt. Albrizzii MDCCLIV. 4. Tomo V. a pag. 593. ad pag. 699.

XVI. pag. 78. Sermones XVIII. ſub Beati Bernardi nomine (6), qui hoc ordine progrediuntur:

1. pag-

(1) De his Epiſtolis doctiſſime edifferit Io. Albertus Fabricius in Codice Apocrypho Novi Teſtam. Hamburgi MDCCXIX. 8. Tom. I. pag. 836. ſeqq.

(2) In indiculo praevio antiquo adiicitur, *quae habetur in apocrypha*.

(3) Vid. Acta SS. Iunii Tom. V. pag. 427.

(4) In ſuperiore margine manu recentiore adſcriptum eſt: *Nota, de his Brachmanis habetur plenius in Libro de Hiſtoria Hieroſolymitana, & de Epiſtola Regis eorum ad Alexandrum in Cap. 90*.

(5) Gloſſa marginalis habet (*ſc. Fratrum Minorum.*)

(6) Quos inter Bernardi Opera invenimus, eos ſuis locis adnotare non praetermiſimus.

Digitized by Google

I. pag. ead. De S. Ioanne Baptiſta. Inc. *Hodie, dilectiſſimi, dies illuxit inſignis.* Deſ. *quae dicta ſunt de laude Ioannis ad gloriam Redemptoris, qui eſt Deus benedictus &c.* (1)

II. p. 80. *b.* In SS. Apoſtolorum Petri & Paulli. Inc. *Hodierna dies, dilectiſſimi, clara eſt & ſolemnis, univerſamque creaturam ſuo lumine ſanctificat.* Deſ. *& aperire caeleſtium palatia manſionum.*

III. pag. 81. De S. Petro Apoſtolo. Inc. *Dixit Simon Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia. In huius Patris noſtri praecipua ſolemnitate totis eſſet viribus inclamandum, ut ſi nobilis lingua Gregorii totum eius itinerarium ſermone magnifico collegiſſet.* Deſ. *qui venit, ut vitam habeamus, Ieſus Chriſtus Dominus noſter &c.*

IV. pag. 82. *b.* In feſto S Mariae Magdalenae. Inc. *Hodie miſericordia, & veritas obviaverunt ſibi.* Deſ. *& placatum nobis reddat iudicem noſtrum, unicum ſuum, qui eſt Deus benedictus &c* (2)

V. pag. 84. In S. Petri ad Vincula. Inc. *Adoleſcentulae dilexerunt te nimis. Petrus Apoſtolus, Apoſtolorum princeps.* Deſ. *ut ad magiſtrum, Petri interceſſione, pervenire valeamus, qui eſt &c.*

VI. pag. ead. *b.* In Aſſumptione B. Mariae Virginis. Inc. *Hic totum decurrat ingenium, & aureus ſermo tota reluceat maieſtate.* Deſ. *gratioſius lucent, quum potuerint revelari.*

VII. pag. 86. In Natale B. Mariae Virginis. Inc. *De gaudiis properamus ad gaudia, & ferventem ſtylum glorioſa materia facit ferventiorem.* Deſ. *audi nos, nate, filius nihil negans onerat* (ſic), *qui eſt Deus benedictus &c.*

VIII. pag. 87. In Exaltatione S. Crucis. Inc. *De virga Ieſſe devenimus ad virgam Crucis.* Deſ. *& gloriare in Cruce Domini Dei tui, qui eſt &c.*

IX. pag. 88. In feſto Angelorum. Inc. *Circa rerum cardinem verſamur, & magnificentiam operum Domini ſtylo proſequimur impolito.* Deſ. *& videbimus illum in decore ſuo, qui eſt &c.*

X. pag. 89. *b.* In Dedicatione Templi. Inc. *Poſt Crucem, poſt Virginem, poſt Angelos, quid eſt minus in terris, quid in caelis ſublimius.* Deſ. *exſequar quod incepi ad honorem illius, qui eſt &c.*

XI. pag. 90. *b.* In feſto Omnium Sanctorum. Inc. *Hodie dies ſerenior adriſit nobis, & ſol ſolito lucidior terris illuxit.* Deſ. *& perducat nos ad ſponſum Eccleſiae, qui eſt &c.*

XII. pag. 91. *b.* In S. Martini Epiſcopi. Inc. *Nobilis ille Confeſſor, Sacerdotum gloria, gemma Pontificum, Clericorum forma.* Deſ. *ſed ſcio, quia patienter audiſtis me de illius patientia diſputantem, qui eſt &c.*

XIII. pag. 93. In S. Andreae Apoſtoli. Inc. *Et quietum ſtudium, & attentum ſilentium, & tanta tanti viri feſtivitas moveat.* Deſ. *& in ſe credere ſponſus Eccleſiae, filius Mariae, qui eſt &c.* Inter a S. Bernardi Opera Tom. V, pag. 726, ſub Nicolai Clarevallenſis nomine.

XIV. pag. 94. *b.* In S. Nicolai Epiſc. Inc. *Nicolaus iſte meus, immo & veſter.* Deſ. *ut Redemptori noſtro amico pro nobis hodie ſupplicare dignetur &c.* Ibid. pag. 730. ſub eiuſdem Nicolai Clarevallenſis nomine.

XV. pag. 95. *b.* In Annuntiatione B. Mariae Virginis, vel in Adventu Domini. Inc. *Exſultate, fratres, in Domino, quia de Domina illa ſermo habendus eſt.* Deſ. *ducat nos mater ad Filium, Filius ad Patrem, ſponſa ad ſponſum, qui eſt &c.* Ibid. ſub eiuſdem Nicolai Clarevallenſis, nomine pag. 578.

XVI. pag. 97. In Vigilia Nativitatis Domini. Inc. *Tandem de mari ad portum, de promiſſo ad praemium, de via ad patriam pervenimus.* Deſ. *innocentibus brachiis amplectitur, qui eſt &c.* (3) Ibid. pag. 582. & eſt Nicolai Clarevallenſis.

XVII. pag. 98. *b.* In Nativitate Domini (4). Inc. *Non poterat explicari ſermone, quod mente concepi.* Deſ. *nec cordibus parcentes, nec vocibus, ad honorem pueri, qui natus eſt nobis, qui eſt &c.* Eſt item Nicolai Clarevallenſis loc. cit. pag. 574.

XVIII. pag. 99. *b.* In S. Stephani Protomartyris. Inc. *Adhuc filium Virginis habemus in manibus.* Deſ. *ne ſtatuas illis aliquid ad peccatum, qui eſt &c.* Eſt eiuſdem Nicolai loc. cit. pag. 587 *Expliciunt Beati Bernardi Sermones.* Inde ſequitur manu Fratris Thedaldi index Rerum Notabilium per alphabetum, itemque Sermonum, quos ſupra recenſuimus.

XVII. pag. 108. Fragmentum Homiliae, forte eiuſdem Nicolai, quod inc. . . . . . *dimur, ad alium vocamur. Sed in ea, quod veritas dicit omnis ſcriba &c.* Deſ. *aeterna gaudia ſine labore copiatis, ipſo adiuvante, cui eſt honor &c.* Inde manu eiuſdem Thedaldi occurrit Tabula Evangeliorum cum lectionibus per anni circulum recurrentibus.

XVIII. pag ead. *b.* Fr. Ioannis (de Pecchiano) Canticum Pauperis pro dilecto (5), in

(1) Hic Sermo recenſetur inter Opera Petri Damiani, tribuiturque Nicolao Clarevallenſi in Biblioth. Patrum Ciſterc. Adfertur etiam inter Bernardi Opera, curante Io. Mabillonio. Tomo V. pag. 622.

(2) Inter S. Bernardi Opera Tomo V. pag 734. ab eo tamen ob ſtyli ac genii diverſitatem abiudicandus.

(3) Exſtat etiam apud Combefiſium in Bibliotheca Patrum Concionatoria Tomo I pag. 127. ſub S. Petri Damiani nomine.

(4) Apud Combefiſium Tomo cit. pag. 247. ſub nomine incerti auctoris, ſed forte Petro Damiano tribuendus. Ad marginem vero huius Sermonis alia antiqua manus haec adnotavit: *Nota: Hic Sermo dicitur fuiſſe Petri Comeſtoris, & non Bernardi, propter id quod ſequitur in col. 3. verſ. 9 ubi revera leguntur haec verba: ipſe ille eſt Dominus videlicet Clarevallenſis, cuius religio, & diſcretio, ſapientia, & eloquentia, vita, & fama per totam latitudinem non immerito decurrit: libenter enim illius ſarcinam adoro; ſed ad propoſitum revertamur.*

(5) Vid. Fabric. Bibl. Med. Tomo IV. pag. 114.

in Codice anepigraphum. Inc. *Confitebor tibi, Domine Rex & collaudabo te Deum Salvatorem meum, quoniam non ſuſtinuiſti in morte meam animam miſeram obdormire; dum enim in adoleſcentiae deviis oberrarem, audivi vocem poſt tergum monentis*. Def. *ut in eo habitem omnibus diebus vitae meae. Explicit Canticum Pauperis pro dilecto. Deo gratias, & Beato Franciſco*.

XIX. pag. 116. *b*. Eioſdem Expoſitio ſuper Regulam Fratrum Minorum. Inc. *Quicumque hanc Regulam ſequuti fuerint pax ſuper illos, & miſericordia. Hanc plane Regulam ab Innocentio III. approbatam, a ſequenti Honorio confirmatam, a nono Gregorio declaratam*. Def. *gratiae & gloriae commendetur*.

XX. pag. 141. Alia Expoſitio eiuſdem Regulae ſecundum Magiſtrum Alexandrum de Hales, & quoſdam alios Magiſtros. Inc. *Reverendo in Chriſto Patri Fratri Haymoni Ordinis Fratrum Min. Generali Miniſtro, ceteriſque Fratribus Diffinitoribus in Capitulo congregatis, Frater Gaufredus cuſtos Pariſ. Fr. Alexander de Hales, Fr. Ioannes de Rupella, Fr. Robertus de Baſtia, Fr. Rigardus reverentiam debitam & devotam. Iudicio, & examinationi diſcretionis veſtrae referimus*. Def. *per ſedem Apoſtolicam diſponatur. Valete in Domino*.

XXI. pag. 146. Reſponſiones Ven. Patris D. Fratris Io. de Pechiano Ord. Min. Sacrae Theologiae Doctoris, & Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Epiſtolam miſſam quibuſdam Novitiis Ord. Praedicatorum a quodam Fratre Roberto de Ordine ipſo Praedicatorum. Inc. *Super tribus, & ſuper quatuor ſceleribus non faciliter convertitur fraternae innocentiae impugnator*. Def. *ut praeſcriptam diligas veritatem*.

XXII. pag. 155. S. Leonis Papae Sermo de Paſſione Chriſti. Inc. *Magnitudo quidem, dilectiſſimi*. Def. *qui operatur omnia in omnibus vivens &c*. In editione Operum Veneta apud Andream Poletti MDCCXLVIII. fol. pag. 70. & eſt Sermo LXVII. & de Paſſione XVIII.

XXIII. pag. 156. *b*. Eiuſdem alius de eadem re, Inc. *Semper quidem, dilectiſſimi, fidelium mentes*. Def. *ipſo largiente reddamus, qui vivis &c*. Eſt Sermo LXV. & de Paſſione XVI.

XXIV. pag. 158. *b*. Eiuſdem alius de eadem re. Inc. *Sermo proximus*. Def. *faciat obtineri. Qui vivis &c*. Ibid. Sermo LXVI. & de Paſſione XVII.

In primo folio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus* 1406. In Codicis autem tegmine: *Iſte Liber eſt Conventus Fratrum Minorum de Caſtro Florentino*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. varia manu, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 166. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 162.

S. HIERONYMI EPISTOLAE, ET ALIA OPERA, S. GREGORII NAZIANZENI SERMONES &c.

I. pag. 1. BEati Hieronymi Presbyteri Epiſtolae, & alia Opera, cum Summariis, & notulis marginalibus ſatis bonis, nec non exactiſſimo omnium, quae in hoc Volumine continentur, indice in principio manu Fratris Thedaldi. Series vero Epiſtolarum collata cum editis inter eius Opera ſtudio ac labore Dominici Vallarſii Veronae MDCCXXXIV. fol. Tom. I. ſequens eſt: Cod. XIII.

Ordo Codicis — *Ordo edit.*

I. pag. 1. Hieronymi Epiſtola ad Ruſticum Monachum — CXXV.

II. pag. 4. Eiuſdem ad Ageruchiam de Monogamia — CXXIII.

III. pag. 7. Eiuſdem ad Paullinum Presbyterum de Studio litterarum — LIII.

IV. pag. 8. *b*. Eiuſdem ad eumdem — LVIII.

V. pag. 10. Eiuſdem ad Heliodorum Epiſcopum, Epitaphium Nepotiani Presbyteri — LX.

VI. pag. 13. *b*. Eiuſdem ad Nepotianum — LII.

VII. pag. 16. *b*. Eiuſdem ad Theodoram viduam — LXXV.
Haec Epiſtola deſinit in verbis: *ſed gloriae magnitudo monſtratur*, quae incidunt in pag. 449. cit. edit. verſ. 14. Reliquum habes infra ad pag. Codicis 223.

VIII. pag. 17. Eiuſdem ad Oceanum de Clerici Vita vel Monachi. Exſtat inter Opuſc. Tom. XI. a pag. 270. ad 273. —

IX. pag. 18. Eiuſdem ad Ruſticum de Poenitentia exhortatoria — CXXII.
Haec Epiſtola incipit a verbis *Samuel quondam plangebat Saulem &c*. quae incidunt in pag. 884. lin. 41.

X. pag. 19. *b*. Eiuſdem ad Pammachium de dormitione Paullinae — LXVI.

XI. pag. 21. *b*. Eiuſdem ad Eugenium (1) Presbyterum de Melchiſedech — LXXIII.

XII. pag. 23. Paullae & Euſtochii ad Marcellam exhortatoria de locis ſanctis — XLVI.

XIII. pag. 25. Hieronymi ad Oceanum de morte Fabiolae — LXXVII.

XIV. pag. 27. Eiuſdem Prooemium de manſionibus Iſraëlitici populi — LXXVIII.
Inſcribitur in edit. *Liber Exegeticus ad Fabiolam de XLII. Manſionibus Iſraëlitarum in deſerto*.

XV. pag. 33. *b*. Eiuſdem ad ma-

(1) In edit. *Evangelum*.

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

matrem & ſiliam in Gallia commorantes ——— CXVII.

XVI. pag. 35. *b.* Eiuſdem ad Vigilantium Preſbyterum ——— LXI.

XVII. pag. 36. Eiuſdem ad Riparium Preſbyterum ——— CIX.

XVIII. pag. 37. Eiuſdem adverſus Vigilantium. Exſtat inter Opera cit. edit. Tom. II. a pag. 387. ad pag. 402. ſub titulo: *Liber S. Hieronymi contra Vigilantium*.

XIX. pag. 39. *b.* Eiuſdem ad Amandum Preſbyterum ——— LV. Vbi notandum partem huius Epiſtolae a verbis: *Repperi iunctam Epiſtolae &c.* uſque ad verba: *faciet ut miſereatur*, reiectam eſſe in fine, appoſito titulo: *Epiſtola coniuncta praemiſſae ad eamdem*.

XX. pag. 40. *b.* Eiuſdem ad Minervum, & Alexandrum de Reſurrectione Chriſti ——— CXIX.

XXI. pag. 44. Eiuſdem ad Ruffinum Preſbyterum Romae ——— LXXIV.

XXII. pag. 45. Eiuſdem ad Antonium Monachum Aemonae ——— XII.

XXIII. pag. ead. Eiuſdem ad Virginea Aemonenſes ——— XI.

XXIV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Caſtorinam materteram ——— XIII.

XXV. pag. ead. Eiuſdem ad Paullum ſenem Concordiae ——— X.

XXVI. pag. 46. Eiuſdem ad Cromaticum (*ſic*), & Iovinum, & Euſebium ——— VII.

XXVII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Theodoſium, & ceteros Anachoritas intrinſecus commorantes ——— II.

XXVIII. pag. ead. Eiuſdem ad Marcum Preſbyterum ——— XVII.

XXIX. pag. 47. Eiuſdem ad Aniciam [1] Hypodiaconum Aquileiae VIII.

XXX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Abigatum [2] Hiſpanum ——— LXXVI.

XXXI. pag. ead. Eiuſdem ad Heliodorum Monachum ——— XIV.

XXXII. p. 49. *b.* Eiuſdem Explanatio ad Principiam Virginem XLIV. Pſalmi, ſc. *Eructavit* ——— LXV.

XXXIII. pag. 53. *b.* Eiuſdem ad Furiam de viduitate ſervanda ——— LIV.

XXXIV. pag. 56. Eiuſdem Expoſitio huius (*ſic*) Capituli Iſaiae. XVIII. In edit. inſcribitur *de Seraphim, & calculo*. In Codice vero deſinit in verbis: *auribus tantum ſtudeamus, & lingua*, quae ſunt poſtrema paragraphi XVI.

XXXV. pag. 59. Eiuſdem ad Damaſum Epiſcopum de eo quod ſcriptum eſt de Oſanna in excelſis ——— XX.

XXXVI. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eumdem de frugi, & luxurioſo filio ——— XXI.

XXXVII. pag. 63. *b.* Eiuſdem ad Marcellam de Onaſo ——— XL.

XXXVIII. pag. 64. Eiuſdem adverſus Helvidium de perpetua virginitate B. Mariae Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti. Exſtat inter Opera Tom. II. a pag. 205. ad pag. 230.

XXXIX. pag. 69. Eiuſdem ad Pammachium de optimo genere interpretandi ——— LVII.

XL. pag. 71. Eiuſdem ad Salvinam de morte Nebridii, & de viduitate ſervanda ——— LXXIX.

XLI. pag. 74. *b.* Eiuſdem ad Iulianum exhortatoria ——— CXVIII.

XLII. pag. 76. Eiuſdem ad Damaſum Epiſcopum urbis Romae de hoc nomine *hypoſtaſis* ——— XV.

XLIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Helbidiam [3], praeviis Capitulis Quaeſtionum duodecim ——— CXX.

XLIV. pag. 83. *b.* Eiuſdem ad Innocentium de ſepties percuſſa ——— I.

XLV. pag. 84. *b.* Eiuſdem Liber ad Algaſiam quaeſtionum XI. quarum praemittuntur Summaria, ſed deeſt Praefatio, quam invenies inferius ad pag. Codicis 223. ——— CXXI.

XLVI. pag. 92. *b.* Eiuſdem Explanatio Fidei Catholicae ad Alypium, & Auguſtinum directa. Exſtat inter Opuſcula Tom. XI. a pag. 146. ad pag. 148. ſub titulo: *Symboli Explanatio ad Damaſum*.

XLVII. pag. 93. *b.* Damaſi Epiſtola ad Hieronymum ——— XXXV.

XLVIII. pag. ead. Hieronymi ad Damaſum Papam de propoſitis quaeſtionibus ——— XXXVI.

XLIX. pag 96. Eiuſdem ad Damaſum, cui apud Syriam in fide communicare debeat ——— XVI.

L. pag. ead. Pars quaedam cuiuſdam ſcripti B. Hieronymi de Seraphim & calculo forcipe accepto de altari in Iſaia ——— XVIII. Eſt reliqua pars huius Epiſtolae incipiens a paragrapho XVII. uſque ad finem.

LI. pag. 98. Epiſtola B. Epiphanii Salaminae Cypri Epiſcopi ad Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, translata a B. Hieronymo de Graeco in Latinum ——— LI.

LII. pag. 100. *b.* Hieronymi Epiſtola ad Tranquillinum, quomodo Origenem legere debet ——— LXII.

[1] In edit. *Nicaeam*.
[2] In edit. *Abigaum*.
[3] In edit. *Hedibiam*.

Ordo Cod. *Ordo edit.*

LIII. pag. ead. Eiuſdem ad Avitum de erroribus Origenis in Libris Periarehon —— CXXIV.

LIV. pag. 103. *b.* Eiuſdem ad Evagrium (1), qualiter Presbyrer & Diaeonus differant —— CXLVI.

LV. pag. 104. Symbolum de Fide Nicaeni Concilii. Exſtat inter Opuſcula Tom. XI. a pag. 149. ad pag. 153. ſub titulo: *Explanatio Fidei ad Cyrillum.*

LVI. pag. 105. *b.* Hieronymi Epiſtola ad Exſuperantium —— CXLV.

LVII. pag. 106. Eiuſdem ad Ruſticum de Poenitentia —— CXXII. Haec Epiſtola definit in verbis: *& Paullus lugebat Corinthios, qui fornicationis maculas lacrymis delere nolebant,* quae incidunt in principio paginae 885.

LVIII. pag. ead. Eiuſdem ad Deſiderium —— XLVII.

LIX. pag. ead. *b.* Eiuſdem Sermo de Virtutibus, ideſt Fortitudine, Sapientia, & Prudentia. Exſtat inter Opuſc. Tom. XI a pag. 87. ad pag. 91. ſub titulo: *De tribus Virtutibus.*

LX. pag. 108. Eiuſdem ad Dardanum de terra repromiſſionis —— CXXIX.

LXI. pag. 110. Eiuſdem ad Lucinum Eremitam —— LXXI.

LXII. pag. 111. Eiuſdem ad Magnum Oratorem urbis Romae —— LXX.

LXIII. pag. 112. *b.* Eiuſdem ad Vitalem Presbyterum de Salomone & Achaz —— LXXII.

LXIV. pag. 113. Eiuſdem ad Florentinum (2) de ortu amicitiae —— IV.

LXV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eumdem —— V.

LXVI. pag. ead. Eiuſdem ad Caſtritianum (3) de caecitate quae ei contigit, ne debeat contriſtari —— LXVIII.

LXVII. pag. 114. Eiuſdem ad Sabianum (4) Diaconum lapſum —— CXLVII.

LXVIII. pag. 116. *b.* Eiuſdem ad Iulianum Diaconum Aquileiae —— VI.

LXIX. pag. ead. Eiuſdem ad Criſogonam (5) Monachum —— IX.

LXX. pag. ead. Eiuſdem ad Antonium Monachum —— XII.

LXXI pag. 117. Eiuſdem ad Cyprianum de Pſalmo octuageſimo octavo —— CXL. Incipit autem in Codice: *Frater chariſſime Cypriane, ſcito praenoſcens, quia ſi ſcribatur extrema littera, quae appellatur NVN, exprimit dexteram &c.* quae in cit. edit. incidunt in pag 1056. lin. 16.

LXXII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Pammachium de libris adverſus Iovinianum —— XLIX.

LXXIII. pag. 118. Eiuſdem ad eumdem & Marcellam —— XCVII.

LXXIV. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Donnionem (6) de libris contra Iovinianum —— L.

LXXV. pag. 120. *b.* Eiuſdem ad Euſtochium de virginitate ſervanda XXII. Haec Epiſtola definit in verbis: *ibi daemones ſaltent, & ſirenae nidificent, & hericii,* quae incidunt in pag. 90. in fine. Inde in Codice ſubiungitur: *ſi iſtam Epiſtolam plenius volueris invenire, require eam in VI. Vol. Aug.*

LXXVI. pag. 121. *b.* Eiuſdem ad Aſellam de fictis amicis, qui ſibi detrahebant —— XLV.

LXXVII. pag. 122. *b.* Eiuſdem ad Demetriadem Virginem —— CXXX.

LXXVIII. pag. 127. Eiuſdem ad Laetam de inſtitutione filiae Paullae —— CVII.

LXXIX. pag. 129. *b.* Eiuſdem ad Fabiolam de veſte ſacerdotali —— LXIV.

LXXX. pag. 133. *b.* Eiuſdem ad Marcellam de quinque quaeſtionibus Novi Teſtamenti, & de his qui Domino occurſuri ſunt —— LIX.

LXXXI. pag. 134. Eiuſdem ad eamdem de Hebraicis nominibus, & verbis —— XXVI.

LXXXII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eamdem de decem nominibus, quibus apud Hebraeos Deus vocatur —— XXV.

LXXXIII. pag. ead. Eiuſdem ad eamdem de fide noſtra, & de dogmate haeretico —— XLI.

LXXXIV. pag. 135. *b.* Eiuſdem ad eamdem de blaſphemia in Spiritum Sanctum inremiſſibili —— XLII.

LXXXV. pag. 136. Eiuſdem ad eamdem de detractoribus ſuis —— XXVII.

LXXXVI. pag. ead. Eiuſdem ad eamdem de muneribus —— XLIV.

LXXXVII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eamdem, de urbe ſecedendum XLIII. Haec Epiſtola aliquanto longior, quam in editione, definit in verbis: *ut vulgo dicitur amatoriae cantiones*; de qua quidem varia lectione vide adnotationem in cit. Tom. pag. 191. not. *C.*

LXXXVIII. pag. 137. Eiuſdem ad eamdem, ne contriſtetur de aegrotatione Bleſillae —— XXXVIII.

LXXXIX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eamdem de Ephod, & Theraphin XXIX.

XC. pag. 139. Eiuſdem ad eamdem —— XXXIV.

XCI.

(1) In edit. *Evangelum.*
(2) In edit *Florentium.*
(3) In edit. *Caſtrutium.*

(4) In edit. *Sabinianum.*
(5) In edit. [illegible]
(6) In edit. [illegible]

Ordo Cod. *Ordo edit.*

xci. pag. 140. Eiuſdem ad eamdem — xxxii.

xcii. pag. ead. Eiuſdem ad eamdem (1) de Alphabeto Hebraico — xxx.

xciii. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eamdem de diapſalma — xxviii.

xciv. pag. 141. Eiuſdem ad eamdem de exitu Leae — xxiii.

xcv. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eamdem de vita Aſellae — xxiv.

xcvi. pag. 142. Eiuſdem ad Tyraſium de morte filiae ſuae. Exſtat inter Opuſcula Tom. XI. a pag. 261. ad pag. 264.

xcvii. pag. 143. *b.* Eiuſdem ad Paulam de dormitione Bleſillae conſolatoria — xxxix.

xcviii. pag. 145. *b.* Eiuſdem ad Principiam Virginem de vita Marcellae — cxxvii.

xcix. pag. 147. *b.* Eiuſdem de honorandis parentibus. Inter Opuſcula Tom. XI. a pag. 112. ad 113.

c. pag 148. *b.* Eiuſdem ad Euſtochium Virginem de tranſmiſſis muneribus — xxxi.

ci. pag. ead. Eiuſdem Praefatio Ruffini Presbyteri Librorum Periarchon, quos de Graeco tranſtulit in Latinum — lxxx.

cii. pag. 149. Pammachii & Oceani ad Hieronymum Presbyterum — lxxxiii.

ciii. pag. ead. *b.* Hieronymi ad Pammachium, & Oceanum fratres lxxxiv.

civ. pag. 152. Apologia quam pro ſe miſit Ruffinus ad Anaſtaſium urbis Romae Epiſcopum. Exſtat inter Opera Hieronymi cit. edit. Tom. II. a pag. 573. ad pag. 576.

cv. pag. ead. *b* Liber Sancti Hieronymi adverſus Ruffinum. Ibid. a pag. 531. ad pag. 572. lin. 18. deſinit enim in verbis: *loquuti ſunt falſa*. Titulum habet in editione: *Vltima reſponſio S. Hieronymi adverſus ſcripta Ruffini Presbyteri*. Notandum, ubi incipit Epiphanii Epiſtola ad Ioannem, (edit. pag. 552.) in Codice praemitti titulum rubricatum: *De Epiſtolis Epiphanii*.

cvi. pag 162. Eiuſdem ad Ruffinum Presbyterum Romae de iudicio Salomonis in ſectione parvulorum — lxxiv.

cvii. pag. 163. Eiuſdem ad Euſtochium de virginitate ſervanda — xxii. Huius Epiſtolae pars tantum occurrit etiam ſupra ſub num. lxxv.

cviii. pag. 175. Eiuſdem ad Demetriadem Virginem. Inter Opuſcula Tom. XI. a pag. 1. ad pag. 26. In calce paginae ſub initium huius Epiſtolae ſcriptum eſt ab alia manu antiqua: *Cave, quia iſta Epiſtola non eſt Beati Hieronymi, ut dicit Auguſtinus Epiſcopus, ſed Iuliani cuiuſdam haeretici Pelagiani, & ideo in ea ſunt multi errores Pelagianae haereſeos contra liberum voluntatis arbitrium*.

cix. pag. 184. Eiuſdem, Epitaphium Paulae — cviii.

cx. pag. 189. Eiuſdem Apologeticus ad Pammachium — xlviii.

cxi. pag. 193 *b.* Eiuſdem ad Oceanum de unius uxoris viro — lxix.

cxii. pag. 196. *b.* Tractatus Origenis ſuper Cantica Canticorum in Homilias II. diviſus, & ab Hieronymo translatus, praevia ipſius Hieronymi Epiſtola ad Damaſum. Tomo III. Operum Hieronymi cit. edit. a pag. 499. ad pag. 532.

cxiii. pag. 202. *b.* Auguſtini Epiſtola ad Hieronymum — ci.

cxiv. pag. 203. Hieronymi ad Auguſtinum — cii. In Codice deſinit in verbis, *vel doceremus aliqua, vel diſceremus*, quae ſunt poſtrema paragraphi 2.

cxv. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem — ciii.

cxvi. pag. ead. Auguſtini ad Praeſidium — cxi.

cxvii. pag. ead. Eiuſdem ad Hieronymum — cx.

cxviii. pag. 204. Eiuſdem ad eumdem — lvi.

cxix. pag. 205. Hieronymi ad Auguſtinum — cv.

cxx. pag. ead. *b.* Auguſtini ad Hieronymum — lxvii. In edit. eſt quatuor verſibus longior.

cxxi. pag. 206. *b.* Eiuſdem ad eumdem — civ.

cxxii pag. 207. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum — cxii.

cxxiii. pag. 211. Eiuſdem ad Marcellinum, & Anapſychiam — cxxvi.

cxxiv. pag. ead. *b.* Auguſtini Conſultatio ad Hieronymum de origine animae — cxxxi.

cxxv. pag. 215. Eiuſdem ad eumdem Conſultatio de verbo Iacobi: *quicumque totam legem ſervaverit &c.* — cxxxii.

cxxvi. pag. 217. *b.* Hieronymi ad Auguſtinum reſponſiva — cxxxiv.

cxxvii. pag. 218. Eiuſdem ad eumdem — cxli.

cxxviii. pag. ead. Eiuſdem ad eumdem — cxlii.

cxxix. pag. ead. Eiuſdem ad Alypium, & Auguſtinum — cxliii.

cxxx. pag. ead. *b.* Diſputatio de Ani-

(1) In edit. *ad Paulam*.

Ordo Cod. *Ordo edit.*

Anima. Inter Opuſcula Tom. XI. a pag. 246. ad pag. 255. ſub titulo: *Dialogus Hieronymi, & Auguſtini de origine animarum*. In principio huius Diſputationis notatum legitur in margine: *Haec Diſputatio haec eſt inſerta, quia ex dictis Hieronymi & Auguſtini praemiſſis de Anima eſt extracta.*

cxxxi. pag. 221. *b.* Hieronymi Epiſtola ad Riparium contra Vigilantium ———————— cix.
Haec Epiſtola bis eſt repetita, quum occurrerit etiam ſupra pag. 36. huius Codicis.

cxxxii. pag. 222. Eiuſdem Epiſtola ad Marcellam ———————— xxix.
Haec Epiſtola inc. *Nudiuſtertius quum CXVIII. Pſalmum tibi inſinuare conarer Effrayim ſcribitur mille centum argenti ſiclos &c.* Def. *& ſi imperitus ſum, inquit Apoſtolus, ſermone, ſed non ſcientia illi edrem* (1) *omnem moralem locum in eo eſſe comprehenſum*. Praeter prima verba, quae ſunt in principio Epiſtolae xxx reliqua uſque ad finem, exceptis ultimis verbis, ſunt pars Epiſtolae xxix. a pag. nimirum cit. edic. 139. lin. 25. uſque ad pag. 144. lin. 2. & 3. Haec Epiſtola xxix. habebatur integra in hoc ipſo Codice pag. 137. *b.*

cxxxiii. pag. 223. Prologus XI. Quaeſtionum ad Algaſiam. qui deerat ſuperius ad pag. Codicis 84. *b.*

cxxxiv. pag. ead. Reliqua pars Epiſtolae lxxv. ad Theodoram, quae deerat ſupra §. VII. a verbis: *neque ſcriptum eſt enim, erunt Angeli &c.* uſque ad finem.

cxxxv. pag. 224 Eiuſdem contra Iovinianum Libri duo, ut in Codice IX. Plut. XIX. Catal. Tomo I. pag. 513. §. XI.

II. pag. 256. Sancti Gregorii Nazianzeni Apologia tranſlata de Graeco in Latinum a Ruffino Presbytero, cum Praefatione, ut in Cod. XXXI. Plut. XVII. Catal. Tom. cit. pag. 355. §. I.

III. pag. 267. *b.* Eiuſdem de Natali Domini, ſive de Epiphaniis, ideſt de Feſto Nativitatis & Epiphaniae. Ibid. §. II.

IV. pag. 270. *b.* Eiuſdem de Luminibus, qui eſt de nudis Epiphaniis, ideſt de Baptiſmo Chriſti. Ibid. §. III.

V. pag. 274. Eiuſdem de Pentecoſte & de Spiritu Sancto Oratio dicta in Eccleſia Conſtantinopolitana. Ibid. § IV.

VI. pag. 277. *b* Eiuſdem in ſemetipſum de agro regreſſum Oratio. Ibid. §. V.

VII. pag. 280. *b.* Eiuſdem de Hieremia, dicta praeſente Imperatore, apud quem & intercedit pro quodam periclitante. Ibid. §. VI.

VIII. pag. 283. Eiuſdem de reconciliatione & vanitate Monachorum Sermo. Ibid. §. VII.

IX. pag. 286 *b.* Eiuſdem de grandinis vaſtatione, quum pater Epiſcopus reticeret Sermo. Ibid. §. VIII.

X. pag. 290. *b.* Eiuſdem Liber de Arianis; quod non licet ſemper, & publice de Deo contendere. Inc. *Ad eos qui in ſermone calleat ſermo nobis eſt, & de ſcripturis incipiam. Ecce ego ad te, inquit contumelioſa; ſunt etenim quidam auribus prurientes & lingua.* Def. *impugnemus Epicurum. Deum non ſentientem. Finit.* In editione Pariſienſi Operum Nazianzeni curante Iacobo Billio eſt Oratio XXXIII. & inſcribitur: *Oratio prima de Theologia, quae diſputationis adverſus Eunomianos eſt velut praeludium.* In Codice autem eſt in fine aliquanto contractior.

XI. pag. 292. *b.* Baſilii Caeſarienſis Epiſc. (2) Homiliae VII. nimirum:

i. De Pſalmo I. inc. *Omnis ſcriptura, divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum.* Def. *ex his quae audiſtis per gratiam D. N. I. C. cui &c.* In calce Tomi II. edit. Pariſ. MDCCXXII. fol. a pag. 713. ad pag. 717.

ii. pag. 295. *b.* De eo quod ſcriptum eſt: *attende tibi, ne forte fiat in corde tuo ſermo occultus iniqui.* Inc. *Sermonis uſum Deus nobis, qui nos creavit, indulſit.* Def. *ut poſſit attendere Deo.* Ibid. a pag. 717. ad pag. 722.

iii. pag. 298. *b.* De eo quod ſcriptum eſt in Evangelio: *hominis cuiuſdam divitis fructus uberes ager attulit.* Inc. *Duplex eſt tentationum ſpecies.* Def. *& ad praeparata pergatis regna caeleſtia, per eum, qui vos vocavit C. I. D. N. cui &c.* Ibid. a pag. 722. ad 726.

iv. pag 301. *b.* De Invidia. Inc. *Bonus eſt Deus, & dignus.* Def. *ſicut & Deus donavit nobis in C. I. D. N. cui &c.* Ibid. a p. 726. ad 730.

v. pag. 304 De Fide. Inc. *Dei quidem ſine intermiſſione eſſe memorem pium eſt.* Def. *nos derelinquere per gratiam D. N. I. C. cui &c.* Ibid. a pag. 739. ad pag. 740.

vi. pag. 305. In principium Proverbiorum Salomonis, quem dixit quum eſſet Presbyter iubente Epiſcopo. Inc. *Magna eſt obedientiae merces, & ideo obtemperemus ſummo Sacerdoti, & benigniſſimo Patri agones nobis quoſdam de eloquiis S. Spiritus proponenti.* Def. *quo reſtitueris ad illam quietiſſimam & tranquilliſſimam portam divinae voluntatis in C. I. D. N. cui &c.* Ibid. a p. 730. ad p. 738.

vii. pag. 311. De Pſalmo LIX. Inc. *Conſideranti mihi & providenti intentos ad audiendum animos veſtros.* Def. *confirmati & corroborati in ſpe noſtra, qui eſt Chriſtus I. D. N. cui &c.* Ibid. a pag. 742. ad pag 744.

XII. pag. 312. *b.* Anonymi Sermo de Ieiunio. Inc. *Canite tuba in initio menſis in* die

(1) In Codice vero iſta ita effertur, *edrem* lineola horizontali ſuper litteram *r* ducta.

(2) Haec omnia uſque ad finem in indice praemiſſo huic Voluminis manu Fratris Thedaldi, eidem Gregorio tribuuntur; ſed nos diligenti facta inquiſitione invenimus Homilias eſſe S. Baſilii Caeſarienſis Epiſcopi, a Ruffino tranſlatas.

Digitized by Google

dia inſignis ſolemnitatis noſtrae. Propheta praecipiebat populo Iſrael: nobis quoque ſuper omnem buccinae ſonitum, & ſuper omnem tubae clangorem adventum teſtatis, & medicinales animae dies adeſſe per Propheticas & Evangelicas Scripturas Spiritus Sanctus inclamat. Def. *qui eſt ſapientia Dei, & unigenitus Filius eius D. N. I. C. cui eſt gloria, & poteſtas cum Spiritu Sancto &c.*

XIII. pag. 313. *b.* De eadem quoque re ſecundus Sermo. Inc. *Habeant fortaſſe aliquid difficultatis illa praecepta.* Def. *ut miſericordes inventi & nos miſericordiam conſequamur a Chriſto rege, & iudice Deo noſtro, per quem eſt Deo Patri, cum Spiritu Sancto gloria & aeternitas in ſaecula &c. Explicit in Domino feliciter.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis & initialibus coloratis, in quo tam Epiſtolae, quam alia Opera S. Hieronymi, nec non Sermones S. Gregorii Nazianzeni ſub una eademque numerationis ſerie comprehenduntur, & Capitula inſeribuntur, quae ſunt numero CL. Codex num. 161. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 315.

PLVTEVS XVI. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

CODEX I.

B. AVGVSTINI EXPOSITIONIS PSALMORVM PARS PRIMA.

TItulus huius vetuſtiſſimi Codicis eſt litteris maiuſculis, & rubricatis, & quidem huiuſmodi: *In nomine Domini incipit Prologus in Pſalmorum* (1) *quem Auguſtinus conſtituxit* (2); utitur autem hoc principio: *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata.* Def. *ſed videamus tandem, quid etiam ipſa Pſalmorum indicent initia.* Poſt hunc Prologum alius ſubſequitur titulus in ipſam Pſalmorum Expoſitionem, ita: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Expoſitio Pſalmorum Beati Auguſtini.* Pſalmus I. inc. *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum. De Domino noſtro Ieſu Chriſto, ideſt homine Dominico accipiendum eſt.* Vltimus Pſalmus eſt LXXXII. cuius finem habes in Codice ſubſequenti, ubi altera huius Expoſitionis pars continetur, & quidem ita: *beatus homo qui ſperat in te. Converſi ad Dominum. O innocens, quid tibi defuerit ſi innocens propter Deum eris, quoniam ipſum Deum poſſides, qui auctor eſt omnium virtutum, qui das virtutes in innocentia perſeverantibus. Eſt ergo beatus qui ſperat in te Deus, Explicit de Pſ. LXXXII.* Habetur inter eius Opera ſtudio Monachorum S. Mauri Venet. per Io. Baptiſtam Albrizzi MDCCXXIX. ſeqq. fol. Tom. IV. a pag. 1. ad pag 890. Aliud huiuſce Expoſitionis Exemplar, & quidem in tres partes diſtributum, occurrit etiam in Codicibus I. II. & III. Plutei XIII. Bibliothecae Medicaeae, de quibus Catalogi Tom. I. pag. 37. & 38. ſed inita utriuſque collatione, hoc ab illo minime profluxiſſe comperimus.

Legitur in principio tabula Pſalmorum, manu Fratris Thedaldi de Caſa, cuius certe ſunt etiam rariſſimae quaedam correctiones, quae hinc inde obſervantur.

Codex membranac. Ms. in fol. maximo Saec. XI. binis columnis, elegantiſſimo charactere exaratus, cum titulis & textu Pſalmorum cinnabari expreſſis, num. 168. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 221.

B. AVGVSTINI EXPOSITIONIS PSALMORVM PARS ALTERA.

Cod. II. SEcunda pars Expoſitionis Aurelii Auguſtini, a Pſalmo nimirum LXXXIII. uſque ad CL. Inc. *Deprecati ſumus Dominum Deum noſtrum, ut oſtendat nobis miſericordiam ſuam, & ſalutare ſuum det nobis. Dictum eſt hoc quidem in prophetia, quum primum Pſalmi iſti dicerentur, & ſcriberentur.* Def. *& cymbala iubilationis bene ſonantia, quia conſonantia. Vos eſtis haec omnia, nihil vile heic, nihil heic tranſitorium, nihil ludicrum cogitetur; & quia ſapere ſecundum carnem mors eſt, omnis ſpiritus laudet Dominum. Amen. Aurelii Aug. Tractatus Pſalmorum CL. explicit. Amen.* Tomo IV. cit. a pag. 890. ad pag. 1698.

Codex membr. Ms. in fol. max. Saec. XI. binis columnis, ab eadem qua ſuperior manu diligentiſſime exaratus, & num. 169. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 196.

S. AV-

(1) Ita eſt in Codice: ſubintellige tamen *Librum*.
(2) Hic Prologus in Librum Pſalmorum Auguſtino in quibuſdam Codicibus, & in editis, tributus, ipſa eſt Baſilii ad eius Commentarium in Pſalmos Praefatio ex interpretatione Ruffini.

S. AVGVSTINI EXPOSITIONIS IN PSALTERIVM PARS.

Cod. III. S. Aurelii Auguſtini, egregii Doctoris, Expoſitio in partem Pſalterii, a Pſalmo nimirum quinquageſimo primo, uſque ad Pſalmum centeſimum. In Pſalmum LI. inc. *Pſalmus brevis eſt. de quo loquendum ſuſcepimus charitati veſtrae, ſed circulum habet aliquantulum negotioſum.* In Pſalmum C. deſ. *videte, quia non tacet, quia parcit, quia erogat miſericordiam; ſed cavete, quia venturum eſt iudicium.* Cit. Tom. IV. a pag. 475. ad pag. 1091.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XI. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 170. deſignatus, cuius ultima pagina tineis detrita eſt. Conſtat foliis ſcriptis 199.

S. AVGVSTINI IN EVANGELIVM IOANNIS EXPOSITIO.

Cod. IV. S. Aurelii Auguſtini in Ioannis Evangelium Tractatus CXXIV. qui in hoc Codice in duas Partes dividuntur. Praecedunt Capitulorum utriuſque Partis elenchi, hiſce titulis rubrica exaratis inſtructi. Primae Partis inſcriptio eſt: *In nomine Dei ſummi. Incipiunt Capitula in Expoſitione Evangelii Sancti Ioannis edita a Sancto Auguſtino, imprimis de Natale Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Concluſio vero: *Expliciunt Capitula Auguſtini* (LI.) *in Expoſitione ſuper Ioannem Partis primae.* Alterius Partis titulus ita habet: *Item incipiunt Capitula eiuſdem Auguſtini ſuper Ioannem Partis ſecundae a Coena Domini. uſque in finem. Haec in libello inferantur Homeliis Aurelii Auguſtini Expoſ. in Ioan. Evangelium, & unicuique lection. per haec Capita invenies adnotatas.* Concluſio vero ſic: *Expliciunt Capitula LXIX.* Tum ſequitur alius titulus maiuſculis item ac rubricatis litteris exaratus, qui totam implet paginam ita: *In Nomine Sanctae Trinitatis incipit Tractatus primus Beati Aurelii Auguſtini Epiſcopi in Evangelio ſecundum Ioannem.* Inde occurrit loco Prologi, initium Tractatus primi uſque ad verba: *quod lectum eſt ex Evangelio.* Homilia (1) prima Partis primae inc. *Intuentes quomodo audivimus ex lectione Apoſtolica.* Vltima deſ. *ambulando creſcimus, proficiendo ambulamus, ut pervenire poſſimus. Amen. Explicit Homilia LV. Partis primae.* Incidunt in Tom. III. Part. II. a pag. 289. ad pag. 653. Homilia prima (in edit. LV.) Partis ſecundae pag. 160. inc. *Coena Domini ſecundum Ioannem, adiuvante Domino, debitis eſt explicanda Tractatibus, & ut nobis poſſe donaverit explicanda. Ante diem &c.* Homilia XL. & ultima (in edit. CXXIV.) deſinit imperfecte in verbis: *omnibus igitur Sanctis ad Chriſti corpus inſeparabiliter pertinentibus, propter huius vitae procelloſiſſimae gubernaculum, ad liganda & ſolvenda peccata claves regni caelorum primus Apoſtolorum Petrus accepit . . . .* Ibid. a pag. 653. ad pag. 824. lin. 46.

Codex membranac. Ms. in fol. max Saec. XI. binis columnis, optime ſervatus, cum initialibus coloratis & figuratis, titulis vero maiori ac rubricata littera expreſſis, num. 171. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 234.

S. AVGVSTINI TRACTATVS IN IOANNEM.

Cod. V. ALiud S. Auguſtini Expoſitionis in Ioannis Evangelium Exemplar, ut in Codice IV. ſuperiore. Heic autem Homilia ultima perfecta eſt, & deſinit: *etiam ipſe compellerer meum terminare ſermonem. Amen. Explicit Expoſitio Aurelii Auguſtini in Evangelio ſecundum Ioannem. Amen.* Tum ſequitur manu Thedaldi de Caſa Tabula lectionum, quae ex dicta Expoſitione in Eccleſia per anni circulum recitari ſolebant.

Codex membranac. Ms. in fol. atlant. Saec. XI. binis columnis, cum initialibus figuratis, & titulis rubricatis, elegantiſſimo charactere exaratus & num. 172. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 240.

S. AVGVSTINVS DE CIVITATE DEI.

Cod. VI. S. Aurelii Auguſtini Doctoris de Civitate Dei Libri XXII. praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XLIII. & Praeſatione ſub titulo rubricato: *De adverſariis nominis Chriſti, quibus in vaſtatione Vrbis propter Chriſtum barbari pepercerunt*; quae inc. *Glorioſiſſimam Civitatem.* Deſ. *& facultas datur.* Liber I. inc. *Ex hac namque.* Vltimus deſ. *ſed Deo mecum gratias congratulantes agant.* Tomo VII, a pag. 1. ad pag. 702. Heic autem in fine litteris rubricatis legitur: *Aurelii Auguſtini Doctoris de Civitate Dei Liber explicit contra Paganos. Benedictus ſit Deus. Amen.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, & aliquot aureis, num. 173. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 194.

SS. AVGVSTINI, ET AMBROSII OPERA QVAEDAM.

Cod. VII. I. pag. 1. BEati Auguſtini Liber de Timore Domini. Inc. *Divinarum Scripturarum.* Deſ. *non ſolum ſit gravis,*

ſed

(1) Qui enim in editione *Tractatus* dicuntur, in Codice *Homiliarum* nomine deſignantur.

Digitized by Google

ſed etiam brevis. In cit. edit. Tom. V. Part. II. inter Sermones, ſub numero CCCL. & titulo *De Charitate*.

II. pag. ead. *b.* De Fide. Inc. *Recordamini nobiſcum*. Deſ. *niſi ante ſaneutur*. Ibid. Sermo CCCXLVI. inſcriptus *De peregrinatione noſtra in hac vita per fidem*.

III. pag. 2. De Timore. Inc. *Multa nobis*. Deſ. *regnum caelorum*. Ibid. Sermo CCCXLVII.

IV. pag. 3. *b.* Item de Timore. Inc. *Non dubita*. Deſ. *parcere cogeret*. Ibid. Sermo CCCXLVIII.

V. pag. 4. Eiuſdem Epiſtolae ad Romanos inchoata Expoſitio. Inc. *In Epiſtola*. Deſ. *iſte ſit modus*. In cit. edit. Tom. III. Part. II. a pag. 925. ad 942. ubi Retractatio praecedit ex Libro I. Cap. XXV. quae in Codice Expoſitionem ſubſequitur.

VI. pag. 9. Eiuſdem Liber Exhortationum ad quemdam comitem chariſſimum ſibi. Inc. *Frater mi, ſi cupias*. Deſ. *in aeternam beatitudinem una cum Sanctis & electis tuis aeternaliter regnare concedas, quia tibi eſt cum aeterno Patre & Spiritu Sancto una Deitas &c.* In Appendice ad Tom. VI. a pag. 193. ad 210.

XIX. pag. 135. Eiuſdem de Pugna Vitiorum Liber. Inc. *Quiſquis igitur cellulam cum Diabolo dimicaturus ingreditur.* Def. *ad aedificationem pervenies, domum non manufactam, aeternam in caelis.*

XX. pag. 138. *b.* Sequitur Caput anepigraphum, quod inc. *A Domino greſſus hominis diriguntur, & viam eius volet.* Def. *exaltatio mea redime me.*

XXI. pag. 150. B. Gregorii Papae Expoſitio ſuper Cantica Canticorum, cum Prologo, qui inc. *Quia ſi caeco, ſi longe a Deo poſitu.* Def. *quomodo deſideret, dicat.* Expoſitio inc. *Oſculetur me &c. Vox ſponſi inſpiratio Chriſti.* Def. *nos ipſos, & ſpiritum, & corpus debemus. Qui vivit &c. Explicit Expoſitio Cantici Canticorum ſecundum Beatum Gregorium Papam. Deo gratias. Amen.* Concordat quoad initium & finem eum edita inter eius Opera, Sixti V. Pont. Max. iuſſu diligentiſſime emendata atque aucta, & in Tomos VI. diſtributa, Rumae ex Typographia Vaticana MDLXXXVIII. ſeqq. in fol. Tom. II. a pag. 1196. uſque ad pag. 1231. Abiudicat tamen Gregorio Commentarium hunc Oudinus, ac Roberto tribuit Abbati S. Vigoris Baiocenſis, Ord. S. Benedicti, duorum Mss. Codicum auctoritate fultus, in quibus Epiſtola Roberti praemittitur *Ausfrido ſervo Dei inclaſo, dilectiſſimo ſuo &c.* inſcripta, ut videre eſt in eius Commentario de Scriptor. Eccleſ. Tom. I. pag. 1542. & 1543. qui deinde Tom. II. pag. 777. ſeqq. integrum hunc Commentarium in duos Libros diviſum, una cum praedicta Roberti Epiſtola Nuncupatoria io medium produxit.

XXII. pag. 169. *b.* Auguſtini de Agone Chriſtiano Liber, ut in Cod. III. huius Plutei ſupra pag. 504. §. XVI. ſed heic finis diſcrepat, & ita habet: *& aeternitas divinae providentiae.*

XXIII. pag. 172. Eiuſdem (2) Sermo de Quadrageſima. Inc. *Retinent adhuc ſenſus veſtri, fratres, nos haec ſuperiore Dominica praedicaſſe.* Def. *Diaboli exſtitere victores.* Eſt Sermo XX. & IV. de Quadrageſima, inter Sermones S. Ambroſio tributos in Append. Tom. II. Operum ſtudio & labore Monachorum S. Mauri Pariſ. per Ioannem Coignard MDCXC. fol. pag. 416.

XXIV. pag. ead. *b.* Alius. Inc. *Intellexiſſe vos credo, fratres, quum haec noſtra ieiunia illis manſionibus comparaverim.* Def. *amariora ſunt felle.* Ibid. pag. 417. Sermo XXI.

XXV. pag. 173. *b.* Alius. Inc. *Non uſque adeo contriſtari debemus, fratres.* Def. *et inferatur oblivio.* Ibid. pag. 419. Sermo XXII.

XXVI. pag. 174. Alius de Eleemoſyna, & muliere Samaritana Sermo. Inc. *Retinet veſtra dilectio, unde dies &c.* Vt in Cod. X. Plut. XIV. Catalogi Tom. I. pag. 105. §. XXIII.

XXVII. pag. 174. De ieiuniis Sermo. Inc. *Teſtimonium perhibet Sanctus Apoſtolus de Prophetis dicens &c.* Ibid. §. XXIV.

XXVIII. pag. 175. Alius. Inc. *Legimus in Prophetis &c.* Ibid. pag. 107. §. XLV.

XXIX. pag. 176. Alius item anepigraphos, qui eſt de Epiphania. Inc. *Dies iſta & feſtivitas &c.* Ibid. pag. 112. §. IC.

XXX. pag. 176. *b.* Auguſtini de vera Poenitentia Liber, ut in Cod. IX. Plut. XVI. ſupra pag. 497. §. II. ſub numero I.

XXXI. pag. 183. Eiuſdem Homilia de Igne Purgatorio. Inc. *In lectione autem Apoſtolica, quae a nobis paullo ante recitata eſt, fratres chariſſimi, audivimus Apoſtolum dicentem, quia fundamentum aliud nemo poteſt ponere.* Def. *inimicorum redimamus, praeſtante &c.* Eſt Sermo CIV. in Append. ad Tom. V. a pag. 185. ad pag. 188.

XXXII. pag. 184. *b.* Eiuſdem de decem Chordis Liber, ut in Cod. VIII. Plut. XVI. ſupra pag. 496. §. VII. Heic autem praecedunt ſequentes verſiculi:

Iſte liber modico tenuis ſit corpore quamvis,
Haud tamen exiguas fert ſibi, lector, opes;
Quas ta ſi caperis, diſcrimina mille valebis
Temnere, perpetua atque curere fame.
Auguſtinus adeſt bonus, hic athleta famoſus,
Denas qui chordas tangere rite docet.
Exempla iſtius fuerit quicumque ſequutus,
Hic poſſeſſor erit, a Paradiſe, tuus.

XXXIII. pag. 190. *b.* Macedonii Epiſtola ad Auguſtinum, quae eſt in cit. edit. Tom. II. pag. 523. Epiſt. CLII.

XXXIV. pag. 191. Auguſtini ad Macedonium. Ibid. pag. 524. Epiſt. CLIII.

XXXV. pag. 195. *b.* S. Ambroſii Epiſcopi

(1) Auguſtini nomen apponitur apertiſſime in titulo, licet in principio Libri legatur *Fr. Guido.*

(2) Qui hunc ſequuntur Sermones ſunt omnes auctoris nomine deſtituti.

pi de Moribus & Honeſta Vita Epiſtola. Inc. *Dilecte fili, dilige lacrymas*. Def. *vivendu cumtemnus*. Eſt Epiſtola IV. ex Ambroſianarum numero ſegregata, in Append. cit. ad Tom. II. a pag. 488. ad pag. 490.

XXXVI. pag. 196. S. Auguſtini de Immortalitate Animae Liber cum Retractatione, ut in Cod. VIII. Plut. XVI. ſupra pag. 496. §. IX.

In tegumento Codicis legitur:

Incola, ſi quaeris ſi civis (ſic) *amicus haberi,*
Annue ſermoni, vanis & diſce fateri,
Vtere quaeſiiis parce, vel diſce tueri.

Tum ſequitur index Opuſculorum, cum hoc monito: *In iſto Volumine parvo, & manuali continentur iſta Opuſcula Magni Aurelii Auguſtini ſanctiſſimi, eximii, & acutiſſimi Doctoris Eccleſiae, & fidei orthodoxae illuminatoris, & ſtrenui, ac fidelis expugnatoris perfidiae haereticorum. In primis &c.*

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. binis columnis, varia manu, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 85. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 205.

S. AVGVSTINI RETRACTATIONES, ANSELMI HOMILIA &c.

Cod. X.

I. pag. 1. IN principio occurrunt Teſtimonia quaedam de S. Auguſtino, quorum nonnulla bis repetuntur (1), & quidem hoc ordine: I. De Libro Virorum Illuſtrium Cap. CLXXIII. II. Iſidorus in decimo (2) Libro Etymologiarum Cap. VI. III. Caſſiodorus in primo Libro Inſtitutionum Divinar. Lectionum Cap. XXII. IV. De Hiſtoria Africanae perſequutionis ſcripta a Sancto Victore Epiſcopo. V. De Libro Virorum Illuſtrium Cap. CLXXIII. VI. Iſidorus in decimo Libro Etymologiarum Cap. VI. (3) VII. Caſſiodorus in primo Libro Inſtitutionum Divinarum Lectionum Cap. XXII. VIII. Sanctus Auguſtinus Ep. in quarto Libro Confeſſionum de ſe ipſo. IX. Item Beatus Auguſtinus in eodem quarto Libro. X. Item Beatus Auguſtinus in eodem IV. Lib. Confeſſionum. XI. De Hiſtoria Africanae perſequutionis ſcripta a Victore Sancto Epiſcopo. XII. Item de vita Beati Auguſtini Epiſcopi. XIII. Item de vita Beati Auguſtini ſcripta a Poſſidio Epiſcopo.

II. pag. 6. Eiuſdem Retractationum Libri II. ut in Cod. I. huius Plut. ſupra pag. 499. §. I. Heic autem praecurrit Capitum tabula, & fragmentum de eiuſdem Auguſtini vita, adſcripto in margine *vacat*, eo quod iam inter teſtimonia de eodem S. Epiſcopo adlata relatum ſit. Subſequitur deinde pag. 57. additio quaedam ad ſuperiores Libros, quae inc. *Item Libri qui poſt iſtorum emendationem a Sancto Epiſcopo Auguſtino conſcripti & editi ſunt, Retractationum ipſi Libri duo, Liber qui appellatur Speculum de teſtimoniis ſcripturarum*. Def. *eiſque ſubiungens reſponſiones ſuas*.

III. p. ead. De Vita S. Auguſtini ſcripta a Poſſidio Epiſcopo. Inc. *Tuum a Beato Auguſtino dictata & edita ſunt*. Def. *ſine invidia etiam ipſe tribuit* (4). Tum ſubiicitur Index Operum S. Auguſtini, & inc. *Contra Paganos. De Academicis Libri III.* Def. *de cura pro mortuis gerenda ad Dulcitium Lib. I. de Continentia Sermo I.* In Append. ad Tom. X. a pag. 281. ad p. 298. ſed non paucis cum varietatibus.

IV. pag. 65. *b*. De Vita S. Hieronymi Presbyteri, & de eius Operibus notitia. Inc. *Beatus Hieronymus armatus fide, gratiamque Chriſti adeptus, Hebraeorum volumina, quae in Canone continentur de Hebraeo in Latinum linguam vertit, eaque paene omnia commentatus eſt. Vt ergo Opera eius valde utiliter confecta breviter commemoremus, ſcripſit Vitam Paulli Monachi, Epiſtolarum ad diverſos Librum &c.* Def. *tandem poſt perfectam, placitamque converſationem, nonageſimo octavo aetatis ſuae anno apud Betlehem oppidum in pace quievit. Libros ſuos per L. & VI. annos confecit.* Non apparet inter Teſtimonia Veterum auctorum de S. Hieronymo, collecta a Cl. Dominico Vallarſio Operum Tomo XI. pag. 241. ſeqq.

V. pag. 66. De Operibus Bedae venerabilis Presbyteri notitia, cui praefigitur titulus: *De Hiſtoria gentis Anglorum*. Inc. *Beda, famulus Chriſti, & Presbyter Monaſterii Beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli, quod eſt ad Viremuda & Ingirvum, natus in territorio eiuſdem Monaſterii quum eſſem annorum ſeptem &c.* Def. *& parere ſemper ante faciem tuam*. Legitur in calce Epitomae Hiſtoriae Anglorum, Bedae Operum Tomo III. pag. 207.

VI. pag. 67. Narratio de Genealogia Sanctae Dei Genitricis Mariae, incipiens a verſu:

Tres tribus Anna viribus fertur peperiſſe Marias.

Def. *Eliſabeth Ioannem Baptiſtam, Sancta Maria Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

VII. pag. ead. *b*. Homilia Domni Anſelmi Cantuarienſis Archiep. in Evang. Luc. *Intravit Ieſus in quoddam Caſtellum &c.* cui praecurrit Praefatio, quae inc. *Quid ad glorioſam Virginem Dei Genitricem &c.* Def. *aggrediar ſcribere*. Homilia inc. *In Scriptura Sacra res una & eadem loquutionis invenitur diverſa ſignificare*. Def. *quae non auferetur ab ea, cuius & nos participes ſimus meritis & precibus eius per Ieſum &c.* Habetur in editione Operum, curante Gabriele Gerberon, Venetiis typis Ioſephi Coronae MDCCXLIV. fol. Tomo I. a pag. 253. ad pag. 255. Tandem pagina 71. recurrit formula quaedam orandi, *ſi diverſis tribulationibus afflictus ſis*. Praefigitur in-

(1) Id quum ſcriptor animadvertiſſet, ad prima tria teſtimonia, utpote bis exſcripta, notavit in margine *vacat*.

(2) Alia manus correxit *ſexto*.

(3) Alia manus correxit *VII*.

(4) Eſt fragmentum vitae S. Auguſtini a Poſſidio conſcriptae, quod legitur in Appendice ad Tom. X. Operum, cura Monachor. S. Mauri pag. 270. lin. 21. ſeqq.

index Opuſculorum ita : *Liber Retractationum Auguſtini ; Regiſtrum Librorum Auguſtini , Hieronymi , & Bedae ; Homilia Anſelmi ſuper illud Evangelium* : Intravit Ieſus in quoddam caſtellum . (1)

Codex membranac. Ms. in 8. quadrato Saec. XI. cum titulis & initialibus rubricatis, num. 188. deſignatus . Conſtat foliis ſcriptis 71.

FRANCISCI PETRARCHAE PSALMI POENITENTIALES, ANSELMI , ET AVGVSTINI QVAEDAM &c.

Cod. XI. I. pag. 1. Soliloquiorum animae ad Deum Liber unus anepigraphus. Inc. *Cognoſcam te , Domine , cognitor meus* . Deſ. *& reviviſcere facis , ut aquilae , canos meos* . In Append. Operum Auguſtini Tom. VI. a pag. 85. ad pag. 104.

II. pag. 37. Franciſci Petrarchae Poëtae Pſalmi Poenitentiales , Inc. *Heu mihi miſero* . Deſ. *ne corruam ſub extremis . Gloria &c.* Legitur in eorum calce : *Expliciunt Pſalmi Poenitentiales Petrarchae Poëtae* . Exſtant in editione Operum Petrarchae Henricpetrina fol. Tomo I. a pag. 369. ad pag. 371. Conſule Cl. Mehus in Vita Ambroſii Camaldulenſis pag. CCXXXVIII.

III. pag. 41. Orationes duae , ſine titulo , quarum prima inc. *Domine Ieſu Chriſte , Rex regum & Dominus dominantium , veritas immortalis , credo te firmiſſime nolle mortem peccatoris , ſed vitam &c.* Deſ. *& fac me pervenire ad tuam miſericordiam . Per te Ieſu Chriſte Salvator Mundi , qui vivis &c.* Altera inc. *Summe Sacerdos , & vere Pontifex , Ieſu Chriſte , qui te obtuliſti Deo Patri in ara Crucis hoſtiam puram &c.* Deſ. *neque ſitum in aeternum , qui cum Deo Patre &c.* Exſtat haec inter Orationes S. Anſelmi ſub num. XXIX. editionis Venetae curante Gabriele Gerberon Venetiis MDCCXLIV. fol. Tomo I. a pag. 374. ad pag. 376.

IV. pag. 47. S. Anſelmi Tractatus ſuper Evangelio in rhythmo . Praecedit quidam veluti Prologus , qui inc.

Deſere iam anima lectulum ſoporis .

Deſ.

Opus durum ſuſcipis , & iter amarum .

Tractatus inc.

Angelus ad Virginem a te deſtinatur ,
Per quem Incarnatio tua nuntiatur ;
At Virgo dum ſedula voce ſalutatur
Admirando ſeriem rei percunctatur .

Deſ.

Ex hoc Virgo poteris ſecure gaudere ,
Tibi nequit amodo dolor praevalere ;
Sed nec ultra Filio valet mors nocere ;
Pia nobis igitur mater miſerere .

Non reperimus inter eius Carmina in cit. editione .

V. pag. 51. Alius rhythmus (f. eiuſdem) , ad Mariam Virginem . Inc.

Gaude Virgo mater Chriſti ,
Quae per aurem concepiſti
Gabriele nuntio .

Deſ.

Ubi fructus ventris tui
Per te nobis datur frui
In perenni gaudio .

Tum ſequitur brevis Oratio ad eamdem .

VI. pag. 52. Epitaphium ſepulcri Domini Ioannis de Vicecomitibus Archiepiſcopi Mediolani . Inc.

Quam faſtus , quam pompa levis , quam gloria mundi
Sit brevis , & fragilis humana potentia quam ſit &c.

Sunt verſus hexametri XXXV. Probavit autem Cl. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. CCII. ſeq. hoc Epitaphium confectum fuiſſe a Gabrio , ſive Gabriele de Zamoreis IC. & Poëta Parmenſe , de quo multa in lucem protulit loc. cit. pag. CC. ſeqq. & pag. CCLVIII. ſeqq. At idem Cl. Mehus mihi ſignificavit , in Codice Bibliothecae S. Fridiani Lucenſis , cuius indicem menſe Octobris A. MDCCLX. ad eum miſerat D. Franciſcus Vbaldus Nobilius Abbas , & Canonicus Lateranenſis , poſt Epiſtolas , Orationes Libelloſque aliquot Poggii Bracciolini , reperiri inter cetera *Epigramma D. Ioannis Archiepiſcopi Mediolanenſis editum a Domino Franciſco Petrarcha* , quod inc.

Quam faſtus , quam pompa levis &c.

Hoc autem Carmen , ſive a Franciſco ſcriptum Petrarcha , ſive a Gabriele compoſitum Parmenſe , luci datum fuit publicae a Bernardino Corio in Hiſtoria Mediolanenſi pag. 450. editionis Patavinae anni MDCXLVI. 4. In hoc S. Crucis exemplo ad verſum

Per me obſeſſa fuit populo Florentia plena &c.

legitur notula ad oram Codicis : *Mentiris : immo fuit Scarparia* .

VII. pag. 53. S. Auguſtini Epiſcopi Tractatus ſuper Epiſtolam S. Ioannis Evangeliſtae , ut in Cod. VII. Plut. XVI. ſupra pag. 493. §. X.

VIII. pag. 103. *b.* Paſſio D. N. I. C. ſecundum Ioannem , & ſectiones quaedam Evangeliorum Matthaei , Marci , & Lucae . Accedit in fine tabula rerum notabilium , & Cycli Paſchalis , necnon nomina ſeptem dormientium . In ultimo tandem folio , quod pro Codicis cuſtodia inſervit , fragmentum quoddam occurrit Sermonis in laudem Beatiſſimae Virginis Mariae , argumento ſumpto ex iis ſalutationis Angelicae verbis : *Ave Maria gratia plena* .

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. cum titulis , & initialibus rubricatis , varia manu , ſed ut plurimum Fratris Thedaldi exaratus , num. 187. deſignatus . Conſtat foliis ſcriptis 106.

SS. AV-

(1) Memorat hunc Codicem Zachar. in Itin. Ital. pag. 99.

Digitized by Google

SS. AVGVSTINI, ET AMBROSII QVAEDAM.

Cod. XII. I. pag. 1. S. Aurelii Auguſtini Sermones X. in Epiſtolam S. Ioannis, ut in Codice VII. Plut. XVI. ſupra pag. 493. §. X. Heic clauduntur ita: *Explicitur Liber Sancti Auguſtini ex Epiſtola Sancti Ioannis de Charitate*.

II. pag. 103. S. Ambroſii de Apologia Sancti Patris David Liber, ut in Codice IV. Plut. XIV. Catalogi Tom. I. pag. 92. §. X.

III. pag. 128. Eiuſdem de Myſteriis Liber, ut in Cod. VI. Plut. XIV. Catalogi Tom. cit. pag. 97. §. XVIII. ubi inſcribitur *De initiandis Liber*.

IV. pag. 139. *b*. Eiuſdem de Sacramentis Libri VI. ut in Codice XXIII. Plut. XIV. Catalogi Tom. cit. pag. 143. §. IV. ubi *De Sacramentis Baptiſmi* inſcribuntur. In hoc tamen Codice Liber VI. deſinit, ut in editione ibi citata, ſcilicet in verbis: *& ad praemia virtutum pervenire poſſitis. Per Dominum &c.* Ibid. pag. 386.

Subiicitur tandem alia, ſed eiuſdem ferme aetatis manu, ſequens Oratio fere evanida: *Deus, qui B. Brandano Confeſſori tuo mirabili potentia expellendi venenum gratiam contuliſti, da famulis tuis in te credentibus, ut quidquid morſu vipereo vel mortifero praeoccupatum fuerit, per haec ſanctiſſima nomina beli, beloi, carus, carui . . . . . grammaton meritis ac precibus Beati Brandani liberari valeant.*

Codex membranac. Ms. in 8. quadr. Saec. X. rotundo ac perſpicuo charactere exaratus, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 189. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 165.

PLVTEVS XVIII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

CODEX I.

S. AVGVSTINI OPERA QVAEDAM.

I. pag. 1. DE Civitate Dei Acceptuarius, ſive Synopſis Librorum XXII. de Civitate Dei. Inc. *De Civitate Dei. Huius Libri diviſio patet per Aug. Lib. II. Retractationum. In hoc ergo Libro primo ponit Prologum, in quo oſtendit Operis huius cauſſam materialem.* Deſ. *pauperibus promittitur regnum caelorum, quia initium ſapientiae timor Domini.*

II. pag. 39. Beati Auguſtini de Trinitate Libri XV. praevia Retractatione ex Libro II. Capite XV. & Epiſtola ad Aurelium, ut in Codice V. Plutei XVII. ſupra pag. 506. §. VII.

III. pag. 114. *b*. Eiuſdem de Geneſi ad litteram Libri XII. praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XXIV. ut in Codice I. Plutei XVII. ſupra pag. 499. §. IV.

IV. pag. 180. Eiuſdem Enchiridion, ut in Codice IX. Plutei XVI. ſupra pag. 497. §. VII. Heic autem poſt verba: *de Fide, & Spe. & Charitate conſcripſi*, ſubiicitur Caput LXXII. inſcriptum *De Ligno Sanctae Crucis*, quod inc. *Tempore David Regis repetit quidam homo lignum in ſilva*. Deſ. *quam detulit Chriſtus in humeris ſuis, ſicut in ipſius Paſſione legitur*. Tum pag. 194. *b*. adduntur Capita VI. quorum tituli ſunt, I. *Duodecim abuſiones ſaeculi huius*, II. *De Sacramento altaris*, III. *De lectione Magiſtri Anſelmi Laudunenſis ſuper eadem re*, IV. *De Sacramento altaris*, V. *De ſignis propriis Adventus Iudicii*, VI. *De quindecim ſignis*.

V. pag. 195. Eiuſdem de Libero Arbitrio Libri III. ut in Codice V. Plutei XIII. ſupra pag. 429. §. IV.

VI. pag. 219. Eiuſdem de Confeſſionibus, ſeu Liber primus tantum de Poenitentia, ut in Codice IX. Plut. XVI. ſupra pag. 496. §. II.

VII. pag. 225. Eiuſdem de Doctrina Chriſtiana Libri IV. ut ibid. pag. 497. §. VIII. ſed heic ſine Retractatione & Prologo.

VIII. pag. 250. *b*. Eiuſdem de Gratia & Libero Arbitrio Liber, ut in Codice IV. Plutei XVII. ſupra pag. 504. §. II.

IX. pag. 258. Eiuſdem de Praedeſtinatione Sanctorum ad Proſperum, & Hilarium Liber. Inc *Dixiſſe quidem Apoſtolum ſcimus*. Deſ. *nimia longitudo*. Tom. X. Operum a pag. 789. ad pag. 820.

X. pag. 266. *b*. Eiuſdem de Fide ad Petrum, ut in Codice IX. Plutei XVI. ſupra pag. 497. §. VI.

XI. pag. 274. Eiuſdem de Vera Innocentia Liber. Ibid. §. V.

XII. pag. 284. Eiuſdem de Diſciplina Chriſtiana Liber, ut in Codice IX. Plutei XVII. ſupra pag. 520. §. VI. Heic tamen finis diverſus ita habet: *recole Evangelium, quod audiſti: Ego & Pater unum ſumus. Converſi ad Dominum*.

XIII. pag. 286. Eiuſdem de Fide & Operibus Liber, praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XXXVIII. ut in Codice IV. Plutei XVII. ſupra pag. 505. §. VIII.

XIV.

XIV. pag. 294. Eiuſdem de Dono Virginali Liber, praevia Retractatione ex Libro II. Cap. XXIII. Inc. *Librum de bono coniugali*. Deſ. *& omnes etiam pro nobis benedicite ſancti & humiles corde Dominum, hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſaecula*. Tom. VI. a pag. 341. ad pag. 368. ſub titulo: *De Sancta Virginitate Liber unus*.

XV. pag. 302. *b*. Eiuſdem de Bono Coniugali Liber. Inc. *Quoniam unuſquiſque homo*. Deſ. *propter Chriſtum coniuges, patres fuerant*. Ibid. a pag. 319. ad pag. 340.

XVI. pag. 307. *b*. Eiuſdem de Timore Domini, ut in Codice VII. Plutei XVI. ſupra pag. 492. § I.

XVII. pag. 308. Eiuſdem de Fide. Ibid. pag. 493. §. II.

XVIII. pag. ead. *b*. Eiuſdem de Timore. Ibid. §. III.

XIX. pag. 309. *b*. Eiuſdem item de Timore. Ibid. §. IV.

XX. pag. 310. Eiuſdem Retractationum Libri II. ut in Codice IV. Plutei XVII. ſupra pag. 505 § XI. Tum hic verſiculus:

Finito libro ſit laus & gloria Chriſto.

In principio legitur index Operum, in cuius fine praenotatur: *Sunt in univerſo XVII. Libri, & omnes completi: exceptus de Circumciſione, Acceptuarius, videlicet Liber Auguſtini de Civitate Dei*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis & initialibus coloratis, & cum Summariis, & notulis hinc inde margini adiectis, num. 190. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 328.

S. AVGVSTINI OPERA QVAEDAM.

Cod. II.

I. pag. 1. BEati Auguſtini de Quantitate Animae Liber, ut in Codice III. Plutei XVII. ſupra pag. 503. §. IV.

II. pag. 11. *b*. Eiuſdem de Origine Animae Liber. Inc. *Deum noſtrum, qui nos vocavit in ſuum regnum*. Deſ. *poſſe liberari*. Tom. II. Operum pag. 583. Epiſt. CLXVI. tum ſubiicitur. *Explicit Conſultatio Beati Auguſtini de Origine Animae ad B. Hieronymum ſcripta*.

III. pag. 14. Eiuſdem de Immortalitate Animae Liber, praevia Retractatione ex Libro I. Cap. V. ut in Codice VIII. Plutei XVI. ſupra pag. 496. §. IX.

IV. pag. 17. *b* Eiuſdem Retractationum Libri II. praevia Capitum tabula, ut in Codice I. Plutei XVII. ſupra pag. 499 §. I.

V. pag. 33. Eiuſdem de Vera Innocentia Liber, ut in Codice IX. Plutei XVI. ſupra pag. 497. §. V.

VI. pag. 41. Eiuſdem de Fide ad Petrum. Ibid. §. VI.

VII. pag. 47. *b*. Eiuſdem Enchiridion, praevia Capitum tabula. Ibid. §. VII.

VIII. pag. 58. Eiuſdem de octuaginta tribus Quaeſtionibus Liber, ut in Codice I. Plutei XVII. ſupra pag 499. §. II. ubi *De Diverſis Quaeſtionibus* inſcribitur.

IX. pag. 74. *b*. Eiuſdem de Eſſentia Divina Liber. Inc. *Omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, unus atque trinus*. Deſ. *ad opus inſtruae*. In Append. ad Tomum VIII. a pag. 67. ad pag. 72. ſub titulo: *De Eſſentia Divinitatis Liber unus*.

X. pag. 75. *b*. Eiuſdem de Vita Chriſtiana Liber. Inc. *Quid Chriſtianum agere conveniat*. Deſ. *niſi aut legentem inveniat, aut orantem*.

XI. pag. 77. Eiuſdem de Concordia Evangeliſtarum Libri IV. praevia Retractatione, ut in Codice IX. Plutei XVI. ſupra pag. 497. §. III.

XII. pag. 125. Eiuſdem de duodecim gradibus abuſionis. Ibid. §. IV. ſub S. Cypriani nomine.

In primo folio legitur: *Iſtud Volumen eſt ad uſum Fratris Bonaventurae Alberti de Florentia de Ordine Fratrum Minorum*. Tum ſequitur index Operum.

Codex membranac. Ms in fol. Saec. XIII. Ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis. & duabus rudi pennicillo depictis, quarum una B. Auguſtinum Monacho cuidam ante ſe genuflexo benedicentem repraeſentat. num. 191. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 128.

S. AVGVSTINI DE SERMONE DOMINI IN MONTE.

I. pag. 1. S. Auguſtini de Sermone Domini in Monte Libri II. praevia Retractatione ex Libro I. Cap. XIX. ut in Cod. III. Plut. XVII. ſupra pag. 503. §. VIII. Heic ultima verba ſecundi Libri alia antiqua manu ſuppleta ſunt. Cod. III.

II. pag. 65. Oſaurei Sancti Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi Liber de reparatione lapſi, ut in Cod. II. Plut. XVII. ſupra pag. 502. §. XVII. Heic tamen finis diverſus.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XI. elegantiſſimae ſcripturae, cum titulis rubricatis. & initialibus coloratis, num. 192. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 96.

S. AVGVSTINI OPERA VARIA, ET FR. AEGIDII DE COLVMNA QVAEDAM.

I. pag. 1. BEati Auguſtini de Incarnatione Verbi ad Ianuarium Libri II. Primus inc. *Species verae eorum, quae per praedicationem Apoſtolicam manifeſte traduntur, iſtae ſunt*. Alter deſ. *quum hic recipiantur*. In Append. ad Tomum VIII. a pag. 51. ad pag. 62. Cod. IV.

II. pag. 11. *b.* Eiuſdem de Inviſibilitate atque Incommutabilitate Dei Liber, ut in Cod. II. huius Plutei ſupra pag. 530. §. IX. ſub titulo *De Eſſentia Divina.*

III. pag. 16. *b.* Eiuſdem de Oratione Dominica Liber, ut in Codice III. Plutei XII. Catalogi Tom. I. pag. 6. §. VI.

IV. pag. 24. Eiuſdem de Fide Sanctae Trinitatis Libri II. Ibid. §. VII.

V. pag. 31. *b.* Eiuſdem de Fide rerum inviſibilium Liber. Inc. *Sunt qui putant Chriſtianam religionem.* Deſ. *in littore ſeparari.* Operum Tomo VI. a pag. 141. ad pag. 150.

VI. pag. 35. *b.* Eiuſdem de Patientia Liber. Inc. *Virtus animi, quae Patientia dicitur.* Deſ. *donum eſt charitatis.* Ibid. a pag. 533. ad pag. 546.

VII. pag. 39. Eiuſdem de ſingularitate Clericorum Liber, ut in dicto Codice III. Plut. XII. Catalogi Tom. cit. pag. 7. §. X

VIII. p. 55. *b.* Eiuſdem contra Quaeſtiones Adamantii Manichaei diſcipuli Liber. Inc. *De eo quod ſcriptum eſt: in principio fecit Deus caelum & terram.* Deſ. *ab errore vincuntur.* Tom. VIII. Operum a pag. 111. ad pag. 150.

IX. pag. 73. *b.* Eiuſdem Liber de geſtis Pelagii contra adverſarios Gratiae D. N. I. C. Inc. *Poſteaquam in manus veſtras.* Deſ. *plurimis notior.* Tom. X. a pag. 191. ad pag. 228.

X. pag. 89. *b.* Concilium Carthaginis contra Pelagium, vel Caeleſtinum diſcipulum eius. Inc. *Domino beatiſſimo & honorandiſſimo Sancto Fratri Innocentio Aurelius, Numidius, Ruſticianus &c. qui in Concilio Carthaginis Eccleſiae adfuimus. Quum ex more ad Carthaginenſem Eccleſiam ſolemniter veniſſemus.* Deſ. *unde omnes in Dei miſericordia gaudeamus.* Tom. II. pag. 617. Epiſt. CLXXV.

XI. pag. 91. Innocentii Papae Vrbis Romae ad eumdem Aurelium Epiſtola. Inc. *Innocentius Aurelio, Numidio &c. In requirendis Dei rebus* (1). Deſ. *tranſmiſiſſe* (2): *& alia manu, bene valete, fratres: & ad Imus: Data VI. Kal. Febr. poſt Conſ. Theodoſii Aug. ſepties & Iunii quarti Palladis V. C.* Ibid. pag. 635. Ep. CLXXXI.

XII. pag. 93. Concilium Millevitanum. Inc. *Domino beatiſſimo meritoque venerabili honorando Papae Innocentio Silvanus, Valentinus &c. ex Concilio Millevitano in Domino ſalutem. Quae* (3) *ſe Dominus gratiae ſuae munere.* Deſ. *ſcripſiſſe comperimus.* Ibid. pag. 620. Ep. CLXXVI.

XIII. p. ead. *b.* S. Innocentii Epiſc. ad idem Concilium Epiſtola. Inc. *Innocentius Silvano, Valentino &c. Inter ceteras Eccleſiae Romanae curas.* Deſ. *ſpiculis malae diſputationis armavit.* Ibid. pag. 638. Ep. CLXXXIII.

XIV. pag. 95. B. Auguſtini ad Marcellinum de Baptiſmo parvulorum fragmentum. Inc. *Clariſſimo filio Marcellino Auguſtinus Epiſcopus, ſervus Chriſti, ſervorumque Chriſti in Domino ſalutem. De Quaeſtionibus, quas mihi propoſueras.* Deſ. *ſicut eum qui noverunt, loquuntur bonum........* Tom. X. a pag. 71. ad pag. 73. lin. 21. & eſt initium Libri III. *De peccatorum meritis, & remiſſione, & de baptiſmo parvulorum.* Tum ſubiicitur in Codice *Exemplum Edicti*, quod inc. *Iunius quartus, Palladius Monaxio, & Agricola iterum VV. CC. Praefecti Praetorio dicunt in Pelagium atque Caeleſtium &c.*

XV. pag. 96. Eiuſdem Fides. Inc. *Audi ergo iam fidem meam.* Deſ. *& plura quidem dici poſſunt, & diligentius diſputari. Explicit.* Eſt pars Epiſtolae CCXXXVIII. ad Paſcentium Tomo II. a pag. 856. §. X. uſque ad initium §. XXVI. pag. 860.

XVI. pag. 109. Eiuſdem de viſitatione infirmorum Libri II. Primus inc. *Viſitationis gratia nepoti meo chariſſimo morienti extremum vale dicturus, heſterna die proceſſi.* Alter deſ. *ſuſtificatus ab eo, qui vivit &c.* In Append. ad Tom. VI. a pag. 253. ad pag. 260.

XVII. pag. 115. *b.* Eiuſdem Liber de decem plagis. & decem praeceptis, ut in Codice VII. Plutei XVI. ſupra pag. 494. §. XV.

XVIII. pag. 117. *b.* Auguſtinus de lapſu mundi, ſeu potius Sermones XXV. qui fere omnes inter eius Sermones editos in Tomo V. occurrunt, & quidem hoc ordine:

Ordo Codicis — *Ordo edit.*

I. pag. cit. inc. *Omnis homo &c.* LX.

II pag. 120. inc. *Scripturn, quae modo in auribus veſtris lecta eſt admonuit nos.* Deſ. *& qui ſe humiliat exultabitur.*

III. pag. 123. inc. *Duo ſunt quae in hac vita velut laborioſa praecipiuntur a Domino.* Deſ. *ubi nullum timeas inimicum* ———————— XXXVIII. Huius tamen Sermonis in editione finis eſt diverſus.

IV. pag. 125. inc. *Non dubito, dilectiſſimi fratres &c.* ———————— CCCXLVIII.

V. pag. 126. inc. *Potiſſima patris noſtri Abrahae fides reddita nobis.* Deſ. *erit ergo illic ſabbatum ſabbatorum, ut quod hic deſideramus,*

VI. pag. 132. inc. *Audivimus, & contremuimus &c.* ———————— XXII.

VII. pag. 134. *b.* inc. *Divinae lectiones omnes &c.* ———————— CLXX.

VIII. pag. 137. inc. *Interrogati Iudaei &c.* ———————— XCI.

IX. pag. 139. inc. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, fratres, quoniam &c.* CCCXLI.

X. pag. 141. *b.* inc. *Quoniam Domino gubernante &c.* ———————— LXV. Ap.

XI. pag 142. *b.* inc. *Ieſus filius Mariae in eremo pugnabat &c.* ——— CCCLXXXII.

XII.

(1) In edit. *In requirendo de his rebus.*
(2) In edit. *praeteriiſſe.*
(3) In edit. *Quia.*

Digitized by Google

Ordo Cod. *Ordo edit.*

XII. pag. 143. *b.* inc. *Erudimini omnes &c.* — XIII.

XIII. pag. 145. *b.* inc. *Cantavimus Domino &c.* — XIV.

XIV. pag. 147. inc. *Decorem domus Dei &c.* — XV.

XV. pag. 149. *b.* inc. *Lectiones divinorum eloquiorum &c.* — XLVIII.

XVI. pag. 151. inc. *Lectiones ſanctas plures &c.* — XLIX.

XVII. pag. 153. *b.* inc. *Apoſtolum Petrum &c.* — CXLVII.

XVIII. pag. 154. inc. *Lectio divina &c.* — CLI.

XIX. pag. 156. inc. *De charitate nobis &c* — CCCXLIX.

XX. pag. 157. *b.* inc. *Evangelica lectio, quae modo perſonuit &c.* — LXXXV.

XXI. pag. 159. inc *Quaeſtionem propoſitam Iudaeis &c.* — XCII.

XXII. pag. ead. *b.* inc. *Domini fratres, & coëpiſcopi &c.* — XCIV.

XXIII. pag. 160. inc. *Qui Deum timetis &c.* — CVII.

XXIV. pag. 161. inc. *Poenitentes, poenitentes &c.* — CCCXCIII. Hic Sermo in fine eſt aliquantum diverſus.

XXV. pag. 162. inc. *Multa nobis, fratres &c.* — CCCXLVII. Hic ultimus Sermo deſinit in verbis: *de quibus in primo gradu poenitentiae dolore fleverunt*, quae incidunt in pag. 1341. §. III. lin. 17. Tum ſubditur: *Explicit Auguſtinus de lapſu mundi. Deo gratias. Amen.*

XIX. pag. 164. Sequuntur alia manu continuationes ſuper Librum Canticorum editae a Fratre Aegidio Ordinis Fratrum Eremitarum, praevio Prologo, qui inc. *Sonet vox tua in auribus meis &c.* Deſ. *ad expoſitionem litterae.* Expoſitio inc. *Oſculetur me &c. Intentio principalis huius Operis eſt &c.* Deſ. *dignetur nobis dare Deus, qui eſt benedictus in ſaecula. Explicit ſententia ſuper Libro Canticorum dans ſenſum continuum in eodem, ut ſupra.* Occurrit etiam in Cod. VIII. Plutei VIII. ſupra pag. 380. §. II. ſed ſine nomine auctoris.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. exeuntis, duplici manu, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, & indiculo in principio, num. 193. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 195.

S. AVGVSTINI SERMONES, AMBROSIVS SVPER APOCALYPSIM &c.

Cod. V. I. pag. 1. AVguſtini Liber de Verbis Apoſtoli, ſeu potius Sermones XXIV. qui hoc ordine progrediuntur:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. De Corpore & Sanguine Domini, & de verbis Apoſtoli: *cum timore, & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini.* Inc. *Audivimus veracem magiſtrum &c.* Extat in Tomo V. ſub num. — CXXXI.

II. pag. 3. inc. *Omnium Chriſtianorum ſpes &c.* — CIX. App.

III. pag. 4. inc. *Si conſideremus, fratres, ante gratiam Domini &c.* — CLXIII.

IV. pag. 6. *b.* inc. *Audivimus concorditerque &c.* — CLIII.

V. pag. 9. *b.* inc. *Heſternam lectionem de Apoſtoli Paulli Epiſtola &c.* CLIV.

VI. pag. 13. inc. *Heſterna lectio ſancti Apoſtoli &c.* — CLV.

VII. pag. 16. inc. *Apoſtolum audivimus, pſalmum audivimus &c.* — CLXV.

VIII. pag. 18. inc. *Audivimus beatum Apoſtolum Paullum dicentem &c.* CLXXIV.

IX. pag. 20. inc. *Quod lectum eſt modo &c.* — CLXXV.

X. pag. 22. inc. *De divinis lectionibus &c.* — CLXXVI.

XI. pag. 23. *b.* inc. *Pſalmus, quem cantavimus Deo &c.* — XXVI.

XII. pag. 26. inc. *Sine dubio, fratres &c.* — XXX.

XIII. pag. 28. inc. *Verbi Dei altitudo &c.* — CLVI.

XIV. pag. 31. inc. *Inter cetera, quae dicenda videbantur ad baptiſmum parvulorum noſter ſermo deductus eſt.* Deſ. *qua diligentia poſtea non erit impietas. Converſi &c.*

XV. pag. 35. *b.* inc. *Ad Apoſtolicam lectionem aures &c.* — CLXIX.

XVI. pag. 39. *b.* inc. *Apoſtolum beatum audivimus exhortantem &c.* — CLVIII.

XVII. pag. 41. inc. *Heſterno die de iuſtificatione noſtra &c.* — CLIX.

XVIII. pag. 43. inc. *Apoſtolum audivimus, quum legeretur &c.* — CLXI.

XIX. pag. 45. *b.* inc. *Beati Apoſtoli Epiſtola quum legeretur &c.* — CLXXVIII.

XX. pag. 48. inc. *Quomodo ianua &c.* — XXVII.

XXI. pag. 49. *b.* inc. *Quia lex veteris teſtamenti cuſtodita timorem habebat.* Deſ. *quum infirmum debeamus diligere propter Chriſtum.*

XXII. pag. 51. inc. *Omnes nos per Apoſtolum &c.* — CLXIV.

XXIII. pag. 53. *b.* inc. *Sicut Apoſtolum dixiſſe meminit &c.* — CLVII.

XXIV. pag. 55. inc. *Apoſtolum, quum legeretur audiſtis &c.* — CLXVII. Tum ſubiicitur rubrica: *Expliciunt Sermones Beati Auguſtini de Verbis Apoſtoli.*

II. pag. 56. Eiuſdem de Mirabilibus Sacrae Scripturae Libri III. praevia Capitum tabula, & Epiſtola ita inſcripta: *Veneratiſſimis Vrbium & Monaſteriorum Epiſcopis. &*

Preſbyteris moxime Carthuginenſium Auguſtinus per omnia ſubiectus optabilem in Chriſto ſalutem &c. Inc. *Beatiſſime, dum adhuc viveret mei Patris Euſebi*. Deſ. *occaſione aliqua non faſtidiant*. Liber primus inc. *Quum omnipotentis Dei auxilio de mirabilibus rerum inprimis ſtructure ſermonem incipiamus*. Tertius deſ. *& ceteri exemplo huius caſtigurentur*. In Append. ad Part. II. Tomi III. a pag. 985. ad pag. 1016.

III. pag. 80. Sequuntur alia manu eiuſdem Meditationes (1). Inc. *Domine Deus meus da cordi meo te deſiderare &c.* & progrediuntur uſque ad Caput X. incluſive. In Appendice ad Tom. VI. a pag. 107. ad pag. 111.

IV. pag. 83. *b.* Meditatio excitans animam ad quaerendum Deum & inveniendum. Inc. *Eia nunc homuncio &c.* Eſt Meditatio XXI. in editione Operum S. Anſelmi curante Gabriele Gerberon, Venetiis per Ioſephum Coronam MDCCXLIV. fol. Tom. I. pag. 338. ſed in fine aliquantum diverſa.

V. pag. 84. *b.* Sequuntur aliae Meditationes, & Orationes numero XX. ſub Auguſtini nomine. quarum prima inc. *Deus meus, & Dominus meus, ſpes mea, & gaudium cordis mei*. Vltima deſinit imperfecte in verbis: *incomprehenſibilis, nullius indigens, ipſe ſibi ſufficiens, magnus Deus* .... adnotato in calce paginae ab alia manu *deficit*. Inter has pag. 90. *b.* occurrit Hymnus de Gloria Paradiſi (2), qui inc.

Ad perennis vitae fontem
Mens ſitivit arida.

Deſ.

Teque merear potiri
Sine ſine praemio. Amen.

VI. p. 92. Eiuſdem ſuper Cantica Canticorum Liber, cum Prologo, qui inc. *Salomon inſpiratus Divino Spiritu compoſuit hunc libellum de Nuptiis Chriſti & Eccleſiae &c.* Expoſitio inc. *Oſculetur me &c. Deſiderantis vox eſt Synagogae adventum Chriſti*. Deſ. *quum homo fieri volens, ſe hominibus praebuit, incomprehenſibilis voluit comprehendi*.

VII. pag 118. *b.* Collationes VII. de morte, ſine nomine auctoris. Inc. *Conſummatus in brevi explevit tempora multa. Sap. Philoſophus dixit: in tria tempora vita dividitur*. Deſ. *cinis & cilicium ſunt arma poenitentium; unde verſus:*

Impoſito cineri capiti ſubeant tibi quinque,
Mors, crux cum ſcelere ſubmiſſo debilitaſque,
Sextu ſit iuventu veteri pro crimine poena.

VIII. pag. 122. Excerptum ex Ambroſio ſuper Apocalypſi de expoſitione duodecim Lapidum pretioſorum. Inc. *Fundamentum primum in Eccleſia eſt iaſpis*. Deſ. *ſicut vitrum pellucidum*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. triplici manu, binis columnis, cum indiculo in principio, titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 194. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 122.

S. AVGVSTINI OPERA QVAEDAM.

I. pag. 1. DIalogus Aurelii, & eximii Doctoris, beatiſſimi Patris noſtri Auguſtini (*ſic*) ad Paullum Oroſium (3), ſeu, ut inſcribitur in editione, *Quaeſtionum LXV. Dialogus ſub titulo Oroſii percontantis, & Auguſtini reſpondentis*, ut in Codice III. Plutei XVII. ſupra pag. 504. § XII. Tum ſequitur Octaſtichon illud elegiacum, proſae tamen adinſtar exaratum, & mendis ſcatens, in laudem Auguſtini, quod occurrit in Codice IX. eiuſdem Plutei XVII. ſupra pag. 522. §. XXXII. Cod. VI.

II. pag. 21. *b.* Eiuſdem Liber ad Paullinum Epiſcopum de cura agenda pro mortuis, ut in Cod. VIII. Plutei XVI. ſupra pag. 495. §. VI. In fine: *Explicit Liber Beati Auguſtini Epiſcopi ad Paullinum Epiſcopum de cura agenda pro mortuis, quem ſcripſit pro ſuo uſu Frater Chriſtophorus de Vulterris Lector Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini. Amen.* Inferius vero hoc monumentum: *Iſte Liber eſt Fratris Paſquini Laurentii de Vulterris Fratrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini eiuſdem Civitatis*.

Pro Codicis cuſtodia compacta ſunt octo folia, quatuor in principio, totidemque in fine, quibus continetur fragmentorum Expoſitionis in varia loca Prophetarum, manu ſaeculi XII.

Codex membranac. Ms in 8. maiori Saec. XIV. ineuntis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 195. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 34.

S. AVGVSTINI. HVGONIS, SENECAE, LOTHARII CARD. ET ALIORVM QVAEDAM.

I. pag. 1. S. Auguſtini Liber de Aedificatione Orthodoxae Fidei, ut in Codice IX. Plutei XVII. ſupra pag 519. § III. ſub titulo *De Eccleſiaſticis Dogmatibus*; ſed heic Tractatus multo eſt longior, nam poſt verba, *& ſimilitudinem in moribus inveniri*, in quibus in illo deſinit, in hoc progreditur per alia Capita VIII. ſuis inſtructa titulis, quorum primum, quod in ſuperiorum continuatione Capitum eſt XLI. inſcribitur: *Obſervatio a communione bibendi*, & inc. *Plerique boni Chriſtiani propterea tacent,* ut Cod. VII.

(1) Ex tituli verbis rubricatis: *Expliciunt Lamentationes Anſelmi. Incipiunt Meditationes Auguſtini*, eruimus hanc alterius eſſe Codicis partem.

(2) Eſt Caput XXVI. Libri Medit. in Append. ad Tom. VI. pag. 117.

(3) Ita habet titulus in calce Operis appoſitus; nam in principio eſt anepigraphum.

ut ſufferant aliorum peccata, quae noverunt, quia documentis ſaepe deſeruntur. Vltimum, nempe XLVIII. cui titulus *De Motu*, deſ. *nam quis alius noſter eſt finis, niſi pervenire ad regnum, cuius nullus eſt finis?*

II. pag. 7. Regula Clericorum Beati Auguſtini, cum Commento, ſeu Expoſitione Hugonis de Sancto Victore. Textus inc. *Ante omnia &c.* Comment. inc. *Ad hoc nobis divina praecepta leguntur, quatenus lecta intelligantur; intellecta, opere compleantur.* Textus deſ. *non inducantur.* Comment. deſ. *colitur autem ſacrificio laudis, actionibuſque gratiarum, ut cultor eius non in ſe ipſo, ſed in illo glorietur.* In editione Operum Hugonis de S. Victore ſtudio, & induſtria D. Thomae Garzonii Moguntiae per Ant. Hierat MDCXVII. fol. Tom. II. a pag. 4. ad pag. 19. Sequitur deinde pag. 28. alia manu excerptum de multiplici poteſtate Baptiſmi.

III. pag. 29. Eiuſdem Aurelii Auguſtini de Vera Innocentia Liber, ut in Cod. IX. Plut. XVI. ſupra pag. 497. § V.

IV. pag. 47. *b.* Senecae Epiſtolae ad Lucilium num. CXXIV. inter quas pag. 52. *b.* & ſeqq. inſeruntur etiam aliae Epiſtolae XIV. mutuae ipſius Senecae ad Paullum, & Paulli ad Senecam, Hieronymi teſtimonium de Seneca, & ipſius Epitaphium, ut alibi. In calce vero ſubiiciuntur Summaria uniuſcuiuſque Epiſtolae, hoc praemiſſo titulo rubricatis litteris exarato: *Capitula & rubricae Epiſtolarum Annaei Lucii Senecae, qui fuit mentis colonus, & cultor morum, Philoſophiae moralis ſtudioſiſſimus aemulator, & beatiſſimo Paullo a puero mira familiaritate coniunctus, ad amicum ſuum Lucillum hos morales fecit Epiſtolas mira exhortatione diſtinguens moralem Philoſophiam.*

V. pag. 212. Excerpta varia, utplurimum moralia, ex Plauti Captivis, & Gurgulione, ex Ambroſii Hom. V. in Hexaëmeron, & ex Libris de Officiis, ex Hieronymi Epiſtolis, & Perſii Satyris.

VI. pag. 215. Sequuntur aliae duae Epiſtolae Senecae, quarum prima initio mutila; altera eſt ad Lucilium de Liberalibus Artibus, quae ob Codicem male compactum ex ſuo loco avulſae ſunt.

VII. pag. 218. *b.* Eiuſdem de Fortuitis Bonis Liber, ut in Cod. XXXVIII. Plutei LXXVI. Catalogi Tom. III. pag. 109. §. III. ubi *De Remediis Fortuitorum* inſcribitur.

VIII. pag. 222. Lotharii, licet nomen non appareat, Liber de Miſeria Humanae Conditionis, in tres partes diviſus, praevia Epiſtola *Domino Patri Reverendiſſimo divina dignatione Portuenſi Epiſcopo &c.* ut in Codice XXVII. Plut. XII. Catal. Tom. I. pag. 32. §. XII. ſub titulo *De contemptu Mundi.*

IX. pag. 233. Sequuntur Sermones varii anepigraphi, & praedicabilia quaedam; unus pag. 238. inſcribitur *De proprietatibus linguae, ſive Sermo contra iracundiam*, & inc. *Lingua eſt refraenanda, quia lingua eſt univerſitas iniquitatis &c.* Deſumpta autem ſunt haec Praedicabilia ex Patribus Bernardo, Auguſtino, Gregorio, Hierunymo, Seneca, Beda, Anſelmo &c.

X. pag. 245. Quaeſtionea variae, partim phyſicae, partim metaphyſicae, Magiſtri Roberti Groſſetet, ut eruitur ex epigraphe in ipſarum calce appoſita. Harum principium, quum ſint mutilae, non damus. Finis vero ita habet: *Iſtas tamen Quaeſtiones ideo numeravimus, ne crederet quis fatuus nos cuncta dixiſſe, quae circa liberum arbitrium eſſent dicenda; & hoc ideo quia diu de hac materia diſputavimus. Expliciunt Quaeſtiones Magiſtri Roberti Groſſetet.* Tum ſubiicitur alia *Quaeſtio* (item metaphyſica) *Magiſtri Raudulphi de Heam.*

XI. pag. 263. Alius Sermo anepigraphus in illa verba: *Non erit heres filius ancillae cum filio liberae.* Inc. *Chariſſimi, legitur in hodierno Evangelio, quod Dominus multas gentes multiplicavit paucis panibus paverit.* Deſ. *talis ergo eſt hereditas filii liberae, quam nobis praeſtare dignetur, qui vivit &c.*

XII. p. 266. Codicem claudunt Explanationes variae in quaedam loca Pſalmorum; Excerpta ex Auguſtino, & Hugone; Declaratio Orationis Dominicae; necnon pag. 270. *b.* Carmina quaedam Gallica Provincialia.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIII. varia manu, difficillimis & breviatis litteris exaratus, & num. 196. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 272.

SS. AVGVSTINI, GREGORII NAZIANZENI, ET AMBROSII OPERA QVAEDAM &c.

I. pag. 1. S. Auguſtini de decem Chordis Liber, ut in Codice VIII. Plut. XVI. ſupra pag. 496. §. VII. *Cod. VIII.*

II. pag. 13. Eiuſdem de Vita Contemplativa, & Activa Liber, ſeu Libri III. (1). Primus inc. *Contemplativa vita.* Tertius deſ. *& ab ipſo ea perditio, qua perire alium cupit incipiat.* In editione Operum D. Proſperi Coloniae Agrippinae MDCXXX. 8. a pag. 187. ad pag. 294. uſque ad Caput XXX. excluſive. Reliqua enim Capita uſque ad finem Libri in Codice deſiderantur.

III. pag. 34. S. Gregorii Nazianzeni Apologeticus ex Graeco in Latinum translatus a Ruffino Presbytero, ut in Cod. XXXI. Plut. XVII. Catalogi Tom. I. pag. 355. §. I. ubi finis diverſus; heic autem in varias ſectiones, adpoſitis unicuique titulis rubricatis, dividitur, quarum ultima inſcripta: *Exemplum, quod valet ad ſuadendum*, deſ. *ſed quia adhuc verbis prolixioribus opus eſt, habetis iam vos, o Paſtores, & Compaſtores &c.*

IV.

(1) Alia manus addidit: *Iſte Liber eſt Proſperi, & non Auguſtini.*

IV. pag. 49. *b.* Eiuſdem de reconciliatione Monachorum Oratio. Ibid. pag. 356. §. VII.

V. pag. 55. *b.* Eiuſdem de grandinis vaſtatione, quum Pater Epiſcopus reticeret. Ibid. §. VIII.

VI. pag. 61. Eiuſdem de Hieremia Propheta Oratio dicta praeſente Imperatore, apud quem intercedit pro quodam periclitante. Ibid. §. VI.

VII. pag. 64. *b.* Eiuſdem in ſemetipſum de agro regreſſum ad fratres ſuos, quos ad tempus reliquerat. Ibid. § V.

VIII. pag. 70. Eiuſdem de Epiphaniis, ſive de Natale Domini. Ibid. pag. 355. §. II.

IX. pag. 74. *b.* Eiuſdem de Luminibus, quod eſt de ſecundis Epiphaniis. Ibid. §. III.

X. pag. 79. Eiuſdem de Pentecoſte de Spiritu Sancto dicta in Eccleſia Conſtantinopolitana. Ibid. pag. 356. §. IV.

XI. pag. 84. S. Ambroſii de vinea Naboth Liber, ut in Cod. IV. Plut. XIV. Catal. Tom. I. pag. 93. §. XI.

XII. pag. 92. Excerpta quaedam brevia de poenitentia Nabuchodonoſor, Achab, & Manaſſe Regum, necnon dicta Sanctorum, ſcilicet Ambroſii, Origenis, Hieronymi, Auguſtini, Gregorii &c. de poteſtate ſolvendi peccata.

XIII. pag. 94. Anonymi (1) Capita quaedam Theologica de decem legis praeceptis; de peccatis, & quot modis committuntur; de donorum, & virtutum differentia; de nominibus Perſonas diſtinguentibus &c. Inc. *Dicto quae fuiſſent remedia ante legem contra peccatum, reſtat videre quae ſint ſuperaddita per ipſam legem* (2). Deſ. *Chriſtus tamen ab aeterno*.

XIV. pag. 101. De quibuſdam nominibus Hebraicis ſecundum Hieronymum. Inc. *Beatiſſimus Hieronymus, vir eruditiſſimus, & multarum linguarum peritus, Hebraeorum nominum interpretationem primus in Latinam linguam convertit*. Deſ. *quoniam vere ſubſtantia apud Graecos perſona intelligitur, non natura*.

XV. pag. 107. Anonymi Tractatus de Purgatorio, & de poenis diverſis, quibus torquentur illic animae purgandae. Inc. *Rector cuiuſdam religioſae congregationis, quem bene noveram*. Deſ. *nunc ad ea, quae omiſimus de poenis, & quorumdam meritis, quos pridem in ſaeculo videram, & in locis ſuperius memoratis cruciatibus addictos inveneram ſtyli curſum reflectamus*.

XVI. pag. 124. Tractatus, ut hic intitulatur, ſuperioris pars ſecunda, in qua agitur de Gaudiis Paradiſi. Inc. *Iam vero quia multa ex his quae in locis tormentorum comperimus, prout potuimus, breviter fideli potius, quam phalerato ſermone digeſſimus, heic de poenis, & de animabus in eis poſitis narrationem noſtram concludimus, dicturi conſequenter de gaudio, & exſultatione Beatorum, in ſede amoena & iucunda*. Deſ. *me a ducis mei dulci comitatu ex inſperato deſtitutum inveni.. Ad me ipſum igitur &c.* Subiicitur deinde tabula rerum notabilium per alphabetum, quae in hiſce duobus Tractatibus enarrantur.

XVII. pag. 130. Sequitur alia manu Anonymi Expoſitio ſuper Epiſtolas Paullinas. In primam ad Romanos inc. *Iuſtus autem ex fide vivit. Sic expone. Iuſtus eſt ex fide omnis qui iuſtus eſt, & ita vivit, non vita iſta, quae praeſens eſt, ſed futura, & aeterna, quae eſt merces fidei*. In ultimam ad Hebraeos deſ. *unde Dominus per Prophetam dicit: miſericordiam volo, & non ſacrificium*.

XVIII. pag. 174. *b.* Anonymi Expoſitio in aliquot Pſalmos. Inc. *Ad te Domine levavi animam meam. Eccleſia ut ſecure valeat petere quae ſequuntur, praemittit de ſuo deſiderio & dilectione, quam habet erga Dominum, ſic ad ipſum loquens: o Domine, ego levavi*. Deſ. *exaudiet, & ſalvos faciet eos. Deinde concludit de iuſtitia, dicens: Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe &c.* Tum ſequuntur pag. 200. *b.* praecepta quaedam circa memoriam artificialem, parvi quidem momenti.

In primis quatuor foliis legitur tabula rerum notabilium ſuper Auguſtini & Gregorii Nazianzeni Opera, quae in hoc continentur Codice, per alphabetum diſpoſita, & manu Fratris Thedaldi exarata.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. varia manu, cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 201.

S. HIERONYMI COMMENTARIVS IN QVASDAM PAVLLI EPISTOLAS.

I. pag. 1. S. Hieronymi Presbyteri Commentarius in Epiſtolam Paulli ad Epheſios in tres partes, ſeu Libros diviſus, cum Prologo, ut in Codice VII. Plutei XIX. Catalogi Tom. I. pag. 508. §. IV. Heic autem Prologus ab illo diverſus eſt, & inc. *Sapientem virum &c.* ut in Codice II. Plutei XV. ſupra pag. 464. §. IV. *Cod. IX.*

II. pag. 36 *b.* Eiuſdem Commentarius in Epiſtolam ad Titum, cum Prologo, ut in cit. pag. 464. §. V.

III. pag. 50. *b.* Eiuſdem Commentarius in Epiſtolam ad Philemonem, cum Prologo. Ibid. §. VI.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, grandiori littera exaratus, & num. 198. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 57.

HIE-

(1) Supra alia manus addidit *Hugo*.

(2) Ex hoc principio videtur eſſe continuatio alicuius Operis, cuius prima pars deſideratur in Codice, ac revera hinc incipit diverſa manus ſcriptoris.

HIERONYMI EXPLANATIO IN ZACHARIAM.

Cod. X. I. pag. 1. Hieronymi Explanationum in Zachariam Prophetam ad Exſuperium Epiſcopum Toloſanum Libri III. Praefatio inc. *Vltimo iam autumni tempore*. Deſ. *interpretationis vela pandamus*. Expoſitionis Liber I. inc. *In menſe octavo in anno ſecundo Darii Regis factum eſt verbum Domini ad Zachariam filium Barachiae filium Addo Prophetam. LXX. in octavo menſe anni ſecundi ſub Dario*. Liber III. deſ. *quem de domo Domini aſſerunt auferendum. Explicit ad Exſuperium Epiſcopum Toloſanum Explanationum in Zachariam Prophetam Liber tertius. Deo gratias ſemper. Amen.* Exſtat hic Commentarius etiam in Codice I. Plutei XIX. Catalogi Tom. I. pag. 503. una cum Expoſitionibus in alios XI. Prophetas Minores.

II. pag. 160. Quaeſtiones variae cum ſuis reſponſionibus circa creationem mundi, diluvium, arcam Noë, ſacerdotium Melchiſedech, Sampſonis robur &c. Inc. *De principio Mundi uſque ad diluvium quot anni fuerunt? CCCCLII. Quando nec caelum, nec terra non erat, Deus autem ubi erat? Erat in ſe ipſo, & in Verbum* (ſic), *quia ex Deo proceſſit Verbum &c.* In calce legitur: *Iſte Liber eſt Monaſterii de A . . . . no . . . .* (1)

In principio eadem antiqua manu legitur brevis Virgilii vita, cum hoc titulo: *De nobilitate, ac die, & tempore nativitatis, longitudineque temporis vitae Publii Vergilii Maronis diſcipuli Epidii Oratoris*. Inc. *Publius Vergilius Maro genere Mantuanus*. Deſ. *vixit vero annos LII. amicitia uſus Imperatoris Auguſti, & aliorum complurium probatiſſimorum virorum*. In averſa autem pagina habetur notitia de menſuris, ac ponderibus, quae inc. *Menſura iuxta numerum quidquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, animoque* (ſic) *ſintur*. Deſ. *hemina autem iuxta quoſdam appendit libram unam, apud quoſdam vero libram & dimidiam, ſimiliter ſextarios*. Tandem in ſpatio vacuo inter alia monumenta omnino eraſa, hoc unum ſupereſt, item ex parte eraſum . . . . *avocato . . . dedit Magiſtro Ioſeph filius Belli Petrata illa quae eſt iuxta Petrata Magiſtri Ruſtici, & Bonacurſii pro penſione reddendo in feſtivitate S. Salvatoris XII. ſol & I. cereo, & dent manducare II. . . . . .* (2) *a purificatione Sanctae Mariae eſt terminum. Teſtes Ubertello Magiſtro quondam Ruſticello & Vurnello anni Domini MCXCII. & Martino da Coſſelle quondam Adamini*.

Codex membranac. Ms. in 8. quadrato Saec. X. ubi Graeca verba adferuntur ab eadem antiqua manu, quae cum Latina etiam interpretatione ad marginem repetuntur, num. 199. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 161.

PLVTEVS XIX. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. X.

CODEX I.

S. GREGORII PAPAE MORALIVM PARS PRIMA.

B. Gregorii Papae Moralium Libri XIX. priores, praevia ſingulis Capitum tabula, primo excepto. Praecurrit Epiſtola *Reverentiſſ. & Sanctiſſ. fratri Leandro Coëpiſcopo*, ut in Cod. I. Plut. XVIII. Catal. Tom. I. pag. 458. Haec autem prima pars deſinit in Libro XIX. & in verbis: *quae ſacrum eloquium reſtaurari ſemper per ſtudium ſubſequentium credebat. Explicit Liber nonus decimus*.

Codex membranac. Ms. in fol. atlant. Saec. XI. binis columnis, mirae pulcritudinis, cum titulis maiuſcula littera exaratis, & initialibus variis coloribus eleganter depictis, num. 200. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 212.

S. GREGORII PP. MORALIVM PARS II.

Cod. II. Altera pars Moralium Beati Gregorii Papae a Libro XX. uſque ad XXXV. praevia ſingulis Capitum tabula. Liber XX. inc. *Quamvis omnem ſcientiam atque doctrinam*. Vltimus deſ. ut in Cod. II. Plut. XVIII. Catal. Tom. cit. pag. 459.

HVGONIS DE S. VICTORE OPERA QVAEDAM.

Cod. VI.

I. pag. 1. HVgonis de S. Victore de voluntatibus Chriſti Liber. Inc. *Quaeris de voluntate Dei*. Deſ. *quod enim unum vult Deo*. Exſtat Tomo III. Operum citatae editionis Moguntinae apud Ant. Hierat MDCXVII. fol. a pag. 41. ad pag. 42.

II. pag. 4. Eiuſdem, ſine titulo, aureum de meditando, ſeu meditandi artificio Opuſculum. Inc. *Meditatio eſt frequens cogitatio*. Deſ. *& dilexerunt potius illa, in quibus erat apparentia, quam illa, in quibus exſiſtentia*. Operum Tomo II. a pag. 185. ad pag. 186. col. a. lin. 9.

III. pag. 6. Eiuſdem Liber item anepigraphus, qui tamen eſt *De modo orandi*. Inc. *Qua ſtudio*. Deſ. *in ara cordis adoletur*. Ibid. a pag. 153. ad pag. 157.

IV. pag. 13. Eiuſdem Liber ſine titulo, ſed eſt *De cibo Emmanuelis*. Inc. *De cibo Emmanuelis magna quaeſtio eſt, & ſutura, in qua dolor non eſt*. Deſ *appetenda per Dominum &c.* Eſt integer Titulus II. Libri I. Eruditionum Theologicarum Miſcellaneorum. Operum Tom. III. a pag. 69. ad pag. 71.

V. pag. 15. Eiuſdem Capita quaedam anepigrapha, quae tamen diligenti facta perquiſitione comperimus eſſe excerpta ex Libro I. Miſcellaneorum, unde ſingulis titulos, prout exſtant in editione praepoſuimus. Sunt autem quae ſequuntur:

I. pag. ead. *De duplici permiſſione, & prohibitione divina*. Eſt Titulus CLXIII. Libri I. Tomo III. pag. 103.

II. pag. ead. *De tribus locis filiorum Iſraël, Aegypto, Deſerto, & Terra Promiſſionis*. Ibid. pag. 89. Titul. XCV.

III. pag. ead. *b*. *Quod Pater non indicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio*. Ibid. pag. 104. Titul. CLXIX.

IV. pag. 17. *De ratione & ſenſualitate Animae*. Ibid. pag. 108. Titul. CLXXIV.

V. *De duplici ſuperbia*. Ibid. pag. 98. Titul. CXXVII.

VI. pag. 19. *De ſapientia Dei & hominis*. Ibid. pag. 111. & eſt pars Tituli CLXXXIV. incipiens a verbis: *Duplex ſapientia eſt, una inferior, & altera ſuperior &c.* & progrediens uſque ad finem Tituli.

VI. pag. ead. Eiuſdem, item ſine titulo, Inſtitutionum Monaſticarum Capita tria, ſcilicet X. XI. & XII. Inc. *Diſciplina eſt converſatio bona*. Deſ. *& ad ſpem honeſtatis*. Tomo II. a pag. 22. ad pag. 25.

VII. pag. 25. Eiuſdem de ſeptem regulis loquutionum Sacrarum Scripturarum Liber anepigraphus. Inc. *Septem eſſe inter ceteras regulas loquutiones Sacrarum Scripturarum ſapientes dixerunt*. Deſ. *de ſecundo vero, ideſt impudentia, inſtruendus, de tertio autem, ideſt fortuna, adiuvandus*. Eſt Caput IV. & V. Libri V. Eruditionis Didaſcalicae. Tomo III. pag. 22.

VIII. pag. 27. Eiuſdem Didaſcalicon Libri I. II. & pars III. tantum, Prooemio deſtituti [2], ac ſine ulla Librorum diviſione. Liber I. incipit a Cap. II. editionis, & a verbis: *Omnium expetendorum prima eſt ſapientia*. Liber III. deſinit in verbis: *ad aliorum notitiam perveniret*, quae incidunt in Tom. III. pag. 12. col. a. Cap. VII. lin. 7.

IX. pag. 44 *b*. Anonymi, forte eiuſdem, [3] Homilia ſine titulo, ſed quae eſt in Annunciatione Beatae Mariae. Inc. *Magnificat anima mea Dominum. Si circumſtantiam rei geſtae perpendere velimus, quanta conſideratione verba iſta digna ſint, luce clarius pateſcit*. Deſ. *ſicut loquutus eſt patribus noſtris Abraham & ſemini eius in ſaecula*.

X. pag. 56. Eiuſdem Hugonis Liber, item ſine titulo. Inc. *Semel loquutus eſt Deus, quia vivum Verbum genuit*. Deſ. *infirmitate circumdati ſunt*. Tom. III. a pag. 47. ad pag. 49. ſub titulo: *Quomodo ſermo Dei unus eſt, ſcilicet verbum incarnatum, item vivus, efficax, penetrabilis &c.*

XI. pag. 60. Anonymi, forte eiuſdem, Sermo anepigraphus. Inc. *In illo tempore Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Audimus,*

(1) Ita prorſus habet titulus.

(2) In margine, rubrica, antiqua manus adnotavit: *Heic deficit Prooemium Libri Didaſcal. in quo continetur de quibus tractare intendit*.

(3) Inter Opera Hugonis de S. Victore non reperimus. In littera initiali rudi penicillo Annunciatio Virginis repraeſentatur.

mus, fratres, Mariam ad monumentum foris ſtantem. Deſ. *quis mihi miſerebitur? quis me conſolabitur? quis iudicabit mihi?*

In ultima averſa pagina adiiciuntur, alia manu, ſuperſtitioſa quaedam. In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Ioannis Aſtuii, populi Sancti Petri Maioris de Aſtais de Florentia*; & paullo inferius: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentiae Conventus* 1406. *in quo ſunt multa Opuſcula Hugonis de Sancta Victore ſine titulo, inter quae eſt titulus primus de Voluntatibus &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, & picturis inauratis ſatis rudibus in principio Opuſculorum, num. 240. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 61.

HVGONIS DE S. VICTORE, ET AVGVSTINI OPERA VARIA.

Cod. VII. I. pag. 1. HVgonis de Sancto Victore de Arca Noë Libri duo, qui in editione dividuntur in quatuor. Primus inc. *Quum ſederem aliquando*. Vltimus deſ. *mundi corde in contemplatione veritatis*. In editione Operum Tomo II. a pag. 195. ad pag. 217. In Codice autem poſt ultima verba mox relata, haec alia ſubſequuntur: *Breviter dicturus eram, ſed fateor vobis, multa me loqui delectat, & erat adhuc fortaſſis quod dicerem, ſi veſtrum faſtidium non timerem. Explicit.*

II. pag. 49. Eiuſdem Expoſitio de verbis Apoſtoli, ubi ait: *invisibilia enim Dei a creatura mundi per ea, quae facta ſunt intellecta conſpiciuntur*. Inc. *Invisibilia enim ipſius &c. Tria ſunt invisibilia Dei*. Deſ. *quia ſextus dies ad laborem, ſeptimus ad requiem, octavus pertinet ad reſurrectionem*. Tom. III. a pag. 30. ad pag. 40. ſub titulo: *Appendix ad Librum VI. Didaſcalici*.

III. pag. 69. Eiuſdem Capita IV. videlicet:

I. *De tribus ſilentiis*. Inc. *Dum medium ſilentium*. Deſ. *ab initio ſaeculi*. Ibid. pag. 56. ſub titulo: *De Verbo Incarnato Collatio I.*

II. pag. 70. *b. De quatuor Iudiciis*. Inc. *Quatuor ſunt iudicia*. Deſ. *& confirmabit praeſcientiam*. Eſt fragmentum deſumptum ex Dialogo Eruditionis Theologicae de Sacramentis &c. Tomo cit. pag. 294. a lin. 12. uſque ad lin. 36.

III. pag. 71. *De morte animae*. Inc. *Mors animae eſt oblivio, de qua morte hoc modo ſuſcitatur*. Deſ. *& amorem*. Hoc Caput unde excerptum ſit non comperimus.

IV. pag. ead. *b. De tribus oſculis*. Inc. *Tria ſunt oſcula*. Deſ. *conſtat eſſe amabilius*. Hoc Caput deſumptum eſt ex Sententiis S. Bernardi Operum Tomo V. cit. edit. Pariſ. pag. 1245. §. VIII. & IX. eique adnectitur abſque ulla diſtinctione, ac titulo, eiuſdem S. Bernardi Sermo xc. de Diverſis, cit. Tomo a pag. 1215. ad pag. 1217. ſub titulo: *De triplici unguento &c.*

IV. pag. 73. *b.* Sententia S. Hieronymi Presbyteri de Eſſentia Divinitatis Dei, & Inviſibilitate atque Immenſitate eius. Inc. *Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, unus atque trinus, unus videlicet exſtat in natura*. Deſ. *& ultione inimicorum ſuorum ſe manifeſtum demonſtrare. Explicit*. In calce huius paginae legitur: *Iſte Liber ſpectat ad provinciam Thuſciae, deputatus ad uſum Fratri Illuminato Florent. Ordinis Minorum*,

V. p. 81. Sequitur alia manu, ac minutiſſimis, & breviatis litteris Anonymi (1) Liber anepigraphus, in quo praecipue agitur de immortalitate animae. Inc. *Fuerunt quondam quidam, qui vitae praeſentis abſorpti deliciis, nullam ſpem habuerunt de futuro ſaeculo*. Deſ. *& omne genus luxuriae, praeterquam inter virum, & uxorem*. Tum rubrica hi duo verſiculi occurrunt:

Tu qui naturam gliſcis Sacra Scriptura probare (ſic)

Hunc relegas Librum, quo talia iam doceare.

Hos autem verſiculos ſtatim ſubſequuntur, minutiſſimis item litteris gloſſae ad ſuperiorem Librum. Capita autem quae in illo pertractantur, ſunt haec:

I. *Anepigraphum.*

II. *Oſtenditur, quod mundus iſte non eſt ab aeterno.*

III. *Quod Deus eſt, praeter omnia iſta inviſibilia.*

IV. *Quod ſit alia vita poſt iſtam praeſentem,*

V. *Quod anima humana ſit, & quod ſit immortalis.*

VI. *Vtrum anima pereat cum corpore.*

VII. *Quod animae ſunt poſt mortem.*

VIII. *Quod aeternaliter puniutur anima,*

IX. *Quod ſit Paradiſus, & Infernus.*

X. *Quod ſit Purgatorium.*

XI. *Quod ſiat Angeli, & Daemones.*

XII. *Quod mundus iſte ſinietur.*

XIII. *Quod ſit reſurrectio corporum.*

XIV. *Quod coitus ſit peccatum.*

Citantur paſſim in hoc Tractatu S. Auguſtinus, & Ariſtoteles, necnon Ovidius, & Virgilius.

VI. pag. 85. B. Auguſtini Eccleſiaſticum Dogma, ſeu de Eccleſiaſticis Dogmatibus Liber, praevia Capitum LV. tabula, ut in Codice IX. Plutei XVII. ſupra pag. 519. §. III.

VII. pag. 87. Eiuſdem contra quinque Haereſes Liber. Inc. *Debitor ſum, fratres, fateor*. Definit imperfecte in verbis: *& unde probamus, quod quum dicitur Angelus, debeat intelligi Deus? Habes in Libro, qui appellatur Geneſis; venerunt, inquit, duo Angeli ſo . . . .* quae incidunt in Append. ad Tomum VIII. pag. 4. lin. 63.

Co-

(1) Supra evaneſcentibus litteris legitur: *Hugo de S. Victore de Incarnatione Lib.*

Codex membranae. Ms. in 8. Saec. partim XII exeuntis, & partim XIII. varia manu exaratus, cum titulis, & initialibus rubricatis, num. 241. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 88.

ANSELMI OPERA VARIA.

Cod. VIII. I. pag. 1. ANſelmi Liber de Veritate, praevio Prologo, & Capitum tabula, ut in Codice VIII. Plutei XIII. ſupra pag. 432. §. II.

II. pag. 6. Eiuſdem de Libertate Arbitrii Liber, praevia Capitum tabula. Ibid. §. III.

III. pag. 9. Eiuſdem Liber de Caſu Diaboli, praevia item Capitum tabula. Ibid. pag. 433. §. XIII.

IV. pag. 16. Eiuſdem *Cur Deus Homo*, Libri II cum Prologo & Capitum utriuſque Libri tabula. Ibid. pag. 432. § IV.

V. pag. 31. *b.* Eiuſdem de Conceptu Virginali Liber, praevia Capitum tabula. Ibid. pag. 433. §. V.

VI. pag. 37. *b.* Eiuſdem de Proceſſione Spiritus Sancti Liber. Ibid. §. XI.

VII. pag. 46. Eiuſdem de Fermentato & Azymo ad Valerianum Nuembergenſium Epiſcopum Epiſtula. Ibid. pag. 434. § XVII.

VIII. pag. 47. Eiuſdem de Concordia Praedeſtinationis, Praeſcientiae, & Gratiae Dei cum Libero Arbitrio Liber. Ibid. pag. 433. §. VI.

IX. pag. 55. Eiuſdem de Sacramentis Ecclesiae Epiſtola ad Valerianum Nuembergenſem Epiſcopum, ut in Codice VI. Plutei XIII. ſupra pag. 431. §. XI. ubi inſcribitur *Liber &c.*

X pag. ead. *b.* Eiuſdem Monologium, praevio Prologo & Capitum tabula, ut in dicto Codice VIII. ſupra pag. 433. §. VII. In hoc Libro ad pag. Codicis 59. col. a. notatur in margine: *heic deficit una columna, & fere dimidia, require in capite libri, ubi tale ſignum inveneris*; ac revera in averſa ſecundae paginae parte, quae pro Codicis cuſtodia inſervit, quod heic deeſt, ſuppletur.

XI. pag. 69. *b.* Eiuſdem Proslogion, cum Prologo, & Capitum tabula. Ibid. §. VIII.

XII. pag. 73. *b.* Eiuſdem Meditatio. Inc. *Taedet me vita mea.* Deſ. *& glorier inter omnes, qui diligunt nomen tuum. Qui tum Patre &c.* In editione Anſelmi Operum alias cit. eſt Meditatio II. & incidit in Tom. I. pag. 293.

XIII. pag. 74. Eiuſdem de Incarnatione Verbi Liber, cum Epiſtola Nuncupatoria ad Vrbanum Papam, ut in dicto Codice VIII. ſupra pag. 433. §. XII.

XIV. pag. 78. *b.* Eiuſdem de Similitudinibus Liber. Ibid. pag. 434. §. XIX. Huius autem Libri Capita quaedam a verbis *Nam ubi non eſt conſenſus voluntatis &c.* (edit. pag. 234. col. a. Cap. CLXXI. lin. 8.) uſque ad *illecebroſis ſpurcitiis involvuntur* (ibid. pag. 237. col. 1. Cap. CLXXXVI. lin. 19.) quum omiſſa fuiſſent ſuo loco, in finem Operis reiecta ſunt.

In principio legitur modus conficiendi bonum atramentum, & index Opuſculorum.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis, num. 242. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 97.

ANSELMI VARIA, GREGORII PP. MORALIVM LIBRI III., ET NICOLAI TREVETII EXPOSITIO IN BOETHIVM.

I. pag. 1. ANſelmi Monologion cum Prologo, & Capitum tabula, ut in Cod. VIII. Plutei XIII. ſupra p. 433. §. VII. Heic autem tam hoc, quam pleraque ex ſequentibus Anſelmi Operibus, ſunt prorſus anepigrapha. Cod. IX.

II. pag. 11. Eiuſdem Proslogion, cum Prologo & Capitum tabula. Ibid. §. VIII.

III. pag. 14. Eiuſdem Liber de reſponſione pro inſipiente. Ibid. §. IX.

IV. pag. ead. *b.* Eiuſdem Liber Apologeticus contra Gaunilonem reſpondentem pro inſipiente. Ibid. §. X.

V. pag. 16. Eiuſdem *Cur Deus Homo* Libri II. cum Praefatione & Capitum utriuſque Libri tabula. Ibid. pag. 432. § IV.

VI. pag. 29. *b.* Eiuſdem de Incarnatione Verbi Liber, cum Epiſtola ad Vrbanum Papam. Ibid. pag. 433. §. XII.

VII. pag. 33. *b.* Eiuſdem de Concordia Praedeſtinationis. Praeſcientiae & Gratiae Dei cum Libero Arbitrio. Ibid. §. VI.

VIII. pag. 40. Eiuſdem de Veritate Liber, praevio Prologo, & Capitum tabula. Ibid. pag. 432. §. II. In calce huius Libri adnectitur Caput eadem de re pertractans, quod inc. *Summae autem veritati videtur falſitas contraria &c.* Deſ. *nonniſi iuſtis, vel utilibus, ac neceſſariis ad conſenſum adquieſcatur.*

IX. pag. 43. *b.* Eiuſdem de Caſu Diaboli Liber, cum Capitum tabula. Ibid. pag. 433. §. XIII.

X. pag. 51. Eiuſdem de Conceptu Virginali, vel de origine mundi Liber, praevia tabula. Ibid. §. V.

XI. pag. 58. Eiuſdem Liber de Proceſſione Spiritus Sancti, & de tota atque individua Trinitate contra fidem Graecorum, qui ſua arrogantia negant illum, & dubitant de Filio Dei procedentem. Ibid. §. XI.

XII. p. 66. Eiuſdem de Libertate Arbitrii Liber, praevia tabula. Ibid. pag. 431. § III.

XIII. pag. 70. Eiuſdem de Similitudinibus Liber. Ibid. pag. 434. §. XIX.

XIV. pag. 93. Gregorii Papae Moralium Libri III. priores ſine Prologo. Primus inc.

Vir erat in terra Hus nomine Iob, *Idcirco ſanctus vir ubi habitaverit dicitur*, *ut eius meritum virtutis exprimatur*. Tertius deſ. *prout ſingula expetunt loca producamus*.

XV. pag. 113. Expoſitio ſuper Librum primum Boëthii de Conſolatione, ſecundum Fratrem Nicolaum Anglicum, vocatum Treveth. Ord. Fratr. Praedic. Sacrae Scientiae Profeſſorem. Habes integrum hunc Commentarium in Cod. XLVI. Plutei LXXVI, Catalogi Tom, III. pag. 116.

Codex membranac. Ma. in fol, Saec, XIII, binis columnis, triplici ut videtur manu exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 243. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 131.

ANSELMI, ET SEVERINI BOETHII VARIA.

Cod. X. I. pag. 1. ANſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi de Libero Arbitrio Liber, praevia Capitum tabula, ut in Codice VIII. Plutei XIII. ſupra pag. 432. §. III. In fine huius Libri ſubiiciuntur explicationes quaedam phraſium, & verborum Sacrae Scripturae; necnon ſolutiones quorumdam Caſuum Iuris Canonici.

II. pag. 16. Eiuſdem Liber de Concordia Praeſcientiae, Praedeſtinationis, & Gratiae Dei cum Libero Arbitrio. Ibid. pag. 433. §. VI.

III. pag. 42. Eiuſdem de Conceptu Virginali, & Originali peccato Liber, praevia tabula. Ibid. §. V.

IV. pag. 63. Eiuſdem de Incarnatione Verbi Liber ad Vrbanum Papam. Ibid. §. XII.

V. p. 79. Annii (*ſic*) Mallii Severini Boëthii V. C. & Ill. Exconſularis ordine Patricii Liber contra Eutycen & Neſtorium ad Ioannem Diaconum Vrbis Romae de Sancta Trinitate, ut in Codice XV. Plutei XIV. Catalogi Tom. I. pag. 118. §. I. ex quo ſequentium etiam Opuſculorum titulos, quum anepigrapha heic ſint, deſumpſimus.

VI. pag. 83. *b*. Eiuſdem ad eumdem, utrum Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus de Divinitate ſubſtantialiter praedicentur, Liber. Ibid. §. II.

VII. pag. 84. *b*. Eiuſdem ad eumdem, quomodo ſubſtantiae in eo quod ſint, bonae ſint, quum non ſint ſubſtantialia bona. Ibid. §. III.

VIII. pag. 87. Eiuſdem ad eumdem adverſus Neſtorium & Eutychen pro Perſona & Natura. Ibid. pag. 119. §. V. Subiiciuntur heic pag. 100. alia Capita quatuor Metaphyſica, quorum primum anepigraphum, ſecundum de Subſtantia, tertium de Loco, & quartum de Tempore.

Tam in principio, quam in fine Codicis adſcripta ſunt ſcholia quaedam theologica, & excerpta ex Auguſtino; in fine vero raſura occurrit, ubi erat poſſeſſoris nomen; nunc nihil aliud ſupereſt, quam verba: *Iſte Liber eſt . . . . . . quem ego Frater Franciſcus de Altovitis* . . . .

Codex membranac. Ma. in 8. Saec. quoad Anſelmum XII. & quoad Boëthium XI. cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 244. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 102.

ANSELMI, PETRI DAMIANI, ET AVGVSTINI OPERA VARIA.

I. pag. 1. ANſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis Oratio IX. ad Deum, In edit. alias cit. Tom. I. pag. 352. Cod. XI.

II. pag. ead. Eiuſdem Proslogion, ut in Codice VIII. Plutei XIII. ſupra pag. 433. §. VIII. ſed heic deeſt Prooemium, & Capitum tabula.

III. pag. 7. *b*. Eiuſdem Meditationes & Orationes, videlicet

i. De Humana Redemptione. In cit. edit. pag. 312. Meditatio xi.

ii. pag. 11. ad Sanctam Crucem. Ibid. pag. 383. Oratio xli.

iii. pag. ead. *b*. ad S. Paullum. Ibid. pag. 404. Oratio lxv.

iv. pag. 15. *b*. ad accendendum amorem Domini. Ibid. pag. 365. Oratio xx.

v. pag. 17. ad S. Mariam, quum mens gravatur torpore. Ibid. pag. 390. Oratio l.

vi. pag. 19. *b*. ad eamdem. Ibid. pag. 391. Oratio li.

vii. pag 21. ad eamdem, quum mens vult adſcendere ad amorem Dei, & Matris eius. Ibid. pag. 392. Oratio lii. ubi longior eſt.

viii. pag. 22. ad S. Ioannem Baptiſtam. Ibid. pag. 401. Oratio lxiii.

ix. pag. 23. *b*. ad S. Petrum Apoſtolum. Ibid. pag. 403. Oratio lxiv.

x. pag. 25. ad S. Ioannem Evangeliſtam. Ibid. pag. 409. Oratio lxvii.

xi. pag. 26. ad eumdem ad poſtulandam veniam. Ibid. pag. 411. Oratio lxviii.

xii. pag. 28. ad S. Stephanum. Ibid. pag. 413. Oratio lxix.

xiii. pag. 30. *b*. ad S. Benedictum. Ibid. pag. 419. Oratio lxxii.

xiv. pag. 31. *b*. ad S. Mariam Magdalenam. Ibid. pag. 421. Oratio lxxiv.

xv. pag. 32. *b*. Pro amicis. Ibid. pag. 367. Oratio xxiii.

xvi. pag. 33. *b*. Pro inimicis. Ibid. pag. 368. Oratio xxiv.

xvii. pag. 34. *b*. Meditatio ad excitandum timorem Domini. Ibid. pag. 293. Meditatio ii.

xviii. pag. 36. Deploratio virginitatis male amiſſae. Ibid. pag. 294. Meditatio iii.

xix. pag. 37. *b*. Meditatio, vel Oratio peccatorum deplorativa. Ibid. pag. 352. Oratio x.

xx. pag. 40. *b*. Oratio ii. ad Deum Patrem

trem per merita Filii incarnati, quae progreditur uſque ad verba *ut propitieris omnibus impietatibus meis*, quae incidunt in pag. 344. col. 2. lin. 49. In Codice autem haec Oratio coniuncta eſt cum ſuperiore, ac propterea titulum allatum ex ipſa editione mutuati ſumus.

XXI. pag. 42. *b.* Confeſſio peccatorum. Inc. *Confiteor tibi pater, Domine caeli, & terrae.* Deſ. *de uno peccatore poenitentiam agente.*

XXII. pag. 43. *b.* Oratio pro quacumque tribulatione. Inc. *Deus, qui contritorum non deſpicis gemitum.* Deſ. *aſſidua laudemus voce, qui cum unigenito Filio tuo &c.*

XXIII. pag. 44. Oratio pro ſemetipſo. Inc. *Ad te, Domine, lacrymabiliter ingemiſco.* Deſ. *& in horreum tuum introduci merear, per te, Ieſu Chriſte, qui vivis &c.*

XXIV. pag. ead. Sequuntur aliae Orationes XVII. quae non occurrunt in cit. editione, & quarum nonnullae ſunt ad Sanctam Crucem, ad Perſonam Patris, ad Perſonam Filii, ad Perſonam Spiritus Sancti, & ad Sanctam Trinitatem; reliquae ſunt anepigraphae. Prima anepigrapha inc. *Deus miſericordiae, & veritatis, clementiam tuam ſuppliciter &c.* Vltima ad Sanctam Trinitatem deſ. *fac me indignum & miſerum ad tuam pervenire viſionem, qui vivis &c.*

IV. pag. 49. Petri Damiani Orationes VI. videlicet

I. pag. ead. inc. *Rogo te immenſa pietas Deus &c.* Exſtat in editione Operum ſtudio & labore Conſtantini Caietani Venetiis apud Ioſephum Coronam MDCCXLIII. fol. Tom. IV. pag. 1. Oratio I.

II. pag. 50. *b.* inc. *Recordare Domine Ieſu Chriſte &c.* Ibid. pag. 2. Oratio II.

III. p. 51. *b.* inc. *Spiritus Sancte Deus &c.* Ibid. pag. 3. Oratio III.

IV. p. 52. *b.* Ad S. Mariam breviſſima Oratio. Inc. *O Domina, & mater miſericordiae, quae mundo edidiſti Salvatorem &c.* Non exſtat inter editas.

V. pag. 53. Ad Patrem. Inc. *Dominator Domine Deus Omnipotens, qui es Trinitas una, Pater in Filio, & Filius in Patre cum Spiritu Sancto.* Deſ. *quia Deus meus es tu, Tibi honor &c.* Non eſt in cit. editione.

VI. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Gratias tibi ago, ſumme, exſuperantiſſime.* Deſ. *numquam ab hoc vitae genere ſeparari.* Et haec in editione deſideratur.

V. pag. 54. Anſelmi de Similitudinibus Liber, ut in cit. Codice VIII. Plutei XIII. ſupra pag. 434. §. XIX.

VI. pag. 99. B. Auguſtini Epiſcopi Liber, qui vocatur Manuale, ſive Speculum, praevia Capitum tabula, ut in Cod. VII. Plut. XVI. ſupra pag. 493. §. VII. ſed heic finis diverſus.

VII. pag. 111. Eiuſdem Soliloquiorum Libri II. ut in Cod. VIII. eiuſdem Plut. XVI. ſupra pag. 496. §. VIII.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 245. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 132.

BEDAE, ISIDORI, ALANI, HIERONYMI, GENNADII, ILDEPHONSI QVAEDAM &c.

I. pag. 1. IN Nomine Chriſti Liber Bedae de Temporibus, & Computus eiuſdem, cum Prologo, qui inc. *De natura rerum.* Deſ. *intemerata iura cuſtodiat.* Cod. XII.
Tum ſequitur tabula Capitum LXVII. Primum inſcriptum *De Computo, vel loquela digitorum* (1), inc. *De temporum ratione, Domino iuvante, dicturi.* Deſ. *nunc ad tempora, quantum ipſe temporum conditor ordinatorque Dominus adiuvare dignabitur, exponenda veniamus.* Tum ſequitur Caput II. *De trimoda temporum ratione* (2), & inc. *Tempora igitur a temperando nomen accipiunt.* Caput ultimum *De cauſſa aetatum earumdem*, deſ. *cuius adiutorio genus propaget humanum.* Operum Tomo II. a pag. 49. ad pag. 170. ubi per alia IV. Capita, quae in Codice deſiderantur, Liber continuatur.

II. pag. 21. *b.* Eiuſdem Computus. Inc. *Multiplicem computandi ſcientiam perſcrutatus, quaedam rudimenta, quae vel praeceptorum traditione ad me uſque decurrerant, vel vulgaribus argumentis comprehenſa inculto ſermone ſordebant, litteris alligavi.* Deſ. *ſic autem primo partitio duodenario concludatur in Virgine, memoratum ſemper inveni planetam.*

III. pag. 23. *b.* Leonis Papae Epiſtola ad Galleciam & Hiſpaniam directa de Paſchae Solemnitate. Inc. *Dilectiſſimis Fratribus univerſis Epiſcopis Catholicis per Galleciam & Hiſpaniam conſtitutis &c. Quum in omnibus.* Deſ. *ita una ſolemnitate feriemur. Finit.*

IV. pag. ead. Anonymi brevis notitia de Menſibus. Inc. *Quibus modis dicuntur menſes?* Deſ. *& December, eo quod decimus.* Adiicitur deinde aliquid etiam de Nonis, & Idibus uniuſcuiuſque menſis.

V. pag. 24. Regulae variae Aſtronomicae, videlicet I. *Ad inveniendos Concurrentes*, cui regulae ſubiiciuntur verſus Bedae, qui inc.

Ianus. October binis regulantur habens &c.

II. *Ad Lunam inveniendam.* III. *Regulae Lunares.* IV. *De Septuageſima.* V. *Verſus, quos Angelus Dei docuit Beatum Pacuvium ad inveniendum Paſcha.* VI. *De Computo Graecorum.* VII. *Quomodo invenies annos Dominicae Incarnationis.* VIII. *Ad Indictionem probandum.* IX. *Ad Indictionem inveniendam.* X. *De Cyclo decemnovali.* XI. *De Circulo Lunae.* XII. *De adie-*

(1) Hoc Caput eſt brevis Bedae Liber de Indigitatione, quem habes inter eius Opera Baſileenſis editionis A. MDLXIII. fol. Tomo I. a pag. 165. ad pag. 181.

(2) Ab hoc Capite initium ſumit Liber in editione, praevio Prologo, quem innuimus.

adiectione Solis. XIII. *De Biſſexto*. XIV. *De Biſſexti ratione*. XV. *Item de Biſſexto*. XVI. *Item de Momento*. XVII. *Ad Feriam probandam per hebdomadas*. XVIII. *Item de Feria*. XIX. *De Solſticiis, & Aequinoctiis*. XX. *De Signis, in quibus Luna moratur*. XXI. *Epiſtola Dionyſii Epiſcopi de Anno centen. & Emboliſmo*. XXII. *Epiſtola Beati Theophili, Alexandrinae Sedis Epiſcopi, ad Theodoſium Imperatorem directa*. XXIII. *Epiſtola Beati Dionyſii de Circulo Lunae, & initio menſis primi*. XXIV. *De initio Quadrugeſimae*. XXV. *De Epactis maioribus*. XXVI. *Epiſtola Zachaei de Biſſexto*. XXVI. *Item argumentum arithmeticum*. XXVII. *Item aliud argumentum de Biſſexto*. XXVIII. *Argumentum inquiſitionis Paſchalis*. XXIX. *Dicta Beati Hieronymi Presbyteri de LXX. Hebdomadibus Danielis*. XXX. *Prologus Beati Cyrilli Epiſcopi in Libro de Obſervatione Paſchali*. XXXI. *Item de ultimo Cyclo*. XXXII. *Sceptrum digeſtum a Beato Theophilo*. XXXIII. *Argumentum pro inventione Decimae*.

VI. pag. 28. Anonymi Computus. Inc. *Circa hanc ſcientiam, quae Computus dicitur, primo inquirendum eſt, quid ipſa ſit, & quare ſic dicatur*. Deſ. *& eſt certe aſſerendum eos ex emboliſmis decipi, & obſervationem noſtram nihil habere erroris*.

VII. pag. 35. *b.* Iſidori Hiſpalenſis Epiſc. Liber de Natura Rerum ad Siſeburum Regem, praevio Prologo & Capitum tabula XLVII. quorum primum eſt *De diebus*, ultimum *De partibus terrae*, ut in Cod. XXXIX. Plutei XXIX. Catalogi Tom. II. pag. 55. §. I. ſub titulo: *De Aſtris Caeli*.

VIII. pag. 44. *b.* Alani magni Anticlaudianus Libris IX. praevia Praefatione, ut in Codice XVI. Plutei XXXIII. Catalogi Tom. II. pag. 101. ubi Praefatio ad calcem Operis reiecta eſt, & quidem aliquantum ab hac diſcrepans, praeterea adſunt in hoc ſcholia quaedam marginalia.

IX. pag. 70. Regulae Grammaticae artis ſecundum Donatum. Inc. *Barbariſmus eſt una pars orationis*. Deſ. *fretus ego pietate*. Subſequuntur ſcholia quaedam ad Alani Anticlaudianum pertinentia.

X. pag. 73. *b.* Alani minimi Capellae Euchiridion de Conqueſtu Naturae, partim proſa, partim verſu. Inc.

In lacrymas riſus, in luctus gaudia verto. Deſ. *dereliquit adſpectus*, ut in Codice XXI. Plut. XC. ſuper. Catalogi Tom. III. pag. 449. ubi praeerat argumentum ac ſynopſis totius Operis, a qua utpote cum ipſo Opere coniuncta, initium ſumpſimus.

XI. pag. 87. *b.* Bedae Presbyteri de prima aetate ſaeculi Liber, ut in Cod. XII. Plut. LXVII. Cat. Tom. II. pag. 823. §. II. & III.

XII. pag. 97. *b.* B. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi de ortu, vita, & obitu Sanctorum Patrum Liber, praevio brevi Prologo, & Capitum LXXXIV. tabula, ut ibid. §. V. Subiicitur notitia de nominibus XII. Apoſtolorum, qui per univerſum orbem terrarum dimiſſi ſunt ad praedicandum.

XIII. pag. 101. *b.* B. Hieronymi Liber Illuſtrium Virorum, cum Prologo & Tabula in principio, ut in Cod. X. Plut. XIX. Catalogi Tom. I. pag. 523. §. II. Heic tamen finis diverſus eſt, propterea quod poſt Elogium Hieronymi, in quo deſinit Codex Mediceus, duo alia Capita in hoc ſubſequantur, videlicet I. *De Valeriano Calaguritanae Vrbis Epiſcopo*. II. *De Prudentio*, quod ita habet: *Prudentius Calaguritanus, verſificator inſignis, multa contra Haereticos, & Paganos diverſo edidit metro, noſtrumque dogma luculentiſſime cecinit*.

XIV. pag. 108. B. Gennadii Maſſilienſis Epiſcopi Liber de Viris Illuſtribus, praevia Capitum tabula XC. ut in Cod. XII. Plut. LXVII. Catal. Tomo II. pag. 823. §. IV.

XV. pag. 112. B. Iſidori Hiſpalenſis Archiepiſcopi Liber Virorum Illuſtrium, cum Prologo in principio, & additione Braulionis in fine. Ibid. §. VI.

XVI. pag. 114. *b.* B. Ildephonſi Toletanae Sedis Archiepiſcopi Liber de Viris Illuſtribus, cum Praefatione, & additione in fine. Ibid. pag. 824. §. VII. In calce haec rubrica adnotata ſunt: *Explicit Liber iſte, in quo continentur Libri num. VIII. ideſt Liber de Temporibus Bedae Presbyteri, poſt quem Liber eiuſdem de Lunari Computo, poſt quem etiam alii multimodi Computi, item Liber B. Iſidori de Natura Rerum, item Alanus magnus Anticlaudianus, cui ſubiungitur Alanus minor Enchiridion de Conqueſtu Naturae, poſt ea ſubiungitur Chronica praefati Bedae Presbyteri, cui annectitur Liber Iſidori de ortu & obitu Patrum. Tandem ſequitur Liber Illuſtrium Virorum, in quo quatuor Libri continentur, ſcilicet Hieronymi Presbyteri, Gennadii Maſſilienſis Epiſcopi, Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi, & Ildephonſi Toletanae Sedis Archiepiſcopi*.

XVII. pag. 116. *b.* Tabula aſtronomica.

XVIII. pag. 117. Ariſtotelis, licet nomen non adpareat, de Longitudine, & Brevitate Vitae Liber ex veteri translatione, ut in Codice III. Plut. LXXXIV. Catal. Tom. III. pag. 238. §. IX.

XIX. pag. 118. Eiuſdem de Morte, & Vita Liber. Ibid. §. X.

XX. pag. 125. Fratris Ioannis de Pechiano Tractatus de Sphaera, ut in Codice XV. Plut. XXIX. Catalogi Tom. II. pag. 35. §. VI. ubi auctor appellatur *Ioannes de Pechebam*.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori, Saec. XIII. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis, num. 246. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 132.

HAY-

HAYMONIS EP. HALBERSTAD. HOMILIAE SVPER EVANG. DOMINICALIA &c.

Cod. XIII. HAymonis Epiſcopi Halberſtadenſis Homiliae ſuper Evangelia Dominicalia, & de Sanctis quibuſdam, licet eadem antiqua manus, quae totum Codicem exaravit, Bedae tribuat. Eae autem ſunt:

I. pag. 1. In Natale Domini, ſecundum Matthaeum. Inc. *Exordium huius Evangelii, quaeſtione animum pulſat.* Deſ. *ſed etiam ab omni adverſitate huius ſaeculi & futuri.* Exſtat inter eius Homilias in Evangelia Dominicalia per totius anni circulum, & de Sanctis quibuſdam praecipuis, editas Pariſiis ex typographia Mauricii Menier MDLV. in 16. a pag. 31. t. ad pag. 35. t.

II. pag. 2. In nocte Natalis, ſecundum Lucam. Inc. *Exiit edictum, ideſt imperiale mandatum.* Deſ. *erat imminutus.* Ibid. a pag. 35. t. ad pag. 39. t.

III. pag. 3. Summo mane Natalis, ſecundum Lucam. Inc. *Narrat ſuperius Lucas Evangeliſta, quia Domino in Betlehem nato.* Deſ. *atque aditum introeundi faceret, in quo vivit &c.* Ibid. a pag. 40. ad pag. 42.

IV. pag. ead. *b.* In Miſſa maiori, ſecundum Io. Inc. *Initium S. Evangelii &c. Quare non dicitur in hoc Evangelio, Sequentia &c.* Deſ. *ſi conſideres Humanitatem eius, plenus eſt Homo, ſi Divinitatem, plenus eſt Deus.* Ibid. a pag. 42. t. ad pag. 51.

V. pag. 5. *b.* In S. Stephani, ſecundum Matthaeum. Inc. *Verba huius lectionis tam Beato Stephano ſpecialiter congruunt.* Deſ. *ad iudicandum genus humanum quandoque ſit venturus.* Ibid. a pag. 51. ad pag. 57. t.

VI. pag. 7. In S. Ioannis Evangeliſtae, ſecundum Ioannem. Inc. *Poſtquam Dominus ultimum convivium celebravit.* Deſ. *ut ad gaudia aeterna pervenire valeamus, quae promiſit; praeſtante &c.* Ibid. a pag. 57. t. ad pag. 62. t. ubi octo circiter verſus in fine longior.

VII. pag. 8. *b.* In Natale Innocentum ſecundum Lucam. Inc. *Iſte locus haeret ſuperiori, ubi Matthaeus Evangeliſta dicit, quod Magi per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam.* Deſ. *iterum revertuntur ad has miſerias ſufferendas, quas ipſa patitur in praeſenti vita.* Ibid. a pag. 62. t. ad pag. 69. t. ubi finis diverſus, nam brevior in Codice.

VIII. pag. 9. *b.* Dominica I. poſt Natale, ſecundum Lucam. Inc. *In textu Evangelii, ubi Evangelia ſcribuntur per ordinem.* Deſ. *perfectus eſſet Homo & Deus.* Ibid. a pag. 70. ad pag. 77.

IX. pag. 11. In Octava Domini Homilia ſecundum Lucam. Inc. *Ritus, ideſt conſuetudo, & religio circumciſionis a Beato Abraham ſumpſit exordium.* Deſ. *ut ab omnibus vitiis nos cuſtodiamus & corpore, & corde; adiuvante &c.* Ibid. a pag. 77. ad pag. 81. t.

X. pag. 12. In vigilia Epiphaniae, ſecundum Matthaeum. Inc. *Poſtquam enim Herodes per triginta circiter annos.* Deſ. *Nazaraeus dictus eſt Dominus, eo quod Nazareth ſanctiſſima conceptione conſecrata ſit.* Eſt pars Homiliae in feſto Sanctorum Innocentum, quam ſupra breviorem eſſe in Codice monuimus; habetur autem in cit. edit. a pag. 68. lin. 3. ad pag. 69. t.

XI. pag. ead. *b.* In die Epiphaniae, ſecundum Lucam. Inc. *Tria in hoc verſiculo demonſtrantur ab Evangeliſta.* Deſ. *videre merebimur, qui vivit &c.* Ibid. a pag. 81. t. ad pag. 90. t.

XII. pag. 14. *b.* Dominica I. poſt Epiphaniam, ſecundum Lucam. Inc. *Ideſt quum facti eſſent illi anni duodecim.* Deſ. *quia aetas in corpore eſt.* Ibid. a pag. 93. t. ad pag. 97. t.

XIII. pag. 15. Dominica II. poſt Epiphaniam, ſecundum Lucam. Inc. *In textu Evangelii ita habetur, & die tertia &c.* Deſ. *viſo tanto miraculo in fide Chriſti ſolidati ſunt. Cui &c.* Ibid. a pag. 97. t. ad pag. 108.

XIV. pag. 17. *b.* Dominica III. poſt Epiphaniam, ſecundum Matthaeum. Inc. *Superior ſermo Evangelicus narravit.* Deſ. *ad quae praemia accipienda nos perducat Dominus &c.* Ibid. a pag. 108. t. ad pag. 115.

XV. pag. 19. Dominica IV. poſt Epiphaniam, ſecundum Matthaeum. Inc. *Poſtquam Dominus & Salvator noſter multa, atque innumera miraculorum ſigna peregit in terris, per quae oſtendit ſe Deum eſſe terrae.* Deſ. *& ad terram, de qua dicit Pſalmiſta: credo videre bona Domini in terra viventium. Ipſo &c.* Non exſtat loc. cit.

XVI. pag. 20. In Purificatione S. Mariae, ſecundum Lucam. Inc. *Purgationis eius dicit, ſive Domini, ſive Mariae.* Deſ. *& veritatis ſuae domui Iſraël poſt multa tempora.* Ibid. a pag. 347. ad pag. 353. In principio tamen in Codice ſeptem circiter verſibus brevior.

XVII. pag. 21. In Evang. Matth. Inc. *Beatus Matthaeus, qui hoc ſcripſit Evangelium non dicit ſuperius ad quod pertineat haec reſponſio, Lucas tamen narrat quod miſerat Dominus diſcipulos ſuos binos.* Deſ. *ecce quomodo ſuave eſt Evangelium, & levius iugo legis.* Non exſtat loc. cit.

XVIII. pag. 22. Dominica in LXX. ſecundum Matth. Inc. *Intellectus huius lectionis ex ſuperioribus Domini pendet ſermonibus.* Deſ. *de quibus nos liberare dignetur I. C. D. N. &c.* Ibid. a pag. 115. t. ad pag. 120. t.

XIX. pag. 23. Dominica in LX. ſecundum Lucam. Inc. *Vbicumque in Sacra Scriptura vocabulum turbae audimus.* Deſ. *quaſi centeſimum fructum afferunt.* Ibid. a pag. 120. t. ad pag. 124.

XX. pag. 24. Dominica in Quinquageſima, ſecundum Lucam. Inc. *Redemptor & Salvator noſter praevidens diſcipulorum animos perturbandos ex ſua paſſione.* Deſ. *ſine me nihil poteſtis facere.* Ibid. a pag. 124. t. ad pag. 129. t.

XXI.

Digitized by Google

XXI. pag. 25. Feria IV. Caput Ieiunii, ſecundum Matthaeum. Inc. *Non ſolum a cibo, & potu*. Deſ. *ut Deum mereamur videre, qui vivit &c.* Ibid. a pag. 129. t. ad pag. 131. t. ubi in fine multum diverſa.

XXII. pag. ead. *b.* Feria VI. ſecundum Matthaeum. Inc. *Quia dictum eſt antiquis, ſubintellige Patribus Iudaeorum in lege, diliges amicum tuum*. Deſ. *reddet tibi mercedem tuam*. Ibid. a pag. 131. t. ad pag. 132. t. ubi initium differt.

XXIII. pag. 26. Dominica I. in Quadrageſima, ſecundum Matthaeum. Inc. *Hoc primum in huius exordio lectionis notandum eſt*. Deſ. *nec in cor hominis adſcenderant*. Ibid. a pag. 132. t. ad pag. 139. in fine aliquantum diſcrepans.

XXIV. pag. 27. *b.* Dominica II. in XL. ſecundum Matthaeum. Inc. *Superior ſermo Evangelicus deſcribit queſtos fuiſſe contra Dominum Scribas*. Deſ. *a divina miſericordia valeamus invenire*. Ibid. a pag. 139. ad pag. 145. t.

XXV. pag. 29. Dominica III. in Quadrageſima, ſecundum Lucam. Inc. *Mutum dicebatur Daemonium, non quod mutum eſſet per naturam*. Deſ. *& opere implet, beatus eſt*. Ibid. a pag. 146. ad pag. 150.

XXVI. pag. 30. *b.* De S. Gregorio Papa Sermo. Inc. *Beatus Gregorius, qui fuit Praeſul Sanctae Romanae Eccleſiae, antequam fieret Patriarcha, Monachus erat &c.* Deſ. *una cum ſanctiſſimo ac vivifico eius Spiritu nunc, & ſemper in ſaecula &c.* Non invenimus.

XXVII. pag. 31. Dominica IV. in Quadrageſima, ſecundum Ioannem. Inc. *Hoc mare propter diverſitatem diverſis vocabulis legimus nuncupatum*. Deſ. *verum Paſcha, ideſt tranſitum ſpiritualem celebrare ſategerint*. Ibid. a pag. 150. t. ad pag. 152. t. lin. 4. In editione enim ex hac & ſequenti, una tantum Homilia ſit.

XXVIII. pag. ead. *b.* Expoſitio de eodem. Inc. *Quum ſublevaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum*. Deſ. *& comparticipes, ipſo opitulante, mereamur exſiſtere in ſaecula &c.* Ibid. a pag. 152. t. lin. 5. ad pag. 158. t.

XXIX. pag. 33. Dominica de Paſſione, ſecundum Ioannem. Inc. *Sermo Evangelicus deſcribit, quod oſtenderit Dominus Iudaeos eſſe peccatores*. Deſ. *quod vobis paratum eſt ab origine mundi, ad quod regnum Dominus nos faciat pervenire, qui &c.* Ibid. a pag. 159. ad pag. 164.

XXX. pag. 34. *b.* Dominica in Palmis, ſecundum Matth. Inc. *Praevidens Dominus, diſcipulorum ſuorum animos perturbandos ex ſua paſſione, praedixit quidquid venturum erat ſuper eum, ut quum viderent eum mori & crucifigi, levius triſtitiam paſſionis illius poſſent ferre*. Deſ. *reſpondit ei Dominus, tu dixiſti, quia tu es ille*. Non exſtat in cit. edit. ubi tamen Homilias habes in Dominica Quinquageſimae pag. 124. *b.* nec non in Dominica II. poſt Paſcha, quae ſimili utuntur principio, ſed deinde toto caelo diverſae ſunt.

XXXI. pag. 36. Dominica Sancti Paſchae Reſurrectionis, ſecundum Marcum. Inc. *Legimus in Evangelio quatuor Marias fuiſſe, ex quibus fuerunt tres ſorores*. Deſ. *quod vobis paratum eſt. Amen*. Ibid. a pag. 164. ad pag. 168.

XXXII. pag. 37. Dominica Octava Paſchae, ſecundum Ioannem. Inc. *Sicut Beatus Gregorius dicit, non eſt hoc mirum quod Dominus tam immortalis, & incorruptibilis factus clauſis ianuis ad diſcipulos ſuos conſolandos introivit*. Deſ. *& non viventem vivificabat, qui peccatorem ſolvit*. Non exſtat loc. cit.

XXXIII. pag. 38. Expoſitio de eodem. Inc. *Thomas unus de duodecim. Heic oritur quaeſtio, quare dicit Io. Evangeliſta non fuiſſe tunc cum ceteris diſcipulis Thomam, quando apparuit eis Dominus*. Deſ. *ad quam vitae contemplationem Dominus nos faciat pervenire*. Non exſtat.

XXXIV. pag. ead. *b.* Dominica I. poſt Octavam Paſchae, ſecundum Io. Inc. *Loquens Dominus ovibus ſuis, tam praeteritis, quam & praeſentibus, & futuris*. Deſ. *quomodo adduxit Dominus Gentiles ad fidem per Apoſtolorum praedicationem*. Ibid. a pag. 179. t. ad pag. 183. lin. 19.

XXXV. pag. 39. *b.* Dominica II. poſt Octavam Paſchae, ſecundum Io. Inc. *Sciens Redemptor noſter diſcipulorum animos ex ſua paſſione, & morte perturbandos*. Deſ. *& omnia bona aderant*. Ibid. a pag. 184. ad p. 190.

XXXVI. pag 40. *b.* Dominica III. poſt Octavam Paſchae, ſecundum Io. Inc. *Tempore paſſionis appropinquante, coepit Dominus dicere diſcipulis ſuis, quod erat moriturus*. Deſ. *quia de meo accipiet*. Ibid. a pag. 190. ad pag. 198.

XXXVII. pag. 41. *b.* Dominica IV. poſt Paſcha, ſecundum Io. Inc. *Hunc ſermonem nullus interpres, neque Graecus, neque Latinus, auſus eſt de lingua Hebraea transferre in linguam aliam*. Deſ. *& verus Dei filius. Qui &c.* Ibid. a pag. 198. t. ad pag. 203.

XXXVIII. pag. 42. *b.* In Letaniis maioribus, ſecundum Lucam. Inc. *Narrat ſuperius Evangeliſta, quod erat Ieſus in quodam loco orans*. Deſ. *ſed a Deo habet*. Ibid. a pag. 203. ad pag. 206.

XXXIX. pag. 43. In Adſcenſione Domini, ſecundum Marcum. Inc. *In textu Evangelii habetur noviſſime recumbentibus*. Deſ. *ſequentibus ſignis, ideſt miraculis*. Ibid. a pag. 206. ad pag. 211.

XL. pag. 43. *b.* Dominica I. poſt Adſcenſionem, ſecundum Ioannem. Inc. *In multis lectionibus Sancti Evangelii reperimus*. Deſ. *fideliſſimus remunerator*. Ibid. a pag. 211. ad pag. 215.

XLI. pag. 44. *b.* Dominica in Pentecoſte Paſchae, ſecundum Io. Inc. *De dilectione Dei omnipotentis requirenda eſt hominis mens*. Deſ. *& ſua morte revocaret eos ad vitam. Qui &c.* Ibid.

Digitized by Google

Ibid. a pag. 215. ad pag. 222. ubi in fine ſex verſus longior.

XLII. pag. 45. *b.* Dominica poſt Pent. Octava, ſecundum Io. Inc. *Senſus iſtias lectionis ex ſuperioribus Evangeliſtae verbis pendet. Scripſit in ſuperioribus Evangeliſta Ioannes, quod quum eſſet Dominus Iheroſolymis in die feſto Paſchae, multi crediderunt in eam, videntes ſigna quae faciebat.* Deſ. *veram etiam vitam conſequentur ſine fine manſuram. Per ipſum, qui &c.* Non exſtat.

XLIII. pag. 47. Dominica I. poſt Pentec. ſecundum Lucam. Inc. *Senſus iſtius lectionis ex ſuperioribus pendet.* Deſ. *in ſinu Abrahae recipi mereamur.* Ibid. a pag. 222. ad pag. 229.

XLIV. pag. 48. *b.* Dominica II. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *Intellectus huius lectionis ex verbis Evangeliſtae ſuperius pendet. Narrat ſuperius Lucas Evangeliſta, quod fuerit Dominus diſcipulos ſuos hortatus.* Deſ. *remaneant in poena.* Ibid. a pag. 229. ad pag. 234. t.

XLV. pag. 49. *b.* Dominica III. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Eo tempore, quo Dominus & Redemptor noſter praedicabat Evangelium Iudaeis in mundo.* Deſ. *mereamur habere illorum conſortium, Domino adiuvante, qui &c.* Ibid. pag. 234. t. ad pag. 240.

XLVI. pag. 50. Dominica IV. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *Miſericors Dominus, a miſero corde.* Deſ. *tunc libere poteris fratrem tuum purgare a peccatis maioribus. Ipſa &c.* Ibid. a pag. 240. t. ad pag. 244. t.

XLVII. pag. 51. In Natale S. Io. Baptiſtae, ſecundum Lucam. Inc. *Audiamus ſub brevitate ſenſum huius lectionis.* Deſ. *quaſi iam factum fuiſſet, ſic narraret, Qui &c.* Ibid. a pag. 356. ad pag. 359.

XLVIII. p. ead. *b.* Dominica V. poſt Pent. ſecundum Matthaeum. Inc. *Ideſt cum feſtinatione ad Ieſum properarent, ut audirent verbum Dei.* Deſ. *vel alius quilibet doctor.* Ibid. a pag. 244. t. ad pag. 251.

XLIX. p. 53. In Natale S. Petri Ap. ſecundum Matth. Inc. *Philippus iſte frater fuit minoris Herodis.* Deſ. *& reconcilius altari.* Ibid. a pag. 359. ad pag. 362.

L. pag. ead. *b.* Dominica VI. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Senſus huius lectionis ex ſuperioribus verbis Domini pendet.* Deſ. *tunc eris ei acceptabile.* Ibid. a pag. 251. ad pag. 256.

LI. pag. 54. *b.* Dominica VII. poſt Pent. ſecundum Marcum. Inc. *Vbicumque in ſacro Evangelio nomen turbae audimus.* Deſ. *pauciores dico ad comparationem quinque millium.* Ibid. a pag. 256. ad pag. 263.

LII. pag. 56. Dominica VIII. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Sicut fuerunt in veteri Teſtamento falſi, & pſeudo-prophetae.* Deſ. *percipere valeamus. Per eum, qui &c.* Ibid. a pag. 263. ad pag. 265. t.

LIII. pag. ead. *b.* Dominica IX. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *Frequenter ſolitus erat Dominus.* Deſ. *aut heres iniqui.* Ibid. a pag. 265. t. ad pag. 268. t. lin. 6.

LIV. pag. 57. Dominica X. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *Quam nos legimus in S. Evangelio motus & diverſos animi affectus Domini.* Deſ. *conſortes regni caelorum effici mereamur. Per illum qui &c.* Ibid. a pag. 269. ad pag. 273.

LV. pag. ead. *b.* Dominica XI. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *In textu Evangelii legitur, quod Dominus hanc parabolam ad eos dixerit.* Deſ. *intra in gaudium Domini tui. Qui &c.* Ibid. a pag. 273. ad pag. 276.

LVI. pag. 58. *b.* In feſtivitate S. Laurentii, ſecundum Io. Inc. *Senſus iſtius lectionis ex ſuperioribus verbis pendet; nam ſcribit ſupra Io. Evangeliſta, quod veniens Dominus Hieroſolymam occurrerit ei turba multa.* Deſ. *poteſtatem filios Dei fieri. Qui &c.* Non exſtat.

LVII. pag. ead. Dominica XII. poſt Pent. ſecundum Marcum. Inc. *Superius dixit Marcus Evangeliſta, quod ſeceſſerit Dominus a Iudaeis in partes Tyri.* Deſ. *facis eos ſe laudare, & benedicere. Qui &c.* Ibid. a pag. 276. ad pag. 280. t.

LVIII. p. 59. *b.* Dominica XIII. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *Vertex huius lectionis perplexam, & valde difficilem movet quaeſtionem.* Deſ. *diligamus etiam qui eſt imitator eius, ut ad regnum eius pervenire valeamus, praeſtante &c.* Ibid. a pag. 280. t. ad pag. 286.

LIX. pag. 60. Dominica XIV. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *Studium Domini, ac Salvatoris noſtri erga reparationem generis humani.* Deſ. *mereamur remunerari ab eo. Qui &c.* Ibid. a pag. 286. ad pag. 288.

LX. pag. ead. *b.* In Decollatione S. Io. Bapt. ſecundum Matth. Inc. *Ex occaſione commemorationis Ioannis.* Deſ. *& Evangelium in toto orbi praedicare caepit.* Ibid. a pag. 367. ad pag. 370.

LXI. pag. 61. Dominica XV. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Praevideat Dominus in Sancta Eccleſia multos futuros, qui vexilla ſacrae fidei promptu mente ſubirent.* Deſ. *venite benedicti Patris mei. Per ipſum &c.* Ibid. a pag. 288. ad pag. 294. ſed multum diverſa.

LXII. pag. 62. Dominica XVI. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *Egreſſus fuerat Dominus de Capharnaum.* Deſ. *in poenis Inferni. Per Dominum &c.* Ibid. a pag. 294. ad pag. 301. item valde diſcrepans.

LXIII. pag. ead. *b.* Dominica XVII. poſt Pent. ſecundum Lucam. Inc. *Pergebat Dominus ad convivia hominum.* Deſ. *duo homines adſcenderunt in templum, ut orarent.* Ibid. a pag. 301. ad pag. 306.

LXIV. pag. 63. *b.* Dominica XVIII. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Eo tempore quo Dominus praedicabat Evangelium in Iudaea.* Deſ. *in caeleſti beatitudine glorificaberis.* Ibid. a pag. 306. ad pag. 311. t. ſed in Codice media circiter parte longior in fine.

LXV. pag. 65. *b.* Dominica XIX. poſt Pent.

Pent. ſecundum Matth. Inc. *Superior ſermo Evangelicus narrat, quod abiit Dominus ultra ſtagnum Geneſareth*. Deſ. *ſine me nihil poteſtis facere*. Ibid. a pag. 211. t. ad pag. 216. t.

LXVI. pag. 66. *b*. In feſtivitate S. Michaëlis Archang. ſecundum Matth. Inc. *Quid pertineat haec interrogatio ad praecedentem narrationem videamus*. Deſ. *& Dei filius advenit*. *Qui &c*. Ibid. a pag. 370. ad pag. 372.

LXVII. pag. 67. Dominica XX. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Dominus Ieſus Chriſtus homo inter homines factus*. Deſ. *quatenus ad illam beatitudinem pervenire mereamur. Praeſtante &c*. Ibid. a pag. 316. t. ad pag. 322. t. ſed valde diverſa.

LXVIII. p. 68. Dominica XXI. poſt Pent. ſecundum Io. Inc. *Refert Sanctus Evangeliſta, Regulum de morte filii ſollicitum*. Deſ. *dignatus eſt ſubrogare*. Ibid. a pag. 322. t. ad pag. 325. item cum varietatibus.

LXIX. pag. ead. *b*. Dominica XXII. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Intellectus huius lectionis ad ſuperiora pertinet*. Deſ. *& quod ore dicimus, corde dicamus*. Ibid. a pag. 325. ad pag. 329. non parum diſcrepans.

LXX. pag. 69. Dominica XXIII. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Eo tempore quo Dominus ſecundum carnem natus eſt*. Deſ. *nos introducere dignetur, qui vivit &c*. Ibid. a pag. 329. t. ad pag. 333.

LXXI. pag. 70. Dominica XXIV. poſt Pent. ſecundum Matth. Inc. *Vbicumque in Evangelio vocabulum turbae audimus, diverſitatem voluntatum intelligere debemus*. Deſ. *& cibo Dei veſci*. *Qui &c*. Ibid. a pag. 333. ad pag. 339.

LXXII. pag. 71. In Natale S. Andreae Ap. ſecundum Matth. Inc. *Hoc mare propter adiacentes regiones diverſis nominibus nuncupatur*. Deſ. *ad ſocietatem & gloriam Apoſtolorum in caelis pervenire merebitur. Amen*. Ibid. a pag. 343. ad pag. 347.

LXXIII. pag. 72. Dominica I. de Adventu, ſecundum Matth. Inc. *Sicut Dominus, ac Redemptor noſter ante mundi conſtitutionem elegit ſibi Matrem Virginem, de qua ineffabiliter prodiens naſceretur*. Deſ. *dignaretur noſtram aſſumere naturam*. Non exſtat.

LXXIV. pag. ead. *b*. Dominica II. de Adventu Domini, ſecundum Lucam. Inc. *Redemptor noſter neminem in illo diſtricto iudicii examine volens perire, ſed omnes paratos invenire, mundo iam in praeceps vergente*. Deſ. *eius adventum praeſtolamur*. Non exſtat.

LXXV. pag. 73. *b*. Dominica III. de Adventu, ſecundum Matth. Inc. *Beatus Ioannes propter veritatem, quam praedicabat miſſus eſt in carcerem*. Deſ. *mereamur vocari Angeli, & eſſe*. Ibid. a pag. 22. ad pag. 26. ſed in Codice multum in fine diverſa, & longior.

LXXVI. pag. 74. *b*. Dominica IV. de Adventu, ſecundum Io. Inc. *Praecurſor, & veritatis amicus, cuius magnitudo evidentibus auſpiciis in ipſa* (ſubauditur *Ioannis*) *nativitate claruerat*. Deſ. *quatenus ea, quae ſibi obedientibus promiſit mereamur obtinere*. *Qui &c*. Non exſtat.

LXXVII. pag. 75. Feria IV. quatuor temporum, ſecundum Lucam. Inc. *In menſe ſexto a Deo miſſus eſt Angelus Gabriel; menſem ſextum, Martium intellige*. Deſ. *unde Dei genitrix appellatur*. Non exſtat.

LXXVIII. pag. ead. *b*. In Natale Apoſtolorum, ſecundum Matth. Inc. *Exponit Dominus quid ſit Apoſtolus. Apoſtolus Graece, Latine miſſus interpretatur*. Deſ. *uſque ad perfectionem perducere*. Ibid. a pag. 376. ad p. 378. t.

LXXIX. p. 76. In feſtivitate unius Martyris, ſecundum Matth. Inc. *Quomodo ergo multa abſcondita ſunt in praeſenti tempore*. Deſ. *ad iuſſionem patris ſui introducet, cum quo &c*. Ibid. a pag. 378. t. ad pag. 380. ubi inſcribitur *De Martyribus*.

LXXX. p. ead. *b*. In Natale plurimorum Martyrum, ſecundum Matth. Inc. *Praedicante Domino Evangelium regni per univerſam Iudaeam, & ſanante univerſos languores, & infirmitates eorum, conveniebant ad eum undique*. Deſ. *poſt finitos iſtius ſaeculi labores donabimini*. Non exſtat, quemadmodum & tres ſequentes.

LXXXI. p. 77. In Natale unius Confeſſoris, ſecundum Matth. Inc. *Heic aperte oſtenditur, quare Dominus iudicii diem ignoraſſe voluerit*. Deſ. *mercede donabitur, ac remunerabitur*.

LXXXII. p. ead. In plurimorum Conf. ſecundum Matth. Inc. *Homo, qui peregre proficiſcitur, omnipotens Deus eſt*. Deſ. *& Spiritus Sancti ſempiterno gaudio perfruatur*.

LXXXIII. p. ead. *b*. In Nativitate Virginum, ſecundum Matth. Inc. *Regnum caelorum hoc in loco ſignificat Eccleſiam praeſentem*. Deſ. *quaſi altera die iudicandi ſimus*. Tum eadem antiqua manu adnotatum eſt: *Expliciunt Expoſitiones Bedae Presbyteri* (lege *Haymonis Epiſc.*) *ſuper Evangelia Dominicarum*. Subiicitur in fine ſupplementum Homiliae in Dominicam XIII. poſt Pent. reponendum p. 60.

In ſummo primae paginae margine hoc monumentum legitur: *Iſte Liber conſtitit ſol. XII. & eſt ad uſum Armarii Florentini Conventus Ordinis Minorum*.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. exeuntis, cum titulis, & initialibus Homiliarum litteris rubricatis, num. 247. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 78.

S. PETRI DAMIANI OPERA VARIA.

I. pag. 1. IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis Liber Teſtimoniorum Veteris ac Novi Teſtamenti, quae de Opuſculis Beati Petri Damiani quidam ſuus diſcipulus excerpere ſtudioſe curavit. Colle- *Cod. XIV.*

lectanea in Vetus Teſtamentum incipiunt a Libro Geneſeos, praevia tabula, & a verbis; *Qualiter homo valeat conſummari, quomodo debeat perfici, libet ſuccincte perſtringere, prout in ipſo mundanae creationis datur ordine reperiri*. Deſinunt in duobus Machabaeorum Libris, & in verbis: *ipſis quoque nominibus aptiſſime invicem uterque concordant*.

II. pag. 136. Collectanea in novum Teſtamentum inc. *Illud vero quoſdam movere non irrationabiliter poteſt, cur S. Evangeliſta reprehenſibiles ſolummodo mulieres in Chriſti genealogia interponere ſtuduit*. Deſ. *nam & paterfamilias quiſpiam & feras capit, & fures expellit aliquando per catulos, aliquando per domeſticos viros*. Collectanea in Vetus Teſtamentum tantum ex Opuſculis B. Petri Damiani S. R. E. Cardinalis, Epiſcopi Oſtienſis, Ord. S. Benedicti, ab anonymo illius Diſcipulo excerpta, edita fuerunt a Conſtantino Caietano Tomo IV. Operum edit. Venet. apud Ioſephum Coronam MDCCXLIII. fol. a pag. 35. ad pag. 137. qui in Monito ad ipſorum calcem adiecto ingenue fatetur ſe maxima adhibita diligentia in vetus dumtaxat Teſtamentum imperfecta haec Collectanea inveniſſe, ſed numquam ea quae in novum congeſſerat Teſtamentum, reperire potuiſſe; quare nemo non videt in nova aliqua editione adornanda, maximo adiumento eſſe poſſe noſtrum Codicem, utpote Auctori ſupparem, qui Collectanea in utrumque Teſtamentum complectitur.

III. pag. 148. *b*. Petri Damiani Opuſcula duo, ſcilicet XXXV. & XXXVI. quae in cit. edit. habentur Tom. III. a pag. 304. ad pag. 321. in Codice tamen multum diverſa, aliquanto contractiora, nec invicem ſeparata. Primum Caput eſt: *Cur Romae in picturis Petrus Apoſtolus ponatur ad ſiniſtram, Paullus ad dexteram*. & inc. *Domino Deſiderio ſanctae converſationis Abbati P. Ut Dominum M. ad vos iter arripere didici &c.* Ultimum inſcriptum *Epilogus, & adverſarii inevadenda concluſio*, deſ. *Dominus omnium tu es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuae*, quae quidem verba, poſtrema ſunt Capitis XV. Opuſculi XXXVI. edit. pag. 320. col. 2. lin. 3.

IV. pag. 160. *b*. Eiuſdem duarum quaeſtionum ſolutio ſuper Beati Gregorii verbis. Inc. *Petro filio chariſſimo P. Quaeris a me, dilectiſſime fili, quid ſibi velit, quod in Homilia Divitis Beatus Gregorius ait: nonnulli putant praecepta veteris Teſtamenti diſtrictiora eſſe quam novi*. Deſ. *hoc deſiderium non eſt a patre*.

V. pag. 161. *b*. Eiuſdem Invectiva adverſus eos, qui dicunt, quod hi qui in Quadrageſima nuptias contrahunt, dilato ſolo concubitu non debeant ſeparari &c. Inc. *Religioſis Faventinae Eccleſiae Clericis P. Conqueſta eſt mihi veſtra fraternitas &c.* Deſ. *& in ſui vigoris ſtatu Eccleſiaſtica permanet diſciplina*.

VI. pag. 164. Eiuſdem Opuſculum inſcriptum: *Quod naturales actus brutorum animalium per ſpiritualem intellectum reperiantur in moribus hominum* Inc. *Rerum conditor omnipotens Deus, ſicut terrena quaeque ad uſus hominum condidit &c.* Deſ. *unde ſcriptum eſt: corpus quod corrumpitur aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem*. Eſt Opuſculum LII. quod in Tom. cit. pag. 404. inſcribitur *De Bono religioſi ſtatus, & variorum animantium tropologia*. Initium vero adlatum incidit in pag. 405. col. 2. lin. 59. Finem vero minime reperimus, quia poſt verba: *& dum pravum aemulus ſequitur, ſuis ipſe laqueis capiatur*, quae incidunt in pag. 417. col. 1. lin. 11. Caput illud, cuius ultima verba retulimus, toto caelo differt ab iis, quae ſubſequuntur in editione. Tandem in Codice poſt finem adlatum, ſequuntur alia pauca ad idem fortaſſe argumentum pertinentia, ſed ob evanidam ultimam paginam lectu difficillima.

In prima pagina inſcriptio erat transverſe exarata, quae quum in praeſens fermo tota ſit evanida, ſuperſunt tantum verba . . . . *dell' Abate di S. Trinita*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XI. exeuntis, cum titulis, & initialibus rubricatis, in quo duo occurrunt defectus, primus poſt paginam 24. & alter poſt pag. 44. num. 248. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 176.

PLVT. XXIII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XII.

CODEX I.

HVGONIS DE S. VICTORE LIBER DE SACRAMENTIS.

HVgonis Opus de Sacramentis, praevio Prologo, qui inc. *Librum de Sacramentis Chriſtianae Fidei ſtudio quorumdam ſcribere compulſus ſum*. Deſ. *ſed id ipſum, quod in ſupradictis continetur, explanando, & latius manifeſtantiuſque* (1) *tractando extendunt*. Liber inc. *Arduum profecto, & laborioſum Opus crebra veſtra precatione flexus* eg-

(1) In edit. *manifeſtiuſque*.

aggredior. Deſ. *ibi vacabimus, & videbimus, videbimus, & amabimus, amabimus, & laudabimus. Ecce quid erit in fine ſine fine, quod nobis concedat D. I. C. &c.* Operum edit. alias cit. Tomo III. a pag. 347. ad pag. 521.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XII. cum titulis rubricatis, & initialibus pictis, num. 249. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 256.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. II. HVgonis Opus de Sacramentis, ut in Codice ſuperiore.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 250. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 102.

HVGONIS ETHERIANI LIB. DE DEO, AVGVSTINI, ET GREGORII QVAEDAM.

Cod. III. I. pag. 1. HVgonis Etheriani (1) Libri III. de Sancto & immortali Deo, cum Prologis in ſingulos. Prologus primi inc. *Moyſes quondam ex colloquutione Dei*. Deſ. *cui veritas parti faveat, conſiderari poterit*. Liber I. inc. *Beatam & immortalem Trinitatem*. Liber III. deſ. *& ut habentem integrat allegationes, orbi univerſo publicat, & ab antiquo rite cenſet amplecti*. Tum haec epigraphe adiicitur: *De Sancto & immortali Deo Hugonis Etheriani Liber temporibus memorandorum virtutum Alexandri Papae III. & magni Imperatoris Manuel Latine atque Graece Conſtantinopoli editus explicit*. Exſtat hoc Opus in magna Bibliotheca veterum Patrum Margarini de la Bigne Pariſiis typis Aegidii Morelli MDCXLIV. fol. Tom. IX. a col. 435. ad col. 562. ſub titulo: *De Haereſibus, quas Graeci in Latinos devolvunt, ſive, quod Spiritus Sanctus ex utroque, Patre ſcilicet & Filio procedat, contra Graecos*. Subſequuntur pag. 112. *b*. Epiſtolae IV. Prima Hugonis (2) *Alexandro primae Sedis vere digno Pontifici &c.* quae inc. *Exactum a me Opus de immortali Deo*. Deſ. *poſteris uſibus*. II. Alexandri Pontificis Hugoni (3), quae inc. *Cognoſcentes laborem plurimum, quem ſuſtinuiſti in componendo Libro, quem nobis per dilectum filium noſtrum Magiſtrum Caciaredum miſiſti*. Deſ. *unum fiat ovile & unus paſtor. Data Troiae VIII. Idus Novembris* (4). III. Hugonis (5) *Aimerico amantiſſimo Domino ſua Dei nuta & providentia Sanctae, atque Apoſtolicae Sedis Antiochiae Reverendo per omnia Patriarchae*, inc. *Florilegarum apum corpora*. Deſ. *qui numquam novistis aud endo bona ſaturari*. IV. Tandem Aimerici ad Hugonem (6) inc. *Pro eo quod ſcientiae veſtrae ſplendor*, Deſ. *non potuimus ea praeparare*.

II. pag. 115. Compendioſa expoſitio in Libro de Spiritu Sancto Maiſtri Hugonis. Inc. *Intentio huius Prologi omnis, hoc agit, ut operis difficultatem oſtendat*. Deſ. *idem namque eſt de utriuſque ſubſtantia Spiritum exſiſtere non per generationem, & ab utroque procedere*. Tum adſertur Graecum quoddam apoſpaſma circa tempus Nativitatis, & Paſſionis D. N. I. C. manus multo recentioris.

III. pag. 133 S. Auguſtini Epiſc. Commonitorium ad Fortunatianum. Inc. *Sicut praeſens rogavi, & nunc commoneo, ut fratrem noſtrum, de quo colloquuti ſumus &c.* Deſ. *& me reſcriptis Domino adiuvante laetifices*.

IV. pag. 135. Excerpta ex variis Opuſculis B. Gregorii Papae. Inc. *Fili mi, ſi te lactaverint peccatores. ne acquieſcas eis*. Deſinunt imperfecte in verbis: *turbatur, & fit menti pavor in laetitia, quia iam ſentit quod de caeleſti gaudio diligat, & adhuc metuit, ne no* . . . ., Reliqua mutilato in fine Codice exciderunt.

In prima pagina legitur Epiſtola Papae Lucii (III. ſcilicet) conſolatoria de obitu Magiſtri Hugonis ad fratrem eius *data Velletri* (quo Lucius A. MCLXXXII. fuerat profectus) *ſeptimo Idus Decembris*, Ita vero habet: *Lucius Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Maiſtro Leoni Imperialium Epiſtolarum interpreti Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Vellemus tibi libentius vitam ac proſperitatem bonae memoriae Maiſtri Hugonis quondam fratris tui Diaconi Cardinalis S. Angeli nunciare; ſed ad ſolatium doloris, quem de morte ipſius, ſicut nos ipſi habuimus, non immerita potes, & debes habere, poſt commendabilem vitam, finem quoque credidimus enarrandum. Sicut enim Romana Eccleſia perſonam ipſius, audita litteratura, & honeſtate ſua, dilexerat, & antequam videret eum propoſuerat honorare, ita poſtquam ad praeſentiam noſtri Apoſtolatus acceſſit, ampliora ei affectionis ſuae in effectu operis indicia demonſtravit, quia quum laicus eſſet, eum Clericum fecimus, & uſque ad Diaconatus Ordinem curavimus honorifice promovere, ita quod uſque ad tempora eius auditum non fuerit aliquem de Laico uſque ad Diaconatus Ordinem ſub tam brevi temporis ſpatio fuiſſe promotum*,

Quum

(1) Hugonem Etherianum claruiſſe ſub Alexandro III. Pontifice, & Emmanuele Comneno Imperatore recte adnotavit Genebrardus Libro IV. Chronograph. pag. 613 contra Trithemium alioſque exiſtimantes ſub Alexandro IV. floruiſſe.

(2) Legitur in principio Operis loc. cit. col. 433.

(3) Inſerta eſt haec Epiſtola in Annalibus Eccleſiaſticis Baronii Lucae typis Leonardi Venturini MDCCXXXVIII. ſeqq. fol. Tomo XVII. pag. 452. col. 2.

(4) In edit. legitur *Idibus Novembris*.

(5) Haec Epiſtola, qua Aimerico mittit Hugo Librum ſuum de Proceſſione Spiritus Sancti, edita eſt a Cl. Duumviris Edmundo Martenio, & Vrſino Durandio in Theſauro Veterum Scriptor. & Monumentorum Tomo I. col. 479.

(6) Ibid. pag. 480. In hac autem Epiſtola laudat Aimericus Librum Hugonis de Spiritus Sancti Proceſſione, mittitque ei argenteam cuppam.

Quum autem certa ſpes eſſet, quod per litteraturam & boneſtatem ipſius mugna, tempore procedente, deberent Eccleſiae Dei commoda provenire, ſicut putam prius duxiſſe creditur vitam, ita poſtquam de rebus ſuis condidit teſtamentum, & Eccleſiaſtica Sacramenta recepit, in confeſſione verae fidei diem clauſit extremum, & boneſtam in Eccleſia Beati Paulli babuit ſepulturam. Vnde non iam multum de morte ipſius videtur eſſe dolendum, de quo praecedens boneſta converſatio, & laudabilis finis ſpem, & teſtimonium praebent, quod gloriam conſequi debeat immartalem, Sane propter venerabilem eiuſdem fratris tui memoriam & bona, quae nobis ſunt de ſuis actibus nunciata, propoſitum & voluntatem babemus, perſonam tuam ſincera charitate diligere, & ea quae ad bonorem & utilitatem tuam ſpectare videbimus, libenti animo promovere. Quum autem dilectum filium noſtrum Maiſtrum Fabricium nepotem tuum de familia noſtra, quem pro ſcientia ſua charum babemus plurimum & acceptum, pro inquiſitione illorum, quae in civitate regia noviter accidiſſe dicuntur, ad Imperialem praeſentiam tranſmittamus, ni ſuperfluum videretur & vanum ventri viſceru commendare, tibi ad implendum celerius huius inquiſitionis officium crederemus ſollicite commendandum; ſed non multa commendatione videtur egere, quem & naturalis affectio, & intereeſſio noſtra commendat. Quocirca diſcretionem tuam per Apoſtolica ſcripta rogamus atque monemus, quatenus eum benigne recipias, & tum de turbatione, quae in eadem Civitate dicitur accidiſſe, quam de praedicti Imperatoris, vel Imperatricis, & ipſius Imperii ſtatu, vel aliis, quae nobis credideris intimanda, veritatem nobis ſtudeas expreſſius intimare. Data Velletri VII. Id. Decembris.

In huius ipſius paginae averſa parte legitur ſequens adnotatio: *Liber hic Maiſtri* (ſic) *Vgonis de Spiritu Sancti Proceſſione contra Graecos, editus eſt Conſtantinopoli Graece & Latine, quorum alter datus eſt Graecis ad infirmationem ſui dogmatis, alter vero datus eſt Latinis ad irreſragabilem ſuae orthodoxae fidei defenſionem; ſed & uterque, Latinus videlicet & Graecus, miſſus eſt Romam ad Papam Alexandrum* (*III.*) *& uterque miſſus eſt Antiochiam ad Patriarcham Aimericum, ſicut epiſtolae in calce voluminis huius adſcriptae* (& a Martenio editae T. I. anecdotorum) *oſtendunt*. In ſummo vero margine ſemireciſis litteris legitur: *Liber Patriarchatus Conſtantinopoleos*. Et inferius: *Iſte Liber eſt Armarii Florentini Fratrum Minorum, quem aſſignavit Frater Philippus de Sancta Trinitate*. Tandem claudit Codicem adnotatio quaedam de ſummo Apoſtolicae dignitatis apice ex Decretis Pontificum Cap. II. Lib. VI.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. exeuntis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, varia manu, num. 251. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 158.

RICHARDI DE S. VICTORE, IO. DAMASCENI, HVGONIS, HIERONYMI, ET AVGVSTINI VARIA.

I. pag. *1*. Richardi de Sancto Victore de Trinitate Libri VI. cum Prologo, & Summariis ad ſingulos Libros. Prologus inc. *Iuſtus meus ex fide vivit*. Deſ. *quod intendimus pro voto perficere*. Liber I. inc. *Si ad ſublimium ſcientium mentis ſagacitate adſcendere volumus*. Sextus deſ. *eum perſonarum pluralitate*. In cit. edit. Rothomagenſi a pag. 216. uſque ad pag. 270. Cod. IV.

II. pag. 26. Ioannis Presbyteri Damaſceni. qui Manſur, Liber, in quo eſt traditio certa orthodoxae fidei, Capitulis diviſa centum, a Burgundione Iudice Cive Piſano de Graeco in Latinum Domino Eugenio Papae translatus, ut in Cod. XXXI. Plut. XII. Catalogi Tom. I. pag. 36. §. XIV.

III. pag. 61. *b*. Hugonis Liber de tribus diebus pro ea quae in meditatione conſtat ſpeculatione rerum, & poſt lectionem ſecundam, ut in Cod. IV. Plut. XXI. ſupra pag. 596. §. XV. Heic autem in fine diverſus, eo quod ſubſequantur ultima duo editionis ibi citatae Capita, videlicet XXVI. & XXVII. quae in illo deſiderabantur. In hoc itaque deſ. *pertinet ad reſurrectionem. Explicit de tribus diebus*.

IV. pag. 68. Eiuſdem Liber de Arrha Animae, ut ibid. §. XVI. Heic autem praemittitur Prologus, qui inſcrib. & inc. *Dilecto Fratri G. ceteriſque ſervis Chriſti Hamerislevae degentibus Hugo &c. Soliloquium dilectionis*. Deſ. *conſcribi exopto. Vale*.

V. pag. 73. Eiuſdem de laude Charitatis Liber, cum Prologo, qui inc. *Servo Chriſti Petro H. guſtare & videre, quoniam ſuavis eſt Dominus. Cogitanti mihi*. Deſ. *quod recompenſatur*. Liber inc. *Tam multos*. Deſ. *& manſionem in nobis facere. Qui &c.* Tum verſiculus legitur;

Laus tibi ſit, Chriſte, quoniam liber explicit iſte.

Operum Tom. II. a pag. 150. ad pag. 153.

VI. pag. 74. *b*. Eiuſdem Didaſcalon Libri VI. cum Prologo, ut in cit. Cod. IV. §. XII.

VII. pag. 92. Hieronymi contra Iovinianum Libri II. ut in Codice IX. Plut. XIX. Catalogi Tom. I. pag. 513. §. XI.

VIII. pag. 116. *b*. Eiuſdem Liber Virorum Illuſtrium, cum ipſorum elencho in principio, & Prologo, ut in Cod. X. Plut. XIX. Catalogi Tom. I. pag. 523. §. II.

IX. pag. 125. *b*. Eiuſdem de duodecim Doctoribus. Inc. *His nunc acriter, mi frater Deſideri*. Deſ. *ideo non quaſi umbra ſecus hominem ſunt*. Operum Tom. II. a pag. 945. ad pag. 948.

X. pag. 126. Divi Auguſtini de Spiritu,

& Ani-

& Anima Liber: *Quomodo anima videt viſibilia per corpus, inviſibilia & per ſe*. Inc. *Quoniam, ut dictum eſt*. Deſ. *quam cernere finis eſt. Explicit Liber Sancti Auguſtini de Spiritu & Anima*, Exſtat & in Cod. IX. Plut. XVII, ſupra pag. 519. §. V, ſed non integer.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & plerisque Operum initialibus auro variisque coloribus & figuris depictis, num. 252. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 136.

GEZONIS LIB. DE CORPORE ET SANG. DOM. ET BONIZONIS EPISCOPI COLLECTIO CANONVM.

Cod. V. I, p. 1. GEzonis Abbatis Derthonenſis (1), licet in Codice nomen auctoris reticeatur, Liber de Corpore & Sanguine D. N. I. C. ex dictis Cypriani, Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, Gregorii, & Hieronymi, praevia Capitum LXXII, (2) tabula. Caput primum inſcriptum: *Quod humana infirmitas non facile debeat divina diſcurrere* (3), *ex Libro Beati Hilarii Epiſcopi, & Confeſſoris de Trinitate*, inc. *Vetat Beatus Apoſtolus Timotheo diſcipulo genealogiae eloquia tractari*. Caput ultimum: *De Agnus Dei*, definit imperfecte in verbis: *Iam non debemus quaerere, quando quiſque fuerit baptizatus, ſed quoſcumque legimus in Corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, pertinere ad regnum caelorum, non niſi baptizatos intelligere debemus, niſi forte, quos anguſtia paſſionis invenit, & nolentes negare Chriſtum, antequam baptizarentur occiſi ſunt, quibus ipſa paſſio pro baptiſmo deputata eſt, per cuius negligentiam parvulus ſine baptiſmo mortuus fuerit etiam ſi ipſa hora* .... Ad haec ultima verba alia manus adnotavit in imo margine *deficit*. Huius Operis Ioannes Mabillonius, dum Italicas Bibliothecas perluſtraret, duos Codices offendit, unum in hac Florentina S. Crucis Bibliotheca, ſed ſine titulo, ac Praefatione *ad dilectiſſimos fratres*, alterum in Padolironenſi Monaſterio S. Benedicti in Agro Mantuano, ut ex eius Muſeo Italico eruitur pag. 162. At Mabillonio viſum non eſt operaepretium, evulgare integrum hoc Opus; quare Praefationem dumtaxat, atque Indicem Capitulorum edidiſſe contentus, pag. 89. Parte altera laudati Muſei nos monuit, ſe ad integram Gezonis editionem proceſſurum, ubi intelligeret, id lectoribus fore gratum (4). Quod autem illuſtris Benedictinus Monachus facere omiſit, Ludovicus Ant. Muratorius, aeternae memoriae vir, ex Codice Ambroſianae Biblioth. ſignato littera Q. 98. praeſtitit, Tomo III. Anecdotorum, Patavii typis Seminarii apud Io. Manfrè MDCCXIII. 4. a pag. 242, ad pag. 303. Capita tamen non pauca eiuſdem Operis praetermiſit, utpote iam edita inter SS. Patrum Opera, qualia ſunt, quae Gezo e Libris Cypriani, Ambroſii, Auguſtini, Gregorii, aliorumque decerpta in ſuum Librum intulit. Multo magis omittendum cenſuit Libellum *Paſchaſii Ratberti ad Placidum diſcipulum*, quem paene integrum Gezo deſcripſit, conſtitutis ex illo tribus & viginti Capitulis ſui Operis. In editione Muratorii integrum Opus definit in Capite LXX. inſcripto *De Sacramento Baptiſmatis B. Ambroſius*, cui ſubiicitur *definitio brevis de Eucharistia*. In noſtro autem Codice abſolvitur in Capite *De Agnus Dei*, cuius finem iam ſupra dedimus, notaturque num. LXXII.

II. pag. 89. Liber anepigraphus de Vita Chriſtiana, qui tamen inſcribi poteſt: *Bonizonis Epiſcopi Decretale, ſive Syntagma Decretorum Eccleſiaſticorum, ex Sacra Scriptura, probatiſque Conciliis, Pontificum Romanorum, Sanctorum Patrum, aliorumque Orthodoxorum auctorum monumentis collectum, & ſecundum Locos Communes in Libros V. diviſum* (5) *ad Gregorium Presbyterum*, Liber I. haec continet Capita:

I. *Quod ante ſit docendus omnis, quam baptizandus. Hieronymus in Tract. ſuper Matthaeum.*

II. *Quid ſit ſymbolum, & a quibus ſumpſit exordium. Ex dictis Iſidori.*

III. *Quid ſit Baptiſmus, & quot modis fiat, & a quo ſumpſit exordium. Ex dictis eiuſdem B.* (ſcilicet *Bonizonis*.)

IV. *De aurium apertione. Ambroſius in Libro de Myſteriis.*

V. *Vt exorciſmis, & inſufflationibus Clericorum, ſpiritus immundus a Cathecumenis expellatur. Ex Decretis Caeleſtini Papae.*

VI. *Quod generalis Baptiſmus non ſit faciendus, niſi in Paſcha, & Pentecoſte. Ex Decretali Epiſtola Ciricii* (ſc. *Siricii*) *Papae.*

VII. *Quod Baptiſmus ſemel acceptus nulla iteratione violetur. Ex Decretali Epiſtola Leonis Epiſcopi Aquileienſi Epiſcopo.*

VIII. *Quod Baptiſma noſtrum a Domini Pentecoſte ſumpſit exordium. Idem in eadem.*

IX. *Vt baptizentur hi, de quibus incertum eſt, utrum baptizati ſint, an non. Leo in Decretali Epiſtola.*

X. *Vt praeter Paſcha, & Pentecoſten gene-*

(1) Quis fuerit, quove temporo vixerit Gezo, ex eius Praefatione diſcimus, ubi haec leguntur: *Quantum autem huic decreto voluntatis meae, Reverendae memoriae Domnus Giſeprandus, illo tunc tempore noſter Epiſcopus, & vi, & auctoritate reſtiterit, non habetis incognitum &c.* At Giſeprandus, ſive Giſelprandus Derthonenſis Epiſcopus, ut Vghellius Tomo IV. pag. 855. Ital. Sacrae oſtendit, florebat anno circiter Chr. DCCCCL. quum Auguſtano Concilio interfuerit anno DCCCCLII. & nominetur inter teſtes in Othonis Magni Imperatoris Diplomate Aſtenſi Eccleſiae conceſſo A. DCCCCLXXXI. ex fide Chronici Vulturnenſis. Quae omnia faciunt, ut adfirmare tuto poſſimus, hunc Gezonem floruiſſe ante annum Chriſti milleſimum.

(2) Caput XV. praenotatur: *De libello Paſchaſii Ratberti ad Placidum diſcipulum*, ubi in margine recentior manus adſcripſit: *Hic incipit Liber Paſchaſii*.

(3) In edit. *diſcutere*.

(4) Huius Operis exemplar, teſte eodem Mabillonio loc. cit. pag. 89. Cardinalis Bona ex Cod. S. Crucis deſcribi, & ad Acherium tranſmitti curavit.

(5) Cl. Franc. Ant. Zacharias in Itinere Litter. per Italiam pag. 107. in quatuor Libros diviſum Opus perperam adfirmat.

neralis non fiat Baptiſmus. Leo in Decretali Epiſtola.

XI. *Quando poſſit Presbyter fieri, qui in aegritudine eſt baptizatus. Ex Concilio Neocaeſarienſi.*

XII. *Quod Baptiſmus gravidae non proſit ei, quem geſtat in utero.*

XIII. *Quod Arriani non rebaptizandi ſint. Caeleſtinus in Decretali Epiſt.*

XIV. *Quod Novitiani, & Motenſes* (1) *per manus tantum impoſitionem ſuſcipiantur.*

XV. *Vt Pauliniſtae denuo baptizentur. Ex eodem* (2).

XVI. *Quod Baptiſmus, neque per bonos melioretur, neque per malos peioretur. Ex dictis Auguſtini de Baptiſmo.*

XVII. *De eadem re. In Libro de Baptiſmo.*

XVIII. *De eadem re. In eodem.*

XIX. *De eadem re. In eodem.*

XX. *De eadem re.*

XXI. *De eadem re. In eodem.*

XXII. *De eadem re. In eodem.*

XXIII. *De eadem re. In eodem.*

XXIV. *De eadem re. In eodem.*

XXV. *De eadem re. In eodem.*

XXVI. *De eadem re. In eodem.*

XXVII. *De eadem re. In eodem.*

XXVIII. *De eadem re. In eodem.*

XXIX. *Lavacrum aquae. Ambroſius ſuper Lucam.*

XXX. *De eadem re. In Libro de Myſteriis idem.*

XXXI. *De liniendo baptizato. Silveſter in Decretali Epiſtola.*

XXXII. *Ambroſius in Libro de Myſteriis.*

XXXIII. *Quod nullus Cathecumenus, ſine Baptiſmo, vel martyrio vitam habeat. Ex dictis Auguſtini.*

XXXIV. *Quod victuris neceſſaria ſint Confirmationis auxilia. Leo in Decretali Epiſtola.*

XXXV. *Quod nullus debeat denuo baptizari. Leo in Decretali Epiſtola.*

XXXVI. *De eadem re. In eodem.*

XXXVII. *Vt unus patrinus ſit. Hyginus in Decretali Epiſtola.*

XXXVIII. *De eadem re.*

XXXIX. *Quod non ſeparandus ſit ab uxore, qui timore mortis filium baptizavit. Ioannes in Decretali Epiſtola.*

XL. *Ex Canonibus Orientalium.*

XLI. *Bonizonis Epiſcopi ſententia de eadem re, & ſolutio quarumdam quaeſtionum.*

XLII. *Vtilis interpoſitio.*

XLIII. *Bonizonis opinio de recuſſatis.*

Primum Caput inc. *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c.* Vltimum deſ. *mea autem ſententia de recaſſatis haec eſt; difficile bono conſummantur exitu, quae malo ſunt inchoata initio.*

Libro ſecundo pag. 102. *b.* in quo agitur de Eccleſiaſtica Hierarchia, & inquiritur qualis debeat eſſe Epiſcopus, iuxta verba Apoſtoli, praemittitur Prologus, qui dividitur in Capita XV. & inc. *Quod ante ſit docendus omnis, quam baptizandus, & quid ſit Baptiſmus, & quot modis fiat, & a quo ſumpſit exordium, & quando, & quomodo fieri debeat, ſuperiori Libro breviter, prout potuimus, enumeravimus. Dein cathecumenum per exorciſmi inſufflationem, & per olei exorcizati unctionem purgatum certis temporibus, ad fontem uſque perduximus, in quo tertio immiſſus, vel immerſus, propria oris confeſſione, vel per ſuſcipientium fidem, ſe credere in Deum Patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum Filium Dei, & hominis crucifixum, & in Spiritum Sanctum praeſentibus Angelis teſtatus eſt, de quo adſcendens, vel ſublimis, oleo principali delibutus, caeleſtis menſae convivio principatus eſt* (ſic). *Quia vero, teſte Iacobo Apoſtolo, fides ſine operibus mortua eſt, ſupereſt nunc opera digna fide enumerare, ut velut ſapiens Architectus poſſim domum ſupra fundamentum, quod Chriſtus eſt aedificare, quam nec venti, nec flumina, nec imbres valeant eradicare. Nunc vero Dei confiſi miſericordia adoriamur ſermonem.* Deſ. *unde & Apoſtolus dicit: de virginibus praeceptum Domini non habeo, quaſi Moyſes dicat, faeminalibus ego non veſtio, nec impono alicui neceſſitatem; qui vult Sacerdos fieri, ipſe ſe veſtiat.* Capita Libri ſunt iſta:

I. *Quod Dei vocatione eligendus ſit Epiſcopus. Vtilis interpoſitio eiuſdem* (ſc. *Bonizonis*).

II. *Quod vivente Epiſcopo alius non poſſit in loco eius ſubrogari. Ex Epiſtola Cypriani contra Novatum.*

III. *Vt Metropolitani iudicio is altari praeponatur, qui in moribus ſtudiis invenitur, & meritis. Leo in Decretali Epiſtola.*

IV. *Quod non ſit Epiſcopus, qui a Clero & Populo non eſt electus. Item in eodem.*

V. *Quod nullis invitis detur Epiſcopus. Caeleſtinus in Decretali Epiſtola.*

VI. *Quod non ſit turbae facere electionem. Eiuſdem in eadem.*

VII. *Vt ad Epiſcopatum per gradus ſit adſcendendum. Eiuſdem in eadem.*

VIII. *Quod a Simoniaca haereſi omnino ſit cavendum. Ex Meldenſi Concilio.*

IX. *Quod Vſurarii non debeant fieri Epiſcopi. Ex Regeſto.*

X. *Quod nemo Laicus interferat ſe electioni. Hadriani PP. in univerſali octava ſynodo.*

XI. *Quod Laicus in Eccleſia aliquid non debet ſtatuere. Symmachi Papae.*

XII. *Idem in eadem.*

XIII. *Quod vix bono conſummantur exitu, quae malo ſunt inchoata initio. Leo in Decretali Epiſtola.*

XIV. *Quod tres Catholici poſſint eligere Epiſcopum. Gregorius in Regeſto.*

XV. *Quod Epiſcopus non ſit qui a Catholicis non eſt electus. In Regeſto.*

XVI. *Bonizonis opinio de eadem re.*

XVII. *Vt minus quam a tribus non ordinetur Epiſcopus. Vtilis interpoſitio Canonum. Anacleti Papae.*

XVIII.

(1) Ita legitur in Codice, ſed intelligendi ſunt *Novatiani*. & *Montanenſes*.
(2) In margine eadem manus adnotavit. *Paulus tantum baptizabat in nomine Patris.*

xviii. *De eadem re. In Decretali Epiſtola Anicii.*

xix. *Vt intra tres menſes Epiſcopus conſecretur, niſi gravis neceſſitas evenerit. Ex Canone Chalcedonenſi.*

xx. *Qualiter conſecrari debeat Epiſcopus, Bonizonis expoſitio de eadem re.*

xxi. *Quod non oporteat Epiſcopo ſaecularibus curis involvi. Eiuſdem.*

xxii. *De menſa Epiſcopi, ut quos reficit corpore, recreet ſpiritu. Eiuſdem.*

xxiii. *Quales veſtes debeant eſſe Epiſcopi, Eiuſdem.*

xxiv. *Quod ſacratae veſtes ſint pretioſae, Eiuſdem.*

xxv. *De ornatu Eccleſiae. Eiuſdem.*

xxvi. *De Choro Clericorum. Eiuſdem.*

xxvii. *Quod Epiſcopus ſacculum de turpibus lucris non impleat. Eiuſdem.*

xxviii. *Quod Epiſcopo ſit orandum & legendum aſſidue. Eiuſdem.*

xxix. *De hoſpitalitate Epiſcopi. Eiuſdem.*

xxx. *De ſuſceptione confratris Epiſcopi. Eiuſdem.*

xxxi. *De eleemoſyna. Eiuſdem.*

xxxii. *De aſſidua praedicatione. Eiuſdem.*

xxxiii. *De vitando malo hypocriſis, & de cavendis hypocritis. Eiuſdem.*

xxxiv. *De caſtitate ab Epiſcopis conſervanda. Eiuſdem.*

xxxv. *Quod Epiſcopus non habeat familiares infames. Eiuſdem.*

xxxvi. *Vt bellorum tumultibus ſe non immiſceat Epiſcopus. Eiuſdem.*

xxxvii. *De adulatione, & detractione vitanda. Eiuſdem.*

xxxviii. *De bene morigerato eius ſermone & inceſſu. Eiuſdem.* Hoc Caput ita ſe habet: *Hucuſque ſecundum Apoſtolum qualis debeat eligi Epiſcopus, & quando, & a quibus, & quo tempore debeat conſecrari, & ubi, & a quibus, & qualiter poſt conſecrationem debeat vivere, Dei iuvante gratia, compendioſe enarravimus. Supereſt nunc qualiter in Miſſarum ſolemniis, in privatis, & in feſtivis, in confectione Chriſmatis, & reconciliatione poenitentium, & qualiter Ordines, ſecundum Canones debeat celebrare, breviter dilucidare.*

xxxix. *Quod Cathedra Epiſcopalis in eminentiori loco debet ſtatui. In Decretali Epiſtola Clementis Papae.*

xl. *De ordine orationis, & quod pro Regibus ſit orandum. Ambroſius.*

xli. *In Decretali Epiſtola Evariſti PP.*

xlii. *Ex Concilio Ancyrano de eadem re.*

xliii. *Bonizonis ſententia de eadem re.*

xliv. *De Coena Domini. Eiuſdem.*

xlv. *Quod regeneratus ex aqua, per Epiſcopum confirmetur. Ex Decretali Epiſtola Clementis PP.*

xlvi. *Quod omni anno Chriſma in Coena Domini ſit renovandum. Decretalis Epiſtola. Fabiani.*

xlvii. *Bonizonis ſententia de conſecratione Chriſmatis.*

xlviii. *De ordinationibus faciendis. Eiuſdem.*

xlix. *Quod bigamus non poſſit ordinari, Vtilis interpoſitio. Ex Synodo Gregorii tertii.*

l. *Quod poenitens non ordinetur. Ex Decretali Epiſtola Hormiſdae PP.*

li. *Quare praeceptum ſit, ut poenitens non ordinetur. Ex Epiſt. Auguſt. ad Bonif.*

lii. *De quodam Concubinario ordinato. Ex Decretali Epiſtola Pelagii PP.*

liii. *Quod non ordinetur Epiſcopus, qui caſtus diu vixiſſe non comprobatur. Ex Regiſtro Greg. PP.*

liv. *Bonizonis ſententia de eadem materia;* & eſt Caput ſatis longum, quo Libro finis imponitur.

Caput I. inc. *Paullus Apoſtolus dicit: Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, niſi qui vocatus eſt a Deo.* Vltimum deſ. *videant ne aliquibus cito manus imponant, ne communicent peccatis alienis.*

Liber tertius pag. 130. *b.* his Capitibus conſtat:

i. Caput anepigraphum *ex Clementis PP. Epiſtola ad Iac.*

ii. *Quid ſit Provincia. Leo in Decretali Epiſtola.*

iii. *Quod Archiepiſcopus ab omnibus Epiſcopis ſit ordinandus. Anic. Papa.*

iv. *Quod nullus Epiſcopus extra conſcientiam Archiepiſcopi ordinetur. Leo in Decretali Epiſtola.*

v. *Quod in una Metropoli duo Metropolitani non ſint.*

vi. *Quod Metropolitanis ſua iura ſerventur.*

vii. *Quod ſi Epiſcopi noluerint Comprovincialem, ab alterius Provinciae Epiſcopis conſecretur.*

viii. *Quod Metropolitanus omnia quae facit, Comprovincialium conſilio agat. Hyginus.*

ix. *Quod in una Provincia duo non ſint Metropolitani.*

x. *Quod Metropolitanus ultra tres menſes pallium non differat accipere. Damaſus Papa.*

xi. *De eadem re ex Concilio Chalcedonenſi.*

xii. *Ex Regeſto de pallio.*

xiii. *Quod nullus Metropolitanus ultra tres menſes differat Papae fidem ſuam exponere, & pallii ſuſcipere dignitatem. Ex Decretali Epiſtola Ioannis PP.*

xiv *Quod Papa poſſit per nuncium Metropolitano pallium tranſmittere. Greg.*

xv. *De eadem re. Ex Regiſtro Greg.*

xvi. *De eadem re. In Regiſtro.*

xvii. *Quod nullus Metropolitanus, niſi intra Miſſarum ſolemnia, pallio uti debeat. Ex Regiſtro.*

xviii. *Quod ſi Metropolitanus Epiſcopi cauſſam neglexerit, a Comprovincialibus audiatur. Alexander Papa.*

xix. *Quod non liceat Metropolitano aliquid agere abſque conſilio Comprovincialium, excepto quod ad ſuam pertinet Eccleſiam. Ex Decretali Epiſtola Anicii Papae.*

xx.

XX. *Vt minus quam a tribus non ordinetur Epiſcopus. Ex Concilio Africano.*

XXI. *Quod non ſit placita Deo eleemoſyna, quae Simoniaca labe eſt adquiſita. Ex Regiſtro.*

XXII. *Quod ſacerdos non ſit qui per ſimoniam ordinatus eſt. Ex Regiſtro.*

XXIII. *De eadem re. Ex Regiſtro.*

XXIV. *De eadem re. In eodem.*

XXV. *Quod omnis ſimoniacus degradari debeat. Ex Canone Apoſtolorum.*

XXVI. *Quod maius ſit peccatum Spiritum Sanctum vendere, quam Deum negare. Ex ſeptima Synodo.*

XXVII. *Quod nullus invitus ordinetur. Ex Decretali Epiſtola Simplicii.*

XXVIII. *Quod diviſus ab Eccleſia non conſecret. Ex Decretali Epiſtola Pelagii PP.*

XXIX. *Quod excommunicati non poſſint conſecrare. Ex Regiſtro Greg.*

XXX. *Ex Decretali Epiſtola Leonis Papae.*

XXXI. *Bonizonis opinio de eadem re.*

XXXII. *Quod Epiſcopi a ſolo Domino ſint iudicandi. Ex Decretali Epiſtola Clementis Papae.*

XXXIII. *Quod omnes Principes terrae Epiſcopis ſubiecti ſint. Eiuſdem in eadem.*

XXXIV. *Quod Epiſcopi non ſint reprehendendi, niſi in fide erraverint. Idem in eadem.*

XXXV. *Quod damnandus ſit qui Eccleſiaſtica neglexit mandata. Item.*

XXXVI. *Quod maledicti ſint, qui Patres perſequuntur. Ex Decretali Epiſtola Alexandri Papae.*

XXXVII. *Quod omnes Principes terrae Epiſcopis ſubiecti ſint. Ex Decretali Epiſtola Clementis Papae.*

XXXVIII. *Quod Presbyteri nihil agant abſque licentia Epiſcopi. Item in eadem.*

XXXIX. *Quod Epiſcopi a contemptoribus legis non debeant accuſari. Ex Decretali Epiſtola Alexandri Papae.*

XL. *Vt Epiſcopus Sacerdotem ſe ſciat eſſe, non Dominum. In Epiſtola ſua Hieronymus.*

XLI. *Quod non liceat Epiſcopis militiam exercere. Ex Decretali Epiſtola Nicolai Papae.*

Caput primum inc. *Clemens Epiſcopus Iacobo, In his civitatibus Apoſtolorum Princeps Primates inſtituiſſe, ubi primitus Archiflamines morabantur &c.* Vltimum deſ. *ſicut ſcriptum eſt: nemo militans Deo, implicat ſe ſaecularibus negotiis.*

Libro quarto pag. 139. Prooemium ſatis longum praecurrit, in quo enarrantur geſta a S. Petro (1), uſque ad Vrbanum II. & inc. *Scripturus de excellentia Romanae Eccleſiae, & de privilegiis ad eiuſdem Eccleſiae Epiſcopum pertinentibus, & de conſtitutionibus eiuſdem, ſolertem rogo lectorem, ne citiſſime in meam prorumpat ſugillationem, dum viderit me in tam profuſo opere ſuccinctum pauca dixiſſe de magnis.* Deſ. *Vrbani vero Pontificis actu, & de eius victoria, ſi quis ſcire voluerit, legat Librum, quem ſcripſi in Hugonem ſchiſmaticum (2), & ibi inveniet ad plenum dilucidata quae voluerit. Hucuſque, incipiens a B. Petro, Apoſtolorum Principe, uſque ad noſtra tempora, Romanorum Pontificum actu compendioſe digeſſimus. Supereſt nunc, ut de privilegiis ad Romanum Pontificem pertinentibus, & de praerogativa ipſius Sedis, non profuſe, ſed ſuccincte, Dei iuvante gratia, diſſeramus; ſed antequam ad ea diſſerenda veniamus, quod B. Innocentius ex ſuperiori Toletano ſcripſerit, de conſuetudinibus Eccleſiaſticis obſervandis ad medium introducamus.* Huius autem Libri Capita ſic inſcribuntur:

I. *Quod ubi aliquid incerti oritur, recurrendum eſt ad Sanctae Romanae Eccleſiae auctoritatem.*

II. *Quod Beatus Petrus Clementem ordinaverit Summum Pontificem. In Decretali Epiſtola Clementis ad Iacobum.*

III. *Quod difficiles quaeſtiones ad Petri Sedem referantur. In Decretali Epiſtola Anacleti.*

IV. *Quod ſacerdotalis ordo a Petro ſumpſit exordium. Eiuſdem.*

V. *Quod Romana Eccleſia ab ipſo Domino ſit fundata. In Decretali Evariſti PP.*

VI. *Quod nullus Epiſcopus ante Iudices ſaeculares diiudicetur. In Decretali Alexandri Papae.*

VII. *Quod pulſatus Romanam Sedem appellet. In Decretali Sixti Papae.*

VIII. *Quod Romana Eccleſia caput ſit omnium Eccleſiarum. In Decretali Pii Papae.*

IX. *Quod Epiſcoporum cauſſae non poſſint ſine Romani Pontificis iudicio terminari. Victoris Papae.*

X. *Quod Epiſcoporum iudicia ad Romanam Sedem deferantur. In Decretali Eleutherii Papae.*

XI. *Quod ad Romanam Eccleſiam omnibus oppreſſis ſit fugiendum. Zepheryni Papae.*

XII. *Quod Romana Eccleſia a tramite veritatis non erravit. Lucii Papae.*

XIII. *Vt ad Romanam Eccleſiam ſemper ſit fugiendum, velut ad matrem. Sixti Papae.*

XIV. *Vt Romana Eccleſia poſſit corrigere*

(1) In eius elogio pag. 141. haec notanda ſunt: *Dein ſucceſſore ſibi in Antiochena Sede ordinato, Romanam Eccleſiamglorioſo ſuo decoravit Epiſcopatu. In qua reſidens per viginti quinque annos, & menſes tres, & dies tres, per omnem Italiam, & Gallias, & Hiſpanias, & Inſulas interiacentes ordinavit Epiſcopos. Quamobrem errant Mediolanenſes, qui faſtu ſuperbiae inflati ſuam dicunt Eccleſiam non a Petro, nec a ſuis ſucceſſoribus, ſed a Barnaba ſumpſiſſe exordium; nulla enim littera, nullave hiſtoria commemorat eum umquam maria tranſiiſſe &c.*

(2) Scripſit Bonizo A. MLXXXV. Libros duos, quorum prior de rebus ſub Benedicto IX. & inſequutis Pontificibus, & Antipapis uſque ad obitum Gregorii VII. inſcriptus ad Amicum; alter autem de Actis primi, & ex parte ſecundi anni Pontificatus Vrbani II electi an. MLXXXVIII. die XII. Martii, & eſt in Hugonem Schiſmaticum, hoc eſt, ut Pagius ad annum MXLIV. num. VII. ex Lambecii Tomo II pag. 798. iam monuit, contra Hugonem cognomento Candidum, Cardinalem Presbyterum tituli S. Clementis, qui anno MLXI. ab obitu Nicolai II Papae anteſignanus fuit eorum, qui novum Pontificem Romanum, nonniſi conſulto, & conſentiente Imperatore Henrico IV. creandum eſſe contenderunt.

Digitized by Google

quod novum eſt. In Decretali Dionyſii Papae.

XV. *Vt maiora negotia ad Romanam Eccleſiam deferantur. In Decrrtali Felicis Papae.*

XVI. *Vt nullus condemnetur, niſi confeſſus fuerit, vel convictus. Eiuſdem.*

XVII. *Vt difficiles quaeſtiones ad Sedem Apoſtolicam referantur. In Decrrtali Caii Papae.*

XVIII. *Quod Antiochena Eccleſia, Romanae Eccleſiae ſubiecta ſit. In Decretali Marcelli Papae.*

XIX. *Quod Epiſcopus non poſſit damnari ſine conſulta Papae. In Decretali eiuſdrm.*

XX. *Quod in Romana Eccleſia ſemper ſine macula Chriſtiana ſervata eſt Rrligia. In Drcretali Euſebii Papae.*

XXI. *Quod non ſit condemnandus* (ſc. *Epiſcopus*) *inconſulto Papa. In Decret. Melchiadis Papae.*

XXII. *Quod Summus Pontifex a nemine iudicetur. Silveſtri Papae,*

XXIII. *Quod omnis Synodus Romana auctoritate ſit vocanda. In Decr. Iulii Papae.*

XXIV. *Quod Romana Eccleſia aperire poſſit regnum caelorum, vel claudere. Liberii Papae.*

XXV. *Quod Synodus non poſſit ſine auctoritate Romanae Sedis celebrari. In Decretali Epiſtola Damaſi Papae.*

XXVI. *Quod B. Petri Apoſtoli Sedes magiſtra ſit ſacerdotalis ordinis. Leonis Papae.*

XXVII. *Quod nulli fas ſit Apoſtolica Decreta temerare. Eiuſdem.*

XXVIII. *Quod Romana Eccleſia poſſit ſolvrre, quod iniqua Synodus damnavit. Gelaſii Papae.*

XXIX. *Quod in Papa, ſi deſint bona per meritum, ſufficiunt quae a praedeceſſore praeſtantur. In Decr. Symmachi Papae.*

XXX. *Quod inter Apoſtolos fuit quaedam diſcretia poteſtatis. In Decr. Nicolai Papae.*

XXXI. *Quod Romani Pontificis ſententia a nullo poſſit retractari. Eiuſdrm.*

XXXII. *Quod Papa poſſit Epiſcopum contra voluntatem Archiepiſcopi conſecrare. Stephani Papae.*

XXXIII. *Quod Papa ſic vices ſuas committit Archiepiſcopo, ut in partem ſit vocandus ſollicitudinis, non in plenariam poteſtatem. Leonis Papae.*

XXXIV. *Quod nullius ſint momenti ordines contra Decreta Romanorum Praeſulum. In Decretali Epiſtola Hadriani Papae.*

XXXV. *Quod qui Romanae Eccleſiae conatur minuere dignitatem haereticus probatur. Ex Decretali Epiſtola Nicolai Papae miſſa Mediolanenſibus.*

XXXVI. *Quod nulli fas ſit Apoſtolica praecepta caſſare. In Regiſtro Greg.*

XXXVII. *Quod particularis Synodus univerſalem non poſſit iudicare Synodum. In Decretali Epiſtola Gelaſii Papae.*

XXXVIII. *Qui Petri non tenet unitatem, fidem non tenet.*

XXXIX. *Quod omnes ſanctiones Romanae Eccleſiae ſic ſunt obſervandae, quaſi B. Petri ore prolatae. Agathonis PP.*

XL. *Quod non ſit adtendendum qui ſint, ſed quid annuncient. Nicolai Papae.*

XLI. *Quod qui poteſtatem Romanae Eccleſiae minuere cupit, in haereſim labitur. Nicolai II. Papae.*

XLII. *Quod nullus incolumis Papae ambiat Papatum. Symmachi Papae.*

XLIII. *Quod tentantes Papam a Sede pellrre, excommunicentur. Ex octava Synodo.*

XLIV. *Quod vivente Papa, nullus in eius loca poſſit ordinari. In Decretali Epiſtola Martini Papae.*

XLV. *De conſecratione Eccleſiarum, & Altarium. Bonizonis opinio.*

XLVI. *Quod non licet Miſſam celebrari niſi in locis ordinatis ab Epiſcopo. Clementis Papae.*

XLVII. *Vt dos Eccleſiae ad Epiſcopum pertineat. Ex Concilio Toletano.*

XLVIII. *Eccleſia, in qua homicidium, vel adulterium patratum fuerit, reconſecretur. Eugenii Papae.*

XLIX. *Quare Altare debeat reconſecrari, Ex eodrm.*

L. *In Decrrtali Epiſtola Iulii Papae de eo qui Eccleſiam igne comburit.*

Caput I. inc. *De his, de quibus certum nihil Scriptura demonſtrat, & nihil certum noſtri maiores ſcriptis ſuis reliquere.* Vltimum deſ. *ſi quis Eccleſiam igne comburit XV. annos poeniteat, & eam ſedule, & precium ſuum diſtribuat pauperibus* (ſic),

Liber V. pag. 168. *b.* ſequenti Prologo inſtructus eſt: *Superioribus tribus libellis qualis debeat eligi Epiſcopus, & a quibus, & ubi, & quando debeat conſecrari, & qualiter poſt conſecrationem decenter debeat vivere, prout potuimus breviter enarravimus. Deinde de Metropolitani dignitate, & uſu pallii, & de excellentia Epiſcopali, & de induciis, & de reſpuenda inimicorum accuſatione, & infamium, & de eorum iudicio compendioſe tractavimus. Poſt vero de excrllentia Romanae Eccleſiae, & de praerogativa Romani Pontificis, & de conſtitutionibus, & de conſuetudinibus praefatae Eccleſiae, non profuſe, ſed ſuccincte, vix pauciſſima de multis carpendo, digeſſimus. Supereſt nunc de ſecundi ordinis Sacerdotibus, & Diaconibus, ceteriſque ordinibus, prout Deus conceſſerit enarrare, & primum ab ordinatione ordiamur.* His autem Capitibus Liber diſtinguitur:

I. *Ordo, qualiter in Romana Eccleſia ordinationes celebrentur. Boniz.*

II. *Quando ordinationes fieri debeant, In Decret. Epiſtola Grlaſii.*

III. *Bonizonis opinio.*

IV. *Qui illicitas ordinationes fecerit, proprii gradus periculo ſubiacebit. In Decretali Epiſtola Simplicii Papae.*

V. *Quod nullus abſolute poſſit ordinari. Ex Concilio Chalcedonenſi.*

VI. *Vt nullus, niſi ſacerdos, audeat praedicare. Leonis Papae.*

VII. *Quod audiendi ſunt Presbyteri, Hieronym.*

VIII.

VIII. *Quod Sacerdotes Dei ab omnibus ſint honorandi, & non lacerandi. Cypriani.*

IX. *Quod Sacerdotes poſſint praedicare. Hieronymus in Epiſtola.*

X. *Quod Presbyteri res Eccleſiae vendere non poſſint. Ex Concilio Ancyrano.*

XI. *Vt Sacerdos ſine operimento non incedat, nec ſaecularibus utatur veſtibus. Zachariae Papae.*

XII. *De continentia Sacerdotum & Levitarum. In Decretali Epiſtola Clementis Papae.*

XIII. *Quod Epiſcopus, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Presbyter, ſi fornicati fuerint, deponantur.*

XIV. *Quod Presbyter, vel Diaconus incontinens deponantur. Ex Concilio Neocaeſarienſi.*

XV. *De eadem re. In Decretali Epiſtola Siricii Papae.*

XVI. *Cum quibus mulieribus liceat Clericum habitare. Ex Nicaena Concilio.*

XVII. *Vt Sacerdotes, & Levitae cum mulieribus non coëant. Ex Decretali Epiſtola Innocentii Papae.*

XVIII. *De eadem re.*

XIX. *Quae feminae cum Clericis habitare poſſint. Ex Decretali Epiſtola Siricii.*

XX. *Ex Concilio Toletano.*

XXI. *Vt Presbyteri, vel Diaconi, per manus, ſi peccaverint, non ſuſcipiantur impoſitionem. Ex Decret. Leonis Papae.*

XXII. *Quod lapſi non poſſint redire ad Ordines. Gregorii Papae.*

XXIII. *De Presbytero depoſito, qui ſacrificare praeſumpſit. Eiuſdem.*

XXIV. *Quod Sacerdotes poſſint offerre poſt lapſum. Hieronymus in Malach.*

XXV. *De poenitentia lapſi Sacerdotis.*

XXVI. *De reparatione lapſi. In Decretali Epiſtola Callixti Papae.*

XXVII. *Quod lapſi poſt poenitentiam poſſint reparari. Iſidori Epiſc.*

XXVIII. *Bonizonis ſententia.*

XXIX. *Clementis Papae item de eadem re.*

XXX. *Quod ſi incerti teſtes deſint Presbytero accuſato, iuramentum ſit in medio, & ſic in gradu maneat. Gregorii Papae.*

XXXI. *Vt nullum conſtringat ſententia a ſuo iudice non prolata. In Decretali Hadriani PP.*

XXXII. *Quali poena mulctandi ſunt, qui iniuſte fratres accuſant. In Regeſto.*

XXXIII. *Quod ſi Presbyteri, vel Diaconi fuerint accuſati, liceat eis convocare Comprovinciales Epiſcopos.*

XXXIV. *Quod ratio nulla permittit, ut propriis uſibus applicetur, quod communi eſt pro utilitate conlatum. In Regeſto.*

XXXV. *De eadem re. Hieronymus ſuper Matthaeum.*

XXXVI. *Quod rebus Eccleſiae nonniſi communiter uti quis debet. Vrbani Papae.*

XXXVII. *Qualis debeat eſſe uxor legitima. In Decretali Epiſtola Leonis Papae.*

XXXVIII. *Quod per quatuor anni tempora ieiunium ſit obſervandum. Gelaſii Papae.*

XXXIX. *De Clericis apoſtatis. In Meldenſi Concilio.*

XL. *De Clericis in rixa interfectis. Ex Concilio Tyburtenſi.*

XLI. *De poenitentia mulieris, quae cum Sacerdote fornicata eſt. Hormiſdae Papae.*

XLII. *Quod nullus filiolam patris ſui ducat in uxorem. In Decretali Epiſtola Zachariae, & Deusdedit PP.*

XLIII. *Concilium Vrbani Papae Placentiae factum.*

XLIV. *Quod non communicatur culpa per alterius voluntatem.*

XLV. *Cur peccatis parentum filii non tenentur obligati, quemadmodum per fidem illorum in baptiſmo ſunt ſalvati. Auguſtini ad Bonifacium.*

XLVI. *Decretum Alexandri Papae de Simoniacis, & de Presbyteris concubinam habentibus.*

XLVII. *Auguſtinus in libro de Fide, & Operibus.*

XLVIII. *Quod nullus laicus in miniſterio, vel officio ſacerdotali miſceatur.*

XLIX. *Ex dictis Auguſtini ſuper Epiſtolam Ioannis Apoſtoli.*

L. *Theodorus. De inobediente.*

LI. *Gregorius, poſt quot dies enixa mulier debeat Eccleſiam intrare.*

LII. *Non agitur poenitentia, ſi, quum res aliena reddi poteſt, retinetur. Auguſtinus.*

LIII. *Quod ordinatio remaneat in condemnatis. Aug.*

LIV. *Gregorius Romanae Synodo reſideat, dixit.*

LV. *Callixtus Papa. De excommunicatis.*

LVI. *Quod dies Dominicus omnibus debeat eſſe feſtivus. Ex Concilio Theodori Papae.*

LVII. *Si quis per famem furtum fecerit, reddat furtum, & ſic poeniteat. Theodori Papae.*

LVIII. *Qui pecunias Eccleſiae furatur, homicidae comparatur. Anacleti.*

LIX. *Quod non liceat alicui ſponſam fratris ſui accipere. Ex Concilio Tyburtenſi, cui interfuit Arnulphus Rex conſtituente Iulia III. Papa.*

LX. *Epilogus de inceſtis compendioſe digeſtus.*

LXI. *Ex Agathenſi Concilio.*

LXII. *De eo, ſi aliquis ſuae ſpiritualis commatris filiam, uxorem ducere poſſit.*

LXIII. *Ex Decretis Tyburtenſis* (ideſt Concilii) *Cap. XLVII.*

LXIV. *Ex eodem.*

LXV. *Tria ſunt requirenda in electione Epiſcopi. electio cleri, conſenſus populi, aſſenſio Principis. Ex Decreto Nicolai Papae.*

LXVI. *De ſacrificio Miſſae*, quod in alia Capita XII. dividitur, quorum quartum inſcribitur manu recentiore *De officio mortuorum.* In his adlegantur Auguſtinus, Beda in Homilia Ioannis, Auguſtinus in Libro IV. de Trinitate, De catechizandis rudibus, Ianuarius Epiſcopus in Libro contra Boniſacium, & iterum Auguſtinus, & Ianuarius Epiſcopus.

Caput primum inc. *Menſis primi, quarti, & ſe-*

& ſeptimi, & decimi, ſabbatorum die in duodecim lectionibus ad Sanctum Petrum, ubi Miſſae celebrantur &c. Caput ultimum deſ. *vinum quoque non qualecumque, ſed quod ſervorum Dei corda laetificat, quod animas ebriat & purgat.*

Bonizo primo Sutrinus, tum, teſte Bertholdo Conſtantienſe Hiſtorico, Placentinus Epiſcopus, qui A. MLXXXIX. die XV. Iulii, quod virili animo ſchiſmaticis, hoſtibuſque Eccleſiae Romanae obſiſteret, ab ipſis crudeliter effoſſis oculis, & truncatis membris occiſus eſt. Vid. Vghellium Tom. I. pag. 1275. in Sutrinis Epiſcopis, & Tom. II. pag. 210. ſeq. in Placentinis. Eius Librum de Sacramentis ad Gualterium, Leonienſis Monaſterii Abbatem, in Bibliotheca Ambroſiana evolvit Io. Mabillonius, ut eruitur ex Itinere Italico pag. 13. Sed & ante Mabillonium Petrus Maria Campius in Hiſtoria Eccleſiae Placentinae ad Annum MXLIV. & MLXXXVII. plura attulerat de Bonizone, atque inter cetera monuerat, ſe Romae Librum de Sacramentis vidiſſe. Idem Opus indicavit ipſe Bonizo in fine Chronicae Romanorum Pontificum a Petro uſque ad Vrbanum II. quam Libro IV. huius Collectionis, Prooemii loco, praefixit. Edidit autem Librum de Sacramentis Muratorius in Antiquit. Medii Aevi Tom. III. pag. 599. Clariſſimus Manſius in Additionibus ad Biblioth. Mediam Fabricii Tomo I. pag. 261. ſeqq. duos Canonicae Bonizonis Collectionis, quae continetur in noſtro, deſcribit Codices, unum Caeſareae Vindobonenſis Bibliothecae in Libros VII., alterum Brixienſem in Libros IX. diviſum, ſed dubitat, an in utroque Codice, cuius aetatem reticet purum putumque ſit Bonizonis Opus, quod fortaſſe praeſefert noſter hic Codex ipſo vivente auctore exaratus.

Subiiciuntur in fine Anonymi duo breves anepigraphi Sermones. Primus de inobedientia primi hominis, inc. *Deus quum hominem feciſſet ſumma beatitudine praeditum, & divinae imaginis decore honoratum, poſuit eum in Paradiſum &c.* Alter de immolatione Agni Paſchalis, inc. *Attendat ergo charitas veſtra, fratres mei, qualiter huic noſtrae feſtivitati ſingulis feſti typus & figura concinat.* In principio autem Excerptum aliud occurrit de deſcenſione Chriſti ad inferos, & tandem in averſa pagina Decretalis quaedam, quae inc. *De gradibus propinquitatis, ſuper quibus parvitatem meam vobis conſulere placuit, quod ego cum omnibus orthodoxae fidei cultoribus ſentio, ratum duxi paucis verbis abſolvere &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. oblongo Saec. XI. cum titulis & initialibus rubricatis, num. 253. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 194.

GOFFRIDI VINDOCINENSIS DE CORPORE ET SANGVINE CHRISTI LIBER, SERMONES, ET EPISTOLAE.

I. pag. 1. GOffridi Vindocinenſis (1) Abbatis, & S. Priſcae Cardi- Cod. VI.
nalis. Tractatus de Corpore & Sanguine Domini. Huius inſcriptio, & principium eſt: *Frater Goffridus peccator, in praeſenti Tractatu Catholicus ſcriptor, omnibus Chriſtianis de Corpore & Sanguine Domini fideliter credere, & ipſum, cuius Corpus & Sanguinem percipiunt Chriſtum Dominum videre pariter & habere. De Corpore & Sanguine Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, dum a fidelibus pie quaeritur, quod veraciter dicendum eſt.* Deſ. *panis & vini materiam in ſui Corporis naturam in conſecratione convertit.* Exſtat in editione Iacobi Sirmondi Venetiis ex typographia Bartholomaei Iavarina MDCCXXVIII. fol. inter Sirmondi Opera Tom. III. pag. 583.

II. pag. 4. Eiuſdem Tractatus ad Petrum Leonis, Romanae Eccleſiae Cardinalem, de Ordinatione Epiſcoporum, & de Inveſtitura Laicorum. Inc. *Vindocinenſis Monaſterii servus ſuo praecordiali amico Petro Leonis, Romanae Eccleſiae Cardinali Diacono, Catholicam fidem toto corde diligere, & eos, qui ei contradicunt totis viribus impugnare. Veſtrae petitionis.* Deſ. *& cum Chriſto eſſe meretur.* Ibid. a pag. 584. ad pag. 588.

III. pag. 7. *b.* Eiuſdem Tractatus de Tabernaculo Domini ad Hamelinum Priorem Credonenſem, & Andream Priorem Andegavenſem. Inc. *Vindocinenſis Monaſterii humilis ſervus dilectis in Chriſto diſcipulis H. & A. bona principia forte meliori terminare. Multis ac diverſis.* Deſ. *qui immenſae pietatis, & ſummae iuſtitiae vivit &c.* Ibid. a pag. 592. ad pag. 595. ſub titulo *De Arca Foederis.*

IV. pag. 10. *b.* Invectio contra ſacerdotem peccantem, ut poeniteat, & ſacerdotis poenitentis conſolatio, ubi ſe ipſum accuſat, & ne in cura paſtorali excedat modum diſcretionis, pium Ieſum exorat. Inc. *Peccator agnoſce.* Deſ. *valeant liberari; quod ipſe &c.* Ibid. a pag. 599. ad pag. 600.

V. pag. 12. Eiuſdem Sermo primus de Nativitate Domini. Inc. *Hodie, dilectiſſimi.* Deſ. *mundare dignetur I. C. D. &c.* Ibid. a pag. 607. ad pag. 610.

VI. pag. 14. Item Sermo de eadem die. Inc. *Hodie, dilectiſſimi, Redemptoris noſtri.* Deſ. *miſericordia, & bonitate, nobis donare dignetur, qui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 610. ad pag. 613.

VII.

(1) Goffrido patria fuit in Andegavis. Educatus a Guarnerio Archidiacono Andegavenſi, Magiſtroque uſus Guillelmo, ad quem Libro IV. ſcribit, prima aetate inter Monachos Vindocinenſis Monaſterii, quod Goffridus Martellus Comes, paucis ante annis in Carnutum finibus fundaverat, nomen dedit. De eius obitu nihil compertum. Ad extrema Honorii II. tempora perveniſſe, Honorii ipſius ad Goffridum litterae, anno MCXXIX. ſcriptae teſtantur. Haec autem Goffridi monumenta, in Epiſtolas, Opuſcula, & Sermones digeſſit Cl. Iacobus Sirmondus, edi ditque Pariſiis ex Officina Nivelliana A. MDCX S. Nos autem in huius Codicis collatione uſi ſumus editione Veneta inter Opera Sirmondi Tomo III.

VII. pag. 17. *b.* Item de eadem die. Inc. *Chriſtus Dei Filius*. Deſ. *videre & habere mereamur, qui cum Patre &c.* Ibid. a pag. 614. ad pag. 617.

VIII. pag. 21. Eiuſdem Sermo de feſtivitate Sanctae Mariae Virginis. Inc. *Diem iſtum*. Deſ. *qui pro nobis ex ea factus eſt Homo C. D. N. qui cum &c.* Ibid. a pag. 633. ad pag. 637.

IX. pag. 24. *b.* Eiuſdem Oratio rhythmica ad Matrem Domini. Inc.

Maria glorioſa.

Deſ.

Me ab omni iniquitate, Amen.

Ibid. a pag. 603. ad pag. 604.

X. pag. 25. Eiuſdem Sermo de feſtivitate Beatae Mariae Magdalenae, Inc. *Audivimus, fratres*. Deſ. *& habere mereamur D. N. I. C. qui &c.* Ibid. a pag. 637. ad pag. 640.

XI. pag. 28. Eiuſdem Sermo de feſtivitate B. Benedicti. Inc. *Licet, dilectiſſimi*. Deſ. *Deus & Dominus noſter &c.* Ibid. a pag. 642. ad pag. 646.

XII. pag. 32. Eiuſdem Epiſtola ad Vrbanum Papam. Inc. *Domino chariſſimo ac venerabili Papae Vrbano G. ſuus reverentiam cum purae dilectionis obſequio. Sanctitatem veſtram viſitare cupiens*. Deſ. *ſcire deſidero. Valeat maieſtas veſtra*. Lib. I. Ep. I. pag. 411.

XIII. pag. 32. *b.* Eiuſdem Epiſtola ad Paſchalem Papam, in qua de Andegavenſi, Cenomannenſi, & Sanctonenſi Epiſcopis conqueritur. Inc. *Dilectiſſimo ac venerabili Patri ſuo Paſchali Papae G. Vindocinenſis Monaſterii miniſter indignus debitam cum dilectione obedientiam. Alodium B. Petri, Vindocinenſe videlicet Monaſterium*. Deſ. *optata quiete perfruamur*. Ibid. Ep. III. pag. 413.

XIV. pag. 33. *b.* Alia ad eumdem, in qua conqueritur de Ivone Carnotenſi Epiſcopo. Inc. *Beatiſſimo Papae Paſchali, chariſſimo Domino ſuo & Patri, omnis Congregatio Vindocinenſis Monaſterii, eorumque indignus Pater G. debitam cum filiali timore ſubiectionem, & obedientiam. Iniuriis, & perſequutionibus*. Deſ. *quam indicare poſſit Epiſtola*. Ibid. Epiſt. IV. pag. 415.

XV. pag. 34. Alia ad eumdem, in qua inter cetera oſtendit ſe non canonico tempore ad Concilium fuiſſe vocatum. Inc. *Beatiſſimo Papae Paſchali frater G. quod chariſſimo Patri humilis filius, & bono Domino fidelis ſervus. Litteras veſtras*. Deſ. *confundatur & pereat*. Ibid. Ep. IX. pag. 424.

XVI. pag. 35. Ad eumdem pro Pagano Aleriei. Inc. *Glorioſae ac venerabilis vitae Patri & Domino Paſchali Sanctae & Catholicae Romanae Eccleſiae Pontifici, Fr. G. peccator dictus Abbas Vindocinenſis &c. Litteras Sanctitatis veſtrae*. Deſ. *ſi bonitati veſtrae placet, recepturus*. Ibid. Ep. V. pag. 416.

XVII. pag. ead. *b.* Ad eumdem pro eodem Pagano. Inc. *Beatiſſimo Papae Paſchali, chariſſimo Domino & Patri, Fr. G. Sanctae Romanae Sedis humilis ſervus debitam cum dilectione obedientiam. Dominum Paganum Beati Albini electum*. Deſ. *paterna compaſſione*. Ibid. Ep. VI. pag. 417.

XVIII. pag. 36. *b.* Ad eumdem contra Monachos Sancti Albini. Inc. *Dilectiſſimo Patri & Domino Paſchali Papae venerabili Fr. G. Sanctae Romanae Eccleſiae ſervorum minimus debitam cum dilectione obedientiam. Placuit Sanctitati veſtrae*. Deſ. *non ſedeat Papa*. Ibid. Ep. VIII. pag. 422.

XIX. pag. 38. Ad eumdem. Inc. *Beatiſſimo Papae Paſchali chariſſimo Domino & Patri Fr. G. Apoſtolicae Sedis ſervorum minimus, eam quae ſecundum Deum eſt obedientiam. Optime noſtis*. Deſ. *proceſſit, ignoſcatur*. Ibid. Ep. VII. pag. 418.

XX. pag. 41. Ad eumdem. Inc. *Dilectiſſimo Domino ac venerabili Papae Paſchali G. per omnia ſuus, cum dilectione debitam ſervitutem. Ad vos venire*. Deſ. *reſtaurare poterimus*. Ibid. Ep. II. pag. 412.

XXI. pag. ead. *b.* Ad Cononem Praeneſtinum Epiſcopum, Romanae Eccleſiae Legatum. Inc. *Cononi vitae laudabilis Epiſcopo, Sanctae Apoſtolicae Sedis Legato, Frater G. eiuſdem Sedis Alodiarius, & ſervus dilectionem, & totius dilectionis ſervitutem. Vindocinenſe Monaſterium*. Deſ. *veſtrae dilectioni revelare*. Ibid. Ep. XVIII. pag. 432.

XXII. pag. 42. Ad Girardum Engoliſmenſem Epiſcopum, Romanae Eccleſiae Legatum. Inc. *Dulciſſimo Domino, & praecordiali amico Domino Girardo vitae laudabilis Epiſcopo, Sanctae Romanae Sedis Legato, Fr. G. eiuſdem Sedis ſervorum minimus a Deo ſalutem aeternam, quod ipſe eſt, & a ſe quidquid ſapit & poteſt. In primis veſtrae dilectioni*. Deſ. *& vobis utile*. Ibid. Ep. XXII. pag. 438.

XXIII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Domino Girardo honeſtae vitae Epiſcopo, Sanctae Romanae Eccleſiae venerabili Legato, Fr. G. veſtrae religionis ſervus dilectionem & totius dilectionis ſervitutem. Audivimus, dilectiſſime Domine*. Deſ. *nobis notum facite*. Ibid. Ep. XXIII. pag. ead.

XXIV. pag. 43. Ad eumdem. Inc. *Girardo laudabilis vitae Epiſcopo, Sanctae Romanae Sedis Legato, Domino ſuo & praecordiali amico Fr. G. quidquid mandari poteſt & haberi ſalubrius. Apud bonitatem veſtram*. Deſ. *ſuae gratia charitatis efficiat*. Ibid. Ep. XXVI. pag. 440.

XXV. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Domino ac venerabili Engoliſmenſi Epiſcopo Girardo, Sanctae Romanae Sedis Legato, Fr. G. ſalutem a Deo, & a ſe purae dilectionis ſervitutem. Noveris dilectio veſtra*. Deſ. *nec ore alieno voluimus revelare*. Ibid. Ep. XXIV. pag. 439.

XXVI. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Domino Girardo laudabilis vitae Epiſcopo, S. Romanae Sedis Legato, Fr. G. eiuſdem Sedis Alodiarius & ſervus, a Deo bonae operationis fructum, & a ſe purae dilectionis obſequium. Significaſti mihi per fratrem noſtrum Guillelmum, quem pro cauſſa, quam noſtis, vobis*

mi-

miſeram, quod in Concilio, quod mediante Quadrageſima. Deſ. *nullatenus dubitetis. Praeterea vos ignorare nolumus, quod ſecundum Romanae Eccleſiae auctoritatem nulli Legato Apoſtolicae Sedis de rebus Monaſterii noſtri, quae ſunt propriae Romani Pontificis, quidquam diſtrahere, vel diffinire licet; quod ſi praeſumptum fuerit, irritum manebit & vacuum, & praeſumptori tales gratiarum actiones Dominus Papa reddidit, quales ei reddere debet, qui ſe ipſum alterum Papam creavit*. Ibid. Ep. xxv. pag. 440. ſed multum diverſa in principio, & in fine.

XXVII. pag. 44. Ad eumdem. Inc. *Girardo Normanno Engoliſmenſi Epiſc. S. Romanae Sedis Legato Fr. G. ejuſdem Sedis Catholicus ſervus, diſcordias non ſeminare, nec cito credere mendacia proferenti. Miror te*. Deſ. *veridicum correctorem*. Ibid. Ep. xx. pag. 435.

XXVIII. pag. ead. *b*. Ad eumdem. Inc. *Glorioſo & venerabili Epiſc. Apoſtolicae Sedis Legato Fr. G. Vindocinenſis Abbas, & ejuſdem Sedis fidelis filius, boni operis fructum, & purae dilectionis amplexum. Quoniam ſancta Romana Eccleſia*. Deſ. *ſuae poteſtatis*. Ibid. Ep. xxi. pag. 436.

XXIX. pag. 46. Ad Richardum Albanum Epiſcopum, Romanae Eccleſiae Legatum. Inc. *Richardo beatae vitae Epiſcopo, Apoſtolicae Sedis venerabili Legato G. ejuſdem Sedis ſervorum minimus &c. Fratre, quem ad vos*. Deſ. *& accipiat*. Ibid. Ep. xvii. pag. 432.

XXX. pag. ead. *b* Ad Hugonem Lugdunenſem Archiep. Romanae Eccleſiae Legatum. Inc. *Hugoni vere religioſo Archiep. S. Romanae Sedis Vicario &c. Litteras ſanctitatis veſtrae*. Deſ. *tempore competenti reticebo*. Ibid, Ep. xxviii. pag. 442.

XXXI. pag. ead. *b*. Ad Petrum Leonis, Romanae Eccleſiae Cardinalem. Inc. *Petro Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinali Diacono, chariſſimo Domino, & praecordialiſſimo amico Fr. G. ejuſdem Eccleſiae ſervorum minimus &c. Infirmitatem veſtram audivimus*. Deſ. *non probant obſequia. Valete, & quod placuerit reſcribite*. Ibid. Ep. xvi. pag. 432.

XXXII. pag. 47. Ad Radulphum Turonenſem Archiep. Inc. *Radulpho laudabili Turonenſium Archiepiſcopo G. Vindocinenſis Monaſterii humilis ſervus, diligere quod Deus diligit, & odio habere quod odit. Super Harduino de Malliaco*. Deſ. *vobis conſentiente ſuſtinemus*. Ibid. Ep. xxx. pag. 443.

XXXIII. pag. ead. *b*. Ad Ivonem Carnotenſem Epiſc. Inc. *Dulciſſimo Patri ſuo Ivoni vitae venerabilis Epiſcopo G. Vindocinenſis Coenobii humilis Abbas, quod patri filius, & domino ſervus. Beneficiorum veſtrorum recordari*. Deſ. *eam ſaltem deſidero viſitare*. Ibid. Lib. II. Ep. i. pag. 445.

XXXIV. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Suo chariſſimo Patri & Domino Ivoni &c. Pater ſancte. quum me a vobis praegravari ſentio*. Deſ. *non mediocriter formidare*. Ibid. Ep. ii. pag. ead.

XXXV. pag. 48. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. debitum purae dilectionis obſequium. Circa fratrem, pro quo rogaſtis*. Deſ. *impetrare potueris*. Ibid. Ep. iii. pag. 446.

XXXVI. pag. ead. *b*. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. quod bono patri devotus filius. Quoniam omnia*. Deſ. *ucturi ambigimus*. Ibid. Ep. iv. pag. 447.

XXXVII. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. quod dilecto patri ſubiectus filius, & pio domino fidelis ſervus. Quam pure*. Deſ. *ſi places reſcribite*. Ibid. Ep. v. pag. 447.

XXXVIII. pag. 49. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. cum dilectione reverentiam. Quum ſcriptum inveniamus*. Deſ. *non minuetur*. Ibid. Ep. vi. pag. 448.

XXXIX. pag. ead. *b*. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. dilectionem & dilectionis ſervitutem. Litteras clericis*. Deſ. *agere noluit*. Ibid. Ep. vii. pag. ead.

XL. pag. 51. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. De Archipresbytero veſtro Goffrido*. Deſ. *perdere noluit*. Ibid. Ep. viii. pag. 451.

XLI. pag. ead. *b*. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. Mandaſtis quia inducias*. Deſ. *minus obſervari conſpicimus*. Ibid. Ep. ix. pag. ead.

XLII. pag. 52. *b*. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. amicos in Deum, & inimicos propter Deum diligere. Licet injuriae*. Deſ. *incurrimus periculum*. Ibid. Ep. x. pag. 452.

XLIII. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. prudenter & ſimpliciter in omnibus agere. Litterae noſtrae*. Deſ. *debet timere*. Ibid. Ep. xi. pag. 453.

XLIV. pag. 53. *b*. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. verae humilitatis obſequium, & purae dilectionis amplexum. Formutas, & formoſas*. Deſ. *& Sanctae Eccleſiae inimicus*. Ibid. Ep. xii. pag. 454.

XLV. pag. ead. *b*. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. a Deo Sanctis repromiſſam beatitudinem, & a ſe puram, & integram dilectionem. Litteras quidem*. Deſ. *debent convocari. Valete*. Ibid. Ep. xiii. pag. ead.

XLVI. pag. 54. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. & omni Sanctae Mariae Capitulo &c. Hanc eſſe virtutem*. Deſ. *ſi nihil aliud impediret*. Ibid. Ep. xiv. pag. 455.

XLVII. pag. ead. *b*. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. delinquentium ſubditorum culpas ita judicio Sancti Spiritus condemnare, ut inculpabilis ante conſpectum tremendi judicis valeas apparere. Optime noſtis*. Deſ. *eſſe conſpicitis*. Ibid. Ep. xv. pag. 456.

XLVIII. pag. 55. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. Paternitati veſtrae*. Deſ. *jam nullus excluditur. Valete*. Ibid. Ep. xvi. pag. ead.

XLIX. pag. ead. *b*. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. omnem ulciſci inobedientiam, & ſic vitam promereri aeternam. Noverit, chariſſime Pater*. Deſ. *nobis non noceat*. Ibid. Ep. xvii. pag. 458.

L. pag. 56. Ad eumdem. Inc. *Ivoni &c. Sicut conſuetudines*. Deſ. *volumus, & rogamus*. Ibid. Ep. xix. pag. 460.

LI.

LI. pag. ead. *b.* Ivonis ad Goffridum. Inc. *Goffrido Viadocinenſi Abbati ſalutem & dilectionem. Vnctionem infirmorum.* Deſ. *illa graviorum.* Ibid. Ep. xx. pag. 461.

LII. pag. 57. Goffridi ad Ivonem. Inc. *Ivoni &c. quidquid poteſt haberi ſalubrius. De ſtatu Domini Papae.* Deſ. *mihi reſcribite.* Ibid. Ep. xviii. pag. 459.

LIII. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad Goffridum Carnotenſem Epiſcopum. Inc. *Goffrido &c. Fr. G. quale & quantum poteſt, & ſapit obſequium, & purae dilectionis affectum. Apud bonitatem veſtram.* Deſ. *mendacium incurrere volumus.* Ibid. Ep. xxi. pag. 461.

LIV. pag. 58. Ad eumdem. Inc. *Goffrido &c. dimidium animae ſuae, & ſi non ſufficit animam totam, & corpus. Multiplices gratiarum actiones.* Deſ. *litteris ſignificate.* Ibid. Ep. xxii. pag. 462.

LV. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Goffrido &c. Audivit parvitas noſtra.* Deſ. *ſuppliciter vos rogamus. Valete.* Ibid. Ep. xxiii. pag. ead.

LVI. pag. 59. Ad eumdem. Inc. *Goffrido &c. quidquid a Deo animae fideli datur ſalubrius. Optime noſtis.* Deſ. *conſequatur, Valete.* Ibid. Ep. xxiv. pag. 463.

LVII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Goffrido &c. pro Chriſto carcerem, exſilium, vel mortem non timere, nec ea quae ſunt his contraria iuſtitiae & veritati qualibet occaſione praeponere. Adverſitatem ſiquidem veſtram.* Deſ. *non parcite,* Ibid. Ep. xxv. pag. 464.

LVIII. pag. 60. Ad eumdem. Inc. *Goffrido &c. De monachis maioris Monaſterii.* Deſ. *amplius indigemus.* Ibid. Ep. xxvi. pag. 465.

LIX. pag. ead. *b.* Ad Goffridum Andegavenſem Epiſcopum. Inc. *Goffrido &c. ſalutem. Litteras veſtras accepi.* Deſ. *hoc facite.* Ibid. Libr. III. Ep. i. pag. 477.

LX. pag. 61. Ad Rainaldum Andegavenſem Epiſc. Inc. *Rainaldo &c. ſalutem & in adverſitate conſtantiam. Si Scripturae Sacrae.* Deſ. *uſque ad effuſionem ſanguinis.* Ibid. Ep. ii. pag. ead.

LXI. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Rainaldo &c. Quidam ſervus.* Deſ. *eractabat.* Ibid. Ep. iv. pag. 479.

LXII. pag. 62. Ad eumdem. Inc. *Rainaldo &c. humilitatem, patientiam, ac benignitatem diligere, & ea quae ſunt his contraria odio habere. Magiſtra ſcripturarum auctoritate.* Deſ. *non habere alias, veniale.* Ibid. Ep. v. pag. ead.

LXIII. pag. 63. Ad eumdem. Inc. *Rainaldo &c. quod amanti patri devotus filius, & bono domino fidelis ſervus. Noverit bonitas veſtra.* Deſ. *conſiderate.* Ibid. Ep. vi. pag. 480.

LXIV. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Rainaldo &c. ex adverſo diligenter adſcendere, & pro domo Iſraël fideliter murum opponere. Pater dilectiſſime.* Deſ. *& aequitatis amore generatur. Valete.* Ibid. Ep. vii. pag. 481.

LXV. pag. 64. Ad eumdem. Inc. *Rainaldo &c. Vir vitae venerabilis.* Deſ. *ſuggerere latenter. Valete.* Ibid. Ep. iii. pag. 478.

LXVI. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Rainaldo &c. veraciter & ſimpliciter in omnibus agere. Calumniam, quam Abbas Beati Nicolai,* Deſ. *omnino carebit.* Ibid. Ep. viii. pag. 481.

LXVII. pag. 65. Ad eumdem. Inc. *Rainaldo &c. Mandaſtis, dilectiſſime Domine.* Deſ. *noſtra humilitas.* Ibid. Ep. ix. pag. 482.

LXVIII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Rainaldo &c. Priori noſtro & Domno Hamelino.* Deſ. *probabo.* Ibid Ep. x. pag. 483.

LXIX. pag. 66. Ad Richardum. Inc. *Richardo* (*1*) *prudenti & multiplici pecuniarum genere ſublimi Fr. G. Vindocinenſis Monaſterii humilis ſervus Chriſtianam legem diligenter obſervare, & neminem pro aſſertione veritatis odio habere. Domno Hamelino fratri noſtro.* Deſ. *& diligite.* Ibid. Ep. xi. pag. 484.

LXX. pag. 69. Ad Ildebertum Caenomanenſem Epiſcopum. Inc. *Ildeberto &c. dilectionem & dilectionis ſervitutem. Quoniam illicitae electioni.* Deſ. *nec debeo.* Ibid. Ep. xiv. pag. 493.

LXXI. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. diligere iuſtitiam, & odio habere iniquitatem. Multoties apud vos.* Deſ. *ad mentem revocate.* Ibid. Ep. xv. pag. 494.

LXXII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. ſalutem. Iuſtitiam in Curia veſtra.* Deſ. *indubitanter agnoſcite.* Ibid. Epiſt. xvi. pag. 493.

LXXIII. pag. 71. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinare, ſed rectam viam tenere. Si eos qui ſunt domini.* Deſ. *& conferre.* Ibid. Ep. xiii. pag. 493.

LXXIV. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. ſalutem. Hamelinum de Monte Aureo.* Deſ. *irritum fiat.* Ibid. Ep. xvii. pag. 495.

LXXV. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. beate vivere ſemper, nec omni ſpiritui credere. Didiciſtis.* Deſ. *ſuccurrite.* Ibid. Ep. xviii. pag. ead.

LXXVI. pag. 72. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. cum dilectione reverentiam. Vitae venerabilis Praeſul.* Deſ. *nobis reſcribite.* Ibid. Ep. xix. pag. 496.

LXXVII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. Formatae & formoſae.* Deſ. *ſaltatores habebitis.* Ibid. Ep. xx. pag. ead.

LXXVIII. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. Comitiſſa Vindocinenſis.* Deſ. *appellamus.* Ibid. Ep. xxi. pag. ead.

LXXIX pag. 73. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. ſalutem & dilectionem. Termino quem ſignificaſtis.* Deſ. *habere ſuſpectum.* Ibid. Ep. xxii. pag. 497.

LXXX. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. quidquid poteſt obſequii & amoris. Quia nobis.* Deſ. *caretis.* Ibid. Ep. xxiii. pag. ead.

LXXXI.

(*1*) Vox *Richardo* alii nomini expuncto ſuffecta eſt. In editione autem legitur *Rainaldo*.

LXXXI. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. cum dilectione ſalutem. Significaſtis nobis*. Deſ. *& praecipit*, Ibid. Ep. xxiv. pag. 498.

LXXXII. pag. 74. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. ſalutem & dilectionem. Ioannem Caementarium*. Deſ. *veſtra prudentia*. Ibid. Ep. xxv. pag. ead.

LXXXIII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. veritatem diligere, & quidquid eſt veritati contrarium odio habere. Sagitta, quae quaſi*. Deſ. *corrigere*. Ibid. Ep. xxvi. pag. 499.

LXXXIV. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. ubi non eſt timor non timere, nec qualibet ſunſione minus Deo quam hominibus obedire. Litteras, quas clerici*. Deſ. *perficite*. Ibid. Ep. xxvii. pag. 500.

LXXXV. pag. 75. *b.* Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. dilectionem, & totius dilectionis ſervitutem. Noſtis, dilectiſſime Pater*. Deſ. *detinet violenter*. Ibid. Ep. xxviii. pag. 501.

LXXXVI. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Ildeberto &c. quidquid poteſt mundari & haberi ſalubrius. Noverit, optime Pater*. Deſ. *fidem irritum fecit*. Ibid. Ep. xxix. pag. ead.

LXXXVII. pag. 76. Ad eumdem & alios. Inc. *Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, & univerſis Sanctae Eccleſiae filiis, praecipue tamen Domno Ildeberto &c. diligere quod Deus diligit, & odio habere, quod odit. Ioannem Monachum*. Deſ. *commendatum*. Ibid. Ep. xxx. pag. ead.

LXXXVIII. pag. ead. *b.* Ad Raonulphum Sanctonenſem Epiſcopum. Inc. *Rannulpho &c. Fr. G. Vindocinenſis monaſterii humilis ſervus, & fratres ſibi commiſſi, cum dilectione reverentiam. Satis notum*. Deſ. *praebebitis*. Ibid. Ep. xxxi. pag. 502.

LXXXIX. pag. 77. Ad eumdem. Inc. *Rannulpho &c. ſalutem & reverentiam. Illud quod quaſi*. Deſ. *obediat*, Ibid. Ep. xxxii. pag. 503.

XC. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Rannulpho &c. prudenter & ſimpliciter in omnibus agere. Litteras a vobis directas*. Deſ. *Pater ſancte*. Ibid. Ep. xxxiii. pag. ead.

XCI. pag. 78. Ad eumdem. Inc. *Rannulpho &c. aequitatem diligere, & odio iniquitatem habere. Terminum, quem mandaſtis*. Deſ. *praevidere debetis*. Ibid. Epiſt. xxxiv. pag. 504.

XCII. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Rannulpho &c. conſtanter in omnibus operari. Iudicium, quod vos*. Deſ. *& vacuum*. Ibid. Ep. xxxv. pag. ead.

XCIII. pag. ead. *b.* Ad eumdem, & alios. Inc. *Rannulpho Sanctonenſi Epiſcopo, Petro Archidiacono, dominis ſuis chariſſimis &c. ſalutem & dilectionem. Quod Abbas Sancti Ioannis*. Deſ. *nullius formido iniuriam*. Ibid. Ep. xxxvi. pag. 505. (1)

XCIV. pag. 79. Ad eumdem. Inc. *Rannulpho &c. non omni vento agitari. Fama referente*. Deſ. *advertite*. Ibid. Ep. xxxvii. pag. 506.

XCV. pag. ead. *b.* Ad Petrum Sanctonenſem Epiſcopum. Inc. *Petro &c. Abſentes quidem corpore*. Deſ. *omnino confidimus*. Ibid. Ep. xxxviii. pag. 507.

XCVI. pag. 80. Ad eumdem. Inc. *Petro &c. Audivimus, dilectiſſime Pater*. Deſ. *appellamus*. Ibid. Ep. xxxix. pag. 508.

XCVII. pag. ead. *b.* Ad eumdem & ad Goſcelinum. Inc. *Petro &c. & domno G. honorabili eius Archidiacono &c. Pervenit ad nos*. Deſ. *tradiderunt. Valete*. Ibid. Ep. xl. pag. 509.

XCVIII. pag. 81. Ad Gualterium Turonenſem deſignatum Archiepiſcopum, Inc. *Gualterio &c. ſe & ſuum poſſe. Mentis quidem deſiderio*. Deſ. *nulli praedicate*. Ibid. Lib. V. Ep. iii. pag. 556.

XCIX. pag. ead. *b.* Ad Domnum Hugonem Cluniacenſem Abbatem. Inc. *Hugoni &c. quod patri filius, & domino ſervus. Quid ſalutis*. Deſ. *& pater meus*. Ibid. Lib. IV. Ep. i. pag. 515.

C. pag. 82. *b.* Ad Pontium Cluniacenſem Abbatem. Inc. *Pontio &c. Quemdam Monachum*. Deſ. *periclitantur*. Ibid. Ep. ii. pag. 517.

CI. pag. 84. Ad Gualterium Abbatem Sancti Sergii. Inc. *Gualterio &c. In regula Beati Benedicti*. Deſ. *vinculum perfectionis. Valete*. Ibid. Ep. xiii. pag. 527.

CII. pag. ead. Ad Guillelmum Abbatem Sancti Florentii. Inc. *Guillelmo &c. hoſpitalitatem per quam multi placuerunt nullatenus obliviſci. Quoniam utilitati*. Deſ. *alligate*. Ibid. Ep. vii. pag. 521.

CIII. pag. 85. Ad eumdem, & ad Bernardum Sancti Sergii. Inc. *Guillelmo & Bernardo Abbati Sergii &c. Deum, & quae Dei ſunt perfecto corde diligere, & quae contra illum fiunt in mundo, perfecto odio habere. Si verae charitatis*. Deſ. *impia arte*. Ibid. Ep. viii. pag. 522.

CIV. pag. 87. *b.* Ad eumdem, & ad Guillelmum Archidiaconum Andegavenſem. Inc. *Guillelmo Abbati Sancti Florentii, & Guillelmo Archidiacono &c. Rogamus vos*. Deſ. *conſtanter egeritis*. Ibid. Ep. ix. pag. 525.

CV. pag. ead. Ad Bernerium Abbatem Bonevallenſem, Inc. *Bernerio &c. Servitio veſtrae bonitatis*. Deſ. *in tempore neceſſitatis*. Ibid. Ep. xiv. pag. 528.

CVI. pag. 88. Ad eumdem. Inc. *Bernerio &c. Beatam Trinitatem puro ſemper corde diligere, & eius proximae feſtivitati nulla occaſione deeſſe. Ad celebrandam nobiſcum*. Deſ. *obedire*. Ibid. Ep. xv. pag. 528.

CVII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Bernerio &c. in valle ſpiritualis frumenti abundare, & hymnum Deo dicere ſempiternum. Sancti Spiritus*. Deſ. *Magi Simonis perverſitate*. Ibid. Ep. xvi. pag. 529.

CVIII.

(1) Notandum incuria typographi editionis paginas 505. 506. 503. & 508. male fuiſſe numeratas, ſcilicet diſtinctas numeris 405. 406. 403. & 408.

CVIII. pag. 89. Ad eumdem. Inc. *Bernerio &c. dimidium animae ſuae, & ſi non ſufficit, animam totam. Pater in Chriſto chariſſime.* Deſ. *paratus ſum. Valete.* Ibid. Ep. xvii. pag. 530.

CIX. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Bernerio &c. ſe totum cum poſſe ſuo. Quod vobis.* Deſ. *non delector.* Ibid. Ep. xviii. pag. 530.

CX. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Bernerio &c. Noveritis.* Deſ. *ſed propter voſmetipſum.* Ibid. Ep. xix. pag. ead.

CXI. pag. 90. Ad Hainricum Angeriacenſem Abbatem. Inc. *Hainrico &c. Quae mutuae charitatis.* Deſ. *in pectore habeamus.* Ibid. Ep. iii. pag. 519.

CXII. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Hainrico &c. nondum diſſolvi, & ſemper eſſe cum Chriſto. Fratres noſtri beneficia.* Deſ. *imploramus.* Ibid. Libr. V. Ep. viii. pag. 559.

CXIII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Hainrico &c. Loquutionem.* Deſ. *in veritate reſcribite.* Ibid. Lib. IV. Ep. iv. pag. 520.

CXIV. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Hainrico &c. Fere duorum menſium.* Deſ. *novi ſuperfluum.* Ibid. Ep. v. pag. ead.

CXV. pag. 91. Ad Ioannem Dolenſem Abbatem. Inc. *Ioanni &c. in omnibus miſericorditer agere. Huic fratri.* Deſ. *luxurioſe vivendo.* Ibid. Ep. vi. pag. ead.

CXVI. pag. ead. Ad Arehembaldum Abbatem Sancti Albini. Inc. *Archembaldo &c. fratres ſibi commiſſos diligere, & eorum vitia odio habere. Ex teſtimonio.* Deſ. *depoſcimus.* Ibid. Ep. x. pag. 525.

CXVII. pag. ead *b.* Ad eumdem. Inc. *Archembaldo &c. peccata delinquentium non diſſimulare, ſed mox ut oriri caeperint radicitus amputare. De veſtro Ioſcelino.* Deſ. *nobis reſcribite.* Ibid. Ep. xi. pag. 526.

CXVIII. pag. 92. Ad Rotbertum de Arbruſſello ſanctimonialium de Fonte Ebraudi Procuratorem. Inc. *Rotberto &c. ſervare modum diſcretionis, & terminis quos patres poſuerunt, eſſe contentum. Noais chariſſime.* Deſ. *participes effice.* Ibid. Ep. xlvii. pag. 549.

CXIX. pag. 93. *b.* Ad Vindocinenſem Congregationem. Inc. *Dilectis in Chriſto filiis Hamelino, & ceteris omnibus proſpera mundi deſpicere. & nulla eius adverſa formidare. Gaudeo plane.* Deſ. *perducat.* Ibid. Ep. xxiv. p. 535.

CXX. pag. 94. *b.* Ad eamdem. Inc. *Dilectis in Chriſto fratribus &c. aeternam benedictionem. Quod vos diu.* Deſ. *ſemper diligo, & dilexi.* Ibid. Ep. xxv. pag. 537.

CXXI. pag. ead. Ad eamdem. Inc. *Dilectis in Chriſto filiis Ingelbaldo, & omnibus aliis &c. Calumniae, quae in partibus.* Deſ. *ſi periclitatur.* Ibid. Ep. xxvi. pag. ead.

CXXII. pag. 95. Ad eamdem. Inc. *Dilectis filiis & fratribus Hugoni Priori, & ceteris omnibus &c. Quoniam oculus.* Deſ. *conſtantes eſtote.* Ibid. Ep. xxvii. pag. 538.

CXXIII. pag. 96. Ad Hubertum Archidiaconem & Praecentorem Andegavenſem. Inc. *Huberto &c. Felix amicitia.* Deſ. *& fixum habeo in corde.* Ibid. Libr. V. Ep. vii. pag. 559.

CXXIV. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Huberto &c. Amicus veſter ſum ego.* Deſ. *ſapienter adverte.* Ibid. Ep. vi. pag. 557.

CXXV. pag. 97. *b.* Ad eumdem. Inc. *Huberto &c. Abel iuſtitiam.* Deſ. *ſed opto.* Ibid. Ep. ix. pag. 560.

CXXVI. pag. 98. Ad eumdem. Inc. *Huberto &c. mundum praecipitem non ſequi, nec eius amara dulcedine velle repleri. Praecipitem hunc.* Deſ. *dives excluditur.* Ibid. Ep. x. pag. ead.

CXXVII. pag. 99. *b.* Ad Garnerium Archidiaconem Andegavenſem. Inc. *Garnerio &c. quod verus amicus amico. Si pro rebus noſtris,* Deſ. *ſentietis.* Ibid. Ep. xi. pag. 562.

CXXVIII. pag. 100. Ad eumdem. Inc. *Garnerio &c. Pervenit ad aures noſtras.* Deſ. *vulneratur.* Ibid. Ep. xii. pag. 563.

CXXIX. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Garnerio &c. Quum in litteris.* Deſ. *perpetuo anathemate damnant.* Ibid. Ep. xiii. pag. ead.

CXXX. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Garnerio &c. mundo deceptori non credere, nec ei labenti diutius inhaerere. Religioſe vivere.* Deſ. *ditaret in caelo I. C. D. N. &c.* Ibid. Ep. xiv. pag. 564.

CXXXI. pag. 102. *b.* Ad Guillelmum Normannum, qui eius magiſter ante fuerat. Inc. *Guillelmo &c. non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Omnes qui in fide.* Deſ. *volare conatur.* Ibid. Ep. xvi. pag. ead.

CXXXII. pag. 103. Ad Hainricum Regem Anglorum. Inc. *Hainrico &c. in praeſenti proſpere ſemper & feliciter vivere, & in futuro manere cum Rege Angelorum. Veſtrae magnitudini.* Deſ. *quidquid deſideras.* Ibid. Ep. xvii. pag. 567.

CXXXIII. pag. ead. *b.* Ad Guillelmum Ducem Aquitanorum. Inc. *Guillelmo &c. dilectionem Dei, & de inimicis victoriam. Sicut quidquid eſt.* Deſ. *conſentiremus perire.* Ibid. Ep. xviii. pag. 568.

CXXXIV. pag. 104. Ad eumdem. Inc. *Guillelmo &c. Meminiſſe debet.* Deſ. *veſtra ſublimitas. Valete.* Ibid. Ep. xix. pag. 569.

CXXXV. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Guillelmo &c. Deum timere, & cum timore diligere. De honore & utilitate veſtra.* Deſ. *mihi notificare.* Ibid. Ep. xx. pag. 570.

CXXXVI. pag. 105. Ad eumdem. Inc. *Guillelmo &c. Dux vitae laudabilis.* Deſ. *amplius divina.* Ibid. Ep. xxi. pag. ead.

CXXXVII. pag. ead. *b.* Ad uxorem eius. Inc. *Chariſſimae Dominae ſuae Maltildi Pictavienſi Comitiſſae, Deum timere, & cum timore diligere. Quod poſtquam Dominus Comes.* Deſ. *eſſe praeſumpſerit.* Ibid. Ep. xxii. pag. 572.

CXXXVIII. pag. 106. Ad Ermengardim Comititiſſam Britanniae. Inc. *Ermengardi &c.*

nec mundum ſequi, nec eius flore, quia cito marceſcit velle delectari. Eſt utique. Deſ. *ſapienter conſidera.* Ibid. Ep. XXIII. pag. 573.

CXXXIX. pag. ead, *b.* Ad eamdem. Inc. *Ermengardi &c. Pervenit ad me.* Deſ. *ſi bene, acquieſce.* Ibid. Ep. XXIV. pag. ead.

CXL. pag. 107. Ad Rotbertum Monachum ſuum de indiſcreta quam faciebat abſtinentia. Inc. *Roberto ſalutem. Abſtinentia, quam facis, ſcilicet quod tribus diebus tantummodo in hebdomada reficis.* Deſ. *non negligas.* Ibid. Libr. IV. Ep. XXVIII. pag. 539.

CXLI. pag. 108. Ad Herveum, & Evam incluſos. Inc. *Herveo, & Evae incluſis bona initia, fine meliori terminare. Admonendo nos docent.* Deſ. *ſine fine manerent.* Ibid. Epiſt. XLVIII. pag. 551.

CXLII. pag. 109. *b.* Ad eumdem Herveum. Inc. *Herveo &c. ſancti propoſiti perſeverantiam. H. Secretarius Beatae Mariae.* Deſ. *operam demus.* Ibid. Ep. XLIX. pag. 553.

CXLIII. pag. ead. Ad eumdem. Inc. *Herveo incluſo, inter parietes lapidum ſic includi, ne lapideis detrahentium verbis aliqua ex parte poſſit violari. Nobis, fili in Chriſto chariſſime.* Deſ. *ad mentem revoca.* Ibid. Ep. L. pag. 554.

CXLIV. pag. 110. Ad diverſos, ſcilicet ad Stephanum Decanum, Hubertum Cantorem, Garnerium Archidiaconum. Inc. *Quia me indignum.* Deſ. *ſecundum Deum feceritis.* Ibid. Lib. V. Ep. IV. pag. 557.

CXLV. pag. ead. *b.* Ad Bernardum Abbatem Sancti Launomari. Inc. *Fratrem hunc.* Deſ. *abnuat accuſari.* Ibid. Lib. IV. Ep. XX. pag. 531.

CXLVI. pag. ead. Ad G. Priorem. Inc. *G. venerabili Priori de charitate cum dilectione ſalutem. Praeſentium latorem.* Deſ. *facere curabit.* Ibid. Ep. XXIII. pag. 535.

CXLVII. pag. ead. Ad Adelardum de Caſtro Gunterii. Inc. *Adelardo &c. Multa mala.* Deſ. *patiatur. Vale.* Ibid. Lib. V. Ep. XXV. pag. 574.

CXLVIII. pag. 111. Ad Goffridum de Meduana. Inc. *G. de Meduana ſalutem. In praeſenti vita.* Deſ. *acquieſce.* Ibid. Ep. XXVI. pag. 575.

CXLIX. pag. ead. *b.* Ad diverſos. Inc. *Stephano Decano, Huberto Cantori, Garnerio Archidiacono ſalutem. Subdolum illum.* Deſ. *minime diffidatis.* Ibid. Libro IV. Ep. V. pag. 557.

CL. pag. ead. Ad diverſos. Inc. *Goffrido de Surgeriis, Iordano de Podio Rebelli, Rainaldo Cartaldo, Herveo de Olona ſalutem. Mandamus vobis.* Deſ. *alienus exſiſtat.* Ibid. Ep. XXXIV. pag. 542.

CLI. pag. 112. Ad Rainaldum. Inc. *Rainaldo &c. ſic poſſidere temporalia, ut non amittat aeterna. Pietatis Divinae.* Deſ. *quod nequiter vixit.* Ibid. Libr. V. Ep. XXVII. pag. 576.

CLII. pag. ead. *b.* Ad diverſos. Inc. *Iordano, Rainaldo, Cartaldo &c. Si iuſſionibus noſtris.* Deſ. *ſi obedientes fueritis.* Ibid. Libr. IV, Ep. XXXV. pag. 543.

CLIII. pag. 113. Ad Rainaldum. Inc. *Rainaldo &c. Infirmitas veſtra.* Deſ. *dormiatis.* Ibid. Ep. XXIX. pag. 540.

CLIV. pag. ead. Ad Goffridum Decanum. Inc. *Goffrido &c. feliciter vivere, & eſſe beatum. Quam pure.* Deſ. *poſſide eum. Vale.* Ibid. Libr. V. Ep. XV. pag. 566.

CLV. pag. ead. *b.* Ad Hamelinum, & Briccium. Inc. *Hamelino Priori, & Briccio Cellarario ſalutem. Volo vos non ignorare.* Deſ. *haeſitantes.* Ibid. Libr. IV. Ep. XXXVI. pag. 543.

CLVI. pag. 114. Ad Gualterium, & Goſfridum. Inc. *Gualterio Theſaurario, & Goffrido de Alogia &c. Infirmitatem ſiquidem veſtram.* Deſ. *nullatenus dubitetis.* Ibid. Libr. V. Ep. I. pag. 555.

CLVII. pag. ead. Ad Radulphum. Inc. *Radulpho ſic tranſire per bona temporalia, ut conſequatur aeterna. Scimus quoniam monaſterium noſtrum.* Deſ. *non exſtitiſſet.* Ibid. Ep. XXVIII. pag. 577.

CLVIII. pag. 115. Ad Andream. Inc. *Andreae, ſalutis monita oblivioni non tradere. De te nobis.* Deſ. *murmur generari.* Ibid. Libr. IV. Ep. XXXVIII. pag. 544.

CLIX. pag. ead. Ad Gualterium Theſaurarium. Inc. *Gualterio &c. ſe & omnia ſua. Quum de ſubverſione.* Deſ. *non pigritetur.* Ibid. Lib. V. Ep. II. pag. 555.

CLX. pag. ead. *b.* Ad Andream. Inc. *Andreae &c. prudenter, & ſimpliciter in omnibus miniſtrare. Circa fratres.* Deſ. *neceſſitas, Vale.* Ibid. Lib. IV. Ep. XXXIX. pag. 544.

CLXI. pag. ead. Ad Guillelmum & alios. Inc. *Guillelmo & aliis fratribus apud Caſtellum manentibus ſalutem. Frater Guillelme, diximus tibi.* Deſ. *nec ſepulturam defunctus,* Ibid. Ep. XLI. pag. 545.

CLXII. pag. 116. Ad Andream. Inc. *Andreae &c. non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me, memoriter retinere. Ad te, dilectiſſime.* Deſ. *recipies ſempiternam.* Ibid. Ep. XL. pag. 545.

CLXIII. pag. ead. Ad Guillelmum, & alios. Inc. *Guillelmo Priori de Caſtello, & fratribus qui cum eo ſunt, obſervare regulam, & gulae irritamenta declinare. Pervenit ad aures.* Deſ. *nutrienda cupiditas.* Ibid. Ep. XLII. pag. ead.

CLXIV. pag. ead. *b.* Ad eoſdem. Inc. *Iiſdem, obedire Deo magis quam hominibus. Nuntiatum eſt nobis.* Deſ. *diligenter obſervate,* Ibid. Ep. XLIII. pag. 546.

CLXV. pag. ead. Ad Hamelinum. Inc. *Hamelino, ſic obedire, ut obedientiae fructum poſſit recipere. Infirmitati tuae.* Deſ. *formoſo opere.* Ibid. Ep. XXXVII. pag. 544.

CLXVI. pag. 117. Ad Bernerium Priorem Credonenſem. Inc. *Bernerio &c. Suae profeſſionis.* Deſ. *volumus alienum. Vale.* Ibid. Ep. XLIV. pag. 546.

CLXVII. pag. ead. *b.* Ad eumdem. Inc. *Bernerio &c. Infirmitatem tuam.* Deſ. *& amore.* Ibid. Ep. XLV. p. 547.

CLXVIII.

CLXVIII. pag. ead. Eiuſdem Conſtitutio, cui titulus: *De his qui inordinate clamant in Capitulo, & de his qui inordinate reſpondent.* Inc. *Saepe inter Monachos agitur.* Deſ. *ei detur ſolummodo panis & aqua.* Inter Opuſcula pag. 597. §. XI.

CLXIX. pag. 118. Eiuſdem, & ſibi commiſſae Congregationis Epiſtola ad Goffridum Epiſcopum. Inc. *Poſtquam litterae veſtrae ad aures pervenerunt Vindocinenſis Comitiſſae.* Deſ. *ſperabimus. Valete.* Deeſt haec Epiſtola in editione Sirmondi citata. Ex hoc tamen Codice deſcriptam anno MDCCLI. Cl. Laur. Mehus miſit Bononiam ad Virum Cl. Io. Chryſoſtomum Trombellium, cuius opera prodiit inter aliorum veterum Patrum Opuſcula, a Canonicis Regularibus S. Salvatoris maiori ex parte nunc primum edita. Exſtat igitur Tomo II. Part. II. pag. 202. illius Voluminis, cui titulus: *Bedae, & Claudii Taurinenſis, itemque aliorum veterum Patrum Opuſcula &c. Bononiae MDCCLV.* 4.

CLXX. pag. ead. *b.* Eiuſdem ad eumdem alia, quae ſequens eſt: *Chariſs. Domino &c. Goffrido Catholicae vitae Epiſcopo Fr. G. quod poteſt, & ſapit, & ſeipſum. Pro multis beneficiis veſtris, & maxime pro viſceribus veſtrae dilectionis, quae circa nos firma, & inconcuſſa vera propoſitione ſaepe probavimus, ſi non quantas debemus, ſaltem quantas poſſumus veſtrae Paternitati gratias reddimus. Novit, dilectiſſime, & bene novit bonitas veſtra, quod Mathildis dicta Vindocinenſis Comitiſſa, non dico tantum more feminae, ſed etiam ultra morem belluae, nos Dei Domini oves, & agnos perſequitur, quae nec caede, nec abſorpto ſanguine ſatiatur. Et quia bonis operibus, quae ſibi non mediocriter diſplicent, famam nominis ſui magnificare non valet, ut de ſe loquantur homines, de deſtructione Sanctae Eccleſiae materiam praebet. Ego vero quia ad aliud naſci non debui in mundo, niſi ut ſuſtineam, quod Deus, & Dominus meus pro me ſuſtinuit, & ſequar eum, ſicut ſequendum ſe docuit, quoniam ad aequalitatem eum imitari non valeo, ſaltem ad aliquam ſimilitudinem ea donante ſequi deſidero; unde pro eius amore, mulieris praedictae, quas male vitare potuiſſem, multiplices infeſtationes ſuſtineo. De veſtra iterum conſtantia, & iuſtitiae integritate omnino confido, cuius nimirum ſagittam numquam abiſſe retrorſum indubitanter agnoſco. Valete.* Non videtur impreſſa.

CLXXI. pag. 119. Eiuſdem, & totius Congregationis Vindocinenſis Monaſterii Epiſtola ad eumdem. Inc. *Vt homines interdicerentur, qui in furno Huberti excommunicati veſtri coquerent panes, rogavimus multum ſuppliciter.* Deſ. *habebit ſacrilegium. Valete.* Haec quoque non reperitur in Sirmondi editione; habes autem a Cl. Trombellio editam Libro ſupra cit. pag. 202. ſeqq.

CLXXII. pag. ead. *b.* Eiuſdem deploratio cuiuslibet peccatoris amiſſam virginitatem plangentis. Inc. *Non tantum me terret vita mea.* Deſ. *qui immenſae pietatis & omnipotentiae Deus vivit &c.* Ibid. pag. 600 §. XV. ſub titulo: *Lamentatio cuiuſdam peccatoris accuſantis ſe, & iudicantis.*

CLXXIII. pag. 122. Eiuſdem Epiſtola ad Iarnogonum Priorem, & alios. Inc. *Dilectis fratribus Iarnogono Priori, & ceteris omnibus benedictionem &c. Mandaſtis nobis.* Deſ. *non ſequi eum.* Ibid. Lib. IV. Ep. XLVI. pag. 548.

CLXXIV. pag. ead. *b.* Sequitur alia manu, ſed antiqua, Epiſtola G. Archiepiſcopi Mediolanenſis (1): *Venerabilibus in Chriſto fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & omnibus Eccleſiarum Dei Praelatis, & univerſis in Chriſto fidelibus, ad quos praeſentes litterae pervenerint,* qua poenitentia iniungitur cuidam, qui novercam ſuam gladio interfecerat. Inc. *Ab exordio.* Deſ. *ad aeterna mereamini gaudia pervenire.* Tum ſubiicitur ab eadem manu verſiculus:

Mane puer guſtas, quas ſervas veſpere cruſtas.

Praecedit in primis duobus foliis eadem antiqua manu index Tractatuum, & Epiſtolarum, quae in hoc Volumine continentur; in alio vero folio, quod pro Codicis cuſtodia alligatum eſt legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus* 1406. In ſummo vero margine ipſius folii alia haec addita ſunt: *Iſtum Librum emit Pater Franciſcus Vicarius Senenſ. florenos X. den. 6. Sen. apud Vrbem Veterem, prima die Lunae Quadrageſimae, Decembri menſe anno Domini MCCLXIV.* tum ſubiicitur index Librorum Senecae; ut videri poſſit hoc primum folium ab alio avulſum Volumine, fuiſſe eum hoc colligatum.

Indicavit hunc Codicem Io. Mabillonius Tomo I. Muſei Italici editionis ſecundae Pariſienſis anni MDCCXXIV. 4. pag. 162. his verbis: *In alio Codice S. Crucis exſtant Goffridi Vindocinenſis Epiſtolae; ex quibus quadrageſima tertia eſt ad Robertum de Arbruſcello, ſanctimonialium de Fonte Ebraudi Procuratorem. Codex ſcriptus eſt auctoris aetate. Verum haec Epiſtola non officit Roberti ſanctitati, neque alia item Marbodii Epiſcopi Redonenſis, utpote quae falſos tantum rumores continent a malevolis ſparſos in Robertum, quem inculpata vita aliorum auctorum aequalium teſtimonio, ceteraque omnia ab his calumniis abunde purgant.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XII. cum litteris initialibus, & titulis rubricatis, num. 254. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 122.

(1) Is forte eſt Groſſolanus, teſte Cl. Io. Chryſoſtomo Trombellio in Monito praevio ad hanc Epiſtolam, quam ex hoc Codice deſcriptam exhibet in cit. Veterum Patrum Volumine pag. 201. & 203.

Digitized by Google

INNOCENTII PAPAE III. SERMONES VARII.

Cod. VII. I. pag. 1. PRaecurrit Epiſtola Nuncupatoria Innocentii Papae III. *Arnaldo* (1) *Abbati Ciſterciensi* (2), ut in Codice XIII. Plut. XX. ſupra pag. 575. §. II. Sermones autem hoc ordine progrediuntur:

I. pag. 1. *b.* Dominica I. de Adventu, ut ibid. §. I.

II. pag. 3. *b.* In eadem Dominica. Ibid. pag. 576. §. II.

III. pag. 4. *b.* De eadem. Ibid. §. III.

IV. pag. 6. Dominica III. in Adventu Domini. Ibid. §. IV.

V. pag. 7. In Nativitate Domini. Ibid. §. VI.

VI. pag. 8. *b.* De eodem (ſc. *feſto*). Ibid. §. VII.

VII. pag. 9. *b.* De eodem. Ibid. §. VIII.

VIII. p. 10. *b.* De Epiphania. Ibid. §. X.

IX. pag. 12. De Purificatione. Ibid. §. XI. ſub titulo *In Hypapante*.

X. pag. 15. Sermo anepigraphus, qui eſt in Septuageſima. Ibid. §. XII.

XI. pag. ead. *b.* In Capite ieiunii. Ibid. pag. 577. §. XIV.

XII. pag. 18. De eodem. Ibid. §. XV.

XIII. pag. 19. *b.* De Eleemoſyna. Ibid. §. XVI.

XIV. pag. 22. *b.* Dominica I. in Quadrageſima. Ibid. §. XVII.

XV. pag. 24. Dominica II. in Quadrageſima. Ibid. § XVIII.

XVI. pag. 25. *b.* Dominica III. in Quadrageſima. Ibid. §. XIX.

XVII. pag. 26. Feria V. Ibid. §. XX.

XVIII. pag. 27. *b.* Dominica IV. in Quadrageſima. Ibid. §. XXI.

XIX. pag. 28. De eodem. Ibid. §. XXII.

XX. p. 29. *b.* Feria V. maioris Hebdomadae. Ibid. §. XXIII. ſub titulo: *In Coena Domini*.

XXI. pag. 30. Dominica II. poſt Reſurrectionem. Ibid. §. XXIV.

XXII. pag. 31. In Adſcenſione Domini. Ibid. §. XXV.

XXIII. pag. 32. *b.* In Pentecoſte. Ibid. §. XXVI.

XXIV. pag. 33. *b.* De eodem. Ibid. §. XXVII.

XXV. pag. 34. Dominica VIII. poſt Pentecoſtem. Ibid. pag. 578. §. XXVIII.

XXVI. pag. 35. *b.* In Sancto Silveſtro. Ibid. §. XXIX.

XXVII. pag. 36. *b.* In Converſione B. Paulli. Ibid. §. XXX.

XXVIII. pag. 38. In eodem feſto. Ibid. §. XXXI.

XXIX. pag. ead. *b.* In Sancto Gregorio. Ibid. §. XXXII.

XXX. pag. 41. In Annunciatione B. Mariae. Ibid. §. XXXIII.

XXXI. pag. 42. In Sancto Ioanne Baptiſta. Ibid. §. XXXIV.

XXXII. pag. 43. De eodem. Ibid. §. XXXV.

XXXIII. pag. 44. De eodem. Ibid. p. 579. §. XLIV. ſub titulo: *In Nativitate B. Mariae*.

XXXIV. pag. ead. *b.* In feſto Omnium Sanctorum. Ibid. §. XLV.

XXXV. pag. 45. De Apoſtolis. Ibid. §. XLVII.

XXXVI. pag. 46. *b.* De eodem. Ibid. §. XLVI.

XXXVII. pag. 47. De eodem. Ibid. §. XLVIII. & inſcribitur: *In feſto unius Evangeliſtae*.

XXXVIII. pag. 48. De Martyribus. Ibid. §. XLIX.

XXXIX. pag. 49. *b.* De eodem. Ibid. §. L.

XL. pag. 50. De eodem. Ibid. §. LI.

XLI. pag. 51. De eodem. Ibid. §. LII.

XLII. pag. 52. *b.* De Confeſſoribus. Inc. *Vigilate quia neſcitis &c. Duobus modis anima dormit in vitiis*. Deſ. *invenerit vigilantes*. In editione Operum Innocentii III. ſupra cit. Tom. I. pag. 180.

XLIII. pag. 53. *b.* De eodem. Inc. *Beati mundo corde &c. Plana, ſed plena ſunt verba*. Deſ. *ut Deum videre poſſitis, ipſo praeſtante, qui vivit &c.* Ibid. pag. 157. ſub titulo: *In ſolemnitate Omnium Sanctorum Sermo II. habitus in Monaſterio Sublacenſe*.

XLIV. pag. 55. De Virginibus. Inc. *Simile eſt regnum caelorum &c. Regnum caelorum, cuius diſtinctio*. Deſ. *ut pretioſam illam margaritam comparemus a Domino ipſo, praeſtante &c.* Ibid. pag. 182.

XLV. pag. ead. *b.* De conſecratione Eccleſiae. Inc. *Introibo in domum tuam &c. Univerſorum Dominus & creator*. Deſ. *& propter ſalvationem, quam nobis praeſtare dignetur D. I. C. qui &c.* Ibid. pag. 73.

XLVI. pag. 57. De eodem. Inc. *Neſcitis, quia corpora veſtra &c. Si deſideratis fieri participes*. Deſ. *& redde Altiſſimo vota tua*. Ibid. pag. 75.

XLVII. pag. ead. *b.* De eodem. Inc. *Egreſſus Ieſus &c. Duo ſunt Redemptoris eventus*. Deſ. *ut in domo noſtra Ieſus habitare dignetur, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſaecula &c.* Ibid. pag. 78.

XLVIII. pag. 60. *b.* Sermo anepigraphus. Inc. *Si dormiatis inter medios cleros &c. Duo ſunt nobis ad meritum neceſſaria*. Deſ. *in regno Patris eorum, ad quam gloriam nos perducat D. N. I. C. &c.*

XLIX. pag. 62. *b.* Alius Sermo anepigraphus, qui eſt in anniverſario Romani Pontificis. In cit. Cod. XIII. ſupra pag. 579. §. LIII.

L. p. 64. Alius Sermo anepigraphus, ſed qui

(1) In edit. quam citavimus in recenſione Cod. XIII. Plut. XX. ſupra pag. 575. §. II. legitur *Arnulpho*.
(2) In edit. *Ordinis Ciſtercienſis*.

qui eſt in conſecratione Pontificis Maximi. Ibid. pag. 580. §. LIV.

LI. pag. 65. *b.* Sermo anepigraphus, ſed qui pariter eſt in conſecratione Pontificis. Ibid. §. LV.

LII. pag. 66. *b.* Sermo anepigraphus de eodem. Ibid. §. LVI.

LIII. pag. 68. In Circumciſione Domini. Ibid. pag. 576. §. IX.

LIV. pag. 69. Sermo anepigraphus, ſed qui eſt de Dominica in Septuageſima. Ibid. §. XIII.

LV. pag. 70. Sermo anepigraphus. Inc. *Quum audiſſet Ioannes &c. Mirum fortaſſe videtur, quod Ioannes Baptiſta, qui Chriſtum etiam perhibuit venturum, & oſtendit praeſentem.* Deſ. *in ruinam videlicet infidelium, & reſurrectionem rectorum; I. C. &c.* Non exſtat in editione citata, habes autem in Codice Lucenſi membr. Saec. XIII. de quo Cl. Manſius in Addition. ad Biblioth. Med. Fabricii Tomo IV. pag. 36.

LVI. pag. 71. Sermo anepigraphus, ut in cit. Cod. XIII. ſupra pag. 576. §. V.

LVII. pag. 72. Sermo anepigraphus, qui eſt in Reſurrectionem Domini. Ibid. pag. 580. §. LVII.

LVIII. pag. 74. *b.* Sermo anepigraphus. Inc. *Die tertia nuptiae factae ſunt &c. Quia ſpiritus eſt, qui vivificat.* Deſ. *ut ſic aquam convertat in vinum Sponſus Eccleſiae I. C. qui eſt &c.* In cit. edit. pag. 16. Subiiciuntur dicta quaedam pauca ſententioſa, & numerus annorum ab Adam uſque ad Nativitatem Chriſti, ſecundum Hieronymum, Proſperum, & Oroſium.

II. pag. 76. Anonymi Parabola quaedam de homine, qui tres habuit amicos. Inc. *Amatores ſaecularium delectationum ſimiles ſunt homini, qui tres habuit amicos, quorum quidem duos praecordialiter, & affectuoſe honorabat, ac vehementer eorum charitate afficiebatur.* Deſ. *iſte eſt gratus, amicus, & bonus, qui nos praecedit, quum eximus de hoc mundo.*

III. pag. 77. *b.* S. Bernardi fragmentum Sermonis de laude SS. Nominis Ieſu diverſa manu.

IV. pag. 78. Anonymi, forte eiuſdem Innocentii III. (1) Sermones varii, ſive exemplaria Sermonum pro opportunitate recitandorum, quorum ſeries haec eſt:

I. Sermo in Letaniis. Inc. *Dominus, & Salvator noſter Ieſus Chriſtus docet modo, & inſtruit nos.* Deſ. *operis ſatisfactionem petentibus ſe, quod ipſe nobis ſua magna gratia praeſtare dignetur, qui &c.*

II. pag. ead. Sermo ad libitum. Inc. *In Eccleſia Dei, fratres chariſſimi, ſunt multa genera hominum, & diverſa.* Deſ. *quam vitam & gloriam ipſe per miſericordiam nobis omnibus tribuat, qui &c.*

III. pag. ead. *b.* Sermo ad libitum. Inc. *Sancta Mater noſtra Eccleſia, o dilectiſſimi fratres.* Deſ. *dictura, venite, quod nobis, & vobis praeſtare dignetur &c.*

IV. pag. ead. Sermo Sanctae Mariae. Inc. *Intravit Ieſus in quoddam Caſtellum, & mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum ſuam &c. Dicens Lucas Evangeliſta.* Deſ. *unde exaltata eſt Sancta Dei Genitrix ſuper &c.*

V. pag. 79. In Palmis. Inc. *Dominus noſter I. C. dilectiſſimi, ad terram deſcendere voluit.* Deſ. *quando videbimus eum, quod ipſe concedat, qui &c.*

VI. pag. ead. *b.* De Reſurrectione. Inc. *Hodie Redemptor noſter, fratres chariſſimi, devicto mundi principe.* Deſ. *poſſimus eum ſequi in caelum, quo ipſe praeceſſit, ibique cum eo regnare ſine fine in ſaecula &c.*

VII. pag ead. Sermo in Pentecoſte. Inc. *Scire debemus, fratres chariſſimi, quia Redemptor noſter in illa die, in qua debebat adſcendere in caelum.* Deſ. *& manſionem apud eum faciemus, quod nobis concedat, cui eſt honor &c.*

VIII. pag. 80. Apoſpaſma de Poenitentia. Inc. *Poenitentia dicitur a poenitendo &c.*

IX. pag. ead. Sermo de S. Ioanne Baptiſta. Inc. *Priusquam te formarem in utero &c. Qui laudat & glorificat Dominum.* Deſ. *ut intercedente pro nobis Beato Ioanne Baptiſta de gaudio ſolemnitatis praeſentis miſericorditer nos perducat ad gaudium ſolemnitatis aeternae I. C. D. N. qui eſt &c.* Ut in cit. Cod. XIII. ſupra pag. 578. §. XXXIV.

X. pag. 81. Sermo ad Sacerdotes. Inc. *Omnis Sacerdos repraeſentat ordinem.* Deſ. *& ſcitote, fratres chariſſimi, quod ſacrificium utilius eſt aliis beneficiis, quae celebrantur pro animabus liberandis a poenis, ut refert nobis Gregorius.*

XI. pag. ead. *b.* Sermo Reſurrectionis. Inc. *Celebrata ſanctiſſima paſſione, ac glorioſiſſima morte noſtri Salvatoris.* Deſ. *ut Deo devotiſſime in pace ſervire poſſimus.*

XII. pag. 82. Sermo ad libitum. Inc. *Creator omnium rerum mundi Deus.* Deſ. *remunerabit nos hereditate ſempiternae benedictionis, qui vivit &c.*

XIII. pag. ead. Sermo S. Mariae. Inc. *Praeſentis diei, fratres chariſſimi, ſolemnitate monemur, ut in laude Virginis Regis Genitricis loquendo moremur.* Deſ. *& ſic nobis fiat peccatorum remiſſio, per Dominum &c.*

XIV. pag. ead. *b.* Sermo Martyrum. Inc. *Sancti per fidem vicerunt regna &c. Sancti pro fide, quam praedicabant, perſequutiones paſſi ſunt impiorum.* Deſ. *ut ſimul cum ſanctis promiſſiones aeternae beatitudinis adipiſci mereamur, ipſo praeſtante, qui &c.*

XV. pag. 83. Sermo Apoſtolorum. Inc. *Dies diei eructat verbum &c. Dies noſter Chriſtus eſt.* Deſ. *quod ſabbatum ipſe vobis praeſtare dignetur &c.*

XVI. pag. 84. Sermo Natalis Domini. Inc.

(1) Praeter enim orationis ſtylum ſuperioribus Sermonibus non abſimilem, Sermo ille de S. Ioanne Baptiſta, qui infra ſub num. IX. occurrit inter eiuſdem Innocentii Sermones cit. edic. pag. 122. reperitur.

Inc. *Hodierna die, fratres mei dilectiſſimi, humano generi lux clara refulſit*. Deſ. *in eius Humanitatem credamus, ut ad ipſius Divinitatem pervenire mereamur*.

XVII. p. ead. Sermo S. Stephani. Inc. *Beati Stephani protomartyris, fratres chariſſimi, feſtivitatem celebrantes*. Deſ. *ut cum illo mereamur in caeleſtibus coronari, per eum &c.*

XVIII. pag. ead. *b*. Sermo Sancti Ioannis Evangeliſtae. Inc. *Hodie, dilectiſſimi fratres, beatiſſimi Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtae dies ſacratiſſima colitur*. Deſ. *ad superna caelorum regna pervenire mereamur, ipſo praeſtante &c.*

XIX. pag. ead. Sermo in Quadrageſima. Inc. *Sicut miles in expeditione poſitus, armare contra hoſtem ſe ſtudioſe debet*. Deſ. *& palmam victoriae expleto hoc ſacratiſſimo ieiunio recipiamus ab eo, qui &c.*

XX. pag. 85. De eodem. Inc. *Erigenda eſt, fratres dilectiſſ. noſtrae mentis acies*. Deſ. *& ſic ſecure a Deo peccatorum noſtrorum veniam poſtulemus, quam ipſe concedat &c.*

XXI. pag. ead. De eodem. Inc. *Poſtquam Dominus quatriduanum Lazarum reſuſcitavit*. Deſ. *ſed ad remedium & remiſſionem peccatorum noſtrorum digne percipiamus, qui vivis &c.*

XXII. pag. ead. *b*. Sermo in Reſurrectione. Inc. *Reſurrectionis Dominicae gloriam, fratres dilectiſſimi, vobis annunciare cupientibus*. Deſ. *qui pro nobis in morte dedit unicum Filium ſuum, Dominum noſtrum &c.*

XXIII. pag. 86. Sermo ad libitum (1). Inc. *Huius ſanctae obſervationis quae ſit cauſa*. Deſ. *in qua cum Rege noſtro perpetuo regnare valeamus*.

XXIV. pag. ead. Sermo in die Adſcenſionis. Inc. *Glorioſam & admirabilem Adſcenſionem Domini, toto orbe venerandum, hodierna dies nobis attulit celebrandam*. Deſ. *adiuvet autem deſiderium veſtrum I. C. D. N. &c.*

XXV. pag. ead. *b*. Sermo in Pentecoſte. Inc. *Hodiernam feſtivitatem Pentecoſten deſcenſione Sancti Spiritus conſecratam*. Deſ. *ad aeterna beatitudinis praemia nos perducat, quod ipſe praeſtare dignetur, qui &c.*

XXVI. pag. 87. Sermo S. Ioannis Baptiſtae. Inc. *Beati Ioannis Baptiſtae Praecurſoris Domini nativitatis dies hodie colitur*. Deſ. *ſentiamus, praeſtante Domino noſtro &c.*

XXVII. pag. ead. Sermo ad libitum. Inc. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, fratres chariſſimi, praevidens iuxta . . .* (2). Deſ. *Serve nequam, omne debitum tibi dimiſi, quia rogaſti me; nonne . . . .*, videtur in fine aliquid deeſſe.

XXVIII. pag. 88. Sermo de exitu Abrahae de cognatione ſua. Inc. *Loquitur Propheta in perſona Domini dicentis*. Deſ. *& regem Salomonem in throno ſuae gloriae videre poſſimus, ad quam gloriam ipſe nos perducat, qui ſine fine vivit &c.*

XXIX. pag. ead. Sermo in Quadrageſima. Inc. *Tria ſunt vobis neceſſaria, ideſt cordis contritio, oris confeſſio, ſatiſfactio operis*. Deſ. *cum palma victoriae, ad palmam gloriae pervenire mereamur ad gloriam &c.*

XXX. pag. ead. *b*. Sermo de Veteri Teſtamento. Inc. *Paraſceve, ideſt ſexta ſabbati, ideo in ſolemnitate habetur, quod in eo Chriſtus myſterium crucis explevit*. Deſ. *collocari mereamur in caeleſtibus manſionibus, per eum qui &c.*

XXXI. pag. ead. Sermo Civitatum. Inc. *Lauda Ieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, dicit Prophetarum eximius, charitate plenus*. Deſ. *ipſum Deum laudando, quod ipſe praeſtare dignetur, qui &c.*

XXXII. pag. 89. De ordine lacrymarum. Inc. *Beati qui lugent, quoniam conſolabuntur. Vita iſta praeſens, fratres mei chariſſimi, multis doloribus & anguſtiis eſt plena*. Deſ. *ut, ſicut in Evangelio audiſtis, conſolationem aeternae retributionis recipere valeamus, ad quam ipſe nos perducat, qui &c.*

XXXIII. pag. ead. Sermo de Martyribus. Inc. *Beati pauperes ſpiritu &c. Conſiderandum eſt nobis, fratres chariſſimi, brevis eſt iſte ſermo*. Deſ. *ut cum ipſis audire mereamur, veſtrum eſt regnum caelorum, quod nobis concedat, quod ipſe praeſtare dignetur, qui vivit &c.*

XXXIV. pag. ead. *b*. Sermo de Confeſſoribus. Inc. *Sint lumbi veſtri praecincti &c. Hoc brevi, fratres mei chariſſimi, & utili ſarculo tres herbae radicitus exſtirpantur*. Deſ. *pro nobis peccatoribus ſentiamus, ipſo praeſtante Domino noſtro*.

XXXV. pag. 90. Sermo de Evang. (in feſto S. Laurentii). Inc. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſicut ex praeſenti lectione intelligere poteſtis, fratres*. Deſ. *venite benedicti &c. ad quod, beati Laurentii precibus intervenientibus, perducere dignetur, qui vivis &c.*

XXXVI. pag. ead. Sermo Sanctae Mariae. Inc. *Si aliorum feſtivitates Sanctorum devota mente in Eccleſia Dei recipimus*. Deſ. *apud unicum filium ſuum pro nobis intercedere non deſiſtit, qui cum Patre &c.*

XXXVII. pag. ead. *b*. Sermo anepigraphus. Inc. *Qui loquitur pacem cum proximo ſuo &c. Homo iſte fuit Adam, Ieruſalem viſio pacis*. Deſ. *ego, quum rediero ad iudicium, reddam tibi*.

XXXVIII. pag. ead. Alius. Inc. *Benedixiſti, Domine, terram tuam &c. Haec eſt terra, quae dat lucem contra tenebras*. Deſ. *& det nobis regnum aeternum, quod ipſe praeſtare dignetur, qui &c.*

XXXIX. pag. ead. Sermo Paſſionis Domini. Inc. *Hodierna die D. I. C. Redemptor noſter ſuſpenſus eſt in ligno Crucis pro noſtra redemptione*. Deſ. *& perducat vos incolumes ad gaudium ſanctae reſurrectionis, qui cum Patre &c.*

XL. pag. 91. Sermo de Nativitate. Inc. *Hodierna die, dilectiſſimi, humano generi lux cla-*

(1) In margine adſcribitur: *Sermo Letaniae*.

(2) Verba quaedam temporis diuturnitate evanuerunt.

clara refulſit. Deſ. *ut ad ipſum Divinitatem pervenire mereamur, ipſo &c.*

XLI. pag. ead. Sermo de eodem. Inc. *Hodierna ſolemnitate, fratres chariſſimi, nativitatem Domini & Salvatoris noſtri celebrantes ſumma cum devotione parique exſultatione gaudere debemus*. Deſ. *& pax Dei, quae exſuperat omnem ſenſum &c.*

XLII. pag. ead. Sermo S. Stephani. Inc. *Beatiſſimi Stephani protomartyris fr. ch. feſtivitatem celebrantes, debemus imitari quem colimus*. Deſ. *ut cum illo mereamur in caeleſtibus coronari, ipſo &c.*

XLIII. pag. ead. *b*. De eodem. Inc. *Heſterna die, dilectiſſimi fratres, celebravimus Imperatoris natalem, hodie celebramus paſſionem protomartyris Stephani*. Deſ. *& Chriſto adiuvante reſiſtamus, ut ad caeleſtem gloriam pervenire mereamur, qui &c.*

XLIV. pag. ead. Sermo S. Ioannis. Inc. *Hodie, fratres dilectiſſimi, B. Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtae dies ſacratiſſima colitur*. Deſ. *& charitate candidi, ad ſuperna caelorum regna pervenire mereamur, praeſtante &c.*

XLV. pag. ead. Sermo de Epiphania Domini. Inc. *Iuſtum & rationabile eſt, fratres mei*. Deſ. *ſemper cum Chriſto laetari mereamur, ipſo adiuvante &c.*

XLVI. pag. 92. Breviſſimum apoſpaſma de gradibus Eccleſiae.

XLVII. pag. ead. Sermo de Dedicatione Templi. Inc. *Quam veneranda eſt, fr. ch. haec domus Deo ſoli dedicata*. Deſ. *ut ad thalamum quietis nos duceret, qui vivit &c.*

XLVIII. pag. ead. Sermo Apoſtolorum. Inc. *Nimis honorati ſunt &c. Amici Dei ſunt, quibus ipſe Dominus dicit*. Deſ. *in hac vita contulit, qui eſt benedictus &c.*

XLIX. pag. ead. De eodem. Inc. *Ab aquilone nubes coloris aurei*. Deſ. *quatenus illorum patrocinio adiuti, ad ſumma caelorum gaudia, quae non ſunt annua, ſed aeterna pervenire valeamus.*

L. pag. ead. *b*. Sequuntur Sermonum themata VII. breviſſima.

LI. pag. 93. Sermo Dominicus. Inc. *Veneranda nobis dies, quae dicitur ſancta Dominica, quoniam haec dies ſola Domini eſt*. Deſ. *ſine ullo ſine, ad quam claritatem ille perducat qui &c.*

LII. pag. ead. *b*. Sermo anepigraphus. Inc. *Fratres chariſſimi, & tempus admonet, & tempus ſuadet*. Deſ. *hanc ergo domum unuſquiſque habitare contendat, quod ille nobis concedat, qui ſine ſine &c.*

LIII. pag. 94. Item alius. Inc. *Credo, fratres mei, quod charitas Dei huc vos adduxerit; ecce Canonici, ideſt Regulares vocamini; curate ergo habere in vita quod habetis in nomine*. Deſ. *in aeterna vita remunerari valeatis.*

LIV. pag. ead. *b*. Sermo S. Veneris. Inc. *Ecce, fratres char. heic videtis Redemptorem noſtrum*. Deſ. *ad quod gaudium nos perducere dignetur, qui &c.*

LV. pag. ead. Occurrunt alia Sermonum themata IV. item breviſſima.

LVI. pag. ead. Sermones V. pro mortuis. Primus inc. *De temporibus autem & momentis non indigent &c. Beatus Paullus Apoſtolus, fratres*. Deſ. *& nos cum eo ſua gloria coronet aeterna, praeſtante &c.* Alter pag. 95. inc. *Melius eſt nomen bonum, quam unguenta pretioſa &c. Sapientiſſimus omnium Salomon in auctoritate praedicta*. Deſ. *cuius terrae ille nos faciat poſſeſſores &c.* Tertius pag. ead. inc. *Nolumus vos ignorare de dormientibus &c. Ad quemlibet noſtrum, qui ſumus Chriſtiani*. Deſ. *cum aliis iuſtis hominibus, ad quod regnum nos perducat, qui vivit &c.* Quartus pag. ead. *b*. inc. *Beati mortui qui in Domino moriuntur. Scitis, fratres & Domini, quod quicumque in hunc mundum naſcitur, privilegium mortis ſecum apportat*. Deſ. *& collocare, & gaudio perfrui ſempiterno, ad quod gaudium ipſe nos &c.* Quintus denique pag. ead. inc. *Pellem pro pelle, & cuncta quae habet homo dabit pro anima. Sanctus Iob volens ad aeternam beatitudinem perduci*. Deſ. *aeternam vitam conſequi valeat, quod nobis & vobis praeſtare dignetur, qui &c.*

In primo ligneo tegumento adſcripta haec ſunt: *Sermones Innocentii tertii Papae ad uſum Fratris Thedaldi. Dedit ſibi Dominus Philippus de Villanis*. Tum haec alia: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa, quem vivens aſſignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia anno Domini* 1406. Pro Codicis cuſtodia tria interſeruntur folia fragmentum Rhetoricum, manu Saec. XIV. continentia, in quo legitur Caput quoddam ita incipiens; *Quoniam diſpoſitio eſt illa, per quam quae invenimus, in ordinem redigimus, ut certe quaeque in loco pronuntientur, videndum eſt cuiuſmodi ratione in diſponendo nos habere conveniat.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. oblongo Saec. XIII. ineuntis. binis columnis exaratus, duplici ut videtur manu, litteris breviatis, ac lectu quandoque difficillimis, num. 257. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 95.

CASSIODORI TRACTATVS IN PSALMOS.

HVic Expoſitioni titulus ſequens charactere maximo & quadrato praemittitur: *In Chriſti nomine incipit Liber Tractatus Pſalmorum S. Caſſiodorii Ravennatis Senatoris* [1]. Succedunt Capita XIV. quorum tituli rubrica exarati, ſunt iſti: *Cod. VIII.*

I. *Interpretatio notarum.*

II. *Hoc*

(1) Hic eſt titulus genuinus Codicis, ubi animadvertas *Caſſiodorii* nomen duplici iota ſcriptum, qua nempe ratione ſcribendum multis contendit Cl. Marchio *Maffeius*.

II. *Hoc in idiomatis, ideſt propriis loquutionibus legis Divinae.*

III. *Hoc in dogmatibus valde neceſſariis*.

IV. *Hoc in diffinitionibus.*

V. *Hoc in ſchematibus.*

VI. *Hoc in etymologicis.*

VII. *Hoc de interpretatione nominum.*

VIII. *Hoc in arte Rhetorica.*

IX. *Hoc in Topicis.*

X. *Hoc in Syllogiſmis.*

XI. *Hoc in Arithmetica.*

XII. *Hoc in Geometrica.*

XIII. *Hoc in Muſica.*

XIV. *Hoc in Aſtronomia.*

Primum Caput ſequens eſt: *Diverſas notas, more maiorum, certis locis aeſtimavimus affigendas eam explanationibus ſuis; ſubtiliter adiunximus, ut quidquid lector voluerit inquirere, per ſimilitudines earum ſine aliqua difficultate debeat invenire.* Alterum ita habet: *Exſurge Domine, ſalvum me fac Deus meus. Non quod Deus dormiens, aut recubans, excitatur; ſed Scripturis Divinis mos eſt ad exprimendam cauſſam per tropologiam ex noſtra conſuetudine aliquid de Deo dicere.* Vltimum deſ. *& permanebit cum Sole, & ante Lunam in ſaeculum ſaeculi. Luna enim Eccleſiae merito comparatur, quae nativum non habet ſplendorem, ſed a Sole certis modis ſuſcepit lumen. Quod Aſtronomi inter alia diligenter exponunt. Mirum prorſus, & altius ſtupendum, tot ſyderum curſus, tam ingentium rerum arduas ſubtileſque menſuras manere creaturis* (ſic) *uſque ad humanam potuiſſet pervenire notitiam. Sic ergo Eccleſia a vero illo Creatore menſuratae ſuſcepit lumen, quae modo perſequationibus videtur imminui, iterumque recepta tranquillitate clariſſimi luminis hilaritate completur* (1). Sequitur deinde *Praefatio Expoſitionum in Pſalterio*, quae inc. *Repulſis aliquando in Ravennati urbe ſollicitudinibus dignitatum, & curis ſaecularibus noxio ſapore conditis.* Deſinit imperfecte ob unius aut alterius folii iacturam in verbis: *permulcet aures, ſed non ad ſuperna . . . . .* Expoſitio quoque initio mutila, incipit a verbis Pſalmi III. tali pacto . . . . *ſubſtantia una ſine aliqua confuſione perſona. Hoc etiam ad Pelagianos pertinet deſtruendos.* Deſinit paullo poſt initium Pſ. LXXXI. & in verbis: *quando dignatus eſt Verbum Caro fieri, & in gratiam noſtrae vivificationis occidi. Denique Pſalmus iſte ſic inchoat, ſtetiſſe in Synagoga Deorum, nec illud omittendum . . . .*

In prima pagina legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Reverendi Patris Fratris Thedaldi de Caſa, quem dum viveret aſsignavit Armario Fratrum Minorum de Florentia anno Domini 1406. in quo continetur Caſsiodorus ſuper Pſalterium a primo uſque ad Pſalmum LXXX.* quae inſcriptio reperitur etiam in ſummo primae paginae margine. Pro Codicis vero cuſtodia folia quaedam adſuta ſunt, in quibus continentur Proviſiones quaedam Florentinae Reip. a Calendis Maii Anni MCCCLXIX. circa rationes introituum, & exituum multorum Camerae Communis Florentiae.

Codex membranac. Ms. in fol. atlant. Sec. X. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus figuratis & coloratis, num. 256. deſignatus, quem memorat Franc. Ant. Zacharias in Excurſu Litter. per Italiam pag. 322. Conſtat foliis ſcriptis 106.

CASSIODORI VARIARVM LIBRI XII. ET DE ANIMA VNVS.

I. pag. 1. MAgni Aurelii Caſſiodori Senatoris Viri Clariſſimi & Illu- *Cod. IX.*
ſtris Exquaeſtoris Palatii, Exconſulis Ordinarii, Variarum Libri XII. cum Prologo, ut in Codice XI. Plutei XVI. ſin. ſupra pag. 122. §. II. Heic tamen omnia ſunt anepigrapha. Praecedit inſtar tituli ſequens diſtichon rubrica exaratum:

Iure Senator amans offert haec dona magiſtro,
Cui plus eloquio nulla metalla placent.

Ad calcem vero Libri XII. ſubiiciuntur Sidonii Epiſtolae tres item anepigraphae, quae in dicto Codice ſupra pag. 125. ſunt ſecunda, tertia, & quarta.

II. pag. 124. Eiuſdem Liber de Anima, qui tamen in Codice eſt anepigraphus, praevia Capitum Tabula, ut in Codice XIX. Plut. XVIII. Catalogi Tom. I. pag. 472. §. VI. Denotatur autem numero XIII. tamquam ſuperioris Operis pars. Tam in principio, quam in fine legitur: *Ad uſum Magiſtri Nicolai de Spinellis.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. paene quadrato, Saec. XII. cum initialibus rubricatis, num. 255. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 134.

S. LEONIS PAPAE SERMONES, ET EPISTOLAE.

I. pag. 1. SErmones S. Leonis Papae num. *Cod. X.*
XCVII. qui collati cum edit. Operum Veneta apud Andream Polettum MDCCXLVIII. duobus in folio Voluminibus, hoc ordine progrediuntur:

Ordo Cod.	*Ordo edit.*
I. pag. 1. Ad Flavianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum contra Eutychis perfidiam & haereſim.	XXIV.
II. pag. 3. *b.* Sermo Ieiunii decimi menſis ————————	XI.
III. pag. 4. *b.* Sermo de eodem.	XVII.
IV. pag. 5. *b.* Sermo de eodem.	XVIII.
V. pag.	

(1) Non occurrunt inter Caſſiodori Prolegomena ad hanc Expoſitionem in editione curante I. Garetio Venet. per Ant. Groppum MDCCXXIX. Tom. II. fol. Ceterum multae ſunt Codicem inter atque editum varietates.

Ordo Cod. — *Ordo edit.*

v. pag. 6. Sermo de eodem— xv.

vi. pag. 7. *b.* Sermo de eodem. xvi.

vii. pag. 8. *b.* Sermo de eodem—— xii.

viii. pag. ead. Sermo de eodem—— xiii.

ix. pag. 9. *b.* In Nativitate Domini—— xxi.

x. pag. 11. De eodem—— xxvi.

xi. pag. 12. *b.* De eodem—— xxviii.

xii. pag. 13. *b.* De eodem—— xxvii.

xiii. pag. 15. De eodem—— xxiv.

xiv. pag. 16. De eodem—— xxix.

xv. pag. 18. De eodem—— xx.

xvi. pag. ead. *b.* De eodem—— xxv.

xvii. pag. 20. De eodem—— xxiii.

xviii. pag. 21. *b.* De eodem— xxii.

xix. pag. 22. *b.* In Epiphania. xxx.

xx. pag. 23. *b.* De eodem—— xxxiii.

xxi. pag. 25. De eodem—— xxxi.

xxii. pag. 26. De eodem—— xxxii.

xxiii. pag. 27. De eodem—— xxxvii.

xxiv. pag. 28. De eodem—— xxxvi.

xxv. pag. 29. De eodem—— xxxiv.

xxvi. pag. 30. De eodem—— xxxv.

xxvii. pag. 31. *b.* De Quadrageſima—— xl.

xxviii. pag. 32. De Paſſione Domini (1)—— lv.

xxix. pag. 33. In Quadrageſima. xxxviii.

xxx. pag. 34. *b.* De eodem— xlii.

xxxi. pag. 36. De eodem—— xliii.

xxxii. pag. 37. De eodem—— xliv.

xxxiii. pag. 38. De eodem—— xlv.

xxxiv. pag. 39. De eodem—— xlvi.

xxxv. pag. 40. De eodem—— xxxix.

xxxvi. pag. 41. De eodem—— xlvii.

xxxvii. pag. 42. De eodem— xli.

xxxviii. pag. 43. *b.* De eodem. xlviii.

xxxix. pag. 45. De eodem. Inc. *Dilectiſsimi nobis, fides veſtra nos admonet.* Deſ. *ut vitam conſequamur aeternam, praeſtante &c.*

xl. pag. ead. *b.* De Paſſione Domini—— l.

xli. pag. 46. *b* De eodem— lix.

xlii. pag. 47. *b.* De eodem— lxx.

xliii. pag. 49. De eodem—— lxii.

xliv. pag. 50. De eodem—— lxvii.

xlv. pag. 51. De eodem—— lx.

xlvi. pag. 52. *b.* De eodem— lxiii.

xlvii. pag. 53. *b.* De eodem— lxi.

xlviii. pag. 54. *b.* De eodem. lxiv.

xlix. pag. 55. *b.* De eodem. lvi.

l. pag. 57. De eodem—— lvii.

li. pag. 58. *b.* De eodem—— lxviii.

lii. pag. 60. De eodem—— lxix.

liii. pag. 61. *b.* De eodem— lxv.

liv. pag. 63. De eodem—— lxvi.

lv. pag. 64. De eodem—— lviii.

lvi. pag. 65. De eodem—— li.

lvii. pag. ead. *b.* De eodem— lii.

lviii. pag. 66. *b.* De eodem— liii.

lix. pag. 67. *b.* De Quadrageſima—— xlix.

lx. pag. 68. *b.* De Paſſione Domini—— liv.

lxi. pag. 69. De Quadrageſima. Inc. *Ieiunii tempora ſecundum Scripturas ſanctas quatuor ſunt.* Deſ. *& univerſale hoc obſervatione celebrat.* In Cod. I. Plut. XIV. Catalogi Tom. I. pag. 85. §. CLXI. S. Iſidoro tribuitur.

lxii. pag. 70. De Reſurrectione Domini. Inc. *Licet omnes ſolemnitates, dilectiſſimi, quae in Eccleſiis pro Dei honore celebrantur &c.* Deſ. *cuſtodiat corda & corpora veſtra. Per Dominum &c.* Exſtat & in Cod. XXXVII. Plut. XVII. Catalogi Tom. cit. pag. 381. §. VII. eidem Leoni tributus.

lxiii. pag. ead. *b.* De Adſcenſione Domini—— lxxi.

lxiv. pag. 71. *b.* De eodem— lxxii.

lxv. pag. 72. *b.* In ieiunio Penteceoſtes in Letaniis maioribus—— lxxvi.

lxvi. pag. 73. *b.* De Penteceoſte. lxxv.

lxvii. pag. 74. *b.* De ieiunio— lxxvii.

lxviii. pag. 75. De Pentecoſte & ieiunio—— lxxiv.

lxix. pag. 76. *b.* De eodem— lxxiii.

lxx. pag. 77. *b.* De ieiunio— lxxix.

lxxi. pag. 78. De eodem—— lxxviii.

lxxii. pag. ead. *b.* De eodem. lxxxix.

lxxiii. pag. 79. De eodem—— lxxxiv.

lxxiv. pag. ead. *b.* De eodem. xc.

lxxv. pag. 80. De eodem—— lxxxv.

lxxvi. pag. 81. De eodem—— xci.

lxxvii. pag. ead. *b.* De eodem. xcii.

lxxviii. pag. 82. *b.* In die ordinationis ſuae—— ii.

lxxix. pag. 83. *b.* De eodem. i.

lxxx. pag. ead. In feſto Apoſtolorum Petri & Paulli. Inc. *Apoſtolici Natalis gaudio, fr. char. Petri & Paulli, quorum hodie beatiſſimis paſſionibus iucundamur.* Deſ. *ac Deo noſtro effuſione devoti ſanguinis conſecrarunt.* Inter Sermones S. Maximi in calce Operum S. Leonis cit. edit. num. xxxiii.

lxxxi. pag. 84. Vnde ſupra. Inc. *Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Paulli inſeparabilem fidem, paſſionemque germanam.* Deſ. *eorum nunc peculiari devota patrocinio gloriatur.* Ibid. xxxiv.

lxxxii. pag. ead. *b.* Vnde ſupra. Inc. *Beatiſſimorum Apoſtolorum paſſio, fratres, quorum hodie natalem ſolemniter celebramus, cunctis eſt honoranda credentibus.* Deſ. *& pia ſan-*

(1) Ad hunc Sermonem eodem antiqua manus notavit in margine: *Hic Sermo debet poni in 69. charta* . [illegible] ✠

Ordo Cod. *Ordo edit.*

guinis effuſione fundarunt. Ibid. xxxv.

LXXXIII. pag. 85. Vnde ſupra. IV. App. Interim notandum poſt verba editionis ultima: *niſi quod Petrus ligaverit, aut ſolverit*, in Codice per alios ſeptem ac decem verſus continuari.

LXXXIV. pag. ead. *b*. In feſtivitate S. Paulli. Inc. *Gemina hodiernae feſtivitatis nobis, fratres chariſſimi, renovantur gaudia*. Deſ. *ut multipliciter conſolaretur*.

LXXXV. pag. 86. *b*. De Collectis. VIII.

LXXXVI. pag. 87. De eodem — IX.

LXXXVII. pag. 88. *b*. De eodem. V.

LXXXVIII. pag. ead. De eodem. VII.

LXXXIX. pag. 89. De neglecta ſolemnitate — LXXXI.

XC. pag. ead. *b*. In Nativitate Apoſtolorum Petri & Paulli — LXXX. In editione decem circiter verſus in fine longior.

XCI. pag. 90. *b*. In Nativitate Sancti Petri Apoſtoli — III.

XCII. pag. 92. In Nativitate B. Laurentii. Inc. *Sanctum eſt, fratres, ac Deo placitum, ut natalem B. Laurentii praecipua devotione veneremur*. Deſ. *confuſa torpeſceret*. Inter Sermones S. Maximi loc. cit. ſub num. XLII.

XCIII. pag. ead. *b*. Vnde ſupra. Inc. *Sicut Patrum noſtrorum, fr. ch.* Deſ. *& confidenter evaſit*.

XCIV. pag. 93. Vnde ſupra — LXXXIII.

XCV. pag. 94. In Nativitate Omnium Sanctorum — XCV.

XCVI. pag. 95. *b*. Sabbato in ieiunio primi menſis — XCIV.

XCVII. pag. 97. De ſeptem fratribus — LXXXII.

II. pag. 98. Eiuſdem Epiſtolae XXVI. quarum ſeries cum editis in cit. Tomo collata, ſequens eſt:

Ordo Cod. *Ordo edit.*

I. Ad Palaeſtinos de Incarnatione Domini — XCVII.

II. pag. ead. *b*. Ad Aquileienſem Epiſcopum — VI.

III. pag. 99. Ad Anatolium Epiſcopum — CXXVIII.

IV. pag. ead. *b*. Ad Leonem Auguſtum Imperatorem — CXXXIV. In Codice autem brevior eſt, & deſinit in verbis: *ſed de utero Virginis Matris aſſumpſit*, quae incidunt in pag. 223. lin. 13.

V. pag. 100. *b*. Ad Tyribium [1] Epiſcopum — XV.

VI. pag. 104. *b*. Ad Synodum Epheſinam — XXIX.

VII. pag. 105. Ad Theodoſium Auguſtum — XL.

VIII. pag. ead. *b*. Ad Pulcheriam Auguſtam — XLI.

IX. pag. 106. Ad Martianum, & Fauſtum Presbyteros — XLIX.

X. pag. ead. *b*. Ad Theodoſium Auguſtum — LIII.

XI. pag. 107. Ad Pulcheriam Auguſtam — LIV.

XII. pag. ead. *b*. Ad eamdem. LIX.

XIII. pag. 108. Ad Anatolium Epiſcopum — LX.

XIV. pag. 109. Ad Synodum Chalcedonenſem — LXXII.

XV. pag. ead. *b*. Ad Marcianum Auguſtum — LXXVII.

XVI. pag. 110. *b*. Ad Anatolium Epiſcopum — LXXX.

XVII. pag. 111. *b*. Ad Epiſcopos per Siciliam conſtitutos — XVI.

XVIII. pag. 113. *b*. Ad Theodorum [2] — XVIII.

XIX. pag. 114. *b*. Ad Epiſcopos per Campaniam, & Picenum, & Thuſciam &c. conſtitutos — III.

XX. pag. 115. Ad Ianuarium Epiſcopum — XIV.

XXI. pag. ead. *b*. Ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum — II.

XXII. pag. 117. *b*. Ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem — XII.

XXIII. pag. 119. *b*. Ad Nicetam Epiſcopum Aquileienſem — CXXIX.

XXIV. pag. 120. *b*. Ad Epiſcopos per Africam conſtitutos — I.

XXV. pag. 123. Ad Theodorum Foroiulienſem Epiſcopum — LXXXIII.

XXVI. pag. ead. *b*. Ad Leonem [1] Ravennenſem Epiſcopum — CXXXV.

Hiſce autem Epiſtolis, ferme omnibus, ſua praemittuntur argumenta, nulla tamen in fine ſubiicitur temporis, quo datae ſunt, adnotatio.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIII. cum titulis rubricatis, & initialibus pictis, num. 258. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 124.

SEVERINI BOETHII DE CONSOLATIONE PHILOSOPHIAE, ET HORATII QVAEDAM.

I. pag. 1. ANicii Mallii Severini Boëthii Exconſulis Ordinarii Patritii de Conſolatione Philoſophiae Libri V. cum gloſſis marginalibus & interlinearibus, partim Latinis, partim Italicis manus recentioris, & cum Prologo, ut in Codice XX. Plut. LXXVIII. *Cod. XI.*

(1) In edit. *Turribio*.
(2) In edit. *Dorum*.
(3) In edit. *Neonem*.

LXXVIII. Catalogi Tom. III. pag. 166.

II. pag. 70. Q. Horatii Flacci Ars Poëtica, ut alibi. Heic autem ſcholia quaedam adſunt marginalia eiuſdem antiquae manus.

III. pag. 78. *b.* Eiuſdem Epiſtolarum Libri II. ut alibi. In calce legitur verſiculus:

Qui me furatur, vel reddat, vel ſuſpendatur.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. cum initialibus Librorum rubricatis, num. 260. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 106.

SEVERINI BOETHII LIBER DE TRINITATE.

Cod. XII. I. pag. 1. ANicii Mallii Severini Boethii V. C. & Illuſtris Exconſulis Ordinarii Patricii Liber, quomodo Trinitas unus Deus, ac non tres Dii, ad Quintum Aurelium Memmium Symmachum, & Illuſtrem, V. C. Exconſ. Ord. atque Patricium ſocerum, ut in Codice XV. Plutei XIV. Catalogi Tom. I. pag. 118. §. I.

II. pag. 9. *b.* Eiuſdem ad S. Ioannem Diaconem Eccleſiae Romanae, utrum Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus de Trinitate ſubſtantialiter praedicentur. Ibid. §. II.

III. pag. 10. *b.* Eiuſdem ad eumdem, quomodo ſubſtantiae in eo quod ſint, bonae ſint, quum non ſint ſubſtantialia bona. Ibid. §. III.

IV. pag. 13. *b.* Eiuſdem Liber anepigraphus, ſed eſt Fidei Confeſſio, ſeu brevis inſtitutio Religionis Chriſtianae. Ibid. pag. 119. §. IV.

V. pag. 19. Eiuſdem adverſus Neſtorium & Eutychen pro Perſona & Natura Liber inſcriptus: *Domino ſancto ac venerabili Ioanni Diacono Boëthius filius.* Ibid. §. V. Tum ſubditur: *Explicit Liber Boëthii de Sancta Trinitate.* Haec autem Opuſcula omnia ſcholiis ſunt marginalibus, & gloſſis interlinearibus eiuſdem antiquae manus inſtructa.

Codex membranac. Ms. in 4. oblongo Saec. X. cum titulis rubricatis, & num. 259. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 31.

PLVT. XXIV. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XI.

CODEX I.

PETRI LOMBARDI LIBRI IV. SENTENTIARVM.

MAgiſtri Sententiarum Libri IV. praevio Prologo, & Capitum tabula, ut in Cod. XXV. Plut. XXI. Catalogi Tom. I. pag. 700. Heic in calce legitur verſiculus:

Explicit iſte Liber, ſit ſcriptor crimine liber.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, grandiori littera exaratus, cum titulis rubricatis, initialibus coloratis, & cum gloſſis aliquot marginalibus, & interlinearibus, num. 262. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 345.

ALEXANDRI DE HALES SVMMAE THEOLOGICAE LIBER I.

Cod. II. ALexandri de Hales [1] Summae Theologicae, ſeu Sententiarum Liber I. Inc. *Quoniam, ſicut dicit Boëthius in Libro de Trinitate &c.* Deſ. *ſic ergo ad laudem & gloriam Salvatoris terminata eſt inquiſitio de iis, quae pertinent ad inquiſitionem Sanctiſſimae Divinitatis, ideſt Divinae Vnitatis, & Trinitatis, cui eſt honor &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus, cum initialibus rubricatis, & coloratis, num. 263. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 120.

ALIVD EXEMPLAR.

ALexandri de Hales Theologicae Summae Liber I. ut in Codice ſuperiore. Heic autem deſinit imperfecte in verbis: *ideo Spiritus Sanctus mitti dicitur in augmento, licet magis proprie in gratiae prima donatione . . .* Tum in calce paginae adnotatum eſt manu recentiore: *ista Quodlibeta deficiunt tantum.* In primis vero duabus paginis exaratus eſt index Quaeſtionum, quae in hoc Libro pertractantur, alia manu. Cod. III.

Codex membr. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis exaratus, cum litteris Capitum initialibus pictis, num. 264. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 132.

[1] Alexander Halenſis, ſive de Hales Monaſterio Comitatus Claudioceſtrenſis, fuit primo ob eminentem ſcientiam Archidiaconus in Anglicana aliqua Eccleſia, ut ex veteri eius epitaphio conſtat; deinde circa annum 1230. in Academia Pariſienſi clarus; demum ad Ordinem pauperum Fratrum Minorum ſe tulit, ac Pariſiis anno 1245. fato ceſſit.

Digitized by Google

ALEXANDRI DE HALES SVMMAE THEOLOGICAE LIBER II.

Cod. IV. ALexandri de Hales Theologicae Summae Liber II. Inc. *Completis tractatibus de iis, quae pertinent ad ſpeculationem Dei*. Deſ. *ſed ne caeremonialia, tamquam idololatriam gentium damnare crederetur*. Praecedit in primis quinque foliis index Rubricarum, in cuius calce legitur: *Finis Rubricarum ſecundi Libri Summae Fratris Alexandri*.

In primo folio adnotatum eſt manu multo recentiore: *Alexander de Hales ſuper ſecundum Sententiarum Conventus Sancti Marci de Florentia Ordinis Praedic. habitus a Coſimo Ioannis de Medicis*. Tum alia manu item recentiore ſubiicitur: *Iſte Liber eſt Florentini Conventus Ordinis Minorum, quem habuimus a Fratribus Sancti Marci de Florentia Ordinis Praedicatorum, pro quo dedimus & commutavimus tertium Alexandri, de conſenſu Reverendi Patris Miniſtri, videlicet Magiſtri Nicolai de Spinellis de Florentia, qui tertius erat ſignatus littera B, coopertus corio rubeo, anno Domini MCCCCXLVI. XXVI. die Menſis Novembris*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum litteris initialibus variis coloribus pictis, num. 265. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 325.

ALEXANDRI DE HALES SVMMAE THEOLOGICAE LIBER III.

Cod. V. ALexandri de Hales Theologicae Summae Liber III. Inc. *Tota Chriſtianae fidei diſciplina pertinet ad duo, ad fidem, & intelligentiam Conditoris, & ad fidem atque intelligentiam Salvatoris*. Deſ. *unde in Cantico ultimo, fortis eſt, ut mors, dilectio, & ſic terminatur illud Symbolum*. Notandum ultimas duas paginas, manu Saeculi XV. fuiſſe ſuppletas. In quatuor autem primis foliis tabula legitur Capitum, ſeu Quaeſtionum, quae in hoc Volumine pertractantur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initiali Operis littera picta & inaurata, & cum nonnullis correctionibus in margine ab eadem manu, num. 267. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 264.

ALEXANDRI DE ALEXANDRIA LECTVRA SVPER II. III. & IV. SENTENTIARVM &c.

I. pag. 1. ALexandri de Alexandria (r) Lectura ſuper II. III. & IV. Cod. VII.
Librum Sententiarum. Super ſecundum inc. *Fecit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis immiſcuit quaeſtionibus. Eccl. VIII. in quibus verbis primo oſtenditur hominis ſupernaturalis ortus*. Super quartum deſ. *proferendo ſuper panem haec verba ſimpliciter ſine alio praemiſſo: hoc eſt Corpus meum*. Tum ſubiicitur alia manu tabula Diſtinctionum, ſeu Quaeſtionum, quae in quatuor Sententiarum Libris pertractantur.

II. pag. 116. Anonymi (a) in ſecundum Librum Sententiarum Commentarius. Poſt introductionem, cuius initium eſt: *Qui vivit in aeternum creavit omnia ſimul. Eccl. XVIII. a In his verbis opus creationis ſufficienter exprimitur, in quo huius ſecundi Libri Sententiarum materia intelligitur &c.* Commentarius inc. *Creationem rerum &c. Liber totalis Sententiarum, ut dictum eſt in principio, in quatuor partes dividitur*. Deſ. *Deum time, & mandata eius obſerva, quia mandatorum eius obſervantia perducit ad vitam, quam nobis praeſtare dignetur &c.* In fine adſertur elenchus Titulorum huius ſecundi Libri.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus Capitum coloratis, num. 268. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 267.

ALEXANDRI DE HALES POSTILLA SVPER GENESIM, EXODVM &c.

ALexandri de Hales Poſtilla in aliquot Cod. VIII.
Veteris, & Novi Teſtamenti Libros, nimirum:

I. pag. 1. In Geneſim. Prologus inc. *Principium verborum tuorum veritas, Deus Pater*. Deſ. *ſic eſt de exemplaribus*. Poſtilla inc. *In principio &c. Agit Moyſes in primo Libro de primordiali rerum creatione*. Deſ. *quotidie proficiendo perenni vitae reſervatur*.

II. pag. 15. In Exodum. Prologus inc. *Erant quinque civitates in terra Aegypti*. Deſ. *qui omnes a principiis denominantur*. Poſtilla inc. *Haec ſunt nomina &c. Non nominantur niſi undecim filii Iacob*. Deſ. *nube, profunditate ſcripturae; operiente omnia, corda iniquorum; coruſcante, bonis*.

III.

(r) De eo aliquid attigimus ſupra pag. 410. not. 3. Quod autem heic tribuenda ſit Lectura iſta, patet ex epigraphe Libro IV. praemiſſa, ubi legitur: *Incipit Liber quartus ſuper Sententias Fratris Alexandri olim Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum*, & ex alia, quae occurrit poſt Tabulam Quaeſtionum, pagina nimirum Codicis 115. quae ita habet: *Lectura Fratris Alexandri olim Generalis Miniſtri Ordinis Minorum ſuper II. III. & IV. & eſt ad uſum Fratris Nicolai Caccini de Florentia Ord. Minorum*.

(a) In principio adſcriptum eſt maiuſculis litteris nomen *Petrus*, ita ut videri poſſit ipſius Petri Lombardi Sententiarum Liber II. ſed ex progreſſu agnoſcitur eſſe in ipſum Librum Commentarius.

III. pag. 28. In quinque Libros Sapientialea. Prologua in primum, ſcilicet in Parabolaa Salomonis inc. *Dicis Eccleſiaſt. XXXIX. b. Occulta proverbiorum exquiris ſapiens.* Deſ. *puriſſimae commendata teſtae ſuum ſaporem ſervaverunt.* Poſtilla inc. *Parabolae Salomonis &c. Supple, hae ſunt, ideſt Liber iſte eſt de Parabolis Salomonis.* Poſtilla in quintum, ſcilicet in Eccleſiaſticum, deſ. *alia ancilla eſt Iſaias, quem poſt illum Librum, iuvante Domino, proponimus nos lecturos.* Vbi notandum eſt Poſtillam in Cantica Canticorum deſinere in Capite IV. & in verbis: *& macula culpae mortalis non eſt in te; in quo enim macula eſt, non eſt membrum Eccleſiae.*

IV. pag. 153. In Pſalterium. Prologus inc. *Egredimini filiae Sion, & videte Regem Salomonem.* Deſ. *qui doctrinam & prophetiam effundet. Eccl. XXIV. cui eſt omnis laus & gloria &c.* Poſtilla inc. *Beatus vir qui non abiit &c. Pſalmus iſte titulum non habet,* Deſinit in Pſalmo: *Super flumina Babylonis,* verſu, *quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena,* & in verbis: *Iſaiae LXI. rugiemus quaſi urſi omnes, & quaſi columbae gementes gememus.*

V. pag. 375. In duodecim Prophetaa Minorea. Prologus inc. *Stabat ſuper XII. boves, ex quibus tres reſpiciebant ad Orientem &c.* Poſtilla in Oſeam inc. *Verbum quod factum eſt &c. Liber in duas partes dividitur.* In Malachiam deſ. *anathemate. I. Cor. ult. omnis qui non amat Dominum Ieſum ſit anathema maranatha. Amen.*

VI. pag. 403. In Actus Apoſtolorum. Prologus inc. *Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulam, ut percurrat qui leget &c.* Poſtilla inc. *Primum, nominaliter, ideſt Evangelium, quod dicitur primum reſpectu ſecundi, ſcilicet Actus.* Deſ. *uſque ad XIV. annum Neronis, in quo tentus eſt, & martyrio coronatus.*

VII. pag. 413. *b.* In Epiſtolaa Canonicaa. Prologua inc. *Facies & velum de hyacintho & purpura &c.* Poſtilla in Epiſtolam Iacobi inc. *Iacobus &c. Sicut praedictum eſt, duodecim tribubus ſcribit.* In Epiſtolam Iudae deſ. *in requie ſempiterna.*

In primo ſolio legitur: *Iſte Liber fuit ad uſum Fratris Sebaſtiani de Bacellis, qui pertinet Armario Florentini Conventus S. Crucis Ord. Fratrum Minorum, qui bonus pater debitum humanae conditionis exſolvit XI. menſis Maii MCCCCLXVI. cuius benedicta anima requieſcat in pace. Amen. In quo ſunt Opera Fratris Alexandri de Hales.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibua coloratia, num. 269. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 429.

ALEXANDRI DE HALES POSTILLA
SVPER PSALTERIVM.

ALexandri de Hales Poſtilla copioſa & utilis ſuper Pſalterium, cum Prooemio, ut in Codice ſuperiore §. IV. Heic quoque eſt imperfecta, & deſinit in Pſalmo CVIII. *Deus laudem meam ne tacueris &c.* & in verbis: *ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Vix exit. Gregorius; cum luxuria ſemel* . . . . Cod. IX.
Tum ſequitur tabula ſuper hanc Poſtillam ordine alphabetico digeſta, & quidem, ut videtur, manu Fratris Thedaldi confecta, cui nota iſta praecurrit: *Iſta Poſtilla Magiſtri Alexandri de Hales Doctoris antiqui, eſt ad uſum Fratris Ioannis Fantini, Ordinis Minorum, provinciae Thuſciae, quam habet ad vitam a Conventu Florentino, de licentia Miniſtri, & conſilio Diſcretorum Florentini Conventus, die III. Decembris MCCCLVIII.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnia, num. 270. deſignatua. Conſtat ſoliis ſcriptia 381.

ALEXANDRI DE HALES POSTILLA
SVPER V. LIBROS SAPIENTIALES.

ALexandri de Hales Poſtilla ſuper quinque Libroa Sapientiales, ut in Codice VIII. huiua Plutei §. III. Heic tamen Poſtilla in ultimum, ſcilicet in Eccleſiaſticum, imperfecta eſt, & deſinit in verbis: *& excepi illam deſuper infuſam; multam inveni in memetipſo* . . . . . . quae in dicto Codice incidunt in pag. 151. *b.* paullo poſt dimidium col. 1. Cum ipſo autem concordat quoad finem Poſtillae in Librum Canticorum, ac propterea adſcriptum legitur ab alia manu: *medietas iſtius quarti Capituli deficit, & alia quatuor Capitula.* Cod. X.

In ultima pagina deſcribuntur *caſus, in quibus fratres non tenentur ad quartam,* qui enumerantur novem, quibus ſubiicitur: *Conſilium Domini Ioannis Andreae* ſuper eodem argumento, in cuius calce ſubſcribuntur

Abbas Canatbenſis }
Dominus Franc. de Fontana, & } *Doctores.*
Dominus Carlinus de Cremonis }

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binia columnis, cum notulia aliquot in margine. Conſtat ſoliis ſcriptia 185.

ALEXANDRI DE ALEXANDRIA POSTILLA SVPER EPISTOLAM
PAVLLI AD ROMANOS.

ALexandri de Alexandria Poſtilla ſuper Epiſtolam Divi Paulli ad Romanos. Cod. XI.
Pro-

Digitized by Google

Prologus inc. *Annunciabo tibi quod expreſſum eſt tibi in ſcriptura veritatis. In hoc verbo ſcripto Dan. X. primo tangitur huius Epiſtolae cauſſalis efficiens.* Deſ. *hos revocat Apoſtolus ad verum & Evangelicam fidem ſcribens eis a Corintho.* Poſtilla inc. *Paulus Apoſtolus &c. Haec Epiſtola dividitur in tres partes, in ſalutationem, narrationem, & gratiarum actionem,* Deſ. *notificavit enim Trinitatem, quia ut alia doceantur, quae cepit vel praecepit gentes baptizari in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Explicit Poſtilla ſuper Epiſtolam ad Romanos edita a Fratre Alexandro de Alexandria* (*) *Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, & Sacrae Theologiae Doctore.* Tum ſubiicitur tabula Quaeſtionum, quae pertractantur in ſuperiore Poſtilla.

In ultimo folio adſcriptum fuit hoc monumentum: *Anno Domini MCCCXLII. Dominus Gaulterius de Francia, Comes Brenne, & Dux Athenarum, in menſe Auguſti decapitari fecit Dominum Ioannem Bernardini de Medicis, & Gulielmum de Altovitis populares, quorum prior exſiſtens Lucae Dominus pro Communi Florentiae fecit fugere Dominum Tarlatum de Petramala, propter quam fugam Piſani acceperunt Civitatem Lucanam, quam obſidebant, in octava Apoſtolorum Petri, & Paulli anno praedicto. Alius exſiſtens Dominus Aretii pro Communi Florentiae, mentita cauſſa, ad ſubieſtionem Guelforum Aretii, pecunia mediante, cepit Dominos Petrum & Rodulphum de Petramala cum tribus eorum filiis, & captos miſit Florentiam, & depraedatus eſt bona ipſorum, propter quae dictus Dominus Dux fecit eis capita amputari Florentiae, exſiſtens Capitaneus Guerrae, & Cuſtodiae Civitatis Florentiae, & omnium ad eam pertinentium.* Tum a capite hoc aliud ſubiungitur: *Anno praedicto, die octava menſis Septembris, Dominus Gualterius praedictus, convocato Parlamento publico in platea, quae dicebatur Priorum, exivit de loco Fratrum Minorum cum multitudine equitum & peditum munitorum, proceſſit ad dictum locum Parlamenti, conſpirantibus ſecum magnatibus, & ibi per populum parvum, & per magnates, acclamantibus omnibus, factus eſt Dominus Civitatis Florentiae, & omnium Civitatum & Caſtrorum ad eam pertinentium ad vitam, & ſic introductus fuit in Palatium, quod dicebatur Priorum, & poſtea in duobus publicis Conſiliis confirmatus; & iſte eſt primus, cui Florentini ſponte fuerunt ſubiugati. Hoc totum factum eſt, quia populares craſſi peſſime tractabant magnates, & populum parvum, & illos de Communia, & vituperabant, & confundebant Commune, & depraedabantur & furabantur bona Communis, inter quos erant praecipui praedatores Antonius Landi Albizi, Philippus de Magalottis, Iacobus de Albertis, Centi di Nardo Oricellai, & omnes filii, Barone Cappelli, Caldus (ſeu Taldas) Valoris, Ardinghelli, Altoviti, Medici, Ricci, Dominus Vgo de Stufa, Corſini, P. . . . icheſe Brancacci, Quarateſi, & Bordoni.*

In primo folio legitur: *Iſtam Poſtillam ſuper Epiſtolam ad Romanos, editam a Fratre Alexandro Sacrae Theologiae Doctore, & Generali Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum, dedit Armario Florentini Conventus Frater Gerardus de Leonardis de Florentia, quando ivit Romam Inquiſitor haereticae pravitatis anno Domini MCCCXXXIX.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, num. 273. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 122.

ALEXANDRI DE HALES POSTILLA SVPER ECCLESIASTEN.

POſtilla Magiſtri Alexandri de Hales ſuper Eccleſiaſten, cum Prologo, qui inc. Cod. XII. *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te &c. Hoc intelligitur communiter de quolibet fideli.* Deſ. *ſed in medietate tranſtuli de Hebraeo.* Poſtilla inc. *Verba Eccleſiaſtes, ideſt concionatoris; filii David, in hoc notatur paterna dignitas.* Deſ. *ſive bonum, ſive malum ſit, quod eſt factum ſupple.* Tum litteris rubricatis ſubiicitur verſiculus:

Explicit expliceat, ludere ſcriptor eat.

Exſtat in Codice VIII. huius Plutei ſupra pag. 681. §. III. iunctim cum aliis quatuor Libris Sapientialibus.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis, num. 272. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 90.

PLVTEVS XXV. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. III.

C O D E X I.

PETRI LOMBARDI SENTENTIARVM LIBRI IV.

MAgiſtri Sententiarum Libri IV. ut in Cod. I. Plut. XXIV. ſupra pag. 677. Adſunt in hoc uberrimae gloſſae marginales ab alia manu; in ſuperiore vero primae paginae margine legitur eadem antiqua manu hoc monumentum: *Fuit autem Magiſter Petrus de Vico Lemononii, de Diſtrictu, floruit autem anno Domini MCLIII. & Gra-*

(*) Verba *Ordinis Fratrum &c.* adiecta ſunt manu recentiore.

& Gracianus Magiſter Decretorum ſimiliter; fuit etiam Epiſcopus Pariſienſis, compilavit Sententias, gloſſavit Pſalterium, & Epiſtolas Paulli.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, littera grandiori, cum initialibus Capitum pictis, titulis rubricatis, & icone auctoris in littera initiali, num. 274. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 219.

S. BONAVENTVRAE SVPER SENTENTIAS LIBER I.

Cod. II. S. Bonaventurae Liber primus ſuper Sententias. Inc. *Profunda fluviorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem. Verbum iſtud ſumptum eſt ex Iob XXVIII.* Deſ. *ei igitur, qui poteſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus, aut intelligimus, ſecundum virtutem, quae operatur in nobis, ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu &c.* Tum ſequitur index Quaeſtionum, quae in hoc primo Libro pertractantur. Concordat cum edit. Operum Veneta per Ioannem Bapt. Albrizium A. MDCCLI. ſeqq. 4. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 810.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus Capitum rubricatis, num. 275. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 189.

S. BONAVENTVRAE SVPER SENTENTIAS LIBER II.

Cod. VII. S. Bonaventurae ſuper Sententias Liber ſecundus. Inc. *Solummodo hoc inveni, quod Deus fecerit hominem rectum, & ipſe ſe infinitis immiſcuerit quaeſtionibus. Sollicite conſideranti praeſentis Libri, ſcilicet ſecundi Sententiarum principalem intentionem.* Deſ. *ſecundum quod ſeries manifeſtat duorum Librorum praecedentium, cui eſt omnis honor, & gloria &c.* ut in cit. edit. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 1097. Subiungitur deinde ab alia manu index Titulorum, qui in hoc ſecundo Libro continentur, in cuius calce legitur: *Iſte ſecundus Liber Sententiarum Fratris Bonaventurae habet XLIV. Diſtinctiones, & habet CCC. & VI. Problemata.*

Codex membr. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum aliquot marginalibus ſcholiis, num. 281. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 256.

PLVTEVS XXVI. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. II.

C O D E X I.

S. BONAVENTVRAE SVPER SENTENTIAS LIBER III.

S. Bonaventurae ſuper Sententias Liber III. Inc. *Deus autem, qui dives eſt in miſericordia &c. Verbum iſtud ſcribitur II. ad Ephesios, in quo inſinuatur nobis noſtrae redemptionis myſterium.* Deſ. *& mandatu dedit ſecundum quod in hoc Libro explanatum eſt, ſit omnis honor & gloria &c.* Subiungitur in fine tabula Diſtinctionum huius III. Libri. In cit. edit. Tom. III. a pag. 1. ad p. 913.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, cum Summariis brevibus in margine, & initialibus Capitum pictis, num. 284. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 189.

S. BONAVENTVRAE SVPER SENTENTIAS LIBER IV.

Cod. VIII. S. Bonaventurae ſuper Sententias Liber IV. Inc. *Unguentarius faciet pigmenta ſuavitatis &c. Verbum iſtud ſcribitur Eccl. XXXVIII. in quo diligentius conſiderato explicatur, & commendatur materia quarti Libri Sententiarum.* Deſ. *tunc apparebit Chriſtus vita noſtra, & nos apparebimus cum ipſo in gloria, ad quam nos perducat Pontifex, & Praecurſor noſter Ieſus Chriſtus &c.* Clauditur Codex tabula Capitum, quae in hoc quarto Libro continentur manu diverſa. In cit. edit. Tom. IV. a pag. 1. ad pag. 1115.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis, cum quibuſdam Summariis in margine, & litteris initialibus Capitum coloratis, num. 291. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 354.

FINIS PLVTEI XXVI.

PLV-

PLVTEVS XXVII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VII.

CODEX I.

S. BONAVENTVRAE SVPER SENTENTIAS LIBER IV.

S. Bonaventurae ſuper Sententias Liber IV. ut in cit. edir. Tom. IV. Singulis heic Diſtinctionibus praemirtuntur Capitum argumenta, quae in Libri calce itc-rum omnia repetuntur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum inirialibus coloratis, & icone auctoris in prima pagina. num. 294. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 327.

POSTILLA FRATRIS DE TVRONIA SVPER LVCAM.

Cod. III. POſtilla cuiuſdam Fr. de Turonia ſuper Evangelium Lucae (1), cum Prolegomenis, quae inc. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit me Deus &c. Conſiderantibus nobis aliquod verbum, quod nos introducat in Evangelium Beati Lucae, nullum magis occurrit idoneum*. Deſ. *quia hoc intenditur ab Evangeliſta*. Expoſitio in Praeſarionem Evangelii inc. *Quoniam quidem &c. Impingua oblationem, & da locum medico. Ecc. XXXVIII. Haec fit, quum oratio, ſive lectio conditur charitatis affectu, ſic enim effectum habet medicina*. Deſ. *dum ne fructum amitterem in ſoſtidientibus, volui brevitate ſermonis potius perſtringere* (2). Expoſitio in Evangelium ipſum inc. *Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae &c. Hic poſt Prooemium incipit tractatus, qui tamquam fluvius Paradiſi in quatuor partes principales dividitur*. Deſ. *ſed in laude Dei & benedictione concludit; omnia enim terminanda ſunt in Dei laude, & gratiarum actione. Deus enim eſt alpha, & omega, principium, & finis; ideo omnis actio debet incipere ab oratione, & terminari in gratiarum actione. Nos ergo de libro finito Omnipotenti Deo gratias agimus, qui eſt Deus ſuper omnia benedictus*. Explicit: *hic liber eſt ſcriptus, qui ſcripſit ſit benedictus a Domino. Amen*.

In prima pagina occurrunt Tabulae duae manu Fr. Thedaldi; primae titulus eſt: *Tabula ſuper Poſtillam ſuper Lucam Fratris de Turonia, Ordinis Minorum*. Alterius: *Tabula ſuper Poſtillam Fratris Ioannis de Vallenſis* (3) *ſuper Ioannem*. In ſummo vero eiuſdem primae paginae margine legitur: *Iſte Liber ſpectat ad Conventum Florentinum Ordinis Fratrum Minorum deputatus ad uſum Fratri Illuminato de Caponſaccis eiuſdem Ordinis*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 296. deſignatus. Conſtar foliis ſcriptis 156.

TABVLA ALPHABETICA SVPER LIBROS NATVRALIS PHILOSOPHIAE &c.

TAbula per alphabetum ſuper Libros Naturalis Philoſophiae, Metaphyſicae, & Ethicorum Ariſtotelis, praeviis Capitulis. Inc. *Abſtrahere de Libro Phyſicorum, quod abſtrahentium non eſt mendacium*. Deſ. *homologia & homologia quid ſunt &c. Explicit tabula ſuper Librum Ethicorum*. Tum verſiculus: Cod. IV.

Qui ſcripſit ſcribat ſemper cum Domino vivat.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XII. binis columnis, cum initialibus rubricatis, num. 294. deſignatus. Conſtar foliis ſcripris 176.

S. BONAVENTVRAE APOLOGIA PAVPERVM.

FRatris Bonaventurae Apologia pauperum adverſus calumniarorem, praevio Prologo, ut in Codice XII. Plutei XV. ſupra pag. 476. §. XV. ubi initium, & finem dedimus tam Prologi, quam Apologiae. Heic autem habetur in principio manu diverſa *Tabula ſuper totum Opus Bonaventurae facta per alphabetum*. Cod. VI.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII.

(1) Hanc Poſtillam, licet in exteriore Codicis titulo antiquitus appoſito, nomen S. Bonaventurae praeferat, tamen, quum, excepta aliqua Praefationis particula, diverſa omnino ſit ab eius Expoſitione edita Tom. VI. Part. I. cit. edit. Venetae, Fratri illi de Turonia, cuius nomen primae ex duabus Tabulis a ſe confectis in principio Codicis praefixit Thedaldus, tribuendam duximus.

(2) Haec Prolegomena, licet ordine aliquantum immutato, occurrunt etiam in Cod. V. Plutei VII. ſupra pag. 369. § II. & quidem Fratri Hugoni tributa; ſed Poſtilla in Evangelium, quae ibi adfertur, ab hac omnino diſcrepat.

(3) Fuit iſte Ioannes, natione Anglicus, ex Ordine Fratrum Minorum, Doctor Pariſienſis, claruitque circa annum MCCLX. cuius tamen Poſtilla ſuper Ioannem a Thedaldo Indicata, in hoc Codice deſideratur.

XIII. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 298. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 79.

S. BONAVENTVRAE BREVILOQVIVM.

Cod. VII. FRatris Bonaventurae Breviloquium, cum Prologo, qui inc. *Flecto genua mea*. Def. *ad faciliorem memoriam, & lucidiorem contuitum dicendorum, quae VII. partitionibus in ſeptuaginta duobus Capitulis diſtinguuntur*. Poſt Capitum tabulam Liber inc. *In principio intelligendum eſt*. Def. *donec intrem in gaudium Dei, qui eſt trinus & unus Deus benedictus in ſaecula ſaeculorum*. Tom. V. cit. edit. a pag. 1. ad pag. 103.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, initialibus coloratis, & icone auctoris in prima Operis littera, num. 299. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 37.

S. BONAVENTVRAE OPERA QVAEDAM, ALBERTI MINERALIA, ET ARISTOT. MAGNA MORALIA BARPTOLEMAEO DE MESSANA INTERPRETE.

Cod. IX. I. pag. 1. S. Bonaventurae Breviloquium, ut in Codice ſuperiore.

II. pag. 26. Eiuſdem Apologia pauperum adverſus calumniatorem, ut in Codice XII. Plutei XV. ſupra pag. 476. §. XV.

III. pag. 59. Eiuſdem Opuſculum de declaratione quorumdam articulorum Regulae Minorum Fratrum. Inc. *Innominata Magiſtro ſpiritum intelligentiae & veritatis. Supponis, chariſſime*. Def. *& ſi te vocaverit, non recuſes. Explicit eliminatio errorum Magiſtri contra Regulam Beati Franciſci, Domino reſpondente per ſuum ſervum Bonaventuram, qui tunc rexit Pariſius. Deo gratias*. Exſtat Operum Tomo V. cit. edit. a pag. 734. ad pag. 739. ſub titulo: *De tribus Quaeſtionibus ad Magiſtrum innominatum*.

IV. pag. 61. Eiuſdem Explicatio *In medio &c.* Inc. *In medio Eccleſiae aperuit os eius, & implevit eum Dominus ſpiritu ſapientiae & intellectus &c. Eccl. XV. In verbis iſtis docet Spiritus Sanctus*. Def. *deſcende ad interiora*. In cit. edit. Tom. VIII. a pag. 17. ad pag. 152. ſub titulo: *Liber, qui inſcribitur Illuminationes Eccleſiae in Hexaëmeron*.

V. pag. 101. Eiuſdem de ortu Scientiarum Liber. Inc. *Scientiarum alia eſt divina, alia humana*. Def. *in proſperis exſultantes. Explicit expliceat*. Hoc Opuſculum Ms. ſervari in hac S. Crucis Bibliotheca adfirmat auctor Vitae S. Bonaventurae pag. 138. cit. edit. Venetae Tomo I. p. 138. & Fabricius Biblioth. Med. Tom. I. pag. 255. Illud autem nuperis annis exſcripſit Frater Bonellius Tridentinus ex Obſervantium Reformatorum Ordine, qui iubente Miniſtro ſui Ordinis Generali novam Operum S. Bonaventurae editionem cudere cogitabat.

VI. pag. 146. Alberti de Mineralibus Libri V. ut in Codice I. Plut. LXXXIII. Catalogi Tomo III. pag. 205. §. XV.

VII. pag. 176. Ariſtotelis Magnorum Ethicorum Liber, ſeu potius Libri II. tranſlati de Graeco in Latinum a Magiſtro Barptolemaeo de Meſſana in Curia Illuſtriſſimi Maynfridi Sereniſſimi Regis Ciciliae ſcientiae amatoris de mandato ſuo (1). Liber primus inc. *Quoniam eligimus dicere de Moralibus, primum utique erit conſiderandum, mores cuius ſint pars*. Liber ſecundus def. *quare ſcrutandum utique erit, qualiter oportet uti amico in amicitia, quae eſt in aequalibus amicis. Explicit Liber Magnorum Ethicorum Ariſtotelis*. Hinc patet auctor alterius illius verſionis eiuſdem Operis, quae licet imperfecta, occurrit in Codice VI. Plut. XIII. ſin. huius Bibliothecae ſupra pag. 106. §. VI. utraque enim inter ſe mirifice concordat.

Notandum, pag. 100. in ſpatio vacuo, quod ſupererat aliam manum Sermonem adſcripſiſſe in illa verba: *Prope erat Paſcha Iudaeorum, & adſcendit Ieſus Hieroſolymam Io. II.* qui inc. *Quando Ieſus adſcendit Hieroſolymam terrenam, praeſertim ſabbato olivarum &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 300. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 188.

B. HVMILIANAE DE CIRCVLIS, ET ALIORVM SS. LEGENDAE.

I. pag. 1. LEgenda Beatae Humilianae de domo Circulorum, quam Legendam Fr. Vitus de Cortonio ditavit (*ſic*), qui fuit receptus a Beato Franciſco, & fuit Miniſter in Provincia Romaniae. Inc. *Domina quaedam, Humiliana nomine, filia Vliverii de Circulis, civis Florentiae, quum eſſet annorum XVI. tradita eſt nuptui a parentibus*. Def. *& omnia iuramento firmavit in praeſentia Fratris Vigoris ſupradicti, & Fratris Hippolyti praedicti anno Domini MCCXLVII.* Tum ſequitur Hymnus, & Oratio. Aliud huius Vitae exemplar habes in Cod. Gadd. Plut. LXXXIX. inf. num. XXIV. Cat. Tom. III. pag. 384. §. I. ubi iam monuimus omnia haec edita fuiſſe ex hoc eodem Codice in Actis SS. Tom. IV. Maii ſub die XIX. Heic autem in principio recenſentur teſtes de vita eiuſdem Beatae Humilianae, & in fine adfertur Capitum tabula. Cod. XI.

II. pag. 32. Vita Beati Ioannis de Al-

(1) Hanc verſionem ex hoc Codice memorat Cl. Mehus in Vita Ambroſii pag. CLV. quem vide.

vernia, cum Prologo, ut in citato Codice §. II.

III. p. 42. Legenda Sanctae Eliſabeth. Inc. *Eliſabeth illuſtris Regis Hungariae filia, genere nobilis*. Deſinit, ut videtur imperfecte in verbis: *quod ille aegre ferens, tantam eius inobedientiam relaxare noluit, donec uſque ad camiſiam . . . .* ſpatio ad reliqua ſupplenda relicto.

IV. pag. 44. Legenda cuiuſdam Virginis de Antiochia, quam deſcripſit Beatus Ambroſius in Libro Virginum, & quidem Italice.

V. pag. 45. Legenda S. Catharinae, Italice.

VI. pag. 47. *b.* Legenda S. Felicitatis, item Italice.

Codex membranac. Ms. in 8. Saec. XIV. partim Latinus, partim Italicus, binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſcriptis 49.

PLVT. XXVIII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. XII.

C O D E X I.

S. THOMAS IN PRIMVM SENTENTIARVM.

S. Thomae de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, Commentarius in primum Librum Sententiarum Magiſtri Petri Lombardi, in cuius calce ſubditur index Diſtinctionum, & rerum notabilium per alphabetum, & ſcholia quaedam Codicem claudunt. Exſtat in edit. Operum Veneta apud Dominicum Nicolinum & ſocios anni MDXCIII. fol. Tom. VI. a pag. 1. ad pag. 146.

In ſuperiori margine poſtremae paginae notatum eſt: *Iſte Liber eſt deputatus ad uſum Fratris Alexandri de Sancta Lucia Florentini, Pretium quinque florenorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 304. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 126.

PETRI LOMBARDI SENTENTIARVM LIBRI IV.

Cod. II. PEtri Lombardi Sententiarum Libri quatuor, praevio Prologo, & ſingulis Libris Capitum tabula, ut in Cod. XXV. Plutei XXI. Catalogi Tom. I. pag. 700.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, grandiori littera exaratus, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 303. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 202.

S. THOMAS SVPER LIBRVM IV. SENTENTIARVM.

Cod. III. S. Thomae de Aquino ſuper Librum quartum Sententiarum Petri Lombardi Commentarius, ut in cit. edit. Tomo VIII. a pag. 1. ad pag. 268. Heic autem in fine ſequuntur *Problemata ſuper quartum Fratris Thomae de Aquino.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 305. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 307.

S. THOMAE IN ISAIAM, ET ANONYMI IN IOB COMMENT.

I. pag. 1. S. Thomae de Aquino Lectura ſuper Iſaiam Prophetam, ut in cit. edit. Tom. XIII. a pag. 1. ad pag. 51. Tum adiicitur verſiculus: *Cod. IV.*

Laus tibi ſit, Chriſte, quia tranſivit labor iſte.

II. pag. 44. Anonymi Poſtilla ſuper Iob, Inc. *Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Sicut verbum propoſitum eſt Libri Beati Iob principium, ita poteſt eſſe in ipſum Librum introductorium; exprimit enim nobis ipſius Libri cauſſam materialem, finalem, & formalem.* Deſinit in Capite XXVIII. & in verbis: *quod non dicit Angelus latere ſapientiam; ſed unde venit ſapientia . , . . . ,* Imperfectum Opus.

Pro Codicis tegumento duae compactae ſunt paginae, Collectionis Canonicae partem continentes.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 306. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 126.

S. THOMAE CATENA AVREA SVPER MATTHAEVM, ET MARCVM.

I. pag. 1. S. Thomae de Aquino Catena [illegible] ſuper Evangelium Matthaei, *Cod. V.*

thaci, praevia Epiſtola *Sanctiſſimo, ac Reverendiſſimo Patri Domino Vrbano Papae IV.* ut in Operum Tom. XV. a pag. 1. ad pag. 101. t.

II. pag. 112. Eiuſdem initium Expoſitionis in Marcum, praevia Epiſtola *Reverendo in Chriſto Patri Annibaldo* (1), *Baſilicae XII. Apoſtolorum venerabili Presbytero Cardinali*. Progreditur autem uſque ad Caput: *Et factum eſt in diebus illis venit Ieſus a Nazareth Galilaeae &c.* ut ibid. a pag. 102. ad pag. 103. lin. 10. Integram habes in Codice ſequenti.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum textu Evangeliorum craſſiori littera exarato, initialibus coloratis, & quibuſdam pictis, inter quas obſervandae ſunt initiales Epiſtolarum, in quibus auctor cuidam Expoſitiones ſuas offerens depictus eſt, num. 307. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 214.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. VI. I. pag. 1. S. Thomae de Aquino Catena Aurea ſuper Matthaeum, praevia Epiſtola, ut in Codice ſuperiore §. I.

II. pag. 187. Eiuſdem Catena Aurea ſuper Marcum, praevia Epiſtola, ut in Codice ſuperiore §. II. Heic autem eſt integra, & habetur Tom. XV. a pag. 102. t. ad pag. 134.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. ab eadem manu qua ſuperior exaratus, num. 308. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 259.

S. THOMAE EXPOS. SVPER IOANNEM, IOB, ET MATTHAEVM.

Cod. VII. I. pag. 1. EXpoſitio Evangelii Beati Ioannis Evangeliſtae, ſecundum Sanctum Thomam de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, cum Prologis duobus, ut in edit. Tom. XIV. a pag. 1. ad pag. 110. Heic autem poſt verba Pſalmi XXXIX. *annunciavi, & loquutus ſum; multiplicati ſunt ſuper numerum*, quibus Expoſitio clauditur in editione, ita proſequitur Codex: *Haec ergo ſunt, quae ego Frater Raynaldus de Piperno* (2), *Ordinis Praedicatorum, ad preces quorumdam ſociorum, & ſpecialiter ad mandatum Reverendi Patris Domini Praepoſiti Sancti Adimari, poſt Fratrem Thomam de Aquino, quaſi qui colligit racemos poſt vindemiam, utinam non diminute, collegi; ubi de bene dictis, Deo inſpiranti laudes, magiſtro dicenti, grates a legentibus referantur; ſed de minimis bene dictis, mihi tantam attribuendis, veniam, labor & imperitia impetrent; charitas vero, qua labor aſſumitur orationum ſuffragia mereatur.* Tum verſiculus:

Laus tibi ſit, Chriſte, quoniam labor explicit iſte.

II. pag. 146. S. Thomae Expoſitio Libri Beati Iob, cum Prologo, ut in Tom. XIII. a pag. 1. ad pag. 49.

III. pag. 203. Eiuſdem Expoſitio Evangelii B. Matthaei, cum Prologo, ut in Tom. XIV. a pag. 1. ad pag. 89. Heic autem in fine legitur: *Explicit Lectura S. Thomae de Aquino de Ordine Fratrum Praedicatorum, quam recolit Magiſter Leodegarius Biſuntinas &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XV. ineuntis, binis columnis, cum initialibus coloratis, & pictura in principio, in qua auctorem diademate aureo redimitum, & Librum apertum prae manibus tenentem videre eſt, num. 310. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 305.

D. THOMAE CATENA AVREA SVPER LVCAM, ET IOANNEM.

I. pag. 1. D. Thomae Catena Aurea ſuper Evangelium Lucae, cum Prologo, ut in edit. Tom. XV. a pag. 134. t. ad pag. 211. Cod. VIII.

II. pag. 174. Eiuſdem Catena Aurea in Ioannem, item cum Prologo, ut ibid. a pag. 211. t. ad pag. 275. t.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum textu Evangeliorum grandiori littera exarato, & ab eadem manu, ut videtur ac Codex quintus, & ſextus huius Plutei exaratus, num. 309. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 313.

S. THOMAE POSTILLA SVPER IOANNEM.

S. Thomae de Aquino Poſtilla ſuper Evangelium Ioannis, ut in Cod. VII. huius Plutei ſupra pag. 693. §. I. In prima pagina legitur: *Liber Fratris Guidonis . . . . . . Ordinis Min.* Cod. IX.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, num. 312. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 135.

S. THOMAE EXPOSITIO SVPER EPISTOLAS PAVLLI.

S. Thomae de Aquino, Ordinis Praedicatorum, Expoſitio ſuper Epiſtolas Paullinas, cum Prologo, ut in Tom. XVI. a pag. 1. ad p. 233. Cod. X.

(1) In edit. *Hanibaldo*.

(2) Fuit Monachus Dominicanus, Theologus, & Concionator, ut videtur e Priverno Campaniae municipio oriundus, diſcipulus, & comes individuus S. Thomae, cuius haec exſtat Poſtilla in Ioannem, ab ipſo quidem congeſta, ſed a D. Thoma emendata, unde inter eius Opera legitur. De hoc vide Echardum & Quetifum de Scriptor. Praedicator. Tom. I. pag. 382.

dae Partis Summae Theologiae, cum indice Capitum in fine, ut in Cod. I. huius Plutei.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, eiuſdem manus, ac dictus Codex I. & num. 318. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 241.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. V. FRatris Thomae de Aquino, Ordinis Fratrum Praedicatorum, prima Pars ſecundae Partis Summae de Theologia, cum indice Capitum in fine, ut in Codice ſuperiore. In utroque tegumento legitur: *Ad uſum Magiſtri Nicolai de Spinellis.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. num. 319. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 216.

S. THOMAE SECVNDA PARS SECVNDAE.

Cod. VI. FRatris Thomae de Aquino, Ordinis Praedicatorum, ſecunda Pars ſecundi Libri Summae, cum indice Capitum in fine, ut in Tom. XI. cit. edit. Parte II. a pag. 1. ad pag. 478. In calce legitur verſiculus:

Explicit expliceat, ludere ſcriptor eat.

Codex membranac. Ms. in fol. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, & rudi pictura in principio, quae auctorem adſtantes diſcipulos docentem exhibet, num. 320. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 226.

S. THOMAE TERTIA PARS SVMMAE.

Cod. VII. FRatris Thomae de Aquino tertia Pars Summae, cum indice Quaeſtionum in fine, ut in Tomo XII. a pag. 1. ad p. 298.

Occurrunt in calce Codicis monumenta duo, quae quum aliqua ex parte raſura expuncta ſint, ita difficulter legimus. Primum eſt: *Ego Frater Dionyſius confiteor me accepiſſe tres florenos mutuo a Fratre Nicolao de Tuderto pro debito uſurario, quo incumbebam, eidem pro compena fienda, ideo indignavi ſuper iſtum tertium pro tribus florenis, & promiſſo reddendo ad ſuum beneplacitum, quando ipſe a me volebat repetere hoc ſcripſi manu propria, & quod poſſit eum ſubpignorare etiam fratribus . . . .* Alterum eſt: *iſta tertia Pars Sancti Thomae eſt Fratris Benedicti . . . . de Berzingellis de Florentia, Ordinis Fratrum . . . . . quam emit a Conventu Florentino, pretium autem eius eſt tribus florenis.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum litteris initialibus coloratis. num. 321. diſtinctus. Conſtat foliis ſcriptis 191.

S. THOMAE QVAESTIONES, ET ANONYMI VARIA.

I. pag. 1. QVaeſtiones diſputatae a Sancto Thoma de Aquino, quarum prima eſt de Scientia Dei, ultima de Raptu Paulli. Exſtant in cit. edit. Tom. VIII. Parte II. a pag. 296. t. ad pag. 384. t. lin. 2. Cod. VIII.

II. pag. 53. *b.* Anonymi Expoſitio in Evangelium S. Ioannis, quod in fine Miſſae recitatur, cum Prooemio, quod inc. *In gutture tuo ſit tuba &c. Oſee VIII. Verba haec Operi convenire videntur &c.* Expoſitio inc. *In principio erat Verbum &c. Intentio Ioannis in hoc Evangelio eſt Divinitatem Chriſti mundo manifeſtare.* Deſ. *& hanc expoſitionem ponit Origenes, Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo.*

III. pag. 57. *b.* Anonymi (1) Expoſitio in Prologos, & Epiſtolas, quas D. Hieronymus variis Scripturae Sanctae Libris a ſe Latine redditis praemiſit. Praecurrunt Prolegomena varia, quorum initium eſt: *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquae maris operientes &c. In verbo propoſito, quod ſcribitur Iſaiae XI. deſcribitur excellentia Sacrae Scripturae &c.* Prolegomenis ſuccedunt verſus hexametri XII. in perſona expoſitoris, qui inc.

Partibus expoſitis textus, nova cura coangit.

Deſ.

Ut ſtet opus, fer opem, calamum rege, ſis mihi fautor.

Expoſitio in Epiſtolam D. Hieronymi ad Paullinum inc. *Frater Ambroſius &c. Ad evidentiam huius epiſtolae, quam ſcribit Hieronymus ad Paullinum Presbyterum, notandum eſt, quod Paullinus Presbyter elegantis fuit ingenii.* Expoſitio Prologi in Apocalypſim deſ. *ſeptem viſiones, ſcilicet ſecundum ſeptem Eccleſias, quibus ſcribit, ſecundum ſeptem ſtatus Eccleſiae generalis.* Tum ſubiicitur diſtichon:

Finitur labor iſte, laus Chriſto grata ſit oris,

Qui ſit ſcriptoris requies, merceſque laboris.

Tum alii *verſus*, ut dicuntur, *utiles ad retinendum memoriter nomina, & ordinem Librorum Bibliae*, nullius tamen momenti. Tandem ſequitur tabula Quaeſtionum, de quibus in Tractatu de Sacramentis diſſeritur.

IV. pag. 96. Redeunt aliae Quaeſtiones Anonymi, quarum prima *de ſcientia Chriſti* inc. *Quaeritur de ſcientia Chriſti, ſecundum quod Verbum, utrum ſe extendat ad infinita?*

Et

(1) Forte auctor eſt Gilbertus cognomento Criſpinus, cuius Expoſitionem Prologorum S. Hieronymi in Libros Veteris Teſtamenti tantum exhibet Codex MCLX. Biblioth. Taurin. Catalogi Tomo II. pag. 385.

Et quod ſic, oſtenditur primo auctoritate Auguſtini XII. de Civitate Dei Cap. XVIII. VIxima *de Paupere valido* deſ. *quum enim omnibus ſit cavenda otioſitas, tamquam ſentina omnium vitiorum, potiſſime iis cavenda eſt, qui ſe perfectioni Evangelicae adſtrinxerunt.*

V. pag. 139. *b.* Anonymi introductio in explanationem Libri Sententiarum. Inc. *Oſtendit mihi Angelus flumen aquae vivae ſplendidum tamquam cryſtallum &c. XXII. Apoc. Io. Verbum iſtud, in quo ſignantur cauſſae introductoriae in Librum Sententiarum.* Deſ. *haec eſt ergo doctrina praeceptibilium, Secundo ſubiicitur doctrina exemplorum, quae ſic dividitur.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, num. 322. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 143.

S. THOMAE SCRIPTVM SVPER LIBRIS PHYSICOR. ET METAPHYS. ARISTOTELIS.

Cod. IX. I. pag. 1. S. Thomae de Aquino Scriptum ſuper VIII. Libris Phyſicorum Ariſtotelis, ut in Tomo II. a pag. 1. ad pag. 133.

II. pag. 84. Eiuſdem Scriptum ſuper duodecim Libris Metaphyſicae eiuſdem Ariſtotelis, ut in Tomo IV. a pag. 1. ad pag. 166.

In ultima pagina ſcripta erant nomina quorumdam poſſeſſorum, poſtea penitus craſa, ſicuti etiam in primo folio, in quo haec tantum verba ſuperſunt: *pretii florenorum quinque.* Tum haec alia notitia ſubiungitur: *Iſte Liber eſt Magiſtri Angeli, filii olim Magiſtri Iacobi de Prato Doctoris eximii. Iſtum Librum dimiſit Magiſter Iacobus de Prato, Medicinalis ſcientiae Profeſſor, pro remedio animae ſuae, quem Librum aſſignavit Conventui Frater Andreas de Manſiuno Confeſſor praedicti Magiſtri.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus Capitum litteris coloratis, num. 323. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 189.

S. THOMAE SCRIPTVM SVPER VARIOS ARISTOTELIS LIBROS.

Cod. X. I. pag. 1. S. Thomae Scriptum ſuper Libros X. Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum, ut in Tomo V. a pag. 1. ad pag. 142.

II. pag. 93. Eiuſdem Scriptum ſuper Librum de Cauſſis, ut in Tom. IV. a pag. 1. ad pag. 14.

III. pag. 108. Eiuſdem Scriptum ſuper III. Libros de Anima, ut in Tomo III. a pag. 1. ad pag. 54.

Ad calcem Scripti ſuper Librum de Cauſſis pag. 107. *b.* legitur haec notitia: *Iſte Liber ſpectat ad Conventum Flor. Fratrum Minorum, deputatus ad uſum Fratris Iuvenalis de Florentia.*

Codex membranac. Ms. in fol. min. Saec. XIII. binis columnis, duplici manu exaratus, & num. 324. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 159.

S. THOMAE COMMENTARIVS SVPER XII. LIBROS METAPHYS. ARISTOTELIS.

S. Thomae Commentum ſuper XII. Libros Metaphyſicae Ariſtotelis, initio mutilum; licet autem antiqua manus adnotaverit in principio: *Principium quaere charta 6. b, univerſalis*; alia tamen inferius addidit: *manca.* Integrum habes ſupra in Cod. IX. huius Plutei §. II. Cod. XI.

In calce variae leguntur ſubſcriptiones, nimirum, prima: *Finita autem eſt iſta Sententia anno Domini MCCXCII. intrante Aprele.* Secunda: *Iſtud Scriptum eſt Fratris . . . . iiii . . . . & eſt trium librarum Turonenſium.* Tertia: *Iſtud Scriptum eſt ad uſum Armarii Florentini Conventus, quem recuperavit Fr. Benedictus de Cavalcantibus quondam exſiſtentem Bononiae perditum. Deo gratias.* Quarta tandem: *Iſtud Scriptum eſt ad uſum Petri . . . . . de Florentia, Ordinis Minorum Fratrum . . . . . conſtitit florenos quatuor &c.*

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIII. exeuntis, binis columnis, num. 325. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 174.

S. THOMAE, ROBERTI, ET PETRI DE ALVERNIA SVPER QVOSDAM ARIST. LIBROS COMMENT.

I. pag. 1. SCriptum Thomae de Aquino ſuper Ariſtotelis Libros duos priores de Caelo, & Mundo, ut in edit. Tom. II. a pag. 1. ad pag. 60. In calce clauditur hac epigraphe: *Explicit Sententia Fratris Thomae ſuper ſecundum Librum de Caelo & Mundo. Deo gratias.* Cod. XII.

II. pag. 39. *b.* Sententia Roberti ſuper tertium & quartum Librum Ariſtotelis de Caelo. Inc. *De primo quidem igitur Caelo &c. Poſtquam Philoſophus complevit conſiderationem de corporibus ſimplicibus.* Deſ. *aliqualis erit via aliis aſſequendi ipſum vel ſimpliciter, vel in parte. Explicit Sententia Roberti ſuper quartum de Caelo.*

III. pag. 57. Magiſtri Petri de Alvernia Scriptum ſuper Libros IV. Meteororum Ariſtotelis. Inc. *Philoſophus in primo Phyſicorum proponit innata ex certioribus, & notioribus nobis*

Digitized by Google

bit via. Deſ. *neſas mihi reputo, & maniſeſtum ingratitudinis ſignum.* Memorat hoc Scriptum Fabricius Bibl. Med. Tum. V. pag. 240.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. ineuntis, binis columnis, num. 326. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 121.

PLVTEVS XXX. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. VI.

CODEX I.

MAGISTER SENTENTIARVM.

PEtri Lombardi Sententiarum Libri IV, ut in Codice XXV. Plut. XXI. Catalogi Tomo I pag. 700. Tum ſequens diſtichon in calce legitur:

In numero cleri quiſquis probus optat haberi,
Eſt opus ut ſcriptis ingiter meditetur in iſtis.

In primo folio habetur: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Nicolai Chaccini de Flor. qui pertinet Armario Conventus Sanctae Crucis de Flor. Ordinis Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. binis columnis, cum ſcholiis aliquot in principio, titulis, & initialibus rubricatis, num. 327. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 303.

RICHARDVS DE MEDIAVILLA SVPER PRIMVM SENTENTIARVM.

Cod. II. SCriptum ſuper primum Librum Sententiarum editum a Fratre Richardo de Mediavilla, Ordinis Minorum (1). Inc. *Verum Theologia poſſit eſſe ſcientia evidens viatori.* Deſ. *ſic & in aliqua, non ut oſtenſum eſt ſupra.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum litteris initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 93.

RICHARDVS SVPER II. SENTENTIARVM.

Cod. V. SEcundus Richardi ſuper Sententias. Inc. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Haec verba, quae ſcripta ſunt Ioannis primo, ſic poſſunt exponi &c.* Deſ. *hic ſalvus eſſet, ad quam ſalutem per obedientiae perſeverantiam nos perducere dignetur, & ſpecialiter me D. N. I. C. qui cum Patre &c.* Tum ſubiiciuntur *Tituli Quaeſtionum ſecundi Libri ſuper Sententias editi a Fratre Richardo de Mediavilla, Ordinis Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, rudi pictura in principio, & icone auctoris in littera initiali, num. 331. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 176.

RICHARDVS SVPER IV. SENTENTIARVM.

FRatris Richardi de Mediavilla, Ordinis Minorum, quartus Liber ſuper Sententias, cum tabula Rubricarum in fine. Inc. *Innova ſigna, & immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum.* Deſ. *paratus eſſem humiliter tractare.* Cod. X.

In prima pagina legitur: *Iſte Liber ſpectat ad Conventum Flor. deputatus ad uſum Fratri Rodulpho Flor. de Ordine Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, & rudi pictura in principio, ubi auctorem Franciſcanos docentem videre eſt, num. 335. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 256.

RICHARDI QVAESTIONES.

RIchardi de Mediavilla Quaeſtiones, praevio verſiculo: Cod. XI.

Dulcis Maria ſit mihi, duxque, via.

Inc. *Quaeritur, utrum Deus ſit ſumme ſimplex.* Deſ. *& obſcura explanare, prout ſcirem & poſſem.* Poſt Quaeſtionum tabulam ab alia adiectam manu, legitur: *Iſte Liber eſt Armarii Conventus Flor. Deo gratia ſit. Amen.* Tum alius verſiculus:

Quum manibus mando, ſine manibus omnia tango.

Iſte Liber Quaeſtionum eſt ad uſum Fratris Guillelmi Banchi Ordinis Minorum. Et paullo inferius: *Frater Ioannes de Plebe ſtuduit hic.*

Co-

(1) Anglus, Oxoniae, & Pariſiis Philoſophiae, Iuriſprudentiae, & Theologiae Scholaſticae operam dedit, obiitque circa annum MCCC. Scripſit Quaeſtiones in Magiſtrum Sententiarum, quae cum Quodlibetis Theologicis LXXX. prodierunt Venetiis A. MDIX. & alibi.

Digitized by Google

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, oum. 337. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 180.

ALIVD EXEMPLAR.

Cod. XII. FRatris Richardi de Mediavilla, Magiſtri in Theologia, de Ordine Fratrum Minorum, Quaeſtiones, ſeu Quodlibeta, cum indice eorumdem in fine, ut in Codice ſuperiore.

In primo folio legitur: *Ad uſum Magiſtri N. de Spinellis, Ordinis Minorum.*

Codex membranae. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, num. 338. notatus, Conſtac foliis ſeriptis 124.

PLVTEVS XXXI. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. IX.

C O D E X I.

P E T R V S L O M B A R D V S.

PEtri Lombardi Sententiarum Libri IV. praevio ſingu.is Capitum elencho, ut in Codice XXV. Plutei XXI. Catalogi Tomo I. pag. 700.

Habetur in principio Excerptum *ex Hilarii tertio Libro de Synodis; quomodo una dicitur ſubſtantia trium*, & quidem ab eadem manu, cui totius Codicis ſeripturam debemus, exaratum. Inc. *Multi unam ſubſtantiam Patris & Filii praedicant, ut videri poſſint, non id pie magis quam impie praedicare*. Def. *ideo, quum ſit una Trinitas, unus eſt Deus, quia inſeparabiliter ſint unius einſdemque ſubſtantiae, vel. ſi hoc melius dicitur, eſſentiae.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. binis columnis, cum titulis, & initialibus rubricatis. Conſtat foliis ſeriptis 142.

PRIMVS SCOTI SVPER SENTENTIAS.

Cod. II. PRimus Scoti ſuper Sententias. Inc. *Utrum homini pro ſtatu iſto ſit neceſſarium aliquam doctrinam ſpiritualem ſupernaturaliter inſpirari*. Def. *unde omnis noſtra volitio potiſſime debet ordinata eſſe ad finem ultimum, qui eſt alpha, & omega. principium, & finis, cui ſit honor &c.* Tum ſequitur tabula Quaeſtionum huius primi Libri.

Codex membranac. Ms. in 4. maiori Saec. XIV. binis columnis, cum initiali Operis littera depicta, oum. 340. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 140.

PRIMVS SCOTI SVPER SENTENTIAS, GOTHEFRIDI ET ANONYMI QVAESTIONES.

I, pag. 1. PRimus Scoti ſuper Sententias, ut in Codiee ſuperiore. Cod. III.

II. pag. 111. Gothefridi Anglici (1) Quaeſtionum Liber primus, & pars ſecundi. Ille inc. *Queritur utrum ex conceptu creaturae poſſimus devenire in conceptum proprium Deo*, Hic vero definit in verbis: *quod ſi ille locus alius applicaretur* . . . . Codex enim hoc loco mutilatus eſt.

III. pag. 159. Aliae Quaeſtiones item ſine titulo. & ab alia manu recentiore. Inc. *In generali veſtra diſputatione fuerunt quaeſita plura, reſpicientia Deum. & creaturas*. Def. *& ideo beati dicuntur eſſe in aevo, quia in ipſa beatitudine ſunt ſine fine, ad quam nos &c. Et per dicta patet reſponſio ad argumenta.* Sunt autem Quaeſtiones numero XXI. & in ipſarum limine, ac propemodum in ſummo primae paginae margine legitur: *Detur Fratri Iuvenali Bach.* (2) *Florent.*

In primo folio addita eſt ab alia manu tabula Quaeſtionum, quae pertractantur in Opere illo incompleto, quod paragrapho II. recenſuimus, eique praefigitur titulus: *Primus Scoti, & primus & ſecundus incompletus Gottofredi Anglici, ad uſum Fratris Nicolai Caccini de Florentia Ordinis Minorum.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. & XIV. binis columnis, & varia manu, cum initiali primi Operis depicta, num. 341. notatus. Conſtat fuliis ſcriptis 165.

SE-

(1) Huic enim tribuuntur in Epigraphe ab antiqua manu, quae ferme omnes huius Bibliothecae Codices ſuis inſtruxit titulis, in principio Voluminis de more poſita, Forte autem eſt Godfridus Cornubienſis, Anglus, Carmelita, circa annum Chriſti MCCCXL. clarus, cuius, praeter alia, commentarios etiam in Libros IV. Sententiarum memorat Fabricius Bibl. Med. Tom. III. pag. 67. col. 2.

(2) Forte *Bachalario*.

SECVNDVS SCOTI SVPER SENTENTIAS.

Cod. V. SEcundus Scoti ſuper Sententiaa, cum indiee Quaeſtionum ad calcem. Inc. *Circu creationem &c. In hoc ſecundo tructut Mugiſter de Deo quantum ad cauſſalitatem*. Deſ. *ita eſt a Deo, quoniam ex ipſo, & in ipſum ſunt omnia; ipſi honor &c.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, difficillima ſcriptura, cum initialibus Capitum coloratis, num. 343. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 72.

SCOTI III. ET IV. SVPER SENTENTIAS.

Cod. VI. I, pag. 1. TErtiua Scoti ſuper Sententias, cum tabula Quaeſtionum in fine. Inc. *Circa Incarnationem quaero primo de poſſibilitate, utrum poſſibile fuerit naturam humanam uniri Verbo in unitate ſuppoſiti*. Deſ. *iugum meum ſuave eſt, & onus meum leve, cui ſit honor &c. Explicit Liber tertius Subtilis Doctoris Fratris Ioannis Duns, de Ordine Fratrum Minorum*.

II. pag. 61. Einſdem quartus ſuper Sententias, Inc. *Samaritanus ille piiſſimus ſpoliatum videas hominem &c.* Deſ. *permanet in eis iuſtae retributionis dumnatio, a qua nos cuſtodire dignetur, qui eſt benedictus in ſaecula*.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binia columnis, cum initialibus coloratia, num. 344. deſignatus. Conſtat foliia ſcriptis 242.

SCOTI QVODLIBET.

Cod. VII. VEnerabilis Magiſtri Ioannis Scoti, Doctoris Sacrae Theologiae, de Ordine Fratrum Minorum, Quodlibet Quaeſtiones continens XXI. Inc. *Cunctae res difficiles, ait Salomon Eccl. I.* Deſ. *tamen ex hoc nihil novum ponimus in Deo, ut dictum eſt, per quod ſolutae ſunt rationes*. Tum ſubditur: *Quodlibet Venerabilis Magiſtri Fratris Ioannis Scoti, Doctoris Sacrae Theologiae, de Ordine Minorum Fratrum, exit feliciter*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XV. ineuntis, cum initialibus coloratis, & num. 346. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 110.

SCOTI, IAC. DE AESCVLO, ET GVILLELMI QVODLIBETA.

Cod. VIII. I. pag. 1. MAgiſtri Ioannis Scoti, Ordinis Fratrum Minorum, Quodlibet, cum tabula Quaeſtionum, ut in Codice ſuperiore.

II. pag. 51. Fratria Iacobi de Aeſculo Ordinia Fratrum Minorum Quodlibet. Inc. *Quia teſte Beato Io. Apoc. 1. Deus eſt principium & finis omnium*. Deſ. *ex activa circumſcriptione eiuſdem loci cauſſaretur*. Tum ab alia, ut videtur, manu quatuor ſubiiciuntur medicamenta, I. *ad viſum clarificandum, & lacrymas reſtringendas*, II. *ad regenerandos capillos*, III. *ut capilli creſcunt ubi volueris*, IV. *ut perpetuo auferantur*.

III. pag. 63. Eiuſdem aliud Quodlibet. Inc. *Convenienter quaerebam, utrum accidentia in Sacramento altaris habeant propriе rationem ſuppoſiti*. Deſ. *concedo, quia concludit verum. Explicit Quodlibet Fratris Iacobi de Aeſculo, Ordinis Fratrum Minorum, Magiſtri Sacrae Theologiae*. Tum ſequitur tabula continens titulos Quaeſtionum huiuſce Quodlibeti, & cui ſuccedunt ſcholia quaedam alterius manus.

IV. pag. 79. *b.* Quaeſtiones Magiſtri Guilielmi Amoye Anglici, Lectoris Bononiae, uſque ad finem. Inc. *Utrum intellectus agens ſit ſubſtantia ſeparata; & arguitur quod ſic*. Deſ. *finis enim in ſuo genere cenſendi eſt cauſſa per ſe*. Licet autem Quaeſtiones iſtae ad Metaphyſicam utplurimum pertinentes, diverſis manibus ſint exaratae, tamen quum in titulo adlato adiectum fuerit *uſque ad finem*, eas ſub unius auctoris nomine duximus comprehendendas.

Codex membranac. Ms in 4. maiori, Saec. partim XIV. & partim XV. binis columnis, varia manu, cum initialibus coloratis, num. 347. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 126.

IO. SCOTI QVODLIBET, ET QVAESTIONES IN METAPHYSICAM ARISTOTELIS.

I. pag. 1. VEnerabilis Magiſtri Fratris Ioannis Scoti, Doctoris Sacrae Theologiae, de Ordine Fratrum Minorum, Quodlibet, ut in Codice VII. huius Plutei. Cod. IX.

II. pag. 64. Eiuſdem Quaeſtiones ſuper IX. Libros Metaphyſicae Ariſtotelis. Inc. *Omnes homines natura ſcire deſiderant. In principio Metaphyſicae, quam prae manibus habemus, praemittit Philoſophus hanc propoſitionem*. Deſ. *ideo iſta propoſitio non facit contra intentionem Ariſtotelis aſſignantis differentiam praedictam*. Sunt Quaeſtiones, ut adnotantur in margine, numero XCIV.

III. pag. 155. Sequuntur alia manu Quaeſtiones Theologico-Morales de Virginitate, Viduitate, Statu Coniugali &c.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, duplici manu, cum initialibus coloratia, num. 345. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 161.

Digitized by Google

PETRI DE AQVILA QVAESTIONES SVPER LIBROS SENTENTIARVM &c.

Cod. XI. I. pag. 1. MAgiſtri Petri de Aquila Quaeſtiones in priores tantum tres Libros Sententiarum, ut in Cod. XXVIII. Plutei XXI. Catalogi Tom. I. pag. 701. ubi inſcribitur *Commentarius &c.* Tum ſubiiciuntur heic ſequentes verſiculi ſatis rudes:

Pro me Franciſce orare oro benedicte,
Qui vobis ſtylo haec porrigo calamo pleno,

II. pag. 138. Anonymi Quaeſtiones Theologicae manu diverſa.

III. pag. 149. Sequitur alia tertia manu *Determinatio Magiſtri Franciſci de Empoli de materia Montis,*

In prima pagina legitur: *Opus ſuper quatuor Libris Sententiarum Magiſtri Petri de Aquila ad uſum Fratris Nicolai Caccini de Flor. Ord. Min. & Determinatio Magiſtri Franciſci de Empoli de materia Montis.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. & XV. binis columnis, varia manu, num. 349. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 152.

PLVTEVS XXXII. DEXT, CONTINENS LAT. CODD. MSS, V.

CODEX IX.

S. THOMAE POSTILLA SVPER IOB.

S. Thomae de Aquino Poſtilla ſuper Iob, ut in Cod. VII. Plutei XXVIII. ſupra pag. 694. §. II.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus Capitum rubricatis, num. 359. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 57.

PETRI AVREOLI POSTILLA SVPER ISAIAM.

Cod. X. PEtri Aureoli Provinciae Aquitaniae (1) Poſtilla ſuper Iſaiam Prophetam incompleta. Inc. *Doctrinam, quaſi prophetiam effundam, & relinquam illam quaerentibus ſapientiam. Eccleſ. XXIV. Quia eximii Prophetae Iſaiae vaticinium.* Deſ. *in cuius ſignum habemus heic quod iſte Ezechias habebat in poteſtate ſua infinitas . . . .*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus Capitum coloratis, num. 360. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 166.

PETRI AVREOLI COMPENDIVM SENSVS LITTERALIS DIVINAE SCRIPTVRAE &c.

Cod. XI. I. pag. 1. PEtri Aureoli Compendium litteralis ſenſus totius Divinae Scripturae, ut in Codice XXXIV. Plutei XVI. Catalogi Tom. I. pag. 281. Tum ſubditur epigraphe: *Explicit Compendium totius litteralis* (ſic) *Divinae Scripturae, editum a Fratre Petro Aureoli Ordinis Fratrum Minorum, & Sacrae Theologiae Doctore. Deo gratias. Amen.* Hanc ſubſequitur tabula quaedam exhibens numerum Capitum, in quae dividuntur ſinguli tam Veteris, quam Novi Teſtamenti Libri, necnon explicationes variorum locorum Sacrae Scripturae, diverſa manu.

II. pag. 109. Anonymi Commentarius uberrimus in Librum Iudicum, ſed mutilus in fine. Inc. *Quumque Dominus ſuſcitaret Iudices, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de caede vaſtantium. Iudic. II. Quoniam ex illa ſacra radice, & fideli ſtirpe Abrahae Patriarchae originaliter oriri debuit celſitudo regnantium.* Deſinit in Capite XVIII. & in verbis: *quia ſex & C. faciunt ſexcentas. Heic igitur perfectionem intelligere . . . . . .* Mutilatus enim in fine Codex.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIV. quoad Aureoli Compendium binis columnis, duplici manu, & num. 362. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 186.

PETRI AVREOLI QVAESTIONES, ET QVODLIBETA,

I. pag. 1. PEtri Aureoli Ordinis Fratrum Minorum Quaeſtiones in tertium & quartum Librum Sententiarum, cum ipſarum titulis in calce ſingulorum. Quaeſtiones in tertium inc. *Quaſi ſit rota in medio rotae. Ezech. 1. Tertii Libri Sententiarum materia triplici rotae comparari poſſe videtur.* Quaeſtiones in quartum deſ. *nec propter hoc erunt* Cod. XII.

(1) Hoc nomen in ipſo Operis initio ab alia manu recentiore additum fuit.

erant crudeles, quia non gaudebant in poena praeter ſe, ſed propter Divinam iuſtitiam.

II. pag. 95. Eiuſdem Quodlibeta XVI. Inc. *Propoſui in animo meo quaerere & inveſtigare ſapientiam. Eccl. 1. &c. Sub his verbis provide exhortatur.* Deſ. *quantitas indiviſa in actu.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIV. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 361. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 137.

PETRI AVREOLI COMPENDIVM DIVINAE SCRIPTVRAE.

Cod. XIII. Petri Aureoli, Ordinis Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctoris, Compendium ſenſus litteralis totius Divinae Scripturae, cum ſcholiis aliquot, & tabula Capitum Librorum eiuſdem Sacrae Scripturae in fine, ut in Cod. XI huius Plutei.

Pro tegumento Codicis habes manu ſaeculi XI. Homiliae fragmentum habitae in ſolemnitate Omnium Sanctorum, quae inc. *Hodie, dilectiſſimi, omnium Sanctorum ſub una ſolemnitatis laetitia celebramus feſtivitatem &c.* Habes item mutilam Catalogi Tom. I. pag. 390. §. CIII.

Codex membran. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 363. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 98.

PLVTEVS XXXIII. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. I.

C O D E X I.

WILLELMI DE WARIA QVAEST. IN IV. LIB. SENTENT.

Willelmi de Waris, ſeu Warronis, ſive Guerronis, Angli, Ordinis Minorum (1) Quaeſtiones in quatuor Libros Sententiarum. Inc. *Utrum finis per ſe & proprius Theologiae, ut eſt habitus ſcientificus perficiens viatorem, ut viator eſt, ſit cognitio veri, & dilectio boni? Et quod cognitio veri videtur.* Deſ. *ſolum beatitudinis, vel miſeriae capax eſt voluntas.* Tum ſubiiciuntur tituli Quaeſtionum, quae in quatuor Sententiarum Libris pertractantur.

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. XIII. intricatiſſimis litteris exaratus, cum initialibus coloratis, & ſcholiis aliquot marginalibus, num. 364. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 222.

PLVT. XXXVI. DEXT. CONTINENS LAT. CODD. MSS. IX.

C O D E X IV.

CANCELLARII PARISIENSIS LIBER II. E III. THEOLOGIAE.

Cancellarii Pariſienſis Summae Theologiae Liber II. & III. in Diſtinctiones, & Capita diviſi; quorum praecedit index accuratiſſimus manu diverſa, forte Fr. Thedaldi. Liber ſecundus inc. *Vadam in agrum, & colligam ſpicas, quae fugerunt manus metentium, ubicumque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Ruth interpretatur videns. Utinam eſſem Ruth.* Liber tertius deſ. *non ſunt tantum poenae, ſed diſpoſitiones quaedam materiales ad peccatum.*

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIII. binis columnis, cum initialibus coloratis, num. 405. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 515.

POSTILLAE F. LANDVLPHI DE NEAPOLI SVPER EVANGELIA, ET ANONYMI QVAEDAM.

I. pag. 1. Poſtillae F. Landulphi (2) de Neapoli ſuper loca quaedam Evan- Cod. V.

(1) Claruit circa annum MCCLXX. & praeceptor fuit Ioannis Duns, ſive Scoti, cuius Quaeſtiones iſtae Mss. in variis deliteſcunt Bibliothecis.

(2) Forte eſt Landulphus, ſeu Landenulphus Caracciolus, Scoti auditor, Ordinis Minorum, qui ex Epiſcopo Stabiarum creatus eſt Archiepiſcopus Amalphitanus in Regno Neapolitano anno MCCCXXX. cuius Commentaria in IV. Evangelia memorat Fabricius Bibl. Med. Tom. IV. pag. 239. col. 1.

Digitized by Google

Evangeliorum, quae per anni circulum leguntur in Eccleſia, praevia Epiſtola, quae inſcribitur, & inc. *Sincerae charitatis ſibi nexibus copulato F. M. de Perugio* (1) *Ordinis Fratrum Minorum, Procuratori in Romana Curia, F. L. de Neapoli Religionis eiuſdem, Sacrae Theologiae Doctor exiguus. aeternae iucunditatis dulcedine inter congregationes aethereas recreari. Super montem excelſum.* Deſ. *qui rudes Evangeliſtas effecit, per quos diſtenta per orbem ſpatia pacis Evangelio ſubiugavit.* Epiſtolam ſequitur Introductio, quae inc. *Vidi alterum Angelum volantem per medium caelum, habentem Evangelium aeternum, ut evangelizaret ſedentibus ſuper terram. Apoc. IX. Gloſſa. Actus primo dicit, quod Evangelium eſt bona nuntiatio, in qua nuntiatur requies poſt laborem.* Deſ. *immo nonnulla de veteribus Sacramenta produxit, ut cognoſcamus aperte altum exhibitum dependentem altero proſiliſſe* (ſic) *& regnat per omnia ſaecula ſaeculorum, Amen.* Poſtilla prima in Evangelium: *Erunt ſigna in Sole & Luna &c.* inc. *Doctor egregius Hugo Libro de Sacramentis dicit; In divino eloquio non tantum verba, ſed res ipſae ſignificant.* Vltima in Evangelium: *Nuptiae factae ſunt in Cana Galilaeae &c.* deſ. *& iſti ſunt Patriarchae, & Prophetae. Apoſtoli, & Praelati. Matth. V. Ieſus adſcendit in montem, & quum ſediſſet acceſſerunt ad eum diſcipuli eius* .... Imperfectum eſt Opus; ac proptetea quatuor folia vacua relicta ſunt in fine ad reliquum ſupplendum, in quorum ultimo adſcriptum eſt: *Poſtillae Magiſtri Landulphi ſuper Evangelia imperfectae.* Patres vero, quorum auctoritates, & loca adferuntur, ſunt Alcimus, Ambroſius, Anſelmus, Athanaſius, Auguſtinus, Baſilius, Beda, Bernardus, Cyprianus. Euſebius, Gregorius Papa, Hieronymus Hilarius, Hugo, Io. Chryſoſtomus. Iſidorus. Leo, Origenes, Rabanus, Remigius, Richardus, Seneca, Theophylactus &c.

II, pag. 72. Anonymi Liber, qui dicitur *Diaeta ſalutis.* Inc. *Haec eſt via; ambulate in ea, nec ad dexteram, nec ſiniſtram. Iſaiae XXX. Magnam miſericordiam facit, qui erranti viam oſtendit.* Deſ. *quaere in materia de caſtitate & luxuria per contrarium. Explicit Liber qui dicitur Diaeta ſalutis.* Tum poſt Capitum tabulam hoc monumentum occurrit: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Gerardi de Leonardis de Florentia Ordinis Minorum.* Et paullo infra: *Iſtum Librum, qui vocatur Diaeta ſalutis, dedit Armario Fratrum Minorum Florentiae Conventus Frater Gerardus de Leonardis de Florentia. quando ivit Romam Inquiſitor haereticae pravitatis, ubi deceſſit XXVI. die Novembris anno Domini MCCCXXXIX. in dicto Officio Inquiſitionis.*

III. pag. 141. Anonymi Tractatus in tres partes diviſus, in quo agitur de diviſione multiplici animae potentiarum, ſcilicet ſecundum Philoſophos, ſecundum Medicos, ſecundum Ioannem Damaſcenum, & ſecundum Auguſtinum Inc. *Sicut dicit Ioannes Damaſcenus, magnus Theologus, Medicus, & Philoſophus, anima eſt ſubſtantia vivens, ſimplex, & incorporea.* Deſ. *vita ſine morte permanentibus. qui cum Patre &c. Explicit Tractatus de diviſione multiplici potentiarum animae.*

IV. pag. 184. Anonymi Oratio ad Ieſum Chriſtum, alia manu. Inc. *Verbum mihi eſt ad te, o Rex Sanctorum Chriſte Ieſu; auſu charitatis alloqui te praeſumit factura manus tuae.* Deſ. *inviolabile decus. & ſolidum regnum permanens in ſaecula ſaeculorum. Amen.* Tum alia manu: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Simonis Lotteri de Florentia, de Ordine Fratrum Minorum.*

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIV. binis columnis, & num. 406. deſignatus, Conſtat foliis ſcriptis 186.

GVIBERTI TORNACENSIS RVDIMENTVM DOCTRINAE.

RVdimentum Doctrinae editum a Fratre Guiberto Tornacenſe (2). de Ordine Fratrum Minorum, praevio Capitum elencho, manu recentiſſima extrato. Totum Opus in quatuor Tractatus dividitur, quorum tamen priores tantummodo tres in hoc habentur Volumine. Praecedit totius Operis Synopſis, quae prima quatuordecim folia complectitur, & inc. *Tractatus iſte, qui dicitur Rudimentum Doctrinae, vel Eradimentum, quatuor habet partes,* Deſ. *hagiographica, prophetica, evangelica, apoſtolica, & eſt quadravium.* Sequitur deinde Prologus, cuius initium eſt: *Saepenumero poſtulatus a pluribus.* Finis: *ex gratiae reformatione, ex philoſophorum exercitatione.* Tractatus primus pag. 15. inc. *Naturae humanae conditionem dum attendimus, hominem ratione praeditum invenimus.* Tractatus tertius deſ. *ad ſubtiliora procedentes, ad quartum partem, vel ultimam accedamus.* Ad haec verba alia manus adnotavit in margine: *Hic deficit quartus Tractatus iſtius Operis. ſcilicet de Cauſa Materiali.* Interim notandum Tractatum tertium, qui inſcribitur *De modo addiſcendi*, in gratiam Ioannis cuiuſdam Praepoſiti Brugenſis, filii Comitis Flandriae, fuiſſe ſcriptum, ut habetur in Rubrica eidem Tractatui inſtar tituli praemiſſa pag. 238. *b.* Cod. VI.

In

(1) Forte ſub illa littera *M.* latet *Michaelis* nomen; ſed uter ſit ex duobus eiuſdem nominis Minoritis, altero haereticae pravitatis in Arelatenſi, Aquenſi, Ebredunenſi, & Viennenſi Provinciis Inquiſitore, altero Caeſenate, totius Ordinis Franciſcanorum Generali Miniſtro, eodemque Ioannis XXII. in celebri illa de Paupertate Chriſti, & Apoſtolorum controverſia acerrimo oppugnatore, non ita facile diiudicari poteſt; utrumque circa eadem Landulphi tempora floruiſſe certum eſt; ſed de hac re melius inquirant eruditi.

(2) Vergente Saeculo XIII. claruit, de quo vide Fabric. Bibl. Med. Tomo III. pag. 58. ubi tamen nulla de hoc Opere fit mentio.

In primo folio legitur: *Iſte Liber eſt Armarii Florentini S. Crucis, quem aſſignavit eidem Armario Frater Philippus de Sancta Trinitate*.

Codex membranac. Ms. in 8. maiori Saec. XIII. binis columnis, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 407. notatus, Conſtat foliis ſcriptis 309.

LIBER SOLITARII.

Cod. VIII. LIber Solitarii, ſive ſilva rerum praedicabilium a viro ſolitario compilata, ſecundum alphabetum, ex diverſis ſcriptis SS. Patrum, Philoſophorum, Iuris utriuſque Doctorum, Poëtarum &c. praevio Prologo, qui inc. *Cogitans ego Solitarius, quod originalia, ſive auctoritates originalium ſermones ac praedicationes ornant mirabiliter & decorant*. Deſ. *praeſens autem Opus, quoniam ſuit in loco ſolitudinis, & a viro ſolitario compilatum, ſi placet, Solitarius appelletur*. Incipit Liber a littera *A*, & quidem ſic: *Abſtinentia, abſtinere, abſtinens. Gregorius Moral. XX. per abſtinentiam enim ſunt carnis vitia extinguenda, non caro*. Deſinit in littera *Z*, & in voce *Zelus*, cuius ultima verba ſunt: *& ſi interim vacet, odio tamen furibundae mentis armata eſt Explicit Liber Solitarii. Deo gratias. Amen*. Ex Codice Bibliothecae Taurinenſis MCLXI Catalogi Tom. II. pag. 389. auctoris nomen eruitur; ibi enim in calce legitur: *Explicit Liber Solitarii editus a Fr. Ioanne de Aretio Ord. Fratrum Minorum*, adnotaturque de hoc Scriptore ne verbum quidem fieri a Waddingo. In ultima Codicis noſtri pag. haec legas: *Iſte Liber eſt ad uſum Fr. Petri de Leonardis de Florentia, Ord. Minorum, poſt cuius mortem debet remanere Armario praedicti Florentini Conventus*. Tum paullo infra: *Iſte Liber eſt ad uſum Fratris Iacobi Nuti de Flor. Ord. Minor. poſt cuius mortem debet remanere Armario Flor. Conventus*. Item: *Queſto Libro è di Frate Iacopo Nuti di Firenze de' Frati Minori Inquiſitor di Vinegia*.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis rubricatis, num. 409. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 238.

VINCENTII BELLVACENSIS LIBER DE AVCTORITATIBVS SANCTORVM, S. THOMAE, HVGONIS DE S. VICTORE, ET BERNARDI VARIA.

Cod. IX. I. pag. 1. LIber de Auctoritatibus Sanctorum editus a Fratre Vincentio Belluacenſi Ordinis Praedic. (1) in quindecim partes diviſus, in quibus agitur de Poenitentia, de Eleemoſyna, de Oratione, de Abſtinentia &c. Inſcribitur autem *De Auctoritatibus Sanctorum*, quia eſt quaedam collectio ſententiarum e variis SS. PP. Operibus deſumptarum, & ad ſingula argumenta, de quibus in praedictis quindecim Libri ſectionibus agitur, pertinentium. Pars prima *de Poenitentia* inc. *Quoniam peccantibus poſt Baptiſmum mortaliter, ſola Poenitentia remedium eſt ad vitam*. Ultima *de vigiliis, & opere manuali* deſ. *& anteferetur Maria, quae audiebat, Marthae quae miniſtrabat*. Patres, quorum auctoritates, & ſententiae enarrantur, ſunt Abbas Silvanus in vitis Patrum, Ambroſius, Anſelmus, Athanaſius, Auguſtinus, Baſilius, Beda, Bernardus, Caeſarius Arelatenſis, Caſſianus, Cyprianus. Dionyſius, Ephraem, Fulgentius, Gloſſa ſuper varios S. Scripturae Libros, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Papa, Hieronymus, Hilarius, Hugo de S. Victore, Io. Chryſoſtomus, Flavius Ioſephus, Iſidorus, Leo, Maximus, Origenes, Petrus in Itinerario, Petrus Lombardus, Petrus Ravennas, Polycarpus, Proſper, & Richardus.

II. pag. 77. Fratris Thomae de Aquino Tractatus de Praeſcientia, & Praedeſtinatione, cum Prologo, & Operis diviſione. Inc. *Inſtantiſſime rogaſtis me*. Deſ. *cuius poteſtas non auferetur, & regnum non corrumpetur in ſaecula &c*. Non invenio in edit. Operum Veneta per Dominicum Nicolinum MDXCIV. fol. Exſtare tamen in Pariſienſi adfirmat Fabricius Bibl. Med. Tom. VI. pag. 242. col. 2. num. 74.

III. pag. 93. *b*. Eiuſdem Tractatus de Aeternitate Mundi, contra murmurantes, utrum Deus potuerit facere Mundum ab aeterno. Inc. *Suppoſito ſecundum fidem Catholicam*. Deſ. *probabilitatem afferre*. Tom. XVII. cit. edit. a pag. 202. t. ad pag. 203. t.

IV. pag. 97. *b*. Eiuſdem Tractatus de mixtione Elementorum ad Magiſtrum Philippum de Caſtrocaeli. Inc. *Dubium apud multos eſſe ſolet*. Deſ. *& haec de commixtione elementorum dicta ſufficiant*. Ibid. a pag. 212. t. ad pag. 213.

V. pag. 99. *b*. Eiuſdem Libellus de decem Praeceptis Decalogi. Inc. *Tria ſunt homini neceſſaria ad ſalutem*. Deſ. *& non deſiderabis*. Ibid. a pag. 53. ad pag. 61.

VI. pag. 123. *b*. Eiuſdem Expoſitio ſuper Symbolum Apoſtolorum. Inc. *Credo in unum Deum*. Deſ. *ut ſemper magis memoriae imprimatur, ad quam vitam nos perducere dignetur Ieſus &c*. Ibid. a pag. 64. ad pag. 71.

VII. pag. 146. Eiuſdem Libellus de Articulis Fidei, & Eccleſiae Sacramentis ad Archidiaconum Panormitanum. Inc. *Poſtulat a me veſtra dilectio*. Deſ. *ſeminatur corpus animale, reſurget ſpirituale &c*. Ibid. a pag 61.

ad

(1) Ita habet titulus rubrica exaratus tam in principio, quam in fine huius Operis, quod tamen non recenſetur inter eius ſcripta neque ab Iac. Quetif, & Echard de Scriptor. Ord. Praedicat. neque a Fabricio Bibl. Med. Tom. VI. pag. 292.

ad pag. 64. Tum in Codice ſubiiciuntur alia Capita duo, quorum primum inſcribitur: *Brevis diſtinctio ſuper articulos fidei ſecundum ſuam opinionem*; alterum: *Alia diſtinctio, quod ſint XIV.* Illud inc. *Credo &c. Tractaturi de articulis fidei, notandum eſt, quod articulus eſt res ſpiritualis ad credendum de Deo.* Hoc deſ. *qui quidem effectus Spiritus Sancti dicuntur, ſive Spiritui Sancto appropriantur, Et haec dicta ſufficiant ad laudem Creatoris &c.*

VIII. pag. 158. Hugonis de Sancto Victore Libellus de Arrha Animae, ut in Codice IV. Plutei XXI. ſupra pag. 596. §. XVI. ubi in fine tres verſus longior.

IX. pag. 174. B. Bernardi Abbatis de Conſcientia, & de ſeptem columnis erigendis in ea, ut fiat Dei habiratio digna, Liber, ut in Codice I. Plutei XVI. Catalogi Tom. I. pag. 160. §. XX. ſub titulo *De interiori domo aedificanda*.

X. pag. 203. Anonymi Sermo anepigraphus, ſed qui eſt de Sacramento Altaris, ſumpto themate ex iis verbis: *Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Inc. *Vere Verbum Caro factum eſt, & nos vere Verbum Carnem Dominico cibo ſumimus*. Deſ. *neceſſe eſt ergo, ut ea devotione, qua accipitur cuſtodiatur*. Tum in ultimo folio legitur: *Iſte Liber eſt deputatus ad uſum Fratris Guidonis* . . . . (1) *Ordinis Minorum*.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. binis columnis, cum titulis & initialibus rubricatis, num. 410. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 205.

PETRI TRECENSIS HISTORIA SCHOLASTICA.

Cod. X. PEtri Trecenſis Hiſtoria Scholaſtica, ut in Codice III. Plutei XXXIII. ſin. ſupra pag. 283. §. I. In hoc tamen deſideratur Epiſtola Nuncupatoria ad D. Guilielmum Archiepiſcopum Senonenſem, ac praeterea imperfecta eſt hiſtoria, deſinit enim in Evangeliis, & in verbis: *translatus eſt Enoch, ſubvectus eſt Elias, adſcendit Ieſus, propria ſcilicet virtute*, quae in dicto Codice incidunt in pag. 125. *b.* col. 2. & in Capite *de Adſcenſione Domini*: quare deſideratur Hiſtoria Actuum Apoſtolorum. Habetur in fine manu Fratris Thedaldi tabula Capitum totius hiſtoriae Librorum, tam veteris, quam novi Teſtamenti, quae in hoc Volumine continetur.

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIII. cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis, num. 411. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 208.

(1) Cognomen penitus eraſum fuit.
(2) Ita habet titulus in calce Operis appoſitus.

ANONYMI DIALOGVS DE CREDENTIBVS, ET FAVTORIBVS HAERETICORVM &c.

I. pag. 1. OPeris cuiuſdam in forma dialogi inter Magiſtrum & Diſcipulum, in tres Partes diviſi. Pars prima, in qua agitur de Haereticis, Libros continens ſeptem, auctore Anonymo. Praecedit Prologus, in quo totius Operis diviſio ſub oculos ponitur. Inc. *In omnibus curioſus exiſtis, nec me deſinis infeſtare = quod* (ſc. *Opus*) *opto in tres diſtingui Tractatus, quorum primum de Haereticis, ſecundum de Dogmatibus Ioannis XXII. tertium de geſtis circa fidem altercantium orthodoxam volo verſari. = Tractatum igitur primum de Haereticis acceleres inchoare, quem in ſeptem divide Libros, quorum primus inveſtiges, ad quos Theologos videlicet, vel Canoniſtas, pertinet principaliter definire, quae aſſertiones Catholicae, quae haereticae, qui etiam haeretici, & Catholici debeant reputari. Secundus inquirat, quae aſſertiones haereticae, quae Catholicae ſunt cenſendae. Tertius principaliter conſideret, qui errans eſt inter haereticos computandus. Quartus, quomodo de pertinacia, & pravitate haeretica debeat quis convinci. Quintus, qui poſſunt pravitate haeretica maculari. Sextus agat de punitione haereticorum, & maxime Papae, ſi efficiatur haereticus. Septimus tractet de credentibus, fautoribus, defenſoribus, & receptatoribus haereticorum &c.* Deſ. *quod tibi placet interroga*. Liber primus inc. *Quoniam occaſione diſſenſionis*. Septimus deſ. *ad omnem utilitatem, fidem, & Dei omnipotentis honorem, cui ſit gloria &c. Explicit Liber ſeptimus primae Partis Dialogorum de credentibus, fautoribus, defenſoribus, & receptoribus haereticorum*. Tum verſiculus:

Vinum ſcriptori debetur de meliori.

Ex Summariis Librorum huius primae Partis ſuſpicari iure poſſumus, auctorem eſſe Guilelmum Ocliamum, Ordinis Fratrum Minorum; ſimilis enim Dialogi ſynopſim adfert Fabricius Bibl. Med. Tom. III. pag. 157. col. 2. ubi de hoc Scriptore verba facit. Cod. XI.

II. p. 127. Anonymi de Dogmatibus Ioannis XXII. Liber (2), ſeu potius Tractatus, in quo Anonymus quidam oſtendere conatur, retractationem (3) illam, quam Ioannes XXII. morti vicinus fecit ſententiae ſuae *de viſione beatifica, & faciali*, qua Sanctorum animas ante Iudicium extremum frui eſt inficiatus, verbalem tantummodo fuiſſe, inanem, ac ſubdolam. Inc. *Verba oris eius iniquitas, & dolus Pſ. Pſalmiſta per Spiritum Sanctum praevidens prophetice proteſtationem, ſeu revocationem, vel retractationem verbalem, fictam, vel frivolam Ioannis XXII. ſuper ſuam* ini-

(3) Haec retractatio exſtat apud Baluzium Tom. I Paparum Avenionenſium pag. 183.

iniquitatem haereticam, & dolum mortiferum, qui in eadem proteſtatione, & retractatione, ſeu revocatione, ut in ſequentibus apparebit, per rationes haereticales haereſim manifeſtam probare conatur &c. Deſ. *intentionis autem meae eſt ſolum formalem ſententiam, & ipſius quicumque aſſertores fuerint, & non alios reprobare. Si autem dixi imperite, correctionem charitativam nullatenus recuſabo. Explicit de Dogmatibus Domini Ioannis XXII. Amen.* Hic Tractatus manu diverſa eſt exaratus, &, ni fallor, Fr. Thedaldi de Caſa. Eidem autem Guilelmo Ochamo tribuendus videretur, utpote qui ſecundam Partem praedicti Operis, in qua de Ioannis XXII. haereſi diſſeritur, conſtituerit; ſed obſtat Dialogi forma, quam in noſtro Codice nullam praeſefert.

In primo folio legitur: *Iſte liber eſt ad uſum Fratris Ludovici de Neelis, quem emit Pariſius, dum ibidem ſtudens exiſteret anno Domini MCCCLXXII.*

Codex membranac. Ms. in fol. Saec. partim XIII. & partim XIV. binis columnis, duplici manu, cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. num. 412. deſignatus. Conſtat foliis ſcriptis 141.

RICHARDI CONYGTON TRACTATUS DE PAUPERTATE, IOANNIS PECHAM, ET IOANNIS SCOTI QUAEDAM.

Cod. XII. I. pag. 1. TRactatus Magiſtri Richardi Conygton Miniſtri Angliae (1) de Paupertate contra opiniones Fratris Petri Ioannis. Inc. *Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Pſ. Praecedit actus meritorius, ut ſuccedat fructus conſolatorius, quia qui votum paupertatis ſuae intelligit, beatus erit. Ad eius igitur intelligentiam primo agetur de paupertate ſimpliciter; ſecundo de paupertate voluntaria; tertio de paupertate Evangelica; & quarto de paupertate Fratrum Minorum.* Deſ. *quia argumentum a contrario ſenſu tenet in cauſſis praeciſis, ut dictum eſt.*

II. pag. 18. *b.* Abbreviatura quam tradidit Communitas Ordinis Fratrum Minorum de intellectu, & obſervantia paupertatis, cuius ſunt XIV. dicta principalia in univerſo. Inc. *Intereſt autem, dicit Communitas Ordinis Fratrum Minorum &c.* Finem non damus, quum imperfecta videatur iſta diſputatio, ac propterea inter hunc, & ſequentem Tractatum plura folia vacua relicta ſunt.

III. pag. 25. Tractatus Fr. Ioannis Pecham, Ordinis Minorum (2) contra Fratrem Rogerium obloquentem contra ſuum Ordinem. Inc. *Super tribus, & ſuper quatuor ſceleribus non faciliter convertitur fraternae innocentiae impugnator.* Deſ. *det igitur tibi Deus ſpiritum compunctionis, & maledictionem commutet in benedictionem, ut praedictam diligas veritatem.* Tum ſubiicitur: *Explicit Tractatus Domini & Fratris Ioannis Pecham, Ordinis Minorum Fratrum, contra Fratrem Rogerium Ordinis Praedicatorum, ſcriptus per me Fratrem Antonium Auleſa Ordinis Minorum in Conventu Conventriae, provinciae Angliae, tempore maioris nattacionis* (ſic) *in ante vigiliam Beati Laurentii conſummatus anno Domini MCCCXCI.*

IV. p. 32. *b.* Tractatus pauperis contra inſipientem novellarum haereſum confictorem circa Evangelicam perfectionem, compoſitus per Fratrem & Dominum Ioannem Pecham, Ordinis Minorum, Profeſſorem eximium, Cantuariae Archiepiſcopum, & in ſacra pagina Doctorem profundiſſimum. Prologus inc. *Quis dabit capiti meo aquam.* Deſ. *videatur eſſe de ſerie veritatis.* Tum ſequitur index Capitulorum XVI. quibus Tractatus conſtat. Capitulum I. *De Perfectione Evangelica in generali*, inc. *Perfectus omnis eſt, ſi ſit ſicut magiſter eius.* Ultimum inſcriptum *Per cuiuſmodi perſonas debeant ſimilia pericula & ſchiſmata in Eccleſia provenire*, deſ. *cui & ſi compatimur, & conregnabimus, cum quo & triumphabimus, Chriſto praeſtante, omnium triumphatore, qui cum Patre &c.* Innuit fortaſſe Opus iſtud Fabricius loc. cit. pag. 114. col. 1. illis verbis *Contra Inſipientem.*

V. pag. 101 Tractatus Dons (ſeu Doctoris Subtilis) de Perfectione Statuum. Inc. *Quod ſtatus Praelatorum Eccleſiaſticorum praeſupponit actum &c.* D. ſ. *& ſumendo quae toti mundo naturaliter ſunt nota. Iſta humiliter ſunt dicta, & ſine aliqua praeſumptione, vel temeraria aſſertione, ad honorem Chriſti & Apoſtolorum, & eorum vitam ſequentium.* Inter inedita Scoti Scripta reponit Fabricius Bibl. Med. Tom. IV. pag. 141. col. 2.

VI. pag. 123. Anonymi Quaeſtio de Mendicitate. Inc. *Utrum mendicare pro Chriſto ſit perfectionis Chriſtianae, & videtur quod non.* Deſ. *& ſic patet ſolutio quaeſtionis, & argumentorum oſtendentium, quod mendicare non ſit de perfectione Chriſtianae Religionis. Cetera concedunt.* Tum ſubiicitur: *Hanc Quaeſtionem determinavit ita Magiſter Bonaventura de Ordine Fratrum Minorum, ſecundum quod a quodam Clerico potuit reportari. Deo gratias. Amen.* Hoc autem poſtremum Opuſculum plurimis marginalibus ſcholiis refertum eſt.

Codex membranac. Ms. in 4. min. Saec. XIV. exeuntis. cum initialibus coloratis, num. 413. notatus. Conſtat foliis ſcriptis 128.

THO-

(1) Obiit A. MCCCXXX. Cantabrigiae in Coenobio ſuo ſepultus, de quo vid. Fabric. Tom. VI. pag. 76. ubi de hoc Opuſculo nulla fit mentio.

(2) Anglus, diſcipulus S. Bonaventurae, qui docuit Pariſiis, Oxonii, & Romae in Palatio Pont. inde Archiepiſcopus Cantuarienſis ab A. MCCLXXVIII. ad MCCXCII. Eius Opera recenſet Fabric. Tomo IV. pag. 114. Tractatum autem, qui in hoc Codice continetur ignoravit.

THOMAE DE CAPVA SVMMA DICTAMINIS.

Cod. XIII. Magiſtri Thomae de Capua, Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalis, Summa artis dictandi, ſeu, ut aliter inſcribitur, Dictator Epiſtolaris, Opus in decem Partes diſtributum, de quo aliquid praefati ſumus in recenſione Codicis XXVIII. Plutei LXVI. Catalogi Tom. II. pag. 802. §. II. qui partem tantummodo huius Operis continebat. Praecedunt igitur, ut in ipſo, duo Prologi, ac deinde Prolegomena circa artem dictandi, varia Epiſtolarum genera earumque partes. Tum pag. 6. ſuccedunt Epiſtolae ipſae, quarum prima Pars verſatur *ſuper invectivis, increpationibus, & reprehenſionibus*. Vltima, nempe decima, agit *de inquiſitionibus, de ordine iudiciario, praebendis, & electionibus*. In calce tandem legitur verſiculus:

Explicit hic Liber, ſit ſcriptor crimine liber.

Pro Codicis tegumento compacta eſt charta quaedam continens fragmentum locationis factae cuidam Ioanni Merlo platearum, *ubi vendantur piſces & zonclade*, anno MCCXCIV. cui ſubſcribitur; *Ego Vguzonus quondam Dufii de Pagano ſacri Palatii Notarius &c.* In eodem tegumento depictum quoque eſt ſignum cuiuſdam Notarii, adſcriptis verbis: *Signum mei Petri Michaëlis de S. Miniate*: tum haec notitia: *De arte dictandi Fr. Bernardini Florentini, quem aſſignavit Armario Sanctae Crucis.*

Codex membranac. Ms. in 4. Saec. XIV. cum titulis rubricatis, & initialibus coloratis. Conſtat foliis ſcriptis 73.

FINIS PLVTEI XXXVI. ET VLTIMI BIBLIOTHECAE S. CRVCIS.

A P P E N D I X.

EN tibi ſub oculos poſita, erudite Lector, Codicum DXCV. Latinorum Mss. Bibliothecae Sanctae Crucis fidelis, & accurata deſcriptio; quo quidem numero ſcias velim non totam comprehendi illius ſupellectilem Bibliothecae; quum enim aliquot annis poſt eius in hanc Laurentianam translationem, Monaſterii Sanctae Crucis Ordinis Minorum Fratres Regiae Celſitudini humillimas preces porrexiſſent, ut ipſis Codices aliquot, ac praecipue illi, qui vel ad Seraphicum Ordinem ſpectabant, vel qui eorum induſtria potiſſimum, & eleemoſynis Saeculo XIII. & XIV. collecti, & exſcripti comperiebantur, ſingulari munere donarentur, Clementiſſimus Princeps ſub die XXIII. Martii anni MDCCLXXII. benigniſſime annuit; quare habito iuxta ipſorum petitionem delectu, Codices CLXV. ex hac Bibliotheca iterum in priſtinas ſedes regreſſi ſunt. Nos igitur poſt exactam illorum Codicum, qui in hac Laurentiana adſervantur recenſionem, eorum quoque, qui in praeſens in Conventu S. Crucis reperiuntur notitiam dare non inopportunum duximus. Ii vero ſunt:

Partis Siniſtrae
Plut. II.

Cod. I. Opus aureum Beati Alphonſi Thoſtati, Epiſcopi Abulenſis, ſuper quatuor Libros Regum. Legitur ad calcem: *Beati Alphonſi Thoſtati, Epiſcopi Abulenſis, fructuoſiſſima, & numquam ſatis laudata Lectura ſuper primum Librum Regum hic finem ſortitur finem. Laus Deo Optimo, Maximoque &c.* Prodiit anno MDXXVIII. Venetiis in aedibus Petri Liechtenſtein. Papyr. impr. in fol.

Cod. II. Eiuſdem ſuper Leviticum. In calce adſcriptum eſt: *Divi Alphonſi Thoſtati, Epiſcopi Abulenſis, Lectura hactenus abſcondita ſuper totum Leviticum in ſenſu litterali ſolum, explicit feliciter. Laus Deo Optimo Max.* Papyr. impr. in fol.

Cod. III. Sacrae Theologiae, & omnium bonarum artium conſummatiſſimi Profeſſoris Divi Alphonſi Thoſtati, Epiſcopi Abulenſis, ſuper quarto Libro Regum perlucida Explanatio. In fine: *Impreſſum Venetiis per Ioannem Antonium, & fratres de Sabio anno Domini MDXXVII.* Papyr. impr. in fol.

Cod. IV. Locupletiſſima, & utiliſſima Libri Exodi Expoſitio ab Alphonſo Abulenſi edita. Legitur in fine: *Fertiliſſima Divi Abulenſis totius Exodi Explanatio in ſenſu litterali ſolum, hic fauſtum ſortitur finem. Anno MDXXVIII. Venetiis in aedibus Petri Liechtenſtein.* Papyr. impr. in fol.

Cod. V. Tertia pars Abulenſis ſuper Matthaeum a ſexto uſque ad undecimum Capitulum incluſive. In fine: *Divi Alphonſi Thoſtati in Matthaeum tertia pars, a ſexto Capitulo videlicet uſque ad undecimum incluſive, hic feliciter conſummatur Anno MDXXIX. Venetiis in aedibus Petri Liechtenſtein.*

Eiuſ-

—— Eiuſdem in Evangelium S. Matthaei Apoſtoli quarta para, quae ſex Capitula continet, a X. uſque ad XVII. inclusive. In fine legitur: *Divi Alphonſi Thoſtati quarta pars in Matthaeam, ſex Capitalis conteata, hic feliciter ſortitar exitam anno MDXXIX. Venetiis in aedibas Petri Liechtenſteia*. Papyr. impr. in fol.

Cod. VI. Eiuſdem ſuper Libro Numerorum Explanatio litteralis ampliſſima nunc primum edita in apertum. Legitur in fine: *Divi Alphonſi Thoſtati, Epiſcopi Abuleaſis, ſuper totum Libram Numerorum in ſeaſa litterali accaratiſſima Lectara hic feliciter ſortitar exitum. Laus Deo Optimo Maximoqae. Anno Domini MDXXVIII. Venetiis in aedibas Petri Liechtenſteia*. Papyr. impreſs. in fol.

Cod. VII. Eiuſdem in Evangelium S. Matthaei Apoſtoli quinta & ſexta pars &c. *Aano MDXXIX. Veaetiis ia aedibas Petri Liechteaſteia*. Papyr. impr. in fol.

Plut. IV.

Cod. XI. Formula Confeſſionum edita a Fratre Ioanne de Pecciano de Ordine Fratrum Minorum, Domini Papae Poenitentiario. Initium eſt: *Sicut dicit Beatat Ioaunes &c.* Legitur ad calcem Opuſculi: *MCCCCXXXII. die XVII. Iaaii*. Sequitur Summa de Caſibua in foro poenirentiali Fratria Clari de Arretio Ordinis Minorum, Domini Papae Poenirenriarii. Inc. *Puta ſex caſas tantam &c.* In fine: *Expliciunt Caſas Fratris Clari CXLVII. ſcripti MCCCCXXXIII. XVI. Iaaii*. Membr. in 4.

Plut. V.

Cod. V. Summa Magiſtri Goffredi ſuper Decretalibua. Inc. *Gloſſaram diverſitas &c.* Membr. in 4.

Cod. XIII. Summa Fratris Monaldi de Ordine Fratrum Minorum. Legitur ad calcem:

Melius eſt baaſta, qaam te defeadere faſta.

Membr. in 4.

Plut. VIII.

Cod. IV. Summa de ſingulis vitils. Inc. *Dictari de ſiagulis vitiis &c.* Membran. in fol.

Cod. V. Summa Confeſſorum abbreviata Fratria Ioannis de Saxonia. Membr. in 4.

Plut. IX.

Cod. VII. Summa de Poenitentia. Inc. *Quoniam ia Libello de exemplis aataralibas &c.* Praecurrunt Indices Capirulorum, in quorum fine legitur: *Expliciunt tituli Capitulorum Summae Servifancti de Poenitentia*. Membr. in 4.

Cod. XI. Summa Magiſtri Raymundi cum gloſſia marginalibua. Ad calcem adſcribitur:

Sit tibi laus, Chriſte, qaod Codex explicit iſte:

Membr. in 4.

Plut. X.

Cod. I. Summa Magiſtri Guillielmi Antiſiodorenſis. Inc. *Sicut ait Apoſtolus, fides eſt ſabſtantia reram ſperaadaram.*

—— Anonymi Expoſitio in Pſalmum *Beatas vir, qui non abiit &c.* Membr. in fol.

Cod. III. Summa de Poenitentia. Membr. in 4.

Cod. VIII. Liber de Virtutibua & Vitiia; excerptua ex Libria melioribua, cuius eſt titulus *De exemplis aataralibas*; Membran. in 4.

Plut. XI.

Cod. VI. Logica Ocham; Membran. in fol.

Cod. XI. Scriptum D. Gentilia de Cingulo ſuper Logicam Ariſtotelis. Legitur ad calcem: *Explicit ſeatentia cum dictionibus, & notabilibus ſuper Libro Perihermeneias, & totius Artis Veteris, recollecta ſub provido viro & diſcreto Magiſtro Geatili de Cingulo per Gailielmam filiam Magiſtri Barptolemaei de Varigaone*. Membr. in fol.

Cod. XII. Scriptum Gentilis de Cingulo ſuper totam Artem Veterem. Membran. in fol.

Cod. XIII. Tabula ſuper Logicam. Membr. in 4.

Plut. XII.

Cod. I. Guillielmua Ocham ſuper Logicam Ariſtotelis.

—— Caſus Fratria Alexandri de Civitate Aſtenſi, Ordinis Fratrum Minorum. Compoſiti fuere a Fr. Alexandro anno MCCCXVII. inſcriptique Ioanni Caietano S. R. E. tit. S. Theodori Diacono Cardinali. Membr. in 4.

Cod. V. Logica Magiſtri Alberti de Saxonia, in cuius fine: *Explicit Loyca Magiſtri Alberti de Saxonia.*

Laus tibi ſit, Chriſte, quoniam Liber explicit iſte:

Frater Antonius de Campagaatico hoc Opus ſcripſit. Membr. in 4.

Cod. X. Commentum ſuper Libros Ethicorum Ariſtotelia. Auctor eſt Frater Auguſtinua Ord. Fratrum Eremitarum, de quo Plut. XIII. Cod I. ſupra pag. 99. ſeqq.

—— Averroës de Somno & Vigilia, & alia quaedam. Membr. in fol.

Cod XI. Scriptum ſuper Ethicam Frattis Ioannis de Pechano:

—— Scriptum Magiſtri Alexandri ſuper Librum de Animalibus. Membr. in fol.

Plut. XIV.

Cod. III. Quaeſtiones ſuper Libros Phyſicorum editae a Rev. Doctore Magiſtro Petro Gnentin de Ortemberg. Membr. in fol.

Cod. IV. Metaphyſica Ariſtotelia ex veteri Latina interpretatione. Membr. in fol.

Cod. V. Fr. Thomae de Eboraco ſuper Metaphyſicam Ariſtotelis. Membr. in fol.

Cod. VI. Bridanua ſuper Metaphyſicam Ariſtotelia. Membr. in fol.

Cod. VII. Bridanus ſuper Libros Ariſtotelis de Anima. Chartac. in fol.

Cod. VIII. Tabula ſuper totam Philoſophiam. Membr. in fol.

Plut. XV.

Cod. II. Tabula ſuper Philoſophiam naturalem. Membr. in fol.

Cod. III. Tabula ſuper totam naturalem Philoſophiam. Membr. in fol.

Cod. IV. Scriptum Adae de Buchiphiz (*ſ. de Bockfeld*) ſuper varios Libros Phyſicorum Ariſtotelis. Membr. in fol.

Cod. V. Summa ſuper Libros de Generatione Fratris Alberti Vaccetta de Pergamo, Ord. Min. Membr. in 4.

Cod. VI. Quaeſtiones Magiſtri Alberti (forte *Vaccettae*) ſuper Libros Phyſicorum. Membr. in 4.

Cod. VIII. Magiſtri Iacobi de Alexandria, Ord. Minor, compilatio ſuper totam naturalem, & moralem Philoſophiam ad Robertum Ieruſalem, & Siciliae Regem. Membr. in 8.

Plut. XVI.

Cod. I. Aegidius Ord. Eremitarum S. Auguſtini ſuper Libros Ariſtotelis de Anima.

—— Idem ſuper Libros de Generatione, & Corruptione. Membr. in fol.

Cod. III. Scriptum ſuper Libro Poſteriorum, editum a Fratre Aegidio. Ord. Fratrum Eremitarum S. Auguſtini. Membr. in fol.

Cod. V. Aegidius ſuper Libros Elenchorum. Membr. in fol.

Cod. VII Aegidius ſuper Libros Phyſicorum. Membr. in fol.

Plut. XVII.

Cod. III. Quodlibeta Arnulphi determinata per Magiſtrum Fratrem Herveum, Ord. Fratrum Praedicatorum. Adnotatum eſt hoc in Codice, fuiſſe ad uſum Magiſtri Nicolai de Spinellis, quem emit Venetiis, dum eſſet Lector Paduae MCCCCXXXVII. Membr. in fol.

Cod. IV. Quodlibeta Henrici de Gandavo. Acephalum eſt uſque ad ſeptimum Quodlibet. Membr. in fol.

Cod. V Quaeſtiones Theologicae diſputatae. Membr. in fol.

Cod IX. Compilatio diverſorum Doctorum. Membr. in fol.

Plut. XXXI.

Cod. IV. Opuſculum Fratris Aegidii Ord. Minor. de Nomine Ieſu. Membr. in 8.

Plut. XXXII.

Cod. I. Miracula B. Mariae Virginis. Membranac. in 4.

Plut. XXXIV.

Cod. V. Sermones Dominicales Venerabilis Lucae de Bitonto. Membr. in 4.

Cod. VI. Sermones Quadrageſimales Rev. Fratris Alberti de Padua, Sacrae Theologiae Doctoris, Ord. Eremitarum. Membran. in fol.

Plut. XXXV.

Cod. I. Sermones Dominicales per totum annum compilati a Fratre Iacobo de Voragine. Ordinis Praedicatorum. Iſte Codex ſuppletus in fine eſt manu Fratris Thedaldi de Caſa. Membr. in fol.

Cod. II. Sermones Quadrageſimales Fr. Iacobi de Voragine. Membr. in 8.

Cod. III. Sermones Fratris Iacobi Petri-Sancti. Membr. in 4.

Cod. VI. Quaeſtiones Theologicae de Fide, de Deo &c. Membr. in 4.

Cod. VIII. Sermones feſtivi pro Sanctis. Membr. in 4.

Cod. X. Sermones Dominicales Fratris Gilberti, Ord. Min. Membr. in 8.

Cod. XI. Lectura Fr. Iacobi ſuper Summas. Membr. in 8.

Plut. XXXVI.

Codex I. Mariale, ſeu Vita B. Mariae Virginis ſine principio. Membr. in fol.

Cod. II. Commentum ſuper primum Sententiarum.

—— Miracula B. Virginis Mariae.

—— Sermones feſtivi acephali. Membr. in fol

Cod. III. Sermones ad ſtatus Fratris Gilberti de Tornaeo. Membr. in 8.

Cod. V. Tractatus de Virtutibus & Vitiis. Membr. in 8.

Partis Dextrae

Plut. II.

Cod. I. Alphonſus Toſtatus, Abulenſis Epiſcopus, ſuper Deuteronomio. Legitur ad calcem: *Anno MDXXX. Venetiis in aedibus Petri Liechtenſtein Germani*. Papyr. impr. in fol.

Cod. II. Idem ſuper Libros Paralipomenon: *Venetiis typis Magiſtri Bernardini Vercellenſis anno Domini MDVII. XXII. Aprilis*. Papyr. impr. in fol.

Cod. III. Eiuſdem Pars prima ſuper Matthaeum. Papyr. impr. in fol.

Cod. IV. Eiuſdem ſuper ſecundum Librum Regum: *Venetiis in aedibus Petri Liechtenſtein. MDXXX.* Papyr. impr. in fol.

Cod. V. Eiuſdem prima pars ſuper Ioſue: *Anno MDXXX. Venetiis in aedibus Petri Liechtenſtein*. Papyr. impr. in fol.

Cod. VI. Eiuſdem ſeptima & ultima pars in Matthaeum: *Anno MDXXIX. in aedibus Petri Liechtenſtein*. Papyr. impr. in fol.

Cod. VII. Eiuſdem Explanatio litteralis in Geneſim: *Venetiis per Gregorium de Gregoriis ſumptibus Domini Ioannis Iacobi de Angelis Civis Veneti anno Domini MDVII.* Papyr. impr. in fol.

Plut. VI.

Cod. II. Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium cum Poſtilla Fr. Nicolai de Lyra. Ad calcem Deuteronomii legitur: *Explicit Poſtilla ſuper Deuteronomium. Iſta Poſtilla eſt ad uſum Fratris Thedaldi de Caſa de Florentia, quam emit Mediolani per manus Fratris Ambroſii Zurle anno Domini MCCCLXXVIII XXX. Maii.*

—— Sequitur partim manu Fratris Thedaldi, partim Henrici Coniſbergenſis Pſalterium cum Poſtilla Fr. Nicolai de Lyra, cuius in fine: *Explicit Poſtilla ſuper Librum Pſalmorum, edita a Fratre Nicolao de Lyra de*

de Ordine Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctore.

Huic ſcribat ſimile, qui dixerit hoc fore vile,
Si melius fuerit, plus tibi laudis erit.

Henricus de Pruſia de Civitate Conigesberg complevit. Deo gratias. Membr. in fol.

Cod. III. Ioſue, Liber Iudicum, Ruth, Libri Regum, Paralipomenon, Eſdras, Nehemias, Eſther, Tobias cum Poſtilla Fr. Nic. de Lyra, ad cuius calcem legitur: *Explicit Poſtilla ſuper Librum Tobiae, edita a Fratre Nicolao de Lyra, Sacrae Theologiae Doctore, de Ordine Fratrum Minorum, ſcripta Florentiae per manum Fratris Thedaldi de Mucello, eiuſdem Ordinis, MCCCLXXXII. die XVII. Februarii, indictione quinta.* Inde ſequitur Iob, & Machabaeorum Libri, in quorum fine: *Explicit Poſtilla ſuper ſecundum Librum Machabaeorum, edita a Fratre Nicolao de Lyra de Ordine Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Venerabili Doctore. Scriptum Florentiae per Fratrem Thedaldum, eiuſdem Ordinis, MCCCLXXXV. IV. Iulii.* Membr. in fol.

Cod. IV. Proverbiorum Lib. Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, Liber Sapientiae, Iſaias, cum Poſtilla Lyrani, ad cuius terminum: *Scriptum Florentiae per Fratrem Thedaldum, eiuſdem Ordinis Profeſſorem, anno Domini MCCCLXXXIV. die XXIX. Martii completum.* Item Hieremias, Baruch, ad cuius finem:

Quam tribus digitis depinxit ebela Thedaldi.

Sequitur Ezechiel, ad cuius calcem:

Pollice quam feſſo ſcriba Thedaldus arat.

Daniel, Suſanna, Prophetae XII. Ad calcem Malachiae: *Completum Florentiae ſuper totum Teſtamentum Vetus, anno Domini MCCCLXXXVI. quinta die Aprilis, per Fratrem Thedaldum de Mucello, Ordinis Minorum. Amen.* Membr. in fol.

Cod. V. Eſdras, Neemias, Eſther, Tobias, Iudith, Iob, Pſalterium cum Poſtilla Lyrani. Ad calcem: *Explicit Poſtilla ſuper Librum Pſalmorum, edita a Fratre Nicolao de Lyra, de Ordine Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctore, anno Domini MCCCXXVI.* Membr. in fol.

Cod. VIII. Pſalterium cum Poſtilla Fratris Nicolai de Lyra, ad cuius finem: *Explicit Poſtilla ſuper Librum Pſalmorum, edita a Fratre Nicolao de Lyra, de Ordine Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctore, anno Domini MCCCXXVI.* Accedit alia ſuper Pſalterium Poſtilla. Membr. in fol.

Cod. IX. Epiſtola D. Paulli ad Hebraeos cum Poſtilla Fratris Nicolai de Lyra.

—— Evangelium S. Matthaei cum Poſtilla eiuſdem. Membr. in fol.

Cod. X. Varii Novi Foederis Libri cum Poſtilla Lyrani. Membr. in fol.

Cod. XI. Epiſtola D. Paulli ad Hebraeos cum Poſtilla Fratris Nicolai de Lyra.

—— Daniel, & Ioannes cum Poſtilla eiuſdem. Membr. in fol.

Plut. VII.

Cod. I. Libri Ioſue, Iudicum, Regum, cum Poſtilla Nicolai de Lyra. Membran. in 4.

Cod. VI. Poſtilla ſuper Lucam Fratris Hugonis de S. Iacobo. Membran. in fol.

Plut. VIII.

Cod. III. Anonymi Poſtilla ſuper Iob, XII. Prophetas, Epiſtolam ad Romanos, Cantica Canticorum, Lamentationes Hieremiae Prophetae, Pſalmos, Epiſtolam ad Corinthios, Proverbia. Membr. in fol. in fine mutilus.

Cod. IV. Alehod ſuper Sapientiam. Membr. in 4.

Cod. VII. Scriptum ſuper Epiſtolam S. Iacobi, & alia. Membr. in 4.

Plut. IX.

Cod. XII. Poſtilla in Apocalypſim Magiſtri Ioannis Petri, Ordinis Minorum. Legitur ad calcem: *Anno MCCXCII. ab Incarnatione Domini fuit Liber iſte confectus. Obiit autem ille, qui compoſuit eodem anno II. Idus Martii. Explicit. Deo gratias, & ſuae dulciſſimae Matri, & omnibus Angelis, & Sanctis Dei. Amen. Scriptum Florentiae in Thuſcia anno Domini MCCCLXV. die XV. menſis Februarii.* Membr. in 4. manu Fratris Thedaldi.

Plut. X.

Cod. XI. Poſtilla ſuper Epiſtolas Canonicas. Membr. in fol.

Cod. XII. Notabilia Fratris Guillielmi Britonis, Ordinis Minorum, ſuper totam Bibliam. Membr. in 8.

Plut. XI.

Cod. I. Poſtilla S. Bonaventurae ſuper Lucam. Membr. in fol.

Cod. IV. Poſtilla Petri Ioannis ſuper S. Ioannem. Membr. in fol.

Cod. VII. Poſtillae Bertrandi de Turre ſuper Epiſtolas Feſtivas & Dominicales. Membr. in fol.

Cod. XI. Poſtillae, & Sermones ſuper omnes Feſtivas Epiſtolas totius anni, compilati per Fratrem Bertrandum de Turre, Epiſcopum Tuſculanum, de Ordine Fratrum Minorum. Membr. in fol.

Plut. XII.

Cod. I. Poſtilla ſuper Evangelia Dominicalia, edita a Fratre Philippo de Ianua de Monte Caleri, Ordinis Fratrum Minorum, Lectore Paduae. Membr. in fol.

Cod. V. Poſtilla ſuper Epiſtolas C[illegible]cas. Membr. in fol.

Cod. VII. Poſtilla ſuper Apocal[illegible]. Membr. in fol.

Cod. VIII. Poſtilla Bertrandi de [illegible] ſuper Epiſtolas, & Prophetias ab [illegible] Domini uſque ad Paraſceven. Membr. [illegible]

 C[illegible]

Cod. IX. Poſtilla ſuper Evangelis Dominicalia, edita a Fratre Landulpho de Neſpoli, Ordinis Fratrum Minorum, Sacrae Theologiae Doctore. Membr. in 4.

Cod. X. Poſtilla ſuper Apocalypſim, & Collationes Magiſtri Guillelmi, Ordinis Praedicatorum. Membr. in fol.

Cod. XII. Poſtillae ſuper Evangelia Dominicalia totius anni, excepta Quadrageſima, de novo compilata, edita a Fratre Franciſco de Abbate de Civitate Aſtenſi de Ordine Fratrum Minor. Membr. in 8.

Plut. XXIV.

Cod. VI. Tertius Alexandri de Hales ſuper Sententias. Membr. in fol.

Plut. XXV.

Cod. III. Primus Bonaventurae ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. IV. Aliud Exemplar. Adnotatum autem eſt hoc in Codice, adſignatum fuiſſe a Fratre Nereo de Curſu, Armario Conventus S. Crucis. Membr. in fol.

Cod. V. Aliud Exemplar. Membr. in 4.

Cod. VI. Aliud Exemplar, in cuius calce legitur: *Anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto, die Lunae XXIV. menſis Septembris, Indict. XII.* Membr. in fol.

Cod. VIII. Aliud Exemplar. Membr. in fol.

Cod. IX. Aliud Exemplar. Membranac. in fol.

Cod. X. Aliud Exemplar. Membran. in fol.

Plut. XXVI.

Cod. II. S. Bonaventurae tertius ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. III. Aliud Exemplar. Membran. in fol.

Cod. IV. Aliud Exemplar. Membran. in fol.

Cod. V. Aliud Exemplar. Membr. in fol.

Cod. VI. Aliud Exemplar. Membran. in fol.

Cod. VII. Aliud Exemplar. Membr. in fol.

Cod. IX. Quartus Bonaventurae ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. X. Quartus Richardi de Mediavilla ſuper Sententias. Membr. in 4.

Plut. XXVII.

Cod. II. Quartus Bonaventurae ſuper Sententias. Hoc in Codice ſunt notulae quaedam, editae a Cl. Laur. Mehus in Vita Ambroſii Camald. pag. CCCXL. Membran. in fol. min.

Cod. V. Poſtilla Fratris Bonaventurae ſuper Lucam. Membr. in 4.

Cod. VIII. Veritates ſummariae Librorum Bonaventurae ſuper Sententias. Membr. in 4.

Cod. X. Bonaventura abbreviatus. Membr. in 8.

Plut. XXX.

Cod. III. Scriptum ſuper primo Sententiarum, editum a Fratre Richardo de Mediavilla, Ord. Fratrum Minor. Membran. in fol.

Cod. IV. Eiuſdem Scriptum ſuper primo, & tertio Sententiarum. Membr. in fol.

Cod. VI. Eiuſdem Liber ſecundus ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. VII. Eiuſdem Liber ſecundus ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. VIII. Eiuſdem aliud Exemplar. Membr. in fol.

Cod IX. Eiuſdem Quartus ſuper Sententias. Membr. in fol.

Plut. XXXI.

Cod. IV. Primus Scoti ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. X. Eiuſdem Scriptum ſuper Metaphyſicam. Membr. in fol.

Cod. XII. Quodlibeta Scoti. Membr. in fol.

Plut. XXXII.

Cod. I. Franciſcus de Murrone ſuper primo Sententiarum. Legitur ad calcem: *Iſte Liber eſt Florentini Conventus, quem emit Sebaſtianus de Bucellis a Fratre Iacobo Morelli, precio ducatorum novem, & groſſorum quatuor.* Membr. in fol.

Cod. II. Eiuſdem ſecundus ſuper Sententias. Membr. in 4.

Cod. III. Liber Franciſci Mayronis ſuper Sententias, in cuius termino legitur: *Explicit reportatio Magiſtri Franciſci de Mayronis, Ordinis Fratrum Minorum, quem ſcripſit Raymundus Buyſſetus, Monachus Monaſterii Bonaecumbae, Ordinis Ciſtercienſis, anno Domini MCCCCXXXVIII. die vigeſima tertia Auguſti.* Membr. in 4.

Cod. IV. Scriptum Magiſtri Petri Aureoli ſuper primum Sententiarum. Legitur ad calcem: *Iſte Liber fuit finitus die Iovis, in vigilia S. Thomae Apoſtoli, anno Domini MCCCXXX. & ſcripſit eum Robertus a Beato Remigio de Florentia, de petitione Prioris ipſius Divi Remigii de Florentia.* Membr. in fol.

Cod. V. Eiuſdem ſuper ſecundum Sententiarum. In fine talis exſtat memoria: *Explicit Lectura ſuper ſecundum Librum Sententiarum ſub Magiſtro Petro Aureoli, de Ordine Fratrum Minorum, Doctore in Sacra Theologia, tempore quo legebat Pariſius, videlicet anno Domini MCCCXVIII. & ſunt Quaeſtiones num. CXL.* Membr. in fol.

Cod. VI. Eiuſdem Operis aliud Exemplar ſub titulo: *Secundus Liber Sententiarum, ſecundum Lecturam Fratris Petri Aureoli, recollectum eo legente in ſcholis Pariſius.* Membr. in fol.

Cod. VII. Eiuſdem ſecundus & tertius ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. VIII. Eiuſdem ſuper quartum Sententiar. Membr. in fol.

Plut. XXXIII.

Cod. II. Guarra (*lege* Guillelmus Werra) ſuper quatuor Libros Sententiarum. Inc. *Quoniam teſtante Beato Auguſtino &c.* Legitur

ad

ad caleem: *Explicient Queſtiones ſuper quartum Librum Sententiarum Fratris Wilhelmi de Warre, Anglici, Ordinis Fratrum Minorum, Deo gratias*. Membr. in fol.

Cod. III. Liber ſecundus Lecturae Frateis Hugonis, Ordinis Frarrum Minorum, ab eodem ſuppletus. Inc. *Mirabilia opera &c.* In fine: *Hic finitur ſecundus Sententiarum, compoſitus a Magiſtro Hugone, de Ordine Fratrum Minor.*

Hunc feci totum pro Chriſto, da mihi potum,
Sit ſcriptor ſanus, ſit ſibi ſana manus,

—— Eiuſdem Lecturae Liber tertius. Legitur ad caleem:

Vinum ſcriptori tradatur de meliori,
Omnibus eſt notum, quod multum diligo potum,
Sed quia credo mori, potuba de meliori,

—— Secundus ſuper Sententias Magiſtri Landulphi, Ordinis Fratrum Minor. In fine adnotatum eſt:

Explicit hic Liber, ſit ſcriptor crimine liber,
Sit ſemper ſanus, ſit ſibi ſana manus.
Hunc feci totum pro Chriſto, da mihi potum,
Sed quia credo mori, potuba de meliori,

In iſto Volumine continentur ſecundus, & tertius Magiſtri Hugonis ſuper Sententias, & ſecundus Magiſtri Landulphi ſuper Sententias, quod Volumen aſſignavit Societas Horti Sancti Michaëlis Armario Fratrum Minorum Florentini Conventus. Membran. in fol.

Cod, IV. Hugo ſuper tertium Sententiarum. Legitur ad calcem: *Explicit Lectura Fratris Hugonis de Petraporis, Provinciae Aquitaniene, Ord. Minor. ſuper tertium Sentent.* Membr. in 4.

Cod. V. Petrus de Trabibus ſuper ſecundum Sententiar. In fine: *Explicit Liber ſecundus ſecundum Fratrem Petrum de Trabibus, Ordinis Fratrum Minorum*.

Laus tibi ſit, Chriſte, quoniam Liber explicit iſte.

Membr. in fol.

Cod. VI. Idem ſuper quartum Sententiar. Membr. in fol,

Cod. VII. Primus eiuſdem ſuper Sentent, Membr. in fol.

Cod. VIII. Quartus Petri Tarentaſii ſuper Sententias. Membr, in fol.

Cod. IX. Primus Alexandri de Alexandria ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. X. Oceam ſuper primum Sententiar. In fine: *Explicit Scriptum Fr. Willelmi de Oceam ſuper primum Librum Sententiar.* Membran. in 4.

Plut. XXXIV.

Cod. I. Alexander de Alexandria ſuper ſecundum, & quartum Sententiarum. In fine: *Explicit quartus Sententiarum Magiſtri Alexandri de Alexandria, Ordinis Fratrum Minorum, Barptolemaei Tomaſi de Galileis*. Membr. in fol.

Cod. II. Idem ſuper tertium Sententiarum. Membr. in fol.

Cod. III. Occam ſuper primum Librum Sententiarum. In fine: *Explicit Scriptum Venerabilis inceptoris Gulielmi de Oceam, ſuper primum Sententiarum. Deo gratias.*

—— Idem ſuper ſecundum Sententiar. Membr. in fol,

Cod. IV. Primus Guillelmi de Marra ſuper Sententias. Membe. in fol.

Cod. V. Primus & ſecundus eiuſdem ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. VI. Tertius eiuſdem ſuper Sentent. Membr. in fol.

Cod. VII. Eiuſdem ſuper primum, ſecundum, & tertium Sententiar. Membran. in fol.

Cod. VIII. Ioannes de Enfordis ſuper primum Sententiar. Membr. in 4.

Cod, IX. Magiſter Richardus de Hibernia ſuper Sententias. Membe. in fol.

Cod. X. Seeundus & tertius Sententiarum ſecundum diverſos Doctores.

—— Sex Quodlibeta, Membr. in fol.

Cod. XI. Petrus de Candia ſuper primum Sententiarum. In fine: *Expliciunt Queſtiones ſex ſuper primo Sententiarum per Dominum Petrum de Candia, Ordinis Minorum, ac Magiſtrum ſiquidem doctiſſimum in ſacra pagina Pariſius diſputantem. Scriptae vero per me Fratrem Angelum Solvetti, eiuſdem Ordinis pauperem ſtudentem, Librorum ſcire tamen plurimum cupientem. Faventiae complevi ipſas ſcribens pariter & repetens, anno Domini MCCCXCVI. die XXV. menſis Martii, tertio anno, quo ibidem fui Lector in Theologia*. Chartac. in 4.

Plut. XXXV.

Cod. I. Primus Landulphi ſuper Sententias. Legitur ad caleem: *Expliciunt reportationes Fratris Landulphi, de Ordine Minorum, ſuper primum Sententiarum, ſcriptae per Petrum de Corundia*. Membr. in fol.

Cod. II. Eiuſdem quartus ſuper Sententias. Membr. in fol.

Cod. III. Eiuſdem Operis aliud Exemplar. Membr. in fol.

Cod. IV. Lectura Petri Ioannis ſupee quartum Sententiar.

—— Eiuſdem Lectura ſuper Geneſim.

—— Eiuſdem Poſtilla ſuper Matthaeum. Membr. in fol.

Cod. V. Quaeſtiones Holeot ſuper quatuor Libros Sententiar. Membr. in fol.

Cod. VI. Primus Fratris Ioannis de Pechano ſuper Sententias. Membranac. in fol.

Cod. VII. Quaeſtiones ſuper primum Sententiarum Magiſtri Guarronis (*lege* Guillelmi Warronis) Doctorum ſumiati, Ordinis Minorum. Membr. in fol.

Cod.

Cod. VIII. Anonymi Scriptum ſuper quartum Sententiarum. Membr. in fol.

Cod. IX. Anonymi Summa ſuper primum Sententiar. Membr. in fol.

Cod. X. Quartus Sententiar. compilatus per Fratrem Carum Arretinum. Membr. in fol.

Cod. XI. Primus Fratris Ioannis de Padingia Sacrae Theologiae Doctoris, Ordinis Minor. Membr. in fol.

Plut. XXXVI.

Cod. I. Commentarium ſuper Magiſtrum Sententiar. In fine legitur: *Explicit quartus Liber ſuper Sententias de reportatione Chach.* Membr. in fol.

Cod. II. Henricus ſuper quartum Sententiar. Membr. in fol.

Cod. III. Anonymi Sermones Quadrageſimales, in principio mutili.

—— Capita quaedam theologica, aſcetica, aliaque miſcellanea. Membr. in fol.

In translatione autem huius Bibliothecae in Laurentianam, quae facta eſt ſub die XVI. Octobris Anni MDCCLXVI. compertum eſt Codices ſex omnino deeſſe, nimirum:

Partis Siniſtrae

Plut. XIX.

Cod. X. Speculum Paullini. Membr. in fol.

Plut. XXIV.

Cod. VII. T. Lucretius Carus de Rerum Natura. Membr. oblong. in 4.

Plut. XXVII.

Cod. IV. Nonius Marcellus. Membr. in fol.

Partis Dextrae

Plut. XIII.

Cod. X. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Liber, qui appellatur Theſaurus adverſus haereticos, quod Filius & Spiritus Sanctus unus Deus cum Patre ſunt, ad Fratrem ſuum Nemeſinum petentem conſcriptus, & a Georgio Trapezuntio traductus ad Alphonſum Aragonum, & utriuſque Siciliae Regem.

—— Ioannes Chryſoſtomus de Providentia Dei ad Stagirium Monachum Latine verſus ab Ambroſio Monacho, cum aliis duobus eiuſdem Chryſoſtomi Libellis ad eumdem Stagirium. Membr. in fol.

Cod. XII. Liber S. Baſilii Caeſarienſis Epiſcopi ad Letoium Melitenſem Epiſcopum de vera integritate Virginitatis per Venerabilem virum Fratrem Ambroſium tranſlatus de Graeco in Latinum.

—— Aeneae Sophiſtae Viri Clariſs. Dialogus, qui Theophraſtus inſcribitur ab Ambroſio de Graeco in Latinum translatus ad Andreolum Iuſtinianum.

—— Ioanni Theologo, & Apoſtolo, & Evangeliſtae in Patmos Inſula relegato Dionyſii Areopagitae Epiſtola e Graeco in Latinum traducta per Fratrem Ambroſium, eximium Sacrae Theologiae Magiſtrum.

—— Dionyſii Areopagitae Athenienſium Epiſcopi ad Caium cultorem Epiſtola modo praedicto translata.

—— Ad eumdem aliae Epiſtolae III.

—— Dorotheo Miniſtro.

—— Soſipatro Sacerdoti.

—— Polycarpo Epiſcopo.

—— Enchiridion Xyſti Pythagorici a Rufino traductum.

—— Magni Baſilii Liber per Leonardum Arretinum de Graeco in Latinum translatus ad iuvenes Religioſos, quibus ſtudiis opera danda ſit. Membr. in 4.

Plut. XXXVI.

Cod. VII. Ioannis de Lano Tractatus contra errores Infidelium. Membr. in 8.

His tandem addendi ſunt alii Codices ſex Italico ſermone conſcripti, quorum exactiſſima recenſio dabitur in poſtremo Catalogi Volumine, Scriptoribus, & Interpretibus Italicis deſtinato; ſed, ut uno veluti ictu oculi tota S. Crucis Bibliotheca perſpici poſſit, horum quoque ſimplices titulos ſubiiciemus. Ii vero ſunt

Partis Siniſtrae

Plut. XXVI.

Cod. I. Dantis Comoedia a Philippo Villanio iuniore ſcripta anno MCCCXLIII. Chartac. in fol.

Cod. II. Commentum innominatum ſuper dictam Comoediam, quod tamen eſt Dominici Arretini, Bandini filii, Grammatici ſuae aetatis celeberrimi. Membranac. in fol.

Plut. XXXVI.

Cod. VII. Plutarchi Vitae quaedam Italice traductae, quemadmodum & ſequentium trium Codicum; in hoc habentur Vitae a Phocione uſque ad Eumenidem, Chartac. in fol. manu Philippi Villanii.

Cod. VIII. Altera Vitarum pars, a Philopemene uſque ad Pompeium. Chartac. in fol. manu eiuſdem.

Cod. IX. Tertia Vitarum pars, a Cimone uſque ad Camillum. Chartac. in fol. manu eiuſdem, in fine mutilus.

Cod. X. Quarta Vitarum pars, a Solone uſque ad Fabium Maximum. Chartac. in fol. manu eiuſdem. Deeſt igitur pars quinta, quae reliquas Plutarchi Vitas complecti debuerat.

Co-

Codices itaque Bibliothecae S. Crucis in hanc Laurentianam tranſlati ſunt	595
In Clauſtro Fratrum Minorum S. Crucis reconditi	165
Deperditi	6
Italici in poſtremo Catalogi Volumine recenſendi	6
Tota igitur Bibliotheca S. Crucis conſtabat olim Codicibus	772

ERRATA QVAEDAM	ITA CORRIGENDA.
Pag. 96. §. *X. lin.* 6. Circa iſtud de ſophiſma quatuor queruntur	Circa iſtud ſophiſma quatuor quaeruntur
Pag. 277. *lin. penult.* Eodem: die poſſet	Eodem die; poſſet
Pag. 366. *In titulo Plutei pro* Codd. mss. XI. *legatur*	Codd. mss. X.

ΤΩΝ. ΠΟΝΩΝ. ΠΑΝΤΑ

VOLVMEN. HOC. QVARTVM. EXACTISS. EXHIBENS. RECENSIONEM

CODICVM. LATINORVM. OMNIGENAE. ERVDITIONIS. BIBL. S. CRVCIS

ADORNARI. ET. IMPRIMI. CAEPTVM

DIE. XIV. MENSIS. SEPTEMBRIS. ANNI. CIↃ. IↃ. CC. LXXVI.

FELICITER. ABSOLVTVM. EST

DIE. XXV. MENSIS. IVLI. ANNI. CIↃ. IↃ. CC. LXXVII.

REGNANTE. PETRO. LEOPOLDO. AVSTRIACO

REGIO. PRINCIPE. HVNG. ET. BOIOHEMIAE

MAGNO. ETRVRIAE. DVCE

QVI. DIV. VIVAT. REGNET. TRIVMPHET.

0052600391

Digitized by Google

Digitized by Google

Via delle Terme

Digitized by Google